ANNALES MINORUM SEU TRIUM ORDINUM A S. FRANCISCO INSTITUTORUM...

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2 4 131
11027

ANNALES MINORUM

AUCTORE

A. R. P. F. LUCA WADDINGO

HIBERNO

Ejuſdem Ordinis Chronologo.

Digitized by Google

167

Digitized by Google

ANNALES
MINORUM
SEU
TRIUM ORDINUM
A S. FRANCISCO INSTITUTORUM

AUCTORE

A.R.P. LUCA WADDINGO HIBERNO

S. T. Lector Jubilato, & Ordinis Chronologo.

TOMUS TERTIUS

Editio ſecunda, locupletior, & accuratior

OPERA, ET STUDIO

R.^mi P. JOSEPHI MARIÆ FONSECA AB EBORA

S. T. Lect. Jubilati, S. & U. Inquiſitionis Conſultoris, S. C. Conſiſtor. Votantis, Epiſcop. Examinatoris, & Ord. Min. in Ciſmont. Familia Commiſs. Generalis.



Andrea Roſsi faciebat Rom. 1731.

ROMÆ Typis Rochi Bernabò MDCCXXXII.)(*Superiorum permiſſu.*

CUM PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

PUB. FLORENTINAE BIBLIOTH.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO
D. N. D.
CLEMENTI XII.
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

FR. JOSEPHUS MARIA FONSECA EBORENSIS
Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia
FELICITATEM

LABOREM *in emendando Waddingo, quem Tuo nutu & voluntate ſuſcepi,* BEATISSIME PATER, *non una profecto cauſa jucundum efficere, eique pluri-*

mum voluptatis aſpergere mihi videtur. Ut enim vetera omittam benignitatis erga me Tuæ argumenta, ex quibus intelligo, multis arctiſſimiſque me vinculis Tibi eſſe devinctum; illa ipſa Minorum Familia, quam Tua Sanctitas *in oculis gerit, cujus ego negotia tot jam annos in hac Urbe procuro, id mihi muneris demandavit; ſimulque præcepit, ut eo naviter obeundo noſtram omnium in Te pietatem ac ſtudium Tibi probarem. Itaque mea omnis induſtria omneſque curæ, quæ ad Opus Annalium perpoliendum a me conferentur, erunt teſtes perpetui cultus, ac velut obſides ejus, quam Tuo nomini profitemur, optimæ voluntatis: quæ quantum officiis tuis, & caritatis ſignificationibus aucta & corroborata ſit, unuſquiſque noſtrum per ſe ipſe percipere & experiri poteſt, re declarare in tanta rerum, qua tenetur, inopia & egeſtate non poteſt. Siquidem Ordo noſter compertum habet, mihi potiſſimum pro meo munere poſtulanti, quæ ad ejus dignitatem commodumque*

perti-

Digitized by Google

pertinerent, nullum a Te beneficentiæ, aut liberalitatis officium defuiſſe. Quam quidem nos Tuæ Sanctitatis *benignitatem ita incluſam in intimis ſenſibus habemus, ut, ſi minus gratiam (abhorret enim noſtra tenuitas ab hujuſmodi verbo) at ſimilitudinem certe aliquam gratiæ referre nitamur. His accedit recentis Tui maximique beneficii jucunda nobis recordatio, in quo beneficio uſque adeo ſibi placet univerſa Familia; ut ſe nihil amplius optare, nihil illuſtrius cogitatione aſſequi potuiſſe fateatur. Tu enim his poſtremis diebus primarios patres e Ciſmontana Familia, qui ad comitia Romam convenerant, perhumaniter habuiſti; tum de creando Præfecto deliberantes, uti rei publicæ pro virili parte conſulerent, vehementer es cohortatus. Quid plura? Ipſe talis ac tantus Pontifex, cum in aula Quirinalis Palatii habenda comitia decreviſſes, ea demum præſentia Tua ornaviſti, patribuſque ſuffragia ferentibus judicio, auctoritate, ſapientia præfuiſti. Quibus*

bus ego comitiis cum Præfectus ejus Familiæ ſim renuntiatus, quid aut ad hominum de me opinionem honeſtius, aut ad bene de Te merendum accomodatius magiſtratu iſto dari mihi potuerit, ſane non video. Tuum vero hominis ſupra ſortem hominum poſiti tam honorificum de me judicium pluris eſſe, quam eorum, qui felices dicuntur, opes & fortunas omnes puto. Nam ſi laudari a laudato viro in optabilium rerum genere docti homines ſtatuerunt, Tibi certe omnium hominum longe maximo, Summi Dei Vicarium in terris gerenti probari me, tantoque ac tam præclaro munere dignum videri, cum quo tamdem erit honeſtæ laudis ornamento comparandum? Atque hæc, PATER SANCTE, *indicia tam perſpicua voluntatis erga me Tuæ ſi mihi ita tributa eſſent, ut aliqua ex parte merito meo viderentur data, haberem aliquid fortaſſe, in quo mihi ipſe jure gratularer. Sed cum nihil ſit in me hujuſmodi, per quod* SANCTITAS TUA *ad hoc ferendum de me*

judi-

Digitized by Google

judicium adducta eſſe videatur, quantum eſſe onus illius gratiæ debet, quam ego ſuſtineo? Sed quoniam & Summo Principi decorum eſt, ſuperare operibus ſuis hominum prædicationem, & nobis infimis hominibus non inhoneſtum, illius amplitudini majeſtatique concedere; ago quidem gratias Sanctitati Tuæ, *quantas poſſum maximas, agamque ſemper, nec quin gratiam referre ſtudeam (quantum in me quidem erit ſitum) ulla me unquam rei difficultas deterrebit. Quod ſi illa minor ac levior fuerit, quam aut merita Tua, aut gratiſſima mea voluntas poſtulat; quæſo obteſtorque, ut id non naturæ meæ, ſed magnitudini Tuæ, & beneficiorum Tuorum attribuatur.*

ERU-

Digitized by Google

Digitized by Google

ERUDITO LECTORI.

PRÆTER illa, quæ in editione primi Voluminis toto nos opere præſtituros polliciti ſumus, quid ſubinde præſtandum nobis occurrerit, paucis accipe. In exemplaribus horum Annalium cum multa deerant, quæ non parvo labore ſupplenda fuerunt, tum præſertim pleraque initia eorum Diplomatum, quæ Romani Pontifices ad res Ordinis Franciſcani pertinentia ediderunt, quæque ab aliis oſcitanter collecta, mutila ſæpe, atque hiantia nos deprehendimus. Itaque facta nobis poteſtate cognoſcendi exempla ejuſmodi litterarum, quæ in Vaticana Bibliotheca aſſervantur, illud tamdem perfecimus, ut eas integras in Tomis ſingulis tibi daremus. Quod te monitum volui, ut in hoc etiam induſtriæ noſtræ, ac laboris, quem in iſtis Annalibus exornandis ſuſcepimus, argumentum haberes.

Digitized by Google

REIMPRIMATVR

Si videbitur Reverendiſsimo Patri ſacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

N. Baccarius Epiſcopus Bojanenſis Vicesgerens.

REIMPRIMATVR

Fr. Jo. Benedictus Zuanelli Ordinis Prædicatorum ſacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

AN-

Digitized by Google

ANNALES
MINORUM.

Anno Christi 1238.	Gregorii IX. anno 12.	Friderici II. Imp. anno 28.	Religionis Minorum anno 31.

ARGUMENTUM.

Crudeliter ſævit in Pontificem & ſequaces Fridericus Imperator, cujus crudelitatem experti ſunt Minores. Belæ Hungariæ Regi pugnaturo contra Aſſanum Bulgarorum Dominum, conferuntur in adjutorium Prædicatores, & Minores ad varia miniſteria. Jacobus Rex Aragoniæ Regnum Valentiæ expugnat, Mauris expulſis. Inſtituuntur Inquiſitores Minores, & Prædicatores in Regno Navarræ, quo officio jam fungebantur inter Toloſates. Graviter & ſerio agitur, per Doctores Pariſienſes, de beneficiorum pluralitate. Germina ſuæ virtutis oſtendit Agnes Boemica, quam Pontifex laudat. Utriuſque ſexus multiplicantur domicilia.

I. FRIDERICUS neque inito fœdere pacatior, neque Pontificis indulgentia vel conniventia melior effectus, vel clam, vel palam ex quacumque occaſione Eccleſiæ jura violabat, viris ſacris moleſtias plurimas inferebat. Gregorius, frequenti miſſo nuncio, *Mira Friderici in Pontificios ſævitia.* ad ſaniorem mentem furentem revocare conatus, nihil omiſit, quod pii patris aut æqui eſſet rectoris. Nihil tamen profecit, imo in ſe ſuoſque inſanientem excitavit, ita ut pro ſcelere ſufficeret Gregorianæ partis haberi. Crudelitatem inauditam in Prælatos exercuit, quorum multos Archiepiſcopos, Epiſcopoſque partim occidit, plures carceri addixit, nonnullos exilio mulctavit, *Fazzel. de reb. Sicul. lib. 8. Marian. cap. 9.* in quibus fuerunt e Sicilia Epiſcopi Cephaludenſis, & Catanenſis, cujus fuerat alumnus. Cum his expulſi plurimi Minores, alii malis exſaturati, alii ultimo ſupplicio affecti & combuſti; infeſtum enim ei hoc hominum genus, quos ubique tam in Palæſtina, quam in Germania, & Italia a Gregorii partibus comperit, inconcuſſe ſtetiſſe. In exilium acti ad Pontificem, Miniſtrumque Generalem acceſſerunt, a quibus benigne excepti, a religioſa Chriſtianaque conſtantia commendati, in diverſas ædes dimittuntur. Ex his duo, Siculi genere, cum Peruſium venirent, con- *Egregium Ægidii dictum.* quererenturque apud beatum Ægidium, ſe a terra ſua per immanem impiumque Fridericum ejectos, loquelæ formulam taxavit Vir ſanctus *Leg. MS. Ægidii.*

dicens, eos injuſte de Friderico queri; neque enim a ſua terra Minores potuit ejicere, qui terram nullam ſuam habent in terra. Veri, inquit, Fratres Minores extra ſeculum facti, ubi vivant in ſeculo non curant, neque locum ullum ſuum poſſunt appellare. Ubique Fratri Minori patria eſt, qui propriam nullam habet in mundo. Peccaſtis itaque Fratres in magnum peccatorem Fridericum mentiendo, plus vobis contulit, quam abſtulit, meriti cauſam addidit, patriam non ſubtraxit.

Belæ Regis pietas. *Bonfin. dec. 2. lib. 8. Chron. antiq. Ord. MS.*

II. Diverſum erga Pontificem Belæ Regis Hungariæ, ſanctæ Eliſabethæ fratris, ſtudium, cui nihil tam ſacrum, quam Pontifici per omnia parere, ejus jus illæſum ſervare, poteſtatem augere. Quare Cutenem Cumanorum Regem, a Tartarorum furore cum univerſa ſua gente fugientem, ad gratum admiſit hoſpitium, adductus certa ſpe, & pollicitatione Regis tot hominum millia in acceſſionem orthodoxæ fidei aſſerendi. Neque fruſtra fecit, dum religioſos ſubminiſtravit magiſtros, præcipue ex Prædicatorum & Minorum Familiis, qui publicis concionibns gentem efferam ad noſtram hortati ſunt fidem. Ultra hæc, ſponte ſe obtulit pius Rex ad arma ſuſcipiendum contra Aſſanum, Dominum Bulgarorum, hominem hæreticum & ſchiſmaticum, qui, una cum Joanne Vatacio, Imperium Orientis divexabat. Laudat Pontifex Principis zelum & promovet, adhibendo ſubſidia per cruceſignatos, aliaque miniſteria Provincialis Hungari Prædicatorum, & Strigonienſis Minorum, quæ clarius ex litteris datis ad ipſum Regem & Patres conſtabunt. Habentur in Regeſto Vaticano num. 211. & 213. Epiſtola 212. data eſt ad Epiſcopum Peruſinum Pontificis Legatum in eumdem tenorem.

Pro convertenda terra Aſſani jubetur ei adeſſe Prædicatores & Minores.

GREGORIUS.

Illuſtri Regi Hungariæ.

III. *Litteras, quas nobis celſitudo regia deſtinavit, gratanter recepimus, & quæ continebantur in eis, tam diligenter intelleximus, quam libenter dignas agentes gratias Domino Deo noſtro, in gratia Dei, quæ data eſt tibi in Chriſto Jeſu, quod illo ſalubriter inſpirante, qui habens corda Regum in manu ſua, ea ubi voluerit, inclinabit; clar. mem. Progenitorum tuorum exempla ſecutus, quanto eis potentia es, & dignitate ſublimior, tanto te illi humiliori devotione ſubſternens, qui exaltat humiles in ſalutem; ipſum reverentius venerari, & ſponſam ejus Eccleſiam venerabilius revereris, prout affectu exhibes & effectu. Fortitudine namque ſpiritus roboratus ad aſſumendum negotium contra gentem apoſtatricem, populum blaſphemantem, hæreticos videlicet, & ſchiſmaticos terræ Aſſani, ipſumque Aſſanum Dei & Eccleſiæ inimicum, illudque cum auxilio Dei, & Eccleſiæ perſonaliter proſequendum, te prompta magnanimitate, & magnanimi promptitudine voluntarius obtuliſti, ut ſic Dei & Eccleſiæ obſequiis totaliter te aſcribas. Propter quod licet adhuc in minori conſtituti officio, ac demum ad apicem ſummi pontificatus aſſumpti, perſonam tuam ſpeciali prærogativa dilectionis & gratiæ amplectentes, ad profectum tuum & exaltationem coronæ regiæ intenderimus diligenter; nec tamen quodam modo reputantes nos ad id tuis meritis, debitores tanto, non ſolum in his, quæ in eiſdem litteris expreſſiſti, quantum cum Deo poſſumus favorabiliter exaudire te volumus, ſed etiam ad omnia, quæ tuum reſpiciunt commodum, & honorem, propenſius aſpiramus, quanto libentius divinis, & noſtris bene-*

1. Cor. 1. 5. Prov. 21. 1. Cant. Mag.

Digitized by Google

neplacitis obſecundas. Sed & illam de te fiduciam gerimus, & ſic puritatis tuæ zelum diſcretionis ſpiritu te credimus moderari, quod nihil tibi a nobis concedi velis, per quod Romana Eccleſia mater tua notam alicujus detractionis incurrat, vel trahi poſſit ab aliis in exemplum. Cum enim, inductus forſan conſilio aliquorum, a nobis petieris, tibi Legationis officium in terram Aſſani ſupradicti committi, & concedi etiam poteſtatem limitandi diœceſes, inſtituendi Epiſcopos, & diſtinguendi parochias, necnon & terram, quæ Zemram nominatur, in qua dudum deſolata excrevit populi multitudo, qui nondum ſubfuerat cuiquam Epiſcopo, alicui Epiſcopatui applicandi: quia ſerenitati veſtræ in viſceribus Jeſu Chriſti dilectæ, ac per hoc negare tibi aliquatenus non valemus, quod ſecundum Deum cuiquam eſſemus principum conceſſuri, etſi non id, quod ad litteram petitur, idem tamen tibi de Fratrum noſtrorum conſilio concedimus in effectu, ut videlicet poſſis aſſumere quemcumque malueris de Archiepiſcopis, vel Epiſcopis Regni tui, qui noſtra fretus auctoritate, præmiſſa de tuo conſilio exequatur, cui venerabilis frater noſter Epiſcopus Peruſinus Apoſtolicæ Sedis Legatus, de ſpeciali mandato noſtro, quod ei dirigimus, eamdem exequendi tribuet poteſtatem. Et quia perſonam, quam intendis aſſumere, ignoramus, illam nobis Regia manſuetudo ſignificet, ut ei ſuper hoc noſtras litteras deſtinemus. Ad hoc, ut ad aſſumpti expeditionem negotii ex aliquorum ſubſidiis, licet non indigeas, per Dei gratiam, fortius animeris, univerſis cruce ſignatis ejuſdem Regni commutandi vota ſua per manus dilecti filii ..... Prioris Provincialis Fratrum Prædicatorum & .... Miniſtri Fratrum Minorum Provinciæ Strigonienſis, quibus ſuper hoc ſcripta noſtra dirigimus, liberam concedimus facultatem. Ipſis quoque Priori, & Miniſtro per litteras noſtras injungimus, ut per ſe, ac Fratres ſuos contra prædictos hæreticos, & ſchiſmaticos prædicent verbum crucis, illam eis, qui contra eoſdem ſignum crucis aſſumpſerint, indulgentiam concedentes, quam habent laborantes in ſubſidium Terræ ſanctæ, tibique concedant aliquos ex Fratribus, quos in hujuſmodi obſequio Jeſu Chriſti provideris eligendos. Ceterum, quia indignum eſſet, ut dum militas Regi Regum, aliquod Regni tui diſpendium patiaris, in omnes, qui poſtquam te accinxeris ad præfatum negotium exequendum, quamdiu in perſecutione ipſius fueris, Regnum ipſum invaſerint, vel contra te diabolo conſpiraverint inſtigante, excommunicationis ſententiam promulgamus, quam per Archiepiſcopos & Epiſcopos Ungariæ, ac Fratres Prædicatores, & Minores per totam Ungariam, & Regna, & loca vicina mandamus ex tunc ſolemniter publicari. Ut igitur inoffenſo pede curratur ad prælium Domini præliandum, nulloque poſſit aſſumptum negotium adverſo obice præpediri, univerſos dicti Regni, qui ad collaborandum tecum in eodem negotio aſſumpſerint ſignum crucis, ac alios ab univerſis excommunicationum ſententiis latis a venerabili fratre noſtro ..... Epiſcopo Peruſino Apoſtolicæ Sedis Legato, per Priorem, ac Miniſtrum prædictos, juxta formam Eccleſiæ, mandamus abſolvi. Datum Anagniæ v. *Idus Auguſti anno* xii.

GREGORIUS &c.

Priori Provinciali Fratrum Prædicatorum de Ungaria , & . . . . Miniſtro Fratrum Minorum Provinciæ Strigonien.

IV. *SIcut litteræ cariſſimi in Chriſto filii noſtri Belæ illuſtris Regis Ungariæ nobis exhibitæ continebant , idem Rex prudenter attendens, quod nihil eſt amori divino , & animarum ſaluti penitus præferendum ; æternæ remunerationis intuitu , ac devotionis obtentu , quam ad nos , & Romanam gerit Eccleſiam , ad commonitionem noſtram ſe voluntarius obtulit ad aſſumendum negotium contra hæreticos , & ſchiſmaticos terræ Aſſani , ipſumque Aſſanum , arduum utique ac implicitum , illudque , cum auxilio Dei & Eccleſiæ, perſonaliter proſequendum . Licet autem dictus Rex promptam gerat in hoc, velut Rex Chriſtianiſſimus, & princeps Catholicus, voluntatem , ut tamen in tam arduo negotio manus Eccleſiæ ſibi adſit , mandamus, quatenus univerſis cruce ſignatis Regni Ungariæ, commutandi vota in hujuſmodi ſubſidium facultate conceſſa , per vos & fratres veſtros prædicetis contra prædictos Aſſanum , & alios per totam Ungariam , & alia loca , ubi expedire videritis , verbum crucis , illam iis , qui contra eos ſignum crucis aſſumpſerint , indulgentiam largientes , quam habent laborantes in ſubſidium Terræ-ſanctæ , aliquos ex eiſdem Fratribus, qui interſint regali exercitui ad proponendum populis verbum Dei , audiendas confeſſiones , & pœnitentias injungendas ac ſacramenta Eccleſiaſtica , cum opus fuerit , exhibenda præfato Regi , nihilominus conceſſuri . Et ut inoffenſo pede &c.* ut ſupra in epiſtola præcedenti uſque *juxta formam Eccleſiæ abſolvatis . Ceterum, quia idem Rex de ſalute animæ ſuæ provide cogitans , illam deſiderat omnibus anteferre , præſentium auctoritate concedimus , ut poſtquam ſe accinxerit ad prædictum negotium exequendum , audita confeſſione ipſius , ei ſalutarem pœnitentiam injungentes , eidem in remiſſionem peccatorum ſuorum hujuſmodi negotium imponatis , relaxaturi nihilominus juramenta , ſi qua forſitan in animæ ſuæ diſpendium eumdem Regem contigerit præſtitiſſe , ſuper aliis vero juramentis, & conſtitutionibus , quia quæ ſunt conſtitutiones , & ſuper quibus juramenta ſunt præſtita , ſcire nequimus veritatem, illa nobis Regia magnitudo tranſmittat, ut ſupra illis, auctore Domino, congruum conſilium apponamus .* Datum ut ſupra .

Jcan. Marian. lib.12. c.19. Marian. Florentin. c.10.

Aragonius Rex potitur Regno Valentiæ .

V. Non impar zelus alterius Regis in Hiſpania Jacobi Aragonii , qui obſidione , & frequenti eruptione, Zaenum Regem Maurum Valentiæ , in eas redegit anguſtias , ut ſe dederit ex pacto , & iis legibus, ut urbem Valentiam , arces , & oppida citra Sucronem , omnia Aragonio Mauri traderent ; cives Culleram atque Dianium , Aragonia fide , tuti abire permitterentur . Illis fas eſſet , nemine excutiente ſarcinas , aurum, gemmas , veſtem pretioſam , ac omnino quidquid efferre poſſent, aſportare . Inter Reges induciæ in octo annos eſſent, eæque optima fide ſervarentur. Admiſſis, ſtabilitiſque his conditionibus rebus perficiendis, dedendaque urbe quinque dies deſignati . Antequam id tempus elaberetur , Mauri , agmine facto , urbe egreſſi , numero quinquaginta millia promiſcui ſexus & ætatis , regio exercitu in armis circumfuſo , præſidii cauſa , ex abeuntibus nullus impune violatus , cum dedititios tueri ad ſuam dignitatem fidemque Rex pertinere judicaret . Pridie ejus diei , qui

Digitized by Google

qui menſe Septembris Michaelis Archangeli memoria ſacer eſt, hoc ipſo anno Civitas obtenta (ut aperte ſatis ex probatis tabulis, & marmoreis epitaphiis demonſtrat Franciſcus Diagus) luſtrata urbs Chriſtiano ritu, expiata Templa, Ferrerius de ſancto Martino Epiſcopus, datus, non ex Ordine Prædicatorum, ut ſcribit Joannes Mariana, & ex eo Bzovius; ſed ex Præpoſito Eccleſiæ Tarraconenſis, ſicut idem probat Diagus, ejuſdem Inſtituti doctus hiſtoricus, quibus miniſteriis duo aſtiterunt Regi Patres Minoritæ. Rex autem Maurus Zeitus Abuzeitus, quem ſolio pepulit, & injuria Regno ſpoliavit Zaenus Dianii dinaſta, jam ab anno MCCXXXV. vel ſequenti, Chriſtianus factus (uti facturum ei ſub morte vaticinati ſunt duo illi Franciſcani martyres, quos ſupra occidiſſe diximus, quorum unum Joannem Peruſinum, alterum ex nobili oppido Saxi-ferrati, Bartoli celebris Juriſconſulti nativitate, famoſo, ortum, vetuſta quædam fragmenta Chronicorum MSS. nobis indicarunt) & in baptiſmo Vincentii Belviſii nomine indito, arcano tamen, ne res prodita invidiam apud ſuam gentem odio religionis conſlaret: nam Regni recuperandi ſpem nondum abjecerat; amplis redditibus, nobilique palatio donatus a Jacobo Aragonio in ipſa Civitate Valentina. Minores ſumme dilexit, quibus ædes ſuas Cœnobio ædificando, tertio poſt menſe, præſcripſit, uti anno ſequenti dicetur.

Diag. lib. 7. annal. Valen. c. 26. Joan. Mariana citat.

Bzov. ad hunc annum 10.

Diag. cit. & c. 34.

Rex Maurus fit Chriſtianus.

An. 1231. n. 47. tom. 2.

Minores diligit.

VI. Regnum Navarræum hoc tempore multo inficiebatur hæretico ſemine; & latenter hac peſte ſerpente, paulatim abiit in contemptum poteſtas Pontificis, conculcabaturque immunitas Eccleſiæ, quæ primæ ſunt hæreſum ſequelæ. Quibus auditis Pontifex, Inquiſitores inſtituit Miniſtrum Ordinis Fratrum Minorum in Navarra, & Magiſtrum Petrum de Leodegaria Ordinis Prædicatorum, Pampiloniæ commoranti, qui ſevere animadverterent in ſubdolos operarios, & tantorum criminum auctores. Commiſſionis his Patribus datæ, ſeu tunc primo, ſub Theobaldo Rege, inſtitutæ Inquiſitionis adverſus hæreticos hoc in Regno, mentionem habet Franciſcus Diagus in hiſtoria Aragonenſis Provinciæ Prædicatorum, & diploma ipſum inſtitutionis nos damus ex Vaticano Regeſto numero 55. quo omnium primo, ſaltim in Hiſpania, judicarim creatos Inquiſitores Viros regulares, & datam hanc auctoritatem independenter ab Eccleſiarum Prælatis.

Inſtituuntur Inquiſitores in Regno Navarræ.

Diag. lib. 1. c. 3.

G R E G O R I U S &c.

Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum in Navarra, & Magiſtro Petro de Leodegaria, de Ordine Fratrum Prædicatorum, Pampiloniæ commoranti.

RUmor, qui de Regni Navarræ partibus auribus noſtris nuper inſonuit, amaritudinis abſinthio nos potavit; quia ſicut ad nos fama, imo infamia referente, pervenit, inimico homine in Regno ipſo ſemen iniquum meſſi Dominicæ ſeminante, ſegetes zizania pullulant, & vulpes moliuntur vineam Domini demoliri. Nam hæreticæ labis morbus paulatim ſerpens ut cancer, fere totum prædictum Regnum, aſſeritur graviter infeciſſe; nec jam hæretici latenter, ut vulpes, demoliri vineam Domini ſui contenti ſunt, ſed quaſi equi parati ad prælium, manifeſte præſumunt inſurgere contra eam, ex qua venenata radice videtur procul dubio proceſſiſſe, quod in eodem Regno conculcatur libertas Eccleſiaſtica, & claves Eccleſiæ contemnuntur.

Matt. 13. 26.

Cantic. 2. 15.

Cum

Digitized by Google

Cum igitur, ex injuncto nobis Officio, de Regno Dei colligere ſcandala teneamur, & quantum in nobis eſt, hujuſmodi beſtias oppugnare. Nos ponentes in manu veſtra gladium verbi Dei, quem, juxta Prophetæ ſententiam, non debetis a ſanguine prohibere, ſed tamquam Phinees Catholicæ fidei zelo ſuccenſi, de peſtilentibus ipſis, & credentibus ac receptatoribus, & defenſoribus eorumdem ſollicite inquirentes, contra illos, quos per inquiſitionem ſuper præmiſſis conſtiterit eſſe reos, tam juxta ſanctiones Canonicas, quam ſtatuta noſtra, quæ ad confundendam hæreticorum pravitatem edidimus, procedatis, convocato contra eos ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Datum Laterani VIII. *Kalendas Maii anno* XII. Ex partibus Toloſanis irrepſit hoc virus; ſed & ibi etiam Inſiquiſitores erant utriuſque hujus Ordinis alumni, ut ex ſubjectis ex eodem penu. num. 61. tranſcriptis, liquebit.

Hier. 48. 10. Num. 25. 7.

GREGORIUS &c.

Willelmo Arnaldi Prædicatorum, & Seraphino de ſancto Tiberio Minorum Ordinum Fratribus, Inquiſitoribus hæreticorum, in Civitate & diœceſi Toloſana.

VII. R*Aymundus Rogerii, dictus Minor, Civis Toloſanus, nobis expoſuit, quod cum ipſe olim conſtitutus in patria poteſtate, non ſuam, ſed patris ſui, cujus indignationem timebat, voluntatem ſequens, quibuſdam communicaſſet hæreticis, non tamen in hæretica pravitate, nec umquam crediderit in eadem, tamdemque Venerabilis Frater noſter N. Epiſcopus Portuenſis, tunc in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Legatus, illos, quos invenit de prædicta pravitate ſuſpectos, cruce ſignari mandavit, ſed pro eo quod hæreticis communicaverat, ut ſuperius eſt expreſſum, de mandato dicti Legati ſuſcepit, cum multis aliis, ſignum crucis. Cumque præter modum ardore fidei vehementer accenſus, inquiſitoribus hæreticorum a Sede Apoſtolica deputatis, in pœnitentiali foro, quæ cuncta hæc ſibi contigerant, revelaſſet, & tamquam Catholicus dixiſſet culpas, & aliorum, in his non deferens conſanguineis vel amicis, iidem Inquiſitores omnem ab eo ſiniſtræ ſuſpicionis materiam amoverunt, ipſum Catholicum nuntiarunt, ut in litteris eorum, & Venerabilis Fratris noſtri..... Epiſcopi, nec non Abbatis ſancti Saturnini, Miniſtri Fratrum Minorum &.... Prioris Fratrum Prædicatorum Toloſan. ſuper hoc confectis, plenius continetur. Unde cum ſicut aſſerit, non ita deliquerit, quod Hieroſolymitanæ peregrinationis teneatur ſubire laborem, ut ſuper hoc providere ſibi de benignitate Apoſtolica curaremus, ſuppliciter oravit. Quia vero nobis non conſtitit de præmiſſis, de diſcretione veſtra plenam in Domino fiduciam obtinentes, devotioni veſtræ mandamus, quatenus, conſideratis diligenter circumſtantiis univerſis, agatis ſuper hoc auctoritate noſtra cum ipſo, prout ſecundum Deum, injuncta ſibi alia pœnitentia, conferenti ſaluti animæ ſuæ, noveritis expedire, abſolvendo ipſum ab excommunicationis ſententiis, & pœnis, ſi quas incurrit, pro eo quod hactenus non tranſivit. Datum Laterani* VIII. *Kalendas Maii anno* XII.

Magna habetur Pariſiis diſputatio de pluralitate beneficiorum.

VIII. Solemnis habita eſt hoc anno diſputatio Pariſiis de pluralitate beneficiorum, convocatis ad eamdem, per Guillelmum Epiſcopum Pariſienſem, doctis quibuſque viris, atque inter hos Joanne de Rupella erudito

Digitized by Google

dito Franciſcano. Quam vero alienum ſit illud, quod hodie habetur in uſu, ab illorum determinatione, & quam mira circa hæc tunc evenerint, ut plenius ſciatur, libet audire teſtem oculatum Thomam Cantipratanum. Volo, inquit, ut quicumque hæc legerit, ſciat, me anno ab Incarnatione Domini MCCXXXVIII. fuiſſe Pariſiis, ubi venerabilis Guillelmus Pariſienſis Epiſcopus, qui in Theologia jam rexerat, convocationem fecit omnium Magiſtrorum in Capitulo Fratrum Prædicatorum. Propoſita ergo quæſtione de pluralitate beneficiorum, ſolerti & valde longa diſputatione probatum eſt, duo beneficia, dummodo unum valeret quindecim libras Pariſienſes, teneri cum ſalute animæ non poſſe. Hoc determinavit prædictus Epiſcopus: hoc Frater Hugo Ordinis Prædicatorum, poſtmodum Romanæ Curiæ Cardinalis: hoc Frater Guerricus, & Frater Gaufridus ejuſdem Ordinis: Frater Joannes de Rupella Ordinis Fratrum Minorum; & plures Magiſtri Theologiæ determinaverunt in ſcholis propriis ſucceſſive. Fuerat autem habita diſputatio longa valde, & multo ſolemnior ante annos tres: in qua etiam omnes Magiſtri Theologiæ, exceptis duobus, determinaſſe probantur idem per omnia, quod & ſupra: quorum unus fuit Magiſter Philippus Cancellarius Pariſienſis, & alter Magiſter Arnoldus, poſtmodum Ambianenſis Epiſcopus. Quid autem de iſto Philippo contigerit, audiamus. Agonizantem in morte, dictus Guillelmus, Pariſienſis Epiſcopus paterna ſollicitudine viſitavit, rogavitque eum, ut ſingulari opinioni cederet de pluralitate beneficiorum, & omnia beneficia ſua, excepto uno, in manus Eccleſiæ reſignaret; & hoc, conditione media, ut ſi convaleſceret, ei ſupplere vellet de ſuo proprio quod dimiſiſſet. Renuit ille, experiri ſe velle dicens: utrum eſſet damnabile beneficia plura tenere. Mortuus eſt ergo ſic. Poſt paucos autem dies, cum dictus Pariſienſis Epiſcopus, finitis matutinis, orare vellet, vidit inter ſe & lumen quaſi umbram hominis, tetram nimis. Elevata ergo manu, conſignat ſe, & ſi ex parte Dei ſit, præcipit, ut loquatur. Cui reſpondit apparens: alienus adeo ſum, ſed tamen mirabilis factura ejus. Et Præſul: tu quis es? inquit. Cui ille reſpondit: ego ſum Cancellarius, ille dudum miſerrimus. Rurſus Epiſcopus, elato altius gemitu, & quomodo, inquit, tibi eſt ſic dolenti? Male, ait, immo quam peſſime, quia damnatus ſum æterna morte. Et Epiſcopus ait: heu, cariſſime, quæ cauſa tuæ damnationis? Tres ſunt, inquit, cauſæ, quare morte perpeti ſum damnatus. Una eſt, quod recreſcentes fructus annuos contra pauperes timide reſervavi. Secunda eſt, quod, contra ſententiam plurimorum, de pluralitate beneficiorum, quaſi licite tenendorum, opinionem propriam defenſavi, & in hoc me periculo mortalis culpæ commiſi. Tertia eſt, & illa graviſſima omnium, quod abominabili carnis vitio, in ſcandalum multorum, multo tempore laboravi, & ad Epiſcopum mox ſubjunxit. Eſtne, inquit, finitus mundus? Et Epiſcopus. Miror, ait, te litteratiſſimum quomdam virum hoc quærere, cum me adhuc vivum cernas, & omnes nos viventes adhuc mori neceſſe ſit, antequam mundus, inſtante judicio finiatur. Et ille. Non mireris, inquit: quia nec ſcientia, nec opus, nec ratio eſt apud inferos viventi. Et hæc dicens, umbra ab oculis mirantis evanuit. Ipſe autem Epiſcopus (non tamen ſub perſona ſua, quaſi hæc vidiſſet) in prædicatione ſua Clericis omnibus recitavit. Deinde, ſubjungit Cantipratanus, confirmationem ex rebus miris, quæ ſibi evenerunt, vel ipſe vidit. Simili modo, inquit, cum quidam Clericus ma-

Cantiprat. lib. 1. de apib. cap. 19. num. 5.

Vide Meyerum in Annal. Flandr.

Idem refert Alb. Magn. lib. de ſacrame. & Raulinus in doctrinali mortis tract. 3. cap. 7.

Eccle. 9. & 10.

Digitized by Google

maximæ litteraturæ, pro me, agonizans in morte, mandaret, & conſilium quæreret, quaſi in proximo migraturus, reduxi ei ad memoriam diſputationem illam ſolemnem, & determinationem de pluralitate beneficiorum Pariſiis factam, cui ille interfuerat doctor magnus, conſuluique illi cum magna inſtantia lacrymarum, ut unam præbendarum dimitteret, quia duas contra animam ſuam tenuerat, quarum una, ad omnem vitæ copiam, omni Clerico ſufficere potuiſſet. Tunc ille, facie converſa, diſſimulans, hoc tantum reſpondit: orate Dominum ut inſpiret; nec diu poſtea cum receſſiſſem, & tenuiſſimo ſpiritu vix hærente, hoc idem quod conſulueram ei, quidam conſobrinus ſuus juvenculus cum maximis lacrimis inclamaret, cum voce non poſſet, manu innuens, expiravit. Poſt cujus obitum, cum quidam ex noſtris, ſtupefactus nimium, cogitaret, cur tantus homo, & tantus Clericus, ſi mortale peccatum eſſet plura beneficia retinere, in tali ſtatu mortuus extitiſſet. Mox quaſi ſemivigilanti defunctus apparens, dixit: hæc duplicitas præbendarum ſola cauſa eſt, pro qua infelix ego in perpetuum damnatus ſum. Præterea ego, inquit Cantipratanus, in quadam Civitate Epiſcopali annis undecim abolevi, ubi ſexaginta duo Canonici ſub præbendis pinguiſſimis ducentarum fere librarum Pariſienſium in matrici Eccleſia ſerviebant, quorum plures erant beneficiorum plurium detentores. Vide ergo qualem vindictam Dei in ipſos vidi turpiſſimos detentores. Mihi teſtis, & judex ſit ſancta Trinitas, unus Deus, quod paucos eorum vidi communi hominum morte defungi, ſed ſubito omnes & reprobe mori: ita quod quidam eorum, audito quod unus ſociorum in nocte ſanus, mane mortuus inventus eſſet, comploſis manibus, dixit: & quid vultis? Secundum uſum & conſuetudinem Eccleſiæ mortuus eſt, ut videtis. Vidi ego ipſe in Eccleſia eadem, infra paucos annos, quatuor Archidiaconos ſic defungi. Vide lector, mirare miraculum. Primus eorum de equo phalerato & grandi cecidit, fractiſque cervicibus, expiravit. Secundus mane in cathedra ſedens, mortuus eſt repertus. Tertius in choro ſtans, cum ad Miſſam elevatio Corporis Chriſti fieret, cecidit reſupinus; & ſubtracta loquela cum ſenſu, quaſi brutum animal, die tertia ſine Sacramentis Eccleſiaſticis eſt defunctus. Quartus confeſſionem peccatorum, & Sacramenta recuſans, mortuus eſt, & extra cœmeterium ſepultus.

Plures de hoc dubio egerunt.

IX. Plures de hoc periculoſo dubio egerunt; præmitto, quos enumerat prædictus Cantipratanus; ſuper hac, ait, quæſtione, cum beatæ memoriæ Jacobus de Vitriaco, tunc quidem Achonenſis Epiſcopus, poſtea vero Romanæ Curiæ Cardinalis, magiſtrum quondam Theologiæ probatiſſimum Robertum de Chorton. Romani apicis Cardinalem, morientem, ante primam Damiatæ Civitatis obſidionem, interrogaret, reſpondit: dico jam migraturus a vita, quod mortale & damnabile eſt, dum tamen unum competens ſit, beneficia plura retinere. Hoc idem magiſter Petrus Cantor ſanctæ Mariæ Pariſienſis, & dixit, & ſcripſit. Hoc idem magiſter Guiardus Cameracenſis Epiſcopus verbo hujuſmodi confirmavit. Nollem, inquit, pro toto Arabiæ auro una tantum nocte duo beneficia retinere, & certus tamen eſſem, quod de mane unum illorum idoneo homini conferretur, & hoc propter incertæ vitæ diſcrimen. Præter recentiores, eamdem diſcuſſerunt quæſtionem Guillelmus prædictus Pariſienſis, cujus opera extant, Dionyſius Carthuſianus, & S. Thomas, inſtitutis de hac re tractatibus. Hiſtoriam præmemoratam referunt plurimi, Faſciculus temporum, Pontacus, Genebrardus, Meyerus, & Al-

Digitized by Google

Albertus Magnus libro de ſacramentis. Novimus tamen & videmus contrarium fieri, & multos eſſe, qui plura habent beneficia quam annos; nec deeſſe Doctores, qui hujuſmodi cumulis beneficiorum advehant auctoritatem. Illi viderint, quam recte id agant, & beneficiarii quam tuta conſcientia ſibi arridenti applaudant opinioni; quæ tamdem nonniſi opinio eſt, tot illuſtrioribus viris ex adverſo ſentientibus. Vel id ipſum periculoſum ſatis eſt, in periculo non eſſe ſecurum; & formidabile nimis in incertum fluctuare inter diſſidentes opiniones circa rem, quæ non minoris conſtat, quam æternæ vitæ vel mortis.

X. Procul a ſe fuiſque fecit hujuſmodi pericula religioſa Princeps Agnes Bohemiæ, quæ non ſolum regias abegit divitias, patris, fratriſque Regum beneficia, verum & quæ licite ſuo Monaſterio potuit ſervare, hoſpitale ſcilicet ſancti Franciſci Pragenſis, quod ipſa conſtruxit, & ſuo Monaſterio univit, accipiens aliquas eleemoſynas ex illius redditibus; & ſi quæ alia erant ad Monaſterium, vel hoſpitale pertinentia, libere renunciavit ipſa & ceteræ Moniales, exemplo & ſuaſu ductæ diſcipularum ſanctæ Claræ, quas illac perveniſſe diximus anno ſuperiori, petentes inſuper cum lacrymis, ut eis daretur privilegium, & cautio, ne poſſent cogi ad ullas poſſeſſiones recipiendas de cetero. Quarum petitionibus piis valde, magna animi teneritudine ſubſcripſit Pontifex in hac forma extracta ex Vatic. num. 49.

Agnes Bohema renunciat omnibus poſſeſſionibus.

Ann. 1237. num. 16. tom. 2.

GREGORIUS &c.

Abbatiſſæ & Conventui incluſarum ancillarum Chriſti Monaſterii ſancti Franciſci Ordinis ſancti Damiani Pragenſis.

Pia credulitate tenentes quod in vobis, quarum mentibus nihil extra Deum ſufficit, patris æterni ſpiritus eloquatur; petitiones veſtras, quaſi ab ipſo formatas, ſola cœleſtia ſapientes & benigne ſuſcipimus, & favorabiliter exaudimus; præſertim cum ſicut evidentibus patet indiciis, vos Reginæ Virginum locum in loco pauperum, etiam quando cœli Regem genuit, non habentis, contemplantes penuriam, ubertatis perpetuæ fidelibus productivam, indecens reputetis ſervas & ancillas foveri deliciis, cum pannis vilibus involutus in præſepio ſteterit Unigenitus omnium Conditor. Hinc eſt, quod hoſpitalis ſancti Franciſci Pragenſis diœceſis, cum juribus & pertinentiis ſuis, olim vobis & per vos Monaſterio veſtro ab Apoſtolica Sede conceſſi, veſtra libera reſignatione recepta, vobis qui contemptis viſibilibus, ad inviſibilium delicias properantes, vitare ſtudetis obſtaculum de temporalium ſpinis, inoffenſam faciem Dei quærentium conſurgere conſuetum, devicti precibus veſtris & lacrymis, præſentium auctoritate concedimus, ut invitæ cogi ad recipiendum de cetero poſſeſſiones aliquas non poſſitis. Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. ſi quis autem &c. Datum Laterani XVII. *Kalendas Maii anno* XII.

XI. Conformiter ad hoc ſcripſit Pontifex ad Magiſtrum & Fratres dicti hoſpitalis, indicans eis, ſe liberam Sanctimonialium reſignationem acceptaſſe, & ſub protectione Sedis Apoſtolicæ admiſiſſe. Incipiunt litteræ: *Cariſſima in Chriſto filia* datæ Laterani V. Kalendas Maii. Deinde aliam dedit epiſtolam ad Provincialem Poloniæ, & Priorem Pragenſem Ordinis Prædicatorum, ut per quinquennium bis dictum viſita-

Admittitur ſub protectione Apoſtolica Hoſpitale ſancti Franciſci Pragenſis.

Digitized by Google

rent hoſpitale, corrigerent item & reformarent minus recta; & conſtitutiones editas pro eodem hoſpitali, per Fratrem Joannem Miniſtrum Provincialem Fratrum Minorum, corrigerent, vel mutarent, ſi opus eſſet. Initium litterarum: *Vota devotorum* datum x. Kalendas Maii. Circa has litteras, eſt quod mirer, adeo apertas & claras cauſam mini-
Bzov. hoc ann. 5. ſtraſſe erroris Patri Abrahamo Bzovio, ut pro hoſpitali dicat Monaſterium, & pro Fratribus hoſpitalis, Virgines Inſtitutum ſancti Franciſci Pragæ profeſſas hos commiſſarios reformaſſe. Sane quæ adeo ſancte vivebant, ut nec licita ſibi reſervarent, & laudabili æmulatione ad novos quotidie virtutis aſpirabant progreſſus, non tanta indigebant reformatione, ut ad mores collapſos reſtituendos alterius Inſtituti viri eſſent vocandi, præcipue cum intra paucos ab ipſa fundatione annos, non ita alte dormivit vigilantiſſima & ſanctiſſima Abbatiſſa Agnes, ut deperierit regularis forma diſciplinæ. Neque tamen aliam citat pro hoc ſuo aſſerto ex regeſto epiſtolam, quam hanc, numero quinquageſimam primam.

XII. Eiſdem Sanctimonialibus Pontifex rigorem Regulæ, propter frigidam diſpoſitionem patriæ Bohemicæ, in quibuſdam temperavit, dato diplomate: *Pia meditatione* III. Nonas Maii. Quamdam etiam jejunii

Petit, ſed non obtinet Agnes novam ſibi regulam confirmari.

obſervantiam eiſdem ſtabilivit: *Ex parte cariſſimæ* XV. Kalendas Januarii. Deinde reſcribit Agneti petenti ſibi confirmari quamdam Regulæ formam a ſe compactam ex formula prima, quam ſanctus Franciſcus in initio converſionis rudem, & qualem tunc primo converſas decebat, dedit Claræ & ſociis Aſſiſiatibus, & ex Regula, quam ipſe Gregorius omnibus Damianitis ſcripſit. Miti & benigna exhortatione ſuadet, ne huic petitioni inſiſtat, optimis additis rationibus, quare votis non ſatisfaciat. Demum alias ſubmittit litteras, in quibus ad ſanctum vitæ genus, & excelſas virtutes Virginem invitat.

GREGORIUS &c.

Agneti Ancillæ Chriſti, & glorioſæ Virginis in mulieribus benedictæ.

ANgelis gaudium, & converſis ad Dominum ſuper eo devotionis augmentum adveniſſe credimus, quod regalem apparatum abjiciens, aſſumpſiſti paupertatis habitum, ut veſtigia Regis æterni ſequentibus promiſſa, percipere valeas præmia ſupernorum. Verum ut in hac parte, auctore Domino, dirigi tua poſſit intentio, & compleri, eſt tibi ſollicite vigilandum, ut quamtumcumque cor tuum, inſpirante Domino, ad virtutum obſervantiam inflammetur, ad cultum obedientiæ prompta ſemper, & facilis pro illius gloria, qui uſque ad mortem crucis eſt Patri factus obediens, habearis. Cum igitur nos, licet immeriti, univerſitatis fidelium patres ſimus a Domino conſtituti, hoc gerentes corde præcipuum quod, propitiante Deo, per noſtræ ſervitutis officium ſalus provenire valeat animarum, monita noſtra debet, & devota mente ſuſcipere, & efficacis diligentiæ ſtudiis adimplere: præſertim ſuper iis in quibus hoc ſolum agitur, quod gratum Conditori omnium habeatur. Sane filia benedictionis & gratiæ, cum nobis adhuc in minori conſtitutis Officio dilecta in Chriſto filia Clara Abbatiſſa Monaſterii ſancti Damiani de Aſſiſio, & quædam aliæ devotæ Domino mulieres, poſtpoſita vanitate ſeculi, elegiſſent eidem ſub Religionis obſervantia famulari, ipſis beatus Franciſcus, quibus tamquam modo genitis, non cibum ſolidum, ſed qui videbat competere, potum lactis formulam vitæ tradidit. Quam pri-

pridem nobis in quadam ſchedula, per dilectum filium Priorem hoſpitalis ſancti Franciſci Pragenſis virum ubique diſcretum & providum deſtinaſti, humili ſupplicatione depoſcens, ut præſentatam nobis per eumdem ſub ſigillo tuo formam confectam ex prædicta formula, & quibuſdam capitulis, quæ in Ordinis beati Damiani Regula continentur, confirmari auctoritate Apoſtolica curaremus. Nos quidem ad rationis cònſilium recurrentes, ex diverſis cauſis expedire non vidimus, quod id ad complementi gratiam duceremus. Primo quia prædictam Regulam ſtudio compoſitam vigilanti, & acceptatam a prædicto Sancto, necnon per felicis recordationis Honorium Papam prædeceſſorem noſtrum poſtmodum confirmatam, dictæ Clara, & Sorores, conceſſo ipſis ab eodem, intercedentibus nobis, exemptionis privilegio, ſolemniter ſunt profeſſæ. Secundo, quia ipſæ, formula prædicta poſtpoſita, eamdem Regulam a profeſſionis tempore uſque nunc laudabiliter obſervarunt. Tertio quia cum ſit ita ſtatutum, ut ubique ab omnibus eamdem profitentibus uniformiter obſervetur, ex præſumptione contrarii grave poſſet, ac importabile ſcandalum exoriri. Præſertim quia ceteræ Sorores præfati Ordinis, dum integritatem Regulæ ſic violatam attendent, turbatis mentibus, in ipſius obſervantia, quod avertat Dominus, titubarent. Rogamus itaque devotionem tuam & obedientiam in Domino Jeſu Chriſto, in remiſſionem tuorum peccatorum injungentes, quatenus præmiſſa ſolerti meditatione, conſiderans, & prudenter advertens, quod quidquid tibi ſuggeratur ab aliquo forte zelum, ſed ſecundum ſcientiam non habente, id in tuis affectibus debeat haberi potiſſimum, quod Deo placitum, & acceptum nobis, ſalutare tibi, & proximis eſſe valeat, annuente clementia Redemptoris, prædictam Regulam, omni occaſione poſtpoſita, diligenter obſerves, & a tuis Sororibus obſervari procures, ineffabili ſpe tibi propoſita, quod per hoc animæ tuæ de miſericordia divina proveniat, ut mereatur gemmis adornari, quibus cæleſtis aulæ ſolium noſcitur inſigniri; nec ſuper hoc tibi obſiſtat trepidatio, ex eo conſurgens, quod tamquam eorum ignara, quæ de conceſſione Regulæ memoratæ prædicimus, te ad ſupra dictæ Regulæ obſervantiam obligaſti; nam nullo modo teneris ad illam, cum per Sedem Apoſtolicam approbata non fuerit, & a ſæpe dicta Clara, ejuſque Sororibus, ac aliis non ſervetur. Quid ulterius? quia non videtur votum infringere, qui commutat ipſum in melius; te, ac Sorores tuas ab obſervantia prædictæ formulæ de indultæ nobis a Domino poteſtatis plenitudine abſolventes, volumus, & mandamus quatenus eamdem Regulam tibi ſub bulla noſtra tranſmiſſam, reverentia filiali ſuſcipias, in Monaſterio tuo perpetuis futuris temporibus cum illis articulis obſervandam, ſuper quibus ea caritate devicti, quæ cæli Regem ad compatiendum languoribus humanæ fragilitatis induxit, duximus diſpenſandum, prout in litteris Apoſtolicis directis tibi per memoratum Priorem, ſuper petitionibus ex parte tuæ ſinceritatis oblatis, quantum in Domino fieri cum ſalute animæ tuæ potuit, favorabiliter expeditum, perſpicies contineri: firmam de nobis habitura fiduciam, quod ſi a te aliquando, vel Sororibus jam dicti Monaſterii de ipſius Regulæ in aliquibus temperando rigore, aut ſuper aliis requiſiti fuerimus, ſuper hoc tuis, & ipſarum votis ſecundum Deum paternis affectibus annuemus. Datum Laterani v. Idus Maii anno XII.

EIDEM

XIII. D*E Conditoris omnium ineffabili gratia, & virtute procedit quod contemplationis ſuæ ſpiritus ſic in alta cælorum erigitur, ut ab ipſo, & abyſſi profunditas penetretur, prout innuitur ex* Dei *magnalium varietate mirabili, quam pridem in tuæ ſinceritatis litteris expreſſiſti. Ex ipſa enim collegimus exultantes, quod tu in Aquilonis partibus conſtituta, relictis terræ finibus, qui ſunt cupiditas, vanitas, & voluptas, in ſe ſtultorum oculos defixos habentes, cum Regina Auſtri audire proceſſeris veri ſa-*
Luc. 11. 31. *pientiam Salomonis, circa cujus pedes, tamquam in ſchola virtutum, pervigil & ſedula perſeverans, ibi ſic ad plenum bonitatem, diſciplinam, & ſcien-*
Pſal. 118. 66. *tiam didiciſti, ut ſuæ voluptatis torrente potata, ex hoc in illud eructes, nunc de theſauro tui pectoris fervorem deſiderii novi proferens, nunc circa executionem veteris incommutabilem voluntatem exponens. Super hoc quidem*
Matth. 13. 52. *nato glorioſæ Virginis, cui, ſua diſponente clementia, obtuliſti candorem munditiæ virginalis, quas poſſumus gratias exhibentes, ex intimo cordis affectu tibi benedictionis filia ſuademus, ut in his quæ ſola* Dei *virtus in te operata dignoſcitur, nihil homini, ſed totum adſcribere ſtudeas* Creatori*, a quo mirabiliter angelorum & hominum miniſteria diſpenſante cuncta bona, principium & perfectionis ſuſcipiant complementum, coronam perennis gloriæ obtentu devotionis, & fidei conſequentibus ſubditis, per quos idem quaſi*
Laudatur ſanctus Franciſcus. *per inſtrumentum ſuæ beneplacitum exequitur voluntatis, ſicut in modernorum ſpeculo beato* Franciſco *glorianter in* Domino *contemplamur, qui nutu* Regis *æterni, de ſpina ſubito translatus in florem, poſtpoſitis mundi fallaciis, ad cultum continue tranſiens puritatis, commiſſæ ſibi deſuper gerendo fideliter legationis* Officium*, patris æterni filio grande lucrum attulit animarum, inſtitutis per ipſum, ſpecie ſtigmatum redemptoris, ſicut pluribus dignis fide patuit, inſignitum, per orbis latitudinem tribus* Ordinibus*, in quibus per dies ſingulos cunctipotens redditur multipliciter glorioſus. Intus enim quaſi tribus propaginibus in vite contentis, quas coram ſe*
Gen. 40. 11. *per ſomnium pincerna* Pharaonis *inſpexit,* Fratrum Ordinis Minorum*,* Sororum *incluſarum, &* Pænitentium *collegia deſignantur, quæ ſanctæ, ac individuæ* Trinitatis *dedicata cultui, dum flores opinionis laudabilis & uvas converſationis honeſtæ proferunt, ac vinum ſacræ compunctionis effunditur, multis de fidelium univerſitate producitur, ut in ſanctitate ac juſtitia* Domino *ſervientes, comprehendant fælicitatis æternæ bravium, tibi ab æterno, filia in* Chriſto *cariſſima, ſicut de pietate divina confidimus, præparatum. Quis enim fidelium pro conſtanti non teneat, quod cum tu conſiderans paupertatis habitum, in quo pro ſalute humani generis haberi voluit* Conditor *ſingulorum, in ancillam pauperem & humilem* Reginam *tranſtuleris, olim multis deliciis & honoribus abundantem, percipies perennis theſauri monilia, quæ vacando virtutum amplexibus, virgo & martyr* Agnes *beatiſſima creditur conſecuta? Quis* Deum *timentium plenis non dicat labiis, quod te vacantem virginali munditiæ in ſponſam ſibi elegerit excellentia* Redemptoris*? Rogamus itaque devotionem tuam, & hortamur in* Domino *Jeſu Chriſto, quatenus ſollicita ſuper his, laudis frequentare canticum, quæ gaudentibus Angelis de ſe providiſſe dignoſcitur, præſidens curiæ ſupernorum, ad hoc ſine intermiſſione intentionis tuæ ſummam dirigere ſtudeas, ut quæ pluribus in ſalutis exemplum conſtituta cerneris, ſanctarum concurſu comitata* Virginum*, in æterna tamdem collocari patria merearis; nobis ſuper hoc*

illam

illam percepturis immenſitatem lætitiæ, quæ ſolet patri de virtuoſo filio, & ſtabilis honoris conſequente gloriam provenire. Datum Laterani VII. *Idus Maii anno* XII.

XIV. Monaſterii ſancti Damiani Aſiſiatis mihi ſuppetit memorabile monumentum authenticum, exſcriptum ex originario autographo, quod penes nobilem virum D. Cillenium a Benignotoli Decanum Eccleſiæ majoris Aſſiſiatis, & ædis Portiunculæ, Fratrumque Provinciæ ſancti Franciſci conſervatore diligenter aſſervatur; quo Clara, cum univerſis diſcipulis, hoc ipſo anno conſtituunt Procuratorem ſuum Dominum Oportulum Bernardi, ſancti Franciſci conſanguineum, ut quamdam terræ portionem Monaſterio relictam alienet. Sigillum albæ ceræ adhuc illæſum pendet ex ſex cordulis ſericis crocei coloris, in quo eſt ſculpta imago ſanctiſſimæ Virginis geſtantis humani generis Salvatorem, cum hujuſmodi litteris per gyrum ✠ *Sororis Abbatiſſæ ſancti Damiani*. Obiter hic notaverim, præter hoc Monaſterii ſigillum, aliud habuiſſe proprium, ad peculiares ſuas litteras teſtificandas, ſanctam Virginem Claram, cui inſcripta hæc verba: *Pœnitentiam agite, judicium eſt prope*, quod hodie ſervatur apud Patres Conventuales Coloniæ Agrippinæ, uti ſcribit Erhardus Winheim in ſuo ſacrario Agrippinæ. Eccleſia 22. cœnobitica. Prædicti autem inſtrumenti formulam hic ſubjicimus, ex qua nomina univerſarum illius ædis Sororum conſtabunt. Exemplar inſtrumenti vetuſti S. Damiani.

In Dei nomine. Amen.

XV. D*omina Clara Abbatiſſa Monaſterii ſancti Damiani Aſiſinatis, præſentibus, volentibus, & conſentientibus Dominabus, ſive Sororibus infraſcriptis, nomine ſuo, & dicti Monaſterii fecit, conſtituit, & ordinavit Dominum Oportulum Bernardi, ſuum & ipſius Monaſterii Procuratorem, ſive œconomum ad vendendum, ſive alienandum Eccleſiæ ſive Capitulo ſancti Rufini Aſſiſinatis quamdam clauſuram poſitam in vico Campillionis, & terram ſitam juxta ipſam, latera clauſuræ* 1. *texium* 2. & 3. *viæ, latera terræ prima via a ſecundo, filii Maragonis a tertio, filii Balduini a quarto, ad promittendum & obligandum ſe nomine jam dicti Monaſterii ad defenſionem dictæ clauſuræ & terræ, ad inducendum Eccleſiam, ſeu Capitulum dictum, vel ejus Nuncium in tenutam, ſeu poſſeſſionem clauſuræ & terræ prædictæ, & ad omnia facienda, & gerenda, quæ occaſione ipſius venditionis idem procurator vel œconomus viderit faciendum; quidquid autem de præmiſſis fecerit ratum & firmum habere promiſit. Nomina Dominarum ſive Sororum ſunt hæc Agnes, Philippa, Jacoba, Illuminata, Cecilia, Ægidia, Agnes, Anaſtaſia, Agnes, Chriſtiana, Jacobina, Balvina, Manſueta, Amata, Benevenuta, Bonaventura, Benevenuta, Benreceuta, Conſolata, Andrea, Aurea, Leonarda, Agatha, Felicita, Angelucia, Felicita, Maſſariola, Maria, Gregoria, Maria, Joanna, Benedicta, Joanna, Bennata, Joanna, Lucia, Helya, Matthia, Clara, Stella, Lea, Beatrix, Bartholomæa, Praxeda, Herminia, Daniella, Clarella, Pacifica, Vertera, Pataritia. Ut autem ſcriptura præſens faciat præſentibus & futuris, & poſteris plenam fidem, dicta Domina Clara, & ejus Sorores fecerunt eam conſignari ſigillo Capituli Monaſterii memorati, ſub anno Domini* MCCXXXVIII. *Indictione* 17. *tempore Gregorii Papæ IX. & Friderici Imperatoris, die* VIII. *intrante menſe Junii.*

XVI. Pre-

XVI. Premebant Pontificem res Orientis, quibus ſubveniendis multum conſcribebat militem, & Prædicatorum Minorumque indeſeſſo miniſterio multos cruce ſignabat, Principibuſque huic expeditioni ſe parantibus pecuniarum adſuit ſubſidio. VIII. Idus Februarii ſcripſit Archiepiſcopo Rhemenſi, & fratri Willelmo Minoritæ ſuo Pœnitentiario, ut H. Comiti, Barri ducis centum milites ducenti in ſubſidium Terræ ſanctæ vel Imperii Conſtantinopolitani decimam pecuniæ, quæ de redemptione votorum crucesignatorum Rhemenſis Provinciæ ad eorum manus pervenerat, eidem Comiti in proſecutionem ſui itineris perſolvant. VII. Kalendas Martii eidem fratri Willelmo ſcribit ut nobili viro G. de Argentonio Pictavenſis Diœceſis ſimiliter militibus in eamdem expeditionem ducentis ſubveniat. VI. Kalendas Julii præſcribit eidem & Decano Pariſienſi, quæ legata relicta in ſubſidium Terræ ſanctæ debeant exigere. Nonis Novembris jubet eumdem, ut Epiſcopo Nivernienſi, cum honorabili bellatorum numero in Terram ſanctam transfretaturo, redemptiones votorum crucesignatorum in duabus diœceſibus Regni Franciæ faciat aſſignari, poſtquam iter hoc arripuerit. VI. Kalendas Decembris ſtatuit ut nobili viro H. Domino Belli-joci in ſuccurſum Imperii Romaniæ profecturo dari faciat redemptiones votorum, quas per Abbatem villæ, ac fratrem Petrum de Philiſtim Minoritam in terra ejuſdem Domini colligi mandavit. IV. Nonas Decembris Senonenſi & Rhotomagenſi Archiepiſcopis, & prædicto fratri Willelmo præſcribit modum relaxandi vota ſenum, debilium, & infirmorum in Regno Franciæ. Multam & fidelem præſtitit hic Willelmus in hac ſancta expeditione operam in Regno Galliæ, necnon alius Willelmus de Oleronio dictus, Ordinis Prædicatorum, ſimiliterque fecerunt in aliis Regnis utriuſque Inſtituti profeſſores.

Pontifex magnam aſſumit curam pro rebus Orientis.

Gonzag. in Prov. Majori. in prov. & Con. 1.

Conven. Majoricen.

XVII. Obtinuerunt hoc anno Minores domicilium in Majorica Civitate Balearium Metropoli, optimis quibuſque rebus ad vitam humanam neceſſariis instructa. Fundum acceperunt a Jacobo Rege Aragonio in ipſa muri ruptura, vel loco, quo Civitatem expugnavit, pridie Kalendas Januarii anno MCCXXX. captis Rege Retabohihe, & filio undecim annos nato, ubi tum regia liberalitate, tum Civium munificentia amplum ſatis extruxere Cœnobium. Sedem poſtea mutarunt, ob loci inſalubritatem, conferente eis locum intra Civitatis mœnia Sanctio Rege, Jacobi ex filio nepote. Curavit ſe dignum inibi ædificari Monaſterium Sanctius ex magna nimis propenſione in Minores, tum ob conſanguineos factos ejuſdem Inſtituti, tum ob perſpectas Fratrum virtutes, & bono cultam exemplo Civitatem. Ampliſſimum & elegantiſſimum domicilium quadruplici clauſtro, duplici Refectorio, inſigni Bibliotheca libris optimis inſtructa, capaciſſimo Dormitorio, multa ſacra ſupellectile, amœniſſimis hortis, abundantiſſimis gaudet aquarum irriguis. Eccleſia auguſtiſſima & pulcherrima, opere concamerato conſtructa, viginti quatuor ſacellis ſibi invicem oppoſitis inſignitur. Tigna ſacræ & elegantis ædis cum prius lignea eſſent, tanto opere indigna, teſtudinem fecit lapideam R. Sina Balearium Epiſcopus, qui ſimul cum aliis ſex eorumdem Balearium Epiſcopis Franciſcanis, juxta baſim ſummi altaris ſepultus eſt. Ceteram Eccleſiæ partem Belgico more conſtruxerunt duo fratres cognomine Aſinelli, qui celebris & admirandæ curvatæ turris Bononienſis opifices fuere; unde & in præcipuo hujus loci clauſtro lapideo ſepulcro ære contecto condi meruerunt. In ſacello puritati Virginis glorioſæ ſacro, jacet in eadem Eccleſia honorifico tumulatus mauſoleo Ray-

Digitized by Google

Raymundus Lullius Tertii Ordinis Franciſcani alumnus, quem magna in veneratione habent Baleares, & pro beato, ac inſigni martyre Chriſti colendum cupiunt, ejuſque doctrinam reconditam nimis, neque optimis etiam ingeniis obviam per omnia probatam volunt, quam ut contra detrahentes, vel impugnantes propugnent, a decennio & ultra in Urbe habent communi urbis & Inſulæ nomine, hujus cauſæ vindicem doctum quempiam Minoritam. Sub mortis tempore amplior de eo ſermo recurret. Datus eſt hic locus Patribus Obſervantibus anno MCCCCXCIV. deinde iterum reſtitutus Patribus Conventualibus, tamdem anno MDLXVII. rediit ad Obſervantes, ita volente & agente apud Pium V. Rege Hiſpaniarum Philippo II.

XVIII. Eodem anno Cœnobium alterum extruxit in Civitate Daurenſi in Aquitania inclytus heros Dambreſius, ex maxima in Deum pietate, atque in Franciſcanam Religionem benevolentia, in quo corpus ſuum, erecto celebri mauſoleo, e ſummi altaris regione, recondendum curavit. Hæretici non ſemel locum profanarunt, expilarunt, & incenderunt, occiſo tamdem crudeliſſime ædis Præfecto Guillelmo Reriacho, cujus illuſtre martyrium dabimus ad annum MDLXV. quo paſſus eſt conſtanter. Tunc etiam fabricata ex pietate R. Domini Abbatis ſancti Nicolai, & aliarum perſonarum Eccleſia Monaſterii ſancti Franciſci Salernitanæ urbis in Campania antiquæ, olim nobili ſchola, & nunc ſancti Matthæi Apoſtoli corpore celeberrimæ, ad mille paſſus a mari Tyrrheno, amæniſſimo in loco ſitæ. Locum ampliavit Margarita illius Regni Regina, cujus corpus jacet in Eccleſia, & ejus nomen exprimitur in faſcia quadam marmorea. Locus Fratrum eſt pauperrimus, ſitu tamen pulcherrimus, & aeris temperie ſaluberrimus, ubi ſemper pubeſcunt herbæ, & arbores nullo tempore comas perdunt, gemmea florent varietate. In monte ſitus eſt locus, haud nimis in altum porrectus, tremulis olivarum umbraculis opacus, in loco, qui Bonædiei dicitur. Floruit in hoc Conventu Reverendus Maſſa, vir inſignis; nam in ejus ſepulcro leguntur hæc carmina.

Conven. Daurenſis.

Gonzag. in prov. Aquit. Recent. Conven. 2.

Conven. Salernitanus.

Rodulph. fol. 275.

Hic jacet in capſa dictus cognomine Maſſa
Aſtra tenent mentem, meritis nunc grata ferentem.

XIX. In Civitate Salamantina, inſigni Academia per orbem famoſiſſima, in qua per aliquot annos ſacram Theologiam & didici & profeſſus ſum, infra & prope urbis mœnia inter ſanctum Romanum, ſanctum Thomam, & ſanctum Chriſtophorum, ex Civium liberalitate exædificata eſt pro Monialibus Damianitis domus ſub invocatione ſanctæ Mariæ Salamantinæ, cujus prima Abbatiſſa erat ſoror Urraca, quæ cum ceteris Sororibus more Inſtitutricis, & Sororum Aſſiſiatum, abhorrebat poſſeſſiones quaſcumque, vel redditus, ut conſtat ex privilegio exemptionis datæ ab Epiſcopo M. & Capitulo Salamantino, quod ſuis litteris inſeruit Innocentius IV. ſub anno III. Pontificatus. Defuncta ſancta Clara, & inter Sanctos relata ab Alexandro IV. ab ea ſuſcepit nomen Monaſterium, & Damianitæ vocatæ Clariſſæ. Magnam ſemper obtinuit pietatis, & regularis diſciplinæ famam, quod aliis urbibus fuit æmulationi, ut inde ſibi ſancti Inſtituti magiſtras & fundatrices aſciſcerent. Obierunt feliciter & ſancte hoc in loco ſorores Maria Suarez, de qua late Minorum chronica, Agnes & Marina a Turribus, & aliæ plures, de quibus alias latius. Sæpius ipſe præſens expertus ſum hujus ſacri Collegii ſanctimo-

Gonzag. in prov. S. Jacob. Monaſt. 1.

Monaſt. Monial. Salamantinum.

niam

niam frequenter ad ſacras ſuſcipiendas confeſſiones evocatus, & ad interiora penetralia aliquoties admiſſus, ut languentibus, aut morientibus mea qualicumque ope Sororibus adeſſem. Capaciſſimum, & commodum habent Sorores habitaculum, neque quidpiam profanum aut indignum Clariſſis vidi in interioribus officinis. A prima tamen inſtitutione & paupertatis degenerarunt profeſſione; ad ceterarum namque Urbaniſtarum morem poſſeſſiones admiſerunt, neque tamen habent ad exceſſum, neſcio forſan an ad indigentiam. Plura acceperunt tam a Pontificibus, quam a Regibus Caſtellæ privilegia, quorum aliqua ſuis dabimus locis.

Monaſt. Monial. Mantuanum. XX. Eodem anno extra Mantuam Lombardiæ Tranſpadanæ urbem celeberrimam, in loco quodam de terra Telieti dicto, ſuper dorſum prope Meraretum poſita, conſtruxit Monaſterium pro eiſdem Damianitis frater Zamboninus de Rufino, Mantuanus civis, de vita pœnitentum ſeu tertii Ordinis ſancti Franciſci, in quo primum fecit poni lapidem Epiſcopus Mantuanus Jacobus de Caſtello Arcuato Placentinus, dato etiam exemptionis a jure Epiſcopali privilegio, ad requiſitionem dicti Zambonini, præſentibus multis teſtibus, & fratribus Joanne & Jacopino de Axandris Mantuanis Minoritis; quæ omnia conſtant ex dicto privilegio inſerto bullæ Innocentii IV. anno 1. ſui Pontificatus. An hic idem ſitus ſit, cum illo quem modo retinent ad trecentos paſſus a Mantua extra portam Cereſenam, in loco, qui Miliarino dicitur, non auſim affirmare, cum facile quis decipi poſſit circa locorum nomina, quæ frequenter mutantur, novis ſeculis novis ſibi ſuccedentibus nomenclaturis. Vixerunt hæ Sorores Mantuanæ per plures annos religioſiſſime, ſed laxatis tamdem habenis diſciplinæ regularis, ut hominum fert fragilitas, datæ ſunt reformandæ Patribus Obſervantibus anno MCCCCXXXIV. vocatis religioſioris vitæ magiſtris e Mediolanenſi Monaſterio ſanctæ Urſulæ, ex commiſſione Guillelmi de Caſali Generalis. Primam fuiſſe rectricem beatam Agnetem ſanctæ Claræ ſororem, ſcribit R.P. Hippolytus Doneſmundus in hiſtoria Mantuana; neque id mihi omnino incredibile, cum ad multas urbes, hujus Religionis plantandæ gratia, miſſa ſit a ſorore, & Gonzaga aſſerat, Venetum fundaſſe Monaſterium ſub anno MCCXXXIV. uti ſuperius admonuimus: at non adeo diſtat utraque Civitas, ut Venetiis regrediens, hic non potuerit Agnes per aliquod tempus inſiſtere. Plures in hoc Monaſterio fulſere virtute & pietate Virgines, inter quas celebrior Clara Mantuana, ſignis & prodigiis inſignis.

Gonzag. in prov. S. Ant. Monaſt. 7.

Gonzag. in prov. S. Ant. Monaſt. 6. Doneſm. l. 4.

An. 1234. n. 8. tom. 2.

Ferrar. in Topogr. Monaſt. Monial. Marſic. S. Silveſtri. XXI. In Marſicana Diœceſi, non illa Regni Neapolitani, quam in Lucania ſeu Baſilicata ſub Archiepiſcopo Beneventano reponit Philippus Ferrarius in Topographia Martyrologii, quæ tamen Salernitano ſubeſt Archiepiſcopatui (quem dum hæc ſcriberem, anno MDCXXIV. menſe Decembri, contulit Philippus IV. in Illuſtriſſimum Dominum, ſingularem meum Mæcenatem Gabrielem a Trejo Cardinalem, ultra hæc magna quæque merentem) ſed in illa, quæ idem habet nomen, in Latio a Marſorum metropoli apud Fucinum lacum, inter Albam Marſorum & Soram, Cliterno, ſeu Celano, & Tranſaguis proxima, Matthæus Abbas & Conventus Monaſterii Farſenſis olim celebris & ſumptuoſi, pulchro in colle ad dextram Farfari amnis in Umbria, dederunt pro conſtruendo hujus Inſtituti Virginibus Eccleſiam ſancti Silveſtri de Peretro, ſibi pleno jure ſubjectam cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis; & nobilis vir Andreas de Pontibus, quondam patronus ejuſdem Eccleſiæ juspa-

Digitized by Google

juſpatronatus ipſius, & omnia, quæ ratione juris ejuſdem, vel alio modo ſibi competebant, in illa eiſdem Virginibus provida liberalitate remiſit, ſubmittens ſe ac hæredes ſuos, certa pœna interpoſita, juriſdictioni ſpirituali Raynaldi Epiſcopi Oſtienſis & Velletrenſis, earumdem Damianitarum Protectoris, & ſucceſſorum ejus, ſi contra prædicta ipſe vel hæredes ejus præſumerent attentare. Donationem hanc fecit coram fratre Raynaldo Minorita, dicti Cardinalis capellano, vocatis pluribus teſtibus, ut conſtat ex inſtrumento publico inſerto bullæ Innocentii IV. Pontificatus anno I. Prima autem Abbatiſſa fuit Ymilla dicti Andreæ ſoror.

XXII. Abbas item & Conventus Monaſterii de Farneto, Aretinæ diœceſis, Ordinis ſancti Benedicti dedit Sanctimonialibus ſancti Coſmæ in Urbe, de quarum fundatione egimus ſuperius, Eccleſiam ſancti Cornelii prope inſulam, quæ vocatur caſtrum ſancti Petri, in loco, qui dicitur Macerenum, Portuenſis diœceſis cum Eccleſiis ſibi ſubjectis, & omnibus juribus & pertinentiis ſuis, pro permutatione Monaſterii ſancti Criſpoliti de Bettona Aſſiſinatis diœceſis, cum omnibus etiam juribus & pertinentiis, quod erat membrum Monaſterii ſancti Coſmæ, dum olim eſſet Patrum Benedictinorum, ſed in temporalibus diminutum, & in ſpiritualibus reformatum. Pro parte Monialium erat procurator, & ſyndicus Magiſter Joannes de ſancto Germano Capellanus Pontificis, ejus auctoritate & litteris conſtitutus, & pro Monachorum parte frater Ubertus, ut latius patet in Pontificio diplomate, ad annum XII. Pontificatus. *Monaſt. S. Coſmæ in Urbe cōmutat quaſdam poſſeſſiones.*

XXIII. Patiebantur a nonnullis hoc tempore multas injurias Minores in diœceſi Braccarenſi, in Luſitania in ſuis perſonis ac rebus, & eleemoſynis, quæ conferebantur eiſdem pietatis intuitu, de quibus cum apud Pontificem conquererentur, dedit litteras VIII. Idus Auguſti ad Epiſcopum, Decanum, & Magiſtrum ſcholarum Aurienſem in Regno Galeciæ, ut omni ſtudio curarent ne amplius in præmiſſis eos permitterent moleſtari. Dedit etiam x. Kalendas Aprilis, novum robur litteris Honorii III. incipientibus: *Cum ſecundum conſilium*, quas ſupra exſcripſimus, in quibus prohibebat, ne ante expletum annum probationis reciperetur quiſpiam ad profeſſionem, nec profeſſus a Religione diſcederet, neque in aliam admitteretur Religionem. Jubebat inſuper, ne ullus extra Ordinem portaret habitum Fratrum Minorum. Demum IV. Nonas Martii univerſis Fratribus Minoribus & Prædicatoribus, in Ultramarinis partibus conſtitutis, pro converſione Paganorum, & aliorum eaſdem conceſſit Indulgentias, quæ in Terræ ſanctæ ſuccurſum proficiſcentibus in generali Concilio ſunt conceſſæ. *Privilegia Pontificia.* *An. 1220. n. 60. tom. I.*

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. FRiderici Imperatoris crudelem ſævitiam in Pontificem, & „ ſuos cujuſvis generis ſequaces, etiam Religioſos Prædicato„ res, & Minores, cum palam olim hic annus univerſo orbi manifeſta„ verit (unde inter nefaſtos ab hiſtoricis relatus eſt) ejus iterum in„ fanda calamo refricare erubeſco: & ſi quis forte hujuſmodi triſtia „ legendi curioſitate pulſetur, hiſtorias conſulat, vel etiam noſtrum „ Waddingum, qui licet de his deſuper parce ſcripſerit, nihilominus *Wadd. ad hunc annum num. I.*

,, apud illum ingentem malorum iliadem in parvæ nucis putamine leget:
,, nos vero placidiora, & jucundiora exhibebimus.
,, II. Et quidem atrociter in Prædicatores, & Minores agente Fri-
,, derico, &, quod plus eſt, Sacram Hieroſolymam Jeſu Chriſti ſan-
,, guine pro noſtra redemptione aſperſam peſſundante, vigilantiſſimus
,, Paſtor, cujus præcordia hæc tam dira, atque injurioſa premebant,
Indic. ex Oder. fol.511. ,, Hungariæ Regi pientiſſimo, & religioſiſſimo, in eorumdem Terræ
,, Sanctæ, ac religioſorum favorem, Apoſtolica bina diplomata, pri-
,, mum *illam de te fiduciam &c.* Idibus Auguſti: alterum vero *in cælo-*
,, *rum &c.* Idibus itidem Auguſti, ſumma caritate referta, direxit. Ea-
513. ,, dem pariter ſollicitudine, & paſtorali cura ſancto Ludovico Franco-
,, rum Regi, eodem argumento ſcripſit, dato brev. *inæſtimabilis mune-*
538. ,, *ris &c.* VIII. Kalendas Decembris; Balduino vero Hieroſolymitano
,, Regi, cui plurimum in his confidebat, favens, pro ejus tranſitu in
,, Terram ſanctam, & ſalvo conductu, bina etiam brevia expedivit
,, *Licet hactenus &c.* VI. Kalendas Decembris, & *cum ſicut &c.* VI. Idus
539. ,, itidem Decembris; Epiſcopo tamdem Præneſtino, Regique Na-
,, varræ pia ſubſidia (expeditis litteris Apoſtolicis *Nobilis vir &c.*
,, V. Idus Junii, & *litteris veſtris &c.* VII. Idus Martii) commenda-
Indiculus. ,, vit.
,, III. Interea ſanctus Paſtor Monialium Clariſſarum negotiis in-
,, tentus (nil enim omittere paſtoralis diligentia permittebat) non-
,, nulla bona Monaſterii, quæ forte alienare putabant, illa vendere,
Ne Moniales Montis Lucis diſtrahant bona. ,, aut quovis modo diſtrahere interdixit *Status Monaſterii &c.* Idibus
,, Martii: illarum vero ſanctæ Catharinæ Cæſarauguſtæ in Hiſpania,
,, bona quæque, ſive mobilia, ſive immobilia, ex Anagnia XIV. Octo-
,, bris, ſpeciali titulo, ſuæ protectioni reſervavit. Divinorum officio-
,, rum, tempore interdicti, eiſdem (interdictis attamen excluſis) cele-
,, brationem conceſſit X. Maii Viterbii: voluit etiam in eo Monaſterio,
,, non tantum Religioſas ejuſdem profeſſas, ſed etiam familiares ſepul-
,, turam habere poſſe III. Junii Viterbii: quodque eleemoſynas dare,
Hebr. ſup. citat. de Monaſter. Cæſaraug. ,, & accipere queant, Viterbii XVI. Junii: ac tamdem iterum eas, &
,, Monaſterium Imperialis Cæſarauguſtanæ Urbis protectioni commen-
,, davit I. Junii.
,, IV. In religioſo Sanctimonialium Clariſſarum Monaſterio Man-
Hippol. Doneſm. lib. 4. ad hunc annum. Bajard. in Theatro. ,, tuano, plures earum, quæ Jeſu Chriſto Virginum Sponſo, ſuper om-
,, nia deſideratiſſimo, ſeſe conſecraverant, præclaris virtutum ſplendo-
,, ribus plures claruiſſe, Hippolytus Doneſmundus in hiſtoria Mantuana
,, ad hunc annum enarrat, ut refert Bajardus.

AR-

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Perſequitur Elias regularis diſciplinæ zelatores; e quibus occubuit beatus Cæſarius Spirenſis; deponitur proinde ab Officio generalatus Elias, cui ſubſtituitur Albertus Piſanus, quo item brevi defuncto, ſuccedit Haymo Anglicus vir optimus, tranſeunte interim Elia ad Fridericum. Dividitur Provincia Germaniæ, in qua Clerus ſecularis Regularibus, præcipue Prædicatoribus & Minoribus, illa inviſus ætate. Moritur Jacoba Romana de Septemſoliis; fit Minorita Adolphus Comes Alſatiæ; & creatur Archiepiſcopus Mediolanenſis Leo Valvaſorius Minorita; extructa plura hujus Inſtituti Cœnobia.

I. FRATER Elias ad ſuas artes reverſus, humilitatis & paupertatis viam exoſus, alio ducebat Fratres, perſuaſionibus humanæ ſapientiæ verbis paſſim inculcans, ſancti Franciſci ſemitas non quibuſcumque terere licere, ſed pauciſſimis, iiſque ipſius Inſtitutoris ſpiritus cœleſti dono participibus. Omnino itaque contrariam primævæ introducebat paulatim vivendi rationem, laxatis boni regiminis habenis. Numquam deſunt in Sodalitiis, qui hujuſmodi adhæreant Prælatis, & qui adulatorie probent quidquid, etiam minus probe, fit a Rectoribus. Magna pars Eliam ſectabatur, cui etiam applaudebat favor Potentum tum Eccleſiaſticorum, tum ſæcularium Principum, ob miram in rebus agendis, & tractandis peritiam, ob multam hujus ſeculi prudentiam, & placitam omnibus egregiam curialitatem. Sed nihil horum veriti diſcipuli, & ſocii pii Inſtitutoris, dolentes, doctrinam ſancti Patris contemni, vivendi normam ab eo ſtatutam poſtponi novis diſſolutorum hominum adinventis, & vitam Evangelicam reprobari, unanimi conſenſu cœperunt his malis contraire. Prius egerunt pacatius cum Fratribus Eliam ſequentibus & piis iiſque efficacibus rationibus perſuadere tentarunt, non Eliæ, ſed Franciſci doctrinam præponendam, illam a Chriſto datam, in Evangelio commendatam, ab Eccleſia confirmatam, ſecure admittendam; Elianam vero ab homine non adeo ſancto, neque perfecto noviter excogitatam, Evangelicæ legi non omnino conformem, a nullo Pontifice approbatam, errandi periculi non penitus expertem. Tutiori itaque via incedendum dicebant; neque tranſiliendos terminos, quos poſuerunt verbo, & exemplo monſtrarunt Patres eorum.

Marian. c. 11. Marc. p. 2. lib. 1. c. 5. Chron. antiqu. MS. Angel. Claren. in in 2. tribulat. Ord.

Attenuatur ſub Elia rigor vitæ regularis.

Zelant ſuum ſtatum ſocii ſancti Franciſci.

II. His ſalutaribus hortamentis quoſdam omnino averterunt ab Eliæ ſequela, alios remorati ſunt, ne inconſulte & cœco greſſu ducerentur in præceps; at tamdem prævaluit auctoritas contraria jubentis, & exemplum Rectoris aliter facientis, quorum utrumque ſubditos non tam invitat, quam cogit; quare non amplius ſibi diſſimulandum judicarunt illi virtutis athletæ, ſed in medium prodeundum, atque in facie Eliæ reſiſtendum. Convenerant in unum plurimi Viri optimi ad ubera ſancti Inſtitutoris enutriti, ducemque ſuum conſtituerunt Cæſarium Spirenſem Teutonicum, virum integerrimum, doctum, ſanctum, Evangelicæ paupertatis, & regularis obſervantiæ intrepidum defenſorem, de quo alias ſermonem inſtituimus. Aggrediuntur omnes Eliam, & modeſte accepta loquendi venia, quam ſibi diſpliceat mutatum vitæ genus in Re ligione reverenter exponunt, idque ſecum decreviſſe, ut pro viribus con ſervaretur ſancti Patris Franciſci memoria, & quibuſc umque alioru m adin-

Horum dux Cæſarius Spirenſis.

Anno 1221. n. 5. tom. 1. & alibi ſæpe.

Digitized by Google

ventis ejus præponeretur doctrina. Rogatum itaque & præmonitum voluerunt, ne laboraret amplius in ſeducendis Fratribus a ſemitis ſui Inſtitutoris; neque enim ſe id permiſſuros, ſi poſſent, audenter ſubdiderunt.

III. Finxit, ſe pacifice hæc audire Elias, neque quidquam aſpere reſpondit tantis Viris, tum ob eorum reverentiam, quam ſancti Magiſtri diſcipulatus, ipſorumque diſcipulorum apud quoſcumque, etiam prædictæ vitæ homines bona opinio conciliabat; tum ad evitandos tumultus, faciliuſque ſupplantandos homines incautos (prudentiæ hoc & ſagacitatis genus eſt, diſſimulare dum non poſsis, ut tamdem poſſis, quæ velis) quare mollibus verbis impinguatos, & fictis quibuſdam ſponſionibus pacatos dimiſit. Acceſſit interim ad Pontificem, apud quem ficta illa apud Cortonium pœnitentia & pietate, bonam ſibi acquiſivit opinionem, quam non aliter ſe conſervaturum judicabat, quam ſi adverſariorum fraudulenter detraheret ſanctitati. Propoſuit itaque ſub boni & æqui ſpecie, id familiare eſſe in omnibus ſodalitiis, ſed maxime ſimplicium ut indiſcrete & ignoranter multa agantur ſub pietatis intuitu, quæ niſi mature tollantur, aut corrigantur quantumvis videantur ab initio ludicra & levia, facile interitum paritura. *Sunt*, addidit, *inter nos aliqui, qui propter diſcipulatum & ſocietatem ſancti Patris noſtri Franciſci, habentur apud domeſticos & exteros in magna æſtimatione; ſed hi ſuo ſe regentes ſenſu, laxantes obedientiæ frænum, velut oves abſque paſtore, & homines abſque ductore, hinc inde diſcurrunt, loquentes quæ placent, & ſequentes eam vitæ rationem, quæ tamdem in Religionis tendet jacturam, niſi opportuno per Veſtram Sanctitatem occurratur remedio. Quare meæ partis eſſe ſub conſcientiæ reatu judicavi hæc V. Sanctitati denunciare, quæ libentius tacuiſſem, quam dixiſſem, ſi caritativis exhortationibus, aut placidis remediis ea poſſem curare; & dum non mihi ita licet, non viderem certum Religioni imminere damnum, atque quaſcumque res noſtras veſtro ſecure repoſitas pectore præſcirem.*

IV. Facile ficte dicenti fidem adhibuit Pontifex, ob ſummum in Religionem affectum, cujus decorem obſcurandum, aut attenuandum iri timebat per hujuſmodi, ut Elias dicebat, ex legum & circumcurſantium licentiam. Dedit itaque amplam poteſtatem Generali, ut in eos animadverteret, & ſeverius ſi oporteret, jus diceret, atque quoſcumque in Ordinem redigeret. Nihil ultra deſideravit Elias; quare Peruſio rediens Aſſiſium, ſtatim in Cæſarinos (ita a capite fratre Cæſario nuncupabantur, inquiſivit, quoſdam dedit in exilium; alios durius increpavit; duodecim variis afflictos pœnis, hinc inde per varia loca, & Provincias diſperſit; fratrem Simonem de Collazzono virum ſanctum, de quo nos largius anno ſequenti, conviciis & injuriis replevit; ſed & in eum manus injeciſſet, niſi nobilium parentum, & conſanguineorum indignationem timuiſſet; attamen quibuſdam adſtrictum legibus intra cujuſdam Cœnobioli terminum ſub gravibus pœnis latitare præcepit; plurimos tamdem conjecit in carcerem; ſed præ omnibus durius Cæſarium afflixit, vinculis & compedibus alligatum. Bernardus a Quinta Valle primus Franciſci diſcipulus apprehenſum audiens Cæſarium, fugit a facie inimici, & perſequentis in montem Sephrim, ubi confecto ſibi tuguriolo ex arborum ramis, vixit per biennium, ex licentia ſibi data in morte ab Inſtitutore vivendi ubi placeret, mirabiliter cibum, miniſtrante fabro quodam lignario; neque ante hunc annum rediit ad Fratres, ubi reſcivit Eliam ab

Eos ſupplantat Elias.

Quæritur de eiſdem apud Pontificem.

Credit ei ſincere Pontifex.

Durius in omnes animadvertit Elias.

Digitized by Google

ab Officio remotum. Conſolatus eſt autem conſodales in reditu, rogans eos, ut patienter ferrent tribulationes, quibus Dei ſervi probantur, & prædicens, majores his afflictiones ſuperventuras Religioni; neque finem adfuturum malorum, donec inundaverint & univerſum comprehenderint ſodalitium. Tunc vero quando humanum omne defuerit auxilium, divinum adfuturum dixit, & oblaturum homines egregiæ virtutis & ſanctitatis, qui penitus collapſam reſtituant diſciplinam.

V. Per integros annos binos detinebatur in carcere Fr. Cæſarius, laxatis tamen vinculis, & compedibus, donec ineunte hoc anno, forte ex incuria, carceris cuſtos frater laicus temerarius & crudelis, Cæſarinorum inhumanus adverſarius, reliquit oſtium apertum, & algeſcente hyeme, exivit Cæſarius deambulaturus parumper ad Solem. Rediens carcerarius, videnſque præeuntem, & ab oſtio longiuſcule progredientem, judicavit fugam intentaſſe: quare arrepto obvio fuſte, cucurrit furibundus timens Eliæ, ſi hic elaberetur, indignationem, & inſane virum innocentem percuſſit in capite, lethale vulnus caſu, & ultra quam fortaſſe vellet, inſigens. Cadens in terram Vir ſanctus, indignationem nullam oſtendit, ſed manſuete & patienter percuſſori veniam dedit, exoranſque pro perſecutoribus iiſdem Chriſti verbis: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*; atque illa pro ſe addens, *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum* ſanctam paulo poſt efflavit animam. Miſerabile & horrendum ſpectaculum, ut in exordiis novellæ & humilis ſodalitatis ſpectatæ vitæ, & notæ litteraturæ Vir, ab ejuſdem profeſſionis ſocio feriretur ad mortem, & velut alter Abel juſtus manibus ſui fratris occumberet. Ex horrore fraternæ cædis, & offenſione legentium judicaverim, Marcum Ulyſſiponenſem fratricidium tacuiſſe, & dixiſſe Cæſarium ex carceris ærumnis occubuiſſe. Sed ea veritatis hiſtoricæ lex eſt, ut tam bona, quam mala, tam laudes quam opprobria referantur, dummodo ad narrationem conducant. Silere multa licet, aliter narrare, quam evenerint, non licet. Ita vero peremptum Cæſarium ſcribunt vetera quæque noſtra monumenta, & præ ceteris beatus Angelus Clarenus, qui ſæpius in ſuo opere de ſeptem tribulationibus Ordinis ait, ſe Bernardum, Maſſæum, & plures alios Cæſarii in tribulatione ſocios familiariter allocutum. Non eſt cur ita hæc admiremur, aut negemus; a fraterna cæde mundus incœpit; Jacobi filii fratrem vendiderunt; Chriſtum ipſum homo unanimis, qui ſimul cum illo dulces capiebat cibos, & in domo Dei ambulabat cum conſenſu, in hoſtium tradidit poteſtatem; Stephanum ſuæ profeſſionis viri lapidibus obruendum curarunt; & Romana Urbs, orbis caput, prius fraterno ſanguine fœdata, quam extructa. Res magnæ non ita per ſingula ordinate incipiunt, ut perturbato ordine, felicis incrementi ſpem lætam frequenter non intercidant, & vario eventu proſperitatis, & adverſitatis nihil undique felix, nihil omnino ſtabile in rebus humanis non aperte demonſtrent. Semper in omnibus Religionibus turbæ aliquæ fuerunt, quia nulla tam copioſæ felicitatis extitit, quæ non aliqua ex parte ſui ſtatus varietatem non ſenſerit, & diverſa hominum ſtudia non ſit experta.

Occiditur Cæſarius.

Luc. 23. 34. Ibid. 46.

Gen. 4. 8. Marc. 2. p. l. 1. c. 5.

VI. Dubitat Rodulphus, an compoſito factum ſit ita ab illo inſano cuſtode, an occaſionem percutiendi ſumpſerit ex ſimulato timore fugæ arripiendæ, quem alias mortali odio proſequebatur; & occaſionem prætenderit vulneris, qui deſiderium prætulit mortis. Utrumque factum non ita diſplicuit Eliæ, ut fratricidam gravius punierit, neque perſequu-

Rodul. fol. 177.

Digitized by Google

quutionem remiſerit in Cæſarii ſequaces, quorum plures habitu ſpoliavit, & extra Ordinem fecit. Deus autem, in cujus conſpectu pretioſæ ſunt mortes Sanctorum juſtorum, & ulciſcitur ſanguinem Sanctorum ſuorum, qui effuſus eſt, ipſa hora interemptionis Cæſarii fecit, ut in mentis exceſſu videret Pontifex Gregorius animam ſplendidiſſimam multo angelorum numero ſtipatam in cœlum efferri; cujuſnam autem eſſet? cum interrogaret, reſponſum ei ab Angelo fratris eſſe Cæſarii Spirenſis martyrio affecti a ſuis, ob propugnatam ſanctioris Inſtituti rationem. Remque omnem ex ordine narravit, & qualiter alii plures affligantur injuſte ob eamdem cauſam; quorum omnium, & mortis hujus, inquit, dabis rationem in die obitus tui, quia ob fidem leviter præſtitam Eliæ, & auctoritatem eidem conceſſam, ita male audiunt, & afficiuntur hi profeſſores Evangelici. Expleta viſione, vocatis Fratribus, quorum aliquos ſemper apud ſe detinebat in curia, manifeſtavit, quod vidit, & poſtridie per curſorem accepit, rem factam cum viſa per omnia cohæſiſſe. Videns itaque ſe deluſum ab Elia & ſequacibus, amplius non ſe credidit eis, nec ad familiaritatem admiſit, ſed pios & bonos tribulationem paſſos fovit, ad meliora æmulanda chariſmata excitavit, dolens valde ex ſua licentia perſecutionem paſſos. Vel hinc perſpicere poſſunt ſupremi Rectores, quam periculoſum ſit quibuſque credere, neque vitium ullum eſſe, a quo magis debeant ſibi cavere, quam a facilitate credendi, quo tamen valde pauci ſunt, qui non valde laborent. *Eſt vitium*, inquit ad Eugenium Bernardus, *cujus ſi te immunem ſentis, inter omnes quos novi ex his, qui cathedras aſcenderunt, ſedebis, me judice, ſolitarius, quia veraciter, ſingulariterque levaſti te ſupra te, juxta Prophetam. Facilitas credulitatis hæc eſt, cujus callidiſſimæ vulpeculæ magnorum neminem comperi ſatis caviſſe verſutias. Inde eis ipſis pro nihilo iræ multæ, inde innocentium frequens addictio, inde præjudicia in abſentes.*

Pſal. 114. v. 15. Pſal. 78. v. 10. — Pontifex videt Cæſarium in cœlum efferri. — Commovetur contra Elianos. — *Bernard. lib. 2. de conſid. cap. ult. Thren. 3. v. 28.*

VII. Volens tamen Pontifex remedium, licet ſero, præteritis adhibere, & præcavere futura, indixit Synodum generalem Romæ, ad quam ſuis litteris convocavit miniſtros omnes Provinciales. Congregati ſunt univerſi in profeſto Pentecoſtes ad XV. menſis Maii, ſed conclave ingreſſis ſupervenit Pontifex, ſermocinatuſque eſt in medio ſedens magno cum fervore, & zelo reſtituendæ ſanctæ ſimplicitatis, & ſinceritatis, per quas humile hoc ſodalitium plus ſemper profecturum, quam per humanam ſeculi prudentiam longo comperit experimento. Deinde turbarum motorem Eliam hac etiam ſecunda vice ab Officio removit, ceteroſque Fratres juſſit ad ſucceſſoris electionem, ſe præſente, procedere. Factum ita, atque electus eſt communi omnium ſuffragio Fr. Albertus de Piſa Hetruſcus, quam libenter, ob ejus exploratam virtutem, a Pontifice confirmatus. Fuit hic ſucceſſor Agnelli Piſani ſui conterranei in miniſteriatu Anglicano, Cæſarei Spirenſis in Teutonico, Joannis Parentis in Hiſpano. Circa tempus & modum electionis errat Rodulphus; nam anno MCCXXXVI. & abſentem Angliæ Miniſtrum electum ſcribit, ſed hunc annum communiter aſſignant antiquiores, & adfuiſſe pro ſui Officii ratione in comitiis conſpirant; id etiam addentes, quod in hac generali ſynodo primam Miſſam cantaverit. Multa tamen ei tribuit in Anglia geſta, quæ non tam huic, quam Agnello Piſano ex vetuſtis noſtris monumentis ſuperius tribuimus. Vir fuit vere probus, magni zeli & virtutis, ad res magnas obeundas a natura factus, ſed intra paucos men-

Indicitur ſynodus generalis. — Deturbatur a ſede Elias. — Subſtituitur Albertus Piſanus. — *Rodul. fol. 178. Marian. cap. 11. Bernard. a Beſſa Claren. citatus. Ann. 1220. num. 65. & ſeqq. tom. 1. Sap. 4. 5.*

menſes conſummatus in brevi explevit tempora multa, diem ultimum claudens eodem anno ſub feſto Nativitatis Virginis Mariæ. Ejus mortem non ſolum planxit univerſa Religio, ſed & ipſe Pontifex, qui hominem valde dilexit, & dolenter piam hanc cecinit neniam. Sed brevi moritur.

Plange turba paupercula, ad Patrem clama pauperum:
Hoc lugubre ſuſpirium Pater Franciſce ſuſcipe,
Et prode Chriſto ſtigmata lateris, pedum, manuum,
Ut nobis reddat orphanis tanti Patris Vicarium.

VIII. Miſit lugubre hoc carmen per Provincias præcipiens, ut quotidie cum aliis orationibus in choro recitaretur, donec Dominus ſubſtitueret Rectorem. Atque ex illo tempore abiit in conſuetudinem, ut carmen hoc lugubre, quibuſdam additis precibus, dicatur ſemper a Fratribus extincto Generali, donec novus ſubrogetur. Juſſit etiam, ut omnes convenirent ad feſtum omnium Sanctorum, in quo, regulante ipſo Pontifice ſuffragia, electus eſt Haymo de Feverſham, ſive de Feverſchino, ſeu de Feverſhino, ut habet Rodulphus & Henricus Willottus, a loco natalitio ſic cognominatus, natione Anglus, patria Cantianus. Hic poſtquam in Anglia politiorem doctrinam, & liberales artes utcumque percurriſſet, communi iis temporibus Anglorum exemplo, Pariſios ad majora ſtudia ſe contulit, inter exteros ingenii ſui periculum facturus. Ubi emenſo Philoſophiæ curriculo, Theologiam etiam diligenter audivit, & in utroque ſtudio non pœnitendos progreſſus fecit. Tamdem ſodalitio huic nomen dedit, in quo brevi tantus evaſit ſacrarum litterarum interpres, ut Magiſtralem cathedram, cum eximia doctrinæ ſuæ teſtificatione, non parvo tempore occuparit. Litterarum peritiæ pietatis ſtudium adjunxit, & præclara virtutum merita, propter quæ *ſpeculum honeſtatis* meruit audire. Bononiæ docuit, deinde Patavii, hinc miſſus Apocriſarius ad Germanum Conſtantinopolitanum Archiepiſcopum, ut ſupra retulimus. Dignitate hac ſupremi miniſterii ei collata, non eſt exaltatum cor ejus, neque elati ſunt oculi, ſed humiliter de ſe ſentiebat, non tam ſuis imperans officii poteſtate, quam prælucens virtutum exemplo. Nam qui paulo ante in ſcholis multos docuerat ſcientiam, quæ inflat, jam in Monaſteriis docere incœpit caritatem, quæ ædificat, regularem diſciplinam, atque humilem obedientiam quæ carnem mortificat, ſpiritum vivificat, atque animum lætificat. Tantamque deinceps apud omnes famam conſequutus eſt, ut doctrina, prudentia, & ſingulari in rebus gerendis dexteritate, cum præcipuis illius ætatis hominibus non immerito conferretur.

Eligitur in Generalem Haymo Anglicus. *Rodul. fol. 178. Willot. in Athen.* Qualis fuerit. *Ann. 1233. n. 8. Pſal. 130. v. 1.* *1. Cor. 8. v. 1. Ibidem.*

IX. Virum hunc prudentem, humilem, ſanctum, magnumque Theologum, atque in illa facultate Doctoratu Laureatum fuiſſe, ſcribit Peregrinus a Bononia ejus ſocius; & quamvis ſenem, animum juvenilem induiſſe ad viſitandum Provincias, quas fere omnes ſub triennio circuivit, optima quæque præcipiens, mala condemnans, & ſingula, præcipue circa Officium divinum, religioſe diſponens. Ante diſſoluta Comitia Pontifex, ex conſilio & aſſenſu Generalis, & Provincialium Ordinis, Provincias diſterminavit, eorumdem etiam Prælatorum, ita petente Generali, limitavit auctoritatem, propter nimiam licentiam, & exceſſum fratris Eliæ in exauthorandis ad libitum viris optimis, & de Religione bene meritis, quorum ea culpa levis, ſed illi magna, quod ſuis partibus non adhæſerint; quod familiare malum eſt in ſuperioribus, qui amicorum non vident defectus, inimicorum non diſcernunt virtutes. Decretum item,

Peregr. Bonon. in excerptis Ordinis MS. Quæ ſtatuta in Comitiis.

Digitized by Google

item, ne Cuſtodes inſtituere, vel deponere poſſent Guardianos, abſque Provincialium, & gravium virorum judicio; & ne Fratres laici paſſim inſtituerentur Prælati, niſi in eis partibus, in quibus deeſſent Sacerdotes. Horum laicorum, qui ob multitudinem, & propter auctoritatem, reverentiamque illorum, qui ſancti Franciſci erant ſocii, nimium ſibi aſſumebant in Religione ſtatum & poteſtatem, Generalem hunc prudenter, & placide diminuiſſe, ſcribit prænominatus ejus ſocius Peregrinus a Bononia, & præter hæc, alia multa præclare geſſiſſe, quorum potiora dabimus annis ſequentibus.

X. Elias vero officio & dignitate privatus, atque pro meritis a Pontifice correptus, non amplius pietatem ſimulavit, videns, non adeo facile jam hac fraude illudi poſſe Pontificem (neque enim malæ artes ſemper proficiunt) in furorem & indignationem verſus concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Excommunicati etenim, & diris devoti Friderici partes ſequutus eſt, quem multa evomuiſſe in Pontificem, ejuſque opera uſum Fridericum contra Gregorium, ſcribit Matthæus Pariſius; ſed acrius quam verius, neque id in hoc auctore mirandum, cui nihil familiarius aut gratius, quam vel ſuo vel alieno nomine in Pontifices & Eccleſiam multa comminiſci, aliorum referre calumnias, atque mendicantibus, præcipue Prædicatoribus & Minoribus, fœde detrahere. Noſtris Auctoribus & illius temporis Scriptoribus Bernardo a Beſſa, Peregrino Bononienſi, & ferme æquali Angelo Clareno citatis, neque Eliæ amicis potius credendum, qui hominis errores nequaquam diſſimularunt. Hi ad Imperatorem transfugiſſe narrant, ſed neque tum etiam in propatulo Pontificum hoſtem egiſſe; quomodo etenim poſtea Genuæ auderet coram Innocentio in Capitulo Generali comparere, expectans & ſibi, tamquam de Eccleſia bene merito pollicens, mortuo Generali Haymone, eum gradum, a quo lapſus eſt? Sed & Clarenus, ne quidquam Elianorum amicus, ſcribit eum, cum a Gregorio excommunicaretur ob ſequelam Friderici, ſcripſiſſe ad Pontificem excuſationis & ſatisfactionis litteras, in quibus nihil tam a ſe alienum profitebatur, quam vel latum unguem ab obedientia Pontificis recedere, atque illud ſuum explicabat propoſitum, laborare in reducendo Imperatore, & pace concilianda inter Imperatorios & Pontificios. Has autem litteras, ait, non veniſſe ad Gregorii manus, vel ex culpa vel negligentia Alberti Piſani Miniſtri Generalis, cui eas miſit Pontifici tradendas, & in cujus manticula, ſeu ſacculo tunicæ aſſuto inventæ ſunt in ejuſdem Alberti obitu. Quod divino tribuit judicio Clarenus, ut ejus non audiret Pontifex excuſationem, cui falſam ſubmiſit innocentum accuſationem. Sed neque opus, neque propoſitum Deus proſperavit, etenim nec Pontificem reduxit, nec pacem induxit, neque quidquam circa hæc potuit efficere, quia neutiquam in hoc miſſus proprio arbitrio, & forte ambiendæ gloriæ cauſa ſe ingeſſit; & Fridericus in reprobum ſenſum datus, nihilo minus quam paci ſtudebat.

Elias tranſit ad Fridericum.

Pariſ. ann. 1239. fol. 351.

XI. Verum eſt, quod poſt Capitulum Genuenſe, repulſum ab Innocentio, privilegiis & ſociis ſpoliatum, palam Imperatorium factum, & ſtipendiarium, ac proinde denuo excommunicatum excucullatumque, ut ſuo loco dicemus; quod non parvum fuit novitiæ religionis opprobrium ac turbatio, quod ſocius S. Franciſci, ipſius adhuc viventis ſecundo Vicarius, atque Ordinis poſt mortem bis præfectus, non modo curiæ Romanæ & Prælatis, ſed etiam inter exteros, quaque verſum Ordo diffuſus erat,

Digitized by Google

erat, notiſſimus, in eam inciderit amentiam, ut excommunicato & Eccleſiæ hoſti adhæſerit. Atque inde majus adhuc malum, ut plures eum ſequerentur, ex amplo privilegio aliquot ante annis, dum prima eum vice exauthoraret, a Gregorio conceſſo, quo conferebatur, ut ubi vellet, viveret, quos placeret, aſſumeret Socios, quotque deligeret, evocaret ex Fratribus. Erant alii, qui injuſte è ſede deturbatum contendebant, & hunc, non Haymonem ſequendum reclamabant, ſemper eamdem reaſſumentes cantilenam, Eliam relictum a S. Franciſco Ordinis præfectum, neque ſuffeciſſe cauſam ſuæ depoſitionis. Horum murmur & conatus duravit uſque ad prædictum Capitulum Genuenſe, neque tamen audebant palam quidpiam in hac re pertentare. Quidam adhuc Eliam ſequebantur.

XII. Inter conſtitutas, quas diximus, in proximo Capitulo ſub Haymone, Religionis Provincias, illa quæ Germaniæ dicebatur, diſtincta eſt in Argentinenſem, Colonienſem, & Saxoniæ. Bipartita itaque Rheni Provincia in Argentinam & Colonienſem, Argentina, quæ & ſuperioris Germaniæ dicitur, ſic ſeparata ampliſſimas Regiones obtinuit, Bavariam, Palatinatum, Sveviam, Alſatiam, Marchionatum Badenſem, ditionem Wirtenbergenſem, Helvetiam, Franconiam, Tyrolim, per quas Ordo fuit feliciſſime diffuſus, & in dies incrementa traxit. Primum autem habuit Miniſtrum fratrem Terdericum, virum admirandæ perfectionis & ſanctitatis, quo in humanis eſſe deſinente, & Auguſtæ ſepulto, Provinciæ fræna ſuſcepit circa annum MCCXLIV. frater Conradus de Cœli porta vir magni zeli, & rigidus diſciplinæ regularis amator. Mire diſcrepat ab his Gonzaga, ſed vel ex ipſa temporis ſupputatione, in qua ille valde lapſus eſt, conſtabit vetuſtis, & accurate ſcriptis his noſtris monumentis, ſeu Chronicis MSS. inhærendum. Dividitur Germaniæ Provinciæ. *Chron. Saxon. ad hunc annum.* F. Terdericus Miniſter. F. Conradus de Cœli porta. *Gonza. in Prov. Saxon. S. Crucis.*

XIII. Excitatas per hoc tempus turbas & perſecutiones in Fratres per Sigifridum III. Archiepiſcopum Moguntinenſem, dicta referunt Chronica, cujus benevolentiam in Prædicatores & Minores extinxerunt murmur, & querelæ Parochorum, dicentium, in magnum ſui lucri detrimentum hos admiſſos in populo. Sed & in Colonia eiſdem, ob hanc ipſam cauſam Clericis gentilem & innatam, moleſtias intulit Clerus, quas aliquantulum ſapienti ratione repreſſiſſe Conradum virum nobiliſſimum, ex Abbate Villarienſi & Ciſtercienſi Cardinalem Portuenſem, in Germania Legatum, in Synodo Colonienſi præſidentem, ita ſcribit Cantipratanus. In illa ſynodo quidam parochialis conqueſtus eſt dicens: (Ecce Fratres Ordinis Prædicatorum, qui in damnum noſtrum Coloniam intraverunt, falcem mittunt in meſſem alienam: ſubditorum noſtrorum confeſſiones audiunt; & per hoc in favorem homines ſibi attrahunt.) Cui mox Conradus Legatus reſpondit. (Quis eſt numerus hominum in parochia tibi ſubditorum?) Et ille, novem millia, inquit. Tunc conſignans ſe cruce Legatus, dixit: *Quis es tu miſerrime, qui tot millibus ſolus ſufficis debitam gubernationis curam impendere? Neſcis hominum perditiſſime quia in illo debes tremendo judicio ante tribunal Chriſti de his omnibus reſpondere? Et tu, ſi tales habes Vicarios quereris, qui onus tuum gratis relevent, ſub cujus pondere neſcius conquaſſaris? Quia igitur ex hac querela indignum te cura omnimode judicaſti, ideo privo te omni beneficio paſtorali. Hoc facto publicavit auctoritatem, qua a Sede Apoſtolica Fratribus Ordinis Prædicatorum ſpecialibus privilegiis prædicare populis, & confeſſiones audire, per ſanctiſſimos Patres D. Innocentium III. D. Honorium III. D. Gregorium IX. commiſſum ſit & injunctum.* Tam de Minoribus quam de Præ- Parochi mendicantibus infenſi. *Cantiprat. lib. 1. cap. 9. num. 6.*

Digitized by Google

dicatoribus hoc refert Bzovius; crediderim querelam ſuiſſe communem, licet Cantipratanus, ex quo hiſtoriam exſcripſit, de ſolis agat Prædicatoribus: nam annoſæ jam erant querimoniæ de utriuſque Inſtituti viris; quippe ſub ſancto Engelberto ejuſdem Civitatis Archiepiſcopo & martyre, occiſo anno MCCXXV. jam ſimiles ſpargebantur calumniæ, a quibus utramque Religionem ſuo tempore in urbem receptam defendiſſe narrat catalogus Archiepiſcoporum Colonienſium, apud Gaſparem Bruſchium; nec non illius temporis hiſtoricus Cæſarius monachus in Engelberti vita in hunc modum recenſet. Cum veniſſent Coloniam Fratres de novo Ordine Prædicatorum, nec non & Fratres, qui dicuntur Minores, & graves quidam eis eſſent ex Clero, eiſque coram Archiepiſcopo Engelberto diverſa objicerent, illos accuſando reſpondit: (Quamdiu res in bono ſtatu eſt, ſtare ſinite.) Cumque inſtarent tam primores, quam plebani, & dicerent, (*Timemus ne iſti ſint illi, de quibus Spiritus ſanctus per os beati Hildegardi prophetavit, per quos Clerus affligetur, & Civitas periclitabitur*, verbum notabile reſpondit: *Si divinitus prophetatum eſt, neceſſe eſt ut impleatur*; *quo verbo compeſcuit omnes*.

Bzov. ann. 1233. num. 24.

Bruſch. de Epiſc. Ger. Cæſar in vita S. Engelb. l. 1. cap. 7. apud Sur. ad 7. Novemb.

Moritur Jacoba Romana de ſeptem ſoliis.

XIV. Hoc anno feliciter ſuæ vitæ terminum poſuiſſe beatam Jacobam de Septemſoliis matronam nobilem Romanam, ſancto Franciſco perdilectam & caram, referunt monumenta quædam antiqua MS. mihi Aſſiſio tranſmiſſa. Hæc a morte ſancti Patris Franciſci, rebus domeſticis Romæ compoſitis, Aſſiſium rediit, ubi perpetuas exercuit vigilias, & ſanctas habuit excubias ad beati Viri ſepulcrum. De ea plura ſuperioribus diximus annis, & tumulum accepiſſe, cum duobus filiis Romanis Senatoribus, in Eccleſia ſecunda prope ſuggeſtum. Eodemque anno, ſcribit Gonzaga, translata oſſa beati Patris Jacobi Taruiſini multis Prælaturis in Germania functi, virtutibus, & miraculis clariſſimi, a Cœnobio novæ Civitatis Magdeburgi ad Monaſterium veteris Magdeburgi (duplex enim hujus nominis urbs vetus & nova) & honorifico ibidem loco fuiſſe recondita. Tunc etiam Adolfus de Scowenberg Comes Holſatiæ, Minorum amplexus eſt Inſtitutum in Hamburg, in ſabbato, die ſancti Hippolyti, relinquens poſt ſe puerulos Joannem, Gerardum, & Luderum; quibus tutorem dedit Abel Ducem Daciæ, generum ſuum, ex Mechtilde filia, quæ poſtea duxit Ducem Svetiæ. Ad illam uſque ætatem jam maturam, Comitatum prædictum rexit, rebus feliciter geſtis, honoribus maximis apud Imperatorem Fridericum perfunctus, quibus ſpretis propter Chriſtum, eumdem ſequi, ſub vili leucophæa veſte, in paupertate & humilitate decrevit.

Ann. 1212. num. 36. tom. 1. & an. 1235. num. 25. tom. 2.
Gonzag. citat.

Translatio beati Jacobi Taruiſini.

Chron. Staden. hoc anno.

Platus l. 1. c. 31.

Adolphus Comes fit Minorita.

B. Leo Minorita creatus Archiepiſc. Mediolan.

XV. Electus item eodem anno in Archiepiſcopum Mediolanenſem, poſt mortem Guillelmi Rozolii, frater Leo de Perego, a loco nativo, Valvaſorius a familia, corrupte in catalogo Archiepiſcoporum Mediolanenſium, Leo Peregrinus, Ordinis Minorum Miniſter, quem a Cœleſtino IV. creatum aſſerit dictus catalogus: ſed hoc anno verius ſcribunt Honuphrius Panvinus & Bernardinus Corius, hanc dignitatem obtinuiſſe. Neque ad eamdem ab alio aſſumptum vult Corius, qui diſcordantibus longo tempore electoribus, Cleroque Mediolanenſi, huic quemcumque nominandi auctoritatem jure compromiſſario tributam refert, atque ea male uſum, ſe in Archiepiſcopum nominaſſe. Ita etiam unus aut alter ex hoc tranſcripſerunt Auctores, de quo tamen eſt cur dubitem, tum quod alii diſcrepent Auctores, tum quod non facile ita credi poſſit de probo quocumque, aut religioſo viro, tam inverecunde ambiiſſe

Panu. in Chron. Eccleſ.
Corius part. 2. fol. 231.

Digitized by Google

biiſſe Pontificiam infulam, ut diſſidentibus Capitularibus circa graves viros eligendos, omnibus ſe voluerit præferre; neque ſi prætuliſſet ita impune feciſſet, nec ſe nominantem ita placide ceteri vellent audire. Ego ſincere nec ſine fundamento putarim, hoc donatum honore a Gregorio, eumque curaſſe, ut in tanta diſcordia transferretur dignitas in Leonem, cujus merita apud ſanctam Sedem, & obſequia erga ipſum Pontificem hoc præmium expoſcebant. In epiſtola etenim Friderici ad Regem Angliæ Henricum III. alioſque Principes tranſmiſſa, qua Gregorium poſt fulminatam excommunicationem in eumdem Fridericum incuſat, ſeque excuſat, quam Paris tranſcripſit, præ ceteris conqueritur de hoc Leone dicens: Præfectos Mediolanenſis, imo verius, Papalis exercitus, ſtatuens, ſcilicet Gregorius, loco ſui Gregorium de Monte longo Legatum, & fratrem Leonem Miniſtrum Ordinis Fratrum Minorum, qui non ſolum accincti gladiis, & loricis induti, falſas militum imagines oſtendebant, verum etiam prædicationi inſiſtentes, Mediolanenſes, & alios quicumque noſtram, & noſtrorum perſonam offenderent, a peccatis omnibus abſolvebant. Hodie quidem prædicti Legatus, & Frater, contra nos, & Imperium ſe ſcribunt Rectores, & Dominos. Qui adeo viriliter partes Pontificias contra proſcriptum, & excommunicatum Imperatorem Mediolanenſibus ſemper infeſtum defendebat, merebatur, ut ab eodem Pontifice in electorum diſcordia Mediolani donaretur præfectura. Ea potitus eſt, ut habet Panuinus, annis XVIII. mortuus, ut ſcribit Corius, anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, die decimo quarto Octobris, homo ſemper magnanimus, & ultra quam monachalis, aut Pontificalis expetebat ſtatus; ad arma paratus, inhians etiam in commoto Mediolani ſtatu temporali rerum dominio. Eum Beatum, & non mediocris ſanctitatis virum vocat Rodulphus, quem Lignani Comitatus Mediolani, ait, jacere miraculis glorioſum. „ Hic ille eſt Leo, uti probabiliter temporum ratio, & „ locorum vicinia ſuadent, quem Umbertus Locatus in ſua hiſtoria Placentina monet ſub annum MCCXXXIII. ejuſdem Urbis diſcordias compoſuiſſe. Etenim in huncunum omnes ſuas differentias compromiſiſse ſcribit; mox illum viginti utrinque a ſe electos juſſiſſe, ut invicem „ ſemet amplexarentur, & oſcularentur; & demum æque diviſis honorum titulis Lanterino Mainerio in Prætura urbis confirmato, omnium „ ſocietatum colligationes diſſoluiſse.

Paris ann. 1239.

Rodul. fol. 119.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

XVI. In ipſo hujus anni limine III. Nonas Januarii tertio ab urbe capta menſe, dedit Valentiæ Rex Jacobus extra portam Boatellanam, Meridiem inter & Occaſum, prope viam, quæ ducebat Ruzafam, ſitum & fundum ædificando Minoribus Domicilio, præſentibus infante Ferdinando, Domino Petro Ferdinandez de Azagra, Domino Artalo de Luna, D. Ximeno de Urrea, & D. Aſſalido de Gudal, quorum nomina exprimuntur in donationis diplomate. In hujus Valentini Conventus ſitu præextitiſſe hortos regios, & voluptatis domum Regis Mauri Azeiti Abuzeiti, eaque hunc obtuliſſe, habito conſenſu Regis Jacobi, Fratribus Minoribus in remiſſionem peccaminum, & ſatisfactionem occiſorum eorumdem conſodalium omnia vetuſta noſtra MS. monumenta, & ceteri Scriptores commemorant cum Gonzaga; ſed horum non fuit mentio in donationis inſtrumento, idque ex una fortaſſis e duabus cauſis; vel quia Rex Jacobus tamquam urbis Dominus, ad quem ſpectabat fundi dominium, in eo ædificandi dumtaxat dedit licentiam; Azeitus autem quod

Diagut. lib. 7. Annal. Valent. cap. 29.

Conven. Valentinus.

Hiſt. Prov. Valent. MS. Chron. antiq. Marian. cap. 10. Bern. a Beſſa. Gonza. in Prov. Valent. Con. 1.

Joann. Mariana lib. 12. de reb. Hiſp. cap. ult.

ſuum erat ex donatione Jacobi palatium, & hortos Fratribus dedit, concedente unoquoque quod ad ſe pertinebat: vel quia anno præterito ſub bellorum ſtrage quidquid erat ſpectabile, aut diplomate dignum deſtructum erat; quippe inter portam Xareanam & Boatellanam ſupra dictam Jacobi locabantur caſtra, quia commodior ille locus, quod murus ea parte prominens in anguli formam Chriſtianis oppugnandi commoditatem præbebat. Ut ut ſit loci poſſeſſionem acceperunt duo Minoritæ, qui Regi Jacobo bello & pace aderant, qui brevi utriuſque Regis beneficentia Cœnobium ædificarunt, quod nunc amplificata Civitate, valloque dilatato, muris urbis circumſcribitur, adauctumque eſt cura & ſollicitudine Senatus Valentini. Dubitaſſe quoſdam an hic martyrium ſubierint ſancti Patres Petrus & Joannes martyres Turolenſes, an vero in foro olim de Ficu, nunc a Sancta Tecla cognominato, ſupra notavi, ſed frequentia inſignia Turolii in primo clauſtro, ea ex parte, qua ad capitularem aulam tenditur, in memoriam hujus martyrii poſita fuiſſe refertur in hiſtoria quadam MS. illius Provinciæ, & propter paſſionem ſuorum conſodalium potius eo in loco, quam alibi ſuum ſtruxiſſe domicilium Minores ſuſpicari licet; atque præ foribus Monaſterii, inciſis ſequentibus impolitis carminibus, hic ipſe perpeſſi martyrii locus deſignatur.

Anno 1221. n. 47.

An hic paſſi Martyres Turolenſes.

Quæ fueras olim Maurorum Principis aula
Dum hæc urbs illius ſub ditione fuit.
Jam remanes fælix; Fratrum madefacta duorum
Pro Chriſto fuſo ſanguine, ſacra domus.
Poſtea Franciſcus, rueret ne culmine Templum
Codinati, inquit; labitur ecce domus.
Surrexit tremefactus eques, pia numine Templa
Franciſco reparat ſumptibus ille ſuis.
Nunc tamdem cælo, diviſque faventibus, hujus
Conditur excelſæ porticus ampla domus.

XVII. Quod de Codinate ſive Codinatio in carminibus inſinuatur illud eſt, quod minante Monaſterii Eccleſia ruinam, beatus Pater Franciſcus apparuerit nobili cuidam Valentino Berengario Codinatio, Petri IV. Aragoniæ Regis Magiſtro rationum in mendici forma, inter connumerandam regiam pecuniam, ſemel atque iterum eleemoſynam pro Chriſti amore petens. Cui ille pauperem eum exiſtimans, ut inferius eam a famulis habiturus ſecederet, quodque ille locus expetendæ eleemoſynæ non eſſet accomodatus, reſpondit. Cumque tertio eadem referens pauperum Patriarcha ad eum reverſus eſſet, objurgationem pro eleemoſyna retulit, parumque abfuit, quin vi loco ejiceretur. Sed ut primum brachia in modum crucis extendit, ſacraque ſtigmata ſplendore perfuſa, illi conſpicienda obtulit, præfatus Berengarius ad ejus pedes provolutus, furoris atque inclementiæ oſtenſæ veniam exoravit. Cui Seraphicus Pater: Vade, inquit, repara domum meam, quæ labitur. Statimque ab ejus oculis evanuit. Quo eventu Berengarius omnino territus, relictis omnibus, ad hujus loci Fratres ſe contulit, illiſque capitulariter congregatis rem totam aperuit, atque quid ſibi neceſſitatis occurreret, quibuſve indigerent, ut reſciret ſupplicavit. Certior itaque de imminente Templi ruina factus, ipſum eveſtigio ex propriis facultatibus reficiendum, reparandumque curavit, atque moriens anno Domini MCCCLXXV. in ejus meditullio ſepeliri voluit. Cujus denique even-

Digitized by Google

eventus memoria, ne aliquando periret, Joannes Aquilonius ſacræ divi Jacobi militiæ Commendatarius, ejuſque legitimus hæres & ſucceſſor, præfati Berengarii ſepulcro lapidem anno Domini MDLXXVIII. trita jam prætereuntium pedibus vetuſta lamina ænea, in qua inciſa erat miraculoſa hæc apparitio, ſuperponendum curavit, eique hujuſmodi hiſtoriam hoc ordine curavit inſculpi.

D. O. M.

Sub hoc marmore jacet Berengarius Codinat. equeſtris Ordinis, Terraconenſis Regis præfectus rationibus, Dominus pagorum Albalat, Benimamet & Mislata, cui in ſuis ædibus agenti via, quæ vulgo appellatur de Caragoça divus apparuit Franciſcus ſplendida luce fulgens, ſuavique odore fragrans, plagiſque ad inſtar Chriſti inſignitus, efficaciter monens, ut Franciſcanorum Conventum ruinam minantem brevi reficeret, quod ſtatim liberaliter maxima pecunia effecit. Cui Dominus Joannes Aquilonius Regis procurator, ſive bajulus generalis, ejus pronepos, legitimuſque hæres ſepulcrum iſtud vetuſtate demolitum denuo inſtauravit.

XVIII. Adhuc Valentiæ recens eſt memoria hujus apparitionis; nam in platea Cæſarauguſtana, vulgo de Zaragoſa, primæ ad dextram occurrunt dicti Berengarii ædes venienti e foro ſanctæ Catharinæ, & domus apparitionis vocantur, ipſaque aula, ubi apparuit, aula ſancti Franciſci nuncupatur. Dormitorium autem amplum extructum eſt ex teſtamento Domini Ferdinandi Perez, prædicti Regis Azeiti filio, condito anno MCCLXII. aſſignatis teſtamentariis fratre Albalate Epiſcopo Valentino, Gondiſalvo Perez Archidiacono, Ximerio de Toria, & D. Petro Sanchez de Calataiud; quod ad annum MDCXVI. vetuſtum nimis demolitum eſt, erecto alio longe ampliori, ex venditis auctoritate Pauli V. bonis quibuſdam ipſius Conventus, dum eſſet Patrum Conventualium; a quibus tranſiit ad Obſervantes anno MD. ſed poſt ſexennium iterum rediit ad Patres Conventuales, deinde anno MDLXVII. ex Pii V. mandato, redditus eſt Obſervantibus. Ad primi clauſtri lævam, Eccleſiam petentibus præmemorati Regis Azeiti, qui pie aliquot annis poſt baptiſmum vixit, & Chriſtiane mortuus eſt, occurrit mauſoleum affabre elaboratum, & ſacellum parvum eo ipſo in loco, in quo præfatos Minoritas ab eodem Rege trucidatos fert traditio vulgaris. Extat & aliud ſacellum in ipſa Eccleſia ab inclyta Cardonarum Aragoniæ Ammirantium proſapia conſtructum, in quo venerabilis, & pii Patris Petri Aragonii Minoritæ, Jacobi ſecundi Aragonum Regis, & Conſtantiæ Reginæ beati Ludovici Epiſcopi ſororis filii, vitæ ſanctimonia, & morum candore clariſſimi, oſſa honorifico conduntur ſepulcro. Reſtauratur Cōventus.

XIX. In urbe Stampenſi regionis Belciæ in Francia, Senonenſiſque diœceſis, circa hoc tempus vel ante, erectum Minorum Conventum conſtat ex quibuſdam ſepulcrorum epitaphiis præferentibus annum Chriſti MCCXL. Auctores habuit Blancham Reginam, & Ludovicum filium, qui Eccleſiam pulchris ſacellis ornatam conſecrarunt Joanni Baptiſtæ. Demolita eſt univerſa ædes ab hæreticis, a quibus paſſus eſt illuſtre martyrium Venerabilis Pater Ludovicus de Plana hujus Monaſterii alumnus, claro natus ſanguine. Compoſitis ſeditionibus, & bellorum tumultibus, Cives Stampenſes laudabili cum diligentia, ad Fratrum preces, domum ſolo fere adæquatam, primævo reddiderunt ſplendori. Convent. Stampen. *Gonza. in Prov. Franc. Con. 18.*

Digitized by Google

Conv. Abbatis villæ. dori. Hoc anno inchoatum in urbe Abbatis villæ diœceſis Ambianenſis, juxta Lancearum pontem, Conventum Minorum, ſumma celebri fluvio
Indid. Con. 31. majori ex parte circumdatum, conſtat ex eorumdem monumentis in di-
ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. ctæ ædis archivo ſervatis. „ Prius extructum referunt alia ad me inde „ miſſa monumenta prope ædem ſancti Vulframi, ſuperſtite adhuc „ ſancto Franciſco. Sed cum quibuſdam æmulis graves viderentur, „ eaque ſede ſemel, & iterum deturbarentur, provocatum eſt ad Epi- „ ſcopum Ambianen. cum vero vehementer urgerent Decanus, & Ca- „ nonici ſancti Vulframi nimis ſibi appropinquaſſe Fratres, circa an- „ num MCCXXX. decrevit Epiſcopus, ut loco cederent, dato eis veteri „ Hoſpitali prope ſupradictum pontem, ubi hoc anno novam fabricam „ incœperunt. Ad locum ampliandum Eduardus Anglorum Rex, & „ conjux Eleonora quamdam terræ portionem Fratribus emerunt: qui- „ bus etiam Joanna quondam Caſtellæ, & Legionis Regina bonam pe- „ cuniæ ſummam largita eſt. „ Paulatim crevit plurium benefactorum eleemoſynis, quorum potiores feruntur illuſtres Domini de Gaux, idque confirmant ejuſdem familiæ inſignia, non ſolum præ foribus Eccleſiæ, ſed ubique locorum totius Conventus affixa. Magna etiam fuit in eumdem Conventum beneficentia Domini Guillelmi Bombergi, Ordinis Regii equitis, cujus corpus in ſaxeo locello in medio capituli jacet ſub nigra tumba marmorea. Inter doctos viros, qui ex hoc loco prodierunt, ille notiſſimus eſt, Joannes Mabillæ Theologiæ Doctor peritiſſimus, quam multis annis publice profeſſus eſt Pariſiis, deinde Franciæ Provinciam integro moderatus eſt triennio, bibliothecamque Pariſienſem optimis libris inſtruxit. Deceſſit in celeberrimo Monaſterio Sanctimonialium
Rodulf. fol. 291. Longi Campi, ubi ſepulturam accepit. Toruniæ etiam in Pruſſia hoc anno conceſſa Minoribus a Pompone Magiſtrorum Cruciferorum area ad ſuum Monaſterium exædificandum.

XX. Scripſit hoc anno Pontifex XIII. Kalendas Martii ad Abbatiſſam & Conventum Damianitarum ſancti Pauli de Spoleto, ne poſſeſſiones
Varia privilegia. ullas ſui Monaſterii vendere, donare, locare, permutare, in emphyteuſim concedere, titulo pignoris obligare, vel diſtrahere, ſeu modo quolibet alienare, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ præſumerent. Regulam tranſmiſit Idibus Martii ad Abbatiſſam Monaſterii ſanctæ Eliſabethæ
Ann. 1237. n. 15. de Ulma Conſtantienſis diœceſis, quod ſuperiori anno diximus fundatum. Sanctimonialibus Monaſterii ſancti Angeli Eſculani conceſſit ſub Nonis Junii, ut a quoquam conveniri non poſſent per Apoſtolicas litteras, niſi de illarum ordine expreſſam feciſſent mentionem. VI. Kalendas Novembris confirmavit privilegium immunitatis, & libertatis conceſſum Abbatiſſæ, & Monaſterio ſancti Franciſci de Offida Firmanæ diœceſis, per Priorem, & Conventum ſanctæ Mariæ caſtri Offidani, celebri Monaſterio Farfenſi ſubjectum, habentem juriſdictionem ſpiritualem, & temporalem in eodem caſtro. Statuit inſuper, ut Abbati, ſeu Priori prædictorum Monaſteriorum, aut Conventibus eorumdem in nullo alio tenerentur reſpondere, quam in cenſu duarum librarum ceræ; neque ab alio viſitarentur, quam a Viſitatore Monaſteriorum Ordinis ſancti Damiani, neque liceret alicui, ſine ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, ſententiam excommunicationis, vel interdicti in eaſdem promulgare. V. Idus Decembris conſtituit, ut in eodem Monaſterio numerus Sanctimonialium non præteriret vigeſimum, ne propter multitudinem effrænatam accedentium, Religionis ſtatus perturbaretur, dum temporalium re-

Digitized by Google

rerum facultas non ſuppeteret opportuna. Scripſit etiam v. Kalendas Auguſti Miniſtro Saxoniæ, ut Henrico Lantgravio Thuringiæ, & uxori ejus Gertrudæ, filiæ Ducis Auſtriæ, noviter matrimonio conjunctis, (licet ſint, qui anno ſequenti has nuptias dicant celebraſſe,) & cupientibus ſe divinæ gratiæ per opera dignæ pœnitentiæ coaptare, religioſum aliquem ſui Ordinis Sacerdotem concederet. Verum eſt, eumdem Henricum creatum ab electoribus Imperatorem Romanorum, habuiſſe confeſſarium Fratrem Elgerum de Honſtein, Priorem Iſnacenſem Ordinis Prædicatorum, quem ſecum duxit Francofurdiam, tamquam ſanctum directorem, qui ibidem diem obiit extremum, mortuum tamen reduxit Henricus in Yſenach ad ſuum Conventum. Renovavit etiam ſub III. Idus Junii privilegium a ſe conceſſum, anno VII. Pontificatus, Minoribus euntibus ad terras Saracenorum, ut poſſent eos baptizare, clericali inſignire charactere, & apoſtatas reconciliare. Diploma hujus conceſſionis nos dedimus ſuperius.

Hiſtor. Lantgra. cap. 50.

Anno 1233. n. 7. tom. 2.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. DUm Fridericus, velut aper de Silva, vineam Domini Sabaoth „ depaſcere conaretur, Eliaſque hortum minoriticum, cultu- „ ræ ſpiritualis imperitus, ac nimium turgidus peſſundaret, Agricola „ ille Cœleſtis, qui eam plantaverat, & filio ſuo hunc in Paradiſum „ deliciarum prælegerat, præpotenti ſua gratia in priſtinum utrumque „ ſplendorem, & gratam feracitatem reſtituere volens, Religioſorum „ Minoritarum inter alios corda ſuccendit, & deſiderio proficiſcendi „ contra infideles Crucis dilectiſſimi Filii ſui, & Domini noſtri Jeſu „ Chriſti infeſtiſſimos hoſtes, armavit; quod ut novit Summus Paſtor, „ qui inſomnis ſuper gregem Dominicum vigilabat, in eorum favorem, „ ut commodius ſuorum deſideriorum promoverent, perficerentque „ opus, diploma quod incipit *Cum hora undecima &c.* III. Idus Junii „ relatum in monumentis Ordinis, expedivit.

Indiculus.

„ II. In Tuſcia hæc inter. Fœlix ille Dominus Albertus Montis „ Acuti Illuſtriſſimus Comes, qui ad prædicationem S. P. N. Franciſci „ converſus ad Dominum, habitum Tertii Ordinis de manibus ejuſdem „ ſuſcipere meruit, ut refert Joannes *de Torrez* in ſuis practicis exhor- „ tationibus ſuper Regulam Tertiariorum, ſanctitate nitebat hoc an- „ no MCCXXXIX. VII. Kalendas Decembris, eumque in ſuo Martyro- „ logio ad præfatam diem aſſignavit Arturus. Beatus item Lucius, ſive „ Lucheſius, utroque enim modo appellabatur, hoc eodem anno ſan- „ ctitate, & prodigiis clarus, emicuiſſe aſſeritur, de quo ſic Antoninus „ in ſua hiſtoria notavit; anno Domini MCCXXI. beatus Franciſcus in- „ ſtituit Tertium Ordinem, qui dicitur Pœnitentium, propter illos, „ qui Matrimonio juncti, facere pœnitentiam flagitabant: quorum pri- „ mus fuit quidam homo dictus Lucius: ita autem virtutibus fulſit, ut „ & miraculis claruerit. Hic autem Lucius, ſive Lucheſius, ut in ſuis „ adnotationibus ad Martyrologium notavit ejus Auctor, Hetruſcus „ erat natione, & virtutibus, ac ſignis admirandis multum emicuit: „ ferunt, a D. P. Franciſco habitum Tertii Ordinis ſuſcepiſſe, & poſtea „ tanta ſanctitate floruiſſe, ut ad ejus ſepulcrum apud Fratres Minores „ Montis Imperialis prope Podium Bonitium, haud pauca edita ſint „ miracula, quibus permoti fideles, copioſas ibidem eleemoſynas por-

re-

Albertus Comes Montis Acuti ex tertio Ordine ſanc. floret.

Torrez ſup. Reg. Tert. fol. 37.

Artur. martyr. Franciſc.

Antonin. par. 3. hiſt. tit. 24. c. 7. §. 3. ap. Bajard.

Iidem Lucius.

Digitized by Google

„ rexerunt ad conſtruendam (demolito antiquiori Sacello) pulchram
„ ſatis Eccleſiam in honorem ipſius beati Lucheſii, ubi honorifice in
„ arca marmorea, ſub dicti Conventus altare corpus jacet; ſacrum
„ vero ipſius caput ſingulis annis eo die Dominico, qui paſſioni Salvatoris
„ dicatus eſt, convenientibus Populo, & Clero, maxima cum
„ veneratione proceſſionaliter defertur ad dictum Caſtrum Podii-Bonitii,
„ auctoritate, & indultu Gregorii X. Papæ; obiit autem XXVIII.
„ Aprilis, quo die memoria ejus agitur, anno vero Chriſti MCCXXXIX.
„ ut refert Bajardus in Theatro; porro vitam illius copioſe plures de-
„ ſcribunt, quos quiſque apud Arturum ad diem XXVIII. Aprilis in
„ adnotationibus notatos legere poteſt.

Bajard. in Theatro. *F. Artur. loc. cit.*

„ III. Illuſtriſſimus Petrus Rodulphus libro ſecundo hiſtoriarum
„ Seraphicæ Religionis, in Provincia Siciliæ ſub Cuſtodia Panormitana,
„ meminit cujuſdam beatæ Eliſabethæ Virginis, Tertii Ordinis S. Fran-
„ ciſci alumnæ, quæ admirandæ vitæ extitit puella, & annorum ætatis
„ tertio-decimo, non ſine ſanctitatis opinione migravit ad Sponſum
„ virtutibus florens, anno Dominicæ Incarnationis MCCXXXIX. pridie
„ nonas Februarii, cujuſque Corpus Panormi in Sicilia jacet. Admira-
„ tionem minuit in hac puella, Deum in ſexu fragili, & conſimilis æta-
„ tis, etiam victoriam martyrii contuliſſe.

Eliſabetha Virgo tertii Ordinis virtutibus conſpicua.

„ IV. Cum Fr. Taurimirus Bohemus Provinciæ Bohemiæ, & Polo-
„ niæ ſecundus Miniſter Capitulum, ſive Congregationem Provincia-
„ lem hoc anno MCCXXXIX. celebraſſet Uratislaviæ in feſto ſancti Cali-
„ ſti; *Pomo de Hoſterno*, ſextus Magiſter Cruciferorum, Monaſterium,
„ & Eccleſiam ſub titulo beatæ Mariæ Virginis Thorunii fundavit Fra-
„ tribus Minoribus, & aream ad inhabitandum iiſdem conceſſit, ut re-
„ ferunt *Miechou*, & *Rodulphus* Conventus Provinciæ Saxoniæ recen-
„ ſentes: concordatque Fridericus *Schembec* Societatis Jeſu in ſuo
„ lumine in tenebris errorum reſplendente, lingua vernacula vulgato,
„ adjungens, Religionem Franciſcanam prius Thorunium memorato an-
„ no, poſtea Culmam ex Provincia Saxoniæ fuiſſe introductam; hæc
„ habet Caſimirus Biernacki.

Fr. Taur. celeb. Capitulum.

Fratr. Minorib. Culmæ in Saxonia.

Miech. l. 3. c. 39. Rodul. lib. 2. fol. 291. Frid. Scb.

Wadd. infr. ad annum 1515.

ARGUMENTUM.

Generalis convocat Synodum ad Montempeſſulanum. Abbas Stadenſis Albertus vir celebris, fit Minorita, necnon Joannes Brennus Imperator Conſtantinopolitanus. Moritur beatus Simon de Collazono miraculis clarus. Eremitæ Auguſtiniani negligentes exequi Pontificii mandatum circa habitum exteriorem, coguntur alium admittere. Quædam referuntur miracula ſancti Antonii Patavini, & ſancti Franciſci. Prædicatores, & Minores ſtrenue laborant in cruce prædicanda pro ſubſidio Imperii Conſtantinopolitani. Multas accipiunt ædes in diverſis Provinciis.

I. Rebus in Urbe compoſitis, inita Pontificis gratia, & capta benevolentia, perrexit novus Generalis Miniſter in Galliam, ubi, ob difficultates aliquas occurrentes circa regimen illarum partium, ſeniores Ordinis Patres convocavit ſub menſe Maii, ad conſilium ineundum circa conſtituenda in Monaſterio Montiſpeſſulani. Plures editæ ſunt ibi conſtitutiones pro peculiaribus Provinciis, & circa futura Capi-

Bern. a Beſſa ſub Haymone. Marian. cap. 11.

Synodus ad Montempeſſulanum.

Digitized by Google

pitula generalia celebranda. Multa ſalubriter ſtatuit, & præcepit bonus hic Rector, quibus ſtabiliendis, & exequendis multum profuit præcipientis virtus, & ſapientia, necnon exemplum in omnibus præeuntis. Hæ illæ potiſſimæ ferendarum legum conditiones, ut prudenter Rector præcipiat, deinde patiatur ipſe legem, quam tulerit. Felix hinc hujus Viri regimen evaſit, atque ipſa felicia judicantur auſpicia ex optimis, magniſque Viris, ſub eodem ad Religionem accedentibus. Hoc ipſo namque anno Albertus Abbas Stadenſis, Bremenſis diœceſis, ad hanc dignitatem aſſumptus per mortem Chriſtophori Abbatis anno MCCXXXII. vir gravis & doctus, ex ſua hiſtoria, quam ſæpiſſime hiſtorici quique docti nominant, undique notiſſimus, ſe ad Minores Fratres reddidit XIII. Kalendas Septembris feria 2. Cui Thidericus, Monachus de Ratſtede, ſucceſſit. Univerſam hiſtoriam ſui tranſitus a Benedictino ad Franciſcanum inſtitutum, ex ipſo libet tranſcribere. Abbas ſiquidem Albertus, inquit ipſe, ſæpius in Regula beati Benedicti, quam profeſſus fuerat, animadvertit hunc articulum, ubi dicitur, quod qui eam ſervare tenetur, & non ſervaverit, ſciat ſe adeo damnari, quem irridet. Romanam adierat ſedem anno Gregorii Papæ XI. videlicet anno Domini MCCXL. Papæ ſupplicans, ut locum ſuum in Ciſtercienſem Ordinem commutaret, ut ſic Fratres ibidem commorantes ſub obſervatione ſanctæ Regulæ poſſent diem extremum, & adventum diſtricti Judicis, ſine graviſſimo animarum ſuarum periculo exſpectare: Papa petitionem ipſius exaudiens, talem ei dedit litteram.

Abbas Stadenſis fit Minorita.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Venerabili Fratri Bremenſi Archiepiſcopo, & dilectis filiis Decano, & Joanni de Beverſak Canonicis Bremenſibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

II. *DEſideria devotorum, in quibus fructus æternæ vitæ contineri dignoſcitur, eo promptioribus, ad effectum per nos ſunt deducenda ſtudiis, quo ſuper talibus exequendis nobis ineſſe debet diligentia ſpecialis. Hinc eſt, quod cum Monaſterium ſanctæ Mariæ in Stadio Ordinis ſancti Benedicti Bremenſis diœceſis, ſicut accepimus, ſit, peccatis exigentibus, ita diſpoſitum, quod evidenter ibidem, non abſque divini numinis offenſa, ſalus negligitur animarum, ad preces Abbatis ejuſdem Monaſterii ſuper hoc ſalubriter providere volentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſum, ſi ſalubriter in ſuo non poſſit Ordine reformari, de Ciſtercienſi Ordine conſilium habendo præ oculis reformare curetis, illos ex iiſdem Monachis, qui forte meliorationis hujuſmodi gratiam conſequi recuſantes, noluerint habitum Ciſtercienſem aſſumere, in aliis locis ſui Ordinis collocando, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcatis. Quod ſi non omnes his exequendis intereſſe poteritis, tu frater Archiepiſcope, cum altero eorum nihilominus exequaris. Datum Viterbii* II. *Nonas Maii Pontificatus noſtri anno* XI.

III. Huic negotio Archiepiſcopus a prima fronte interfuit, & Abbas ad curiam de ipſius voluntate, & conſcientia proceſſit, cui etiam ad ejuſdem rei executionem fidum conſilium, & firmum auxilium repro-

miſit. Die itaque ſanctæ Mariæ Magdalenæ Abbatem, & totum Conventum ſuper capellam ſuam in Stadio convocavit, cum collega ſuo in hoc facto Gernando, Decano majoris Eccleſiæ in Brema, eiſque Papalem litteram declaravit, hoc adjiciens, quod ſe ſtuderent in ſuo Ordine reformare, alioquin vellet circa ipſos mandatum Apoſtolicum adimplere. Duo de Minoribus Fratribus, videlicet Eilbertus de Danneberg, & frater Henricus de Halverſtad, & Joannes Monachus de Ratſtede, qui etiam ſe poſtea ad Minores Fratres reddidit, huic intererant actioni. Abbas executionis finem ab illa die pluſquam per biennium expectavit, & ſæpius monens Archiepiſcopum, ſæpiſſime Decanum, videnſque quod nihil proficeret, ſed magnus tumultus fieret, & periculum animarum, ab admonitione deſtitit, & propoſitum ſuum poſſe fieri deſperavit. Hoc ſiquidem negotium ſic eſt ſine termino terminatum. Abbas autem intelligens, ſe ſine effectu laboraſſe, ad Minores Fratres prædicto tempore, ſcilicet anno gratiæ MCCXL. intravit.

Scripſit Albertus Chronica in Ordine Minorum.

Wyon: lib. 2. ligni vitæ c.62.

IV. Eſt hic quod obiter adnotaverim contra Arnoldum Wion, dum ſcribit, Albertum hunc ſuam ſcripſiſſe hiſtoriam, dum adhuc viveret ſub Inſtituto Benedictino. Sed in contrariam aſſertionem ipſum adduco teſtem Albertum, etenim in ipſis illis Chronicis, in quibus concinnandis ultra ſexdecim inſumpſit annos, ſcribit ita ſtatim in exordio. (Sumentes igitur a mundi principio exordium, ſuccincta narratione uſque ad noſtra tempora procedemus, quibus ſumus contemporanei, quanto expeditius poterimus, oſtendentes. Tempora vero noſtra ſunt hæc. Milleſimus ducenteſimus quadrageſimus annus gratiæ jam effluxit. In Sede Petri Gregorius IX. jam tredecim annos ſedit &c.) & ad annum DXXXII. commentationem addens de anno biſſextili, ita interſerit; (unde factum eſt, ut dies, qui in primo anno creationis mundi breviſſimus erat illo tempore, quo nunc habemus VIII. Idus Februarii. Dies autem Nativitatis Chriſti, eo naſcente, erat in prolongatione per XXXIX. annos. Hodie autem, id eſt MCCLVI. anno gratiæ LIII. dies pleni a mundi principio intraverunt &c.) quo fit, ut aperte conſtat, quod nondum Benedictinus eſſet, ſed ſuſcepta jam Minorum vita, Chronicon ſuum inchoaverit, & perfecerit. Etenim ſi anno MCCXL. menſe Auguſti tranſiverit ad Minores, eodemque vel ſequenti, opus incœperit, & anno MCCLVI. adhuc non perfecerit, clarior eſt illatio, quam quæ poſſit negari. Jam ſuperius monui, alium hunc eſſe ab Alberto Piſano Hetruſco, quos tamen Henricus Willot, & Antonius Poſſevinus confundunt.

Imperator Joannes Brennus fit Minorita.

V. Clarior & nobilior alius acceſſit diſcipulus Joannes Brennus Comes Vienneſis, mox Rex Hieroſolymorum, demum Conſtantinopolitanus Imperator, poſt datam Martham filiam ſuam ex Berengaria Sorore Regis Caſtellæ Balduino II. in matrimonium, ſumma pompa, & majeſtate coronatus. Poſt rectum aliquot annis Imperium, tranſmiſſumque Generum in Gallias hoc anno, ut quidam ſcriptores volunt, vel anno MCCXXXVII. ſecundum alios, diem terminavit ultimum, factus prius Minorita. Imperatorium in humilem hunc mutaſſe ſtatum, præter Marianum, Marcum Ulyſſiponenſem, Chronica antiqua, alioſque noſtros Auctores, qui ita ſcribunt, teſtes adhibeo externos; Jornandem in Chronico MS. in Bibliotheca Vaticana, Hieronymum Platum, & Abrahamum Bzovium. Translationis autem, ſeu tantæ mutationis hiſtoriam do ex citato MS. Vaticano. Joanni prædicto vehementer deſideranti

Jorn. cap. 131. par. 3.
Platus lib. 2. c. 16.
Bzov. an. 1238. num. 4.

co-

Digitized by Google

cognoſcere finem ſuum, & tempore non pauco pro hoc ſupplicanti altiſſimo, tamdem dormienti nocte quadam, aſtitit ei Vir venerabilis albis indutus, in manibus ſuis tenens habitum Fratrum Minorum, cum chorda & ſoleis, & ait illi: Joannes, de fine tuo ſollicitus deſideras ſcire modum: noveris hoc eſſe voluntatis divinæ, te in hoc habitu moriturum. Perhorreſcens, Regalis, ac Imperialis faſtigii finem tam deſpectum exterritus, gemebunde clamavit. Concurrentibus tum cubiculariis rem patefacere noluit. Sequenti nocte apparuerunt ei duo albati, & tertia tres eadem repetentes, juxta tres honorabiles ejus ſtatus Comitis, Regis, & Imperatoris. Excitatus autem, vocari jubet fratrem Angelum confeſſorem ſuum, qui lacrymanti ait: habui, & ego tuæ ſimilem viſioni, cauſam ſcio vocationis. Poſt paucos autem dies tertiana correptus, habitum ſumpſit, & vitam in Ordine feliciter conſummavit, & infirmus ac debilitate gravatus dicebat: o dulciſſime Jeſu Chriſte, utinam ego, qui delicioſe in pompa habitu ſeculari vixi, veſtibus pretioſis indutus, ſic poſſem, ſicut & ſtudeo, in hoc humili habitu, cum ſacco ad collum eleemoſynas petendo oſtiatim, tuæ ſanctæ paupertatis, & humilitatis ſequi veſtigia. Circa tempus, quo in Ordine vixit non concordant Auctores.

VI. Mortuum item hoc anno beatum fratrem Simonem de Collazzono Virum ſanctum & nobilem, de quo nos ſæpius præfati ſumus, teſtantur vetuſta monumenta Aſſiſio tranſmiſſa. Summa cum prudentia, & humilitate Provincias Marchiæ, & ſancti Franciſci gubernavit. Matrem, Comitiſſam Collazzoni Ottonis Imperatoris conjugi valde caram, Sorores, & neptes ad Inſtitutum Damianitarum reduxit, patrem item, fratres & conſanguineos alios Minoritis addixit. Multis in vita, & poſt mortem miraculis ejus ſanctitatem Dominus patefecit; quæ ut indagarentur, & ſerius examinarentur ſcripſit Innocentius IV. anno IX. ſui Pontificatus ad Epiſcopos Spoletanum, & Eugubinum, & Abbatem de Ferentillo. Primæ litteræ ejuſdem ſunt tenoris cum iis, quas Gregorius IX. dedit pro inquiſitione miraculorum beati Benevenuti. Secundas & tertias hic damus, ex ipſo proceſſu aſſervato Spoleti apud Patres Conventuales, in quorum æde jacent ejus reliquiæ. Proceſſus tranſumptum authenticum mihi tranſmitti curavit Reverendiſſimus Pater Felix Franciſchinus a Caſſia eorumdem Patrum Vicarius Generalis. Moritur B. Simon de Collazzono.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Venerabilibus Fratribus Spoletan. & Eugubin. Epiſcopis, & dilecto filio Abbati Monaſterii de Ferentillo Spoletan. Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Teſtes legitimos, quos ſuper vita & converſatione, ac miraculis recolendæ memoriæ Fratris Simonis Ordinis Minorum Fratrum debetis recipere, prius ab eis præſtito juramento, diligenter examinare curetis, & de omnibus, quæ dixerint interrogetis eoſdem, quomodo ſciunt, quo tempore, quo menſe, quo die, & quibus præſentibus, quo loco, ad cujus invocationem, & quibus verbis interpoſitis, & de nominibus illorum, circa quos miracula facta dicuntur, & ſi eos ante cognoſcebant, & quot diebus ante eos viderunt infirmos, & quanto tempore fuerunt infirmi, & quan-

Digitized by Google

quanto tempore viſi ſunt ſani, & quo loco ſunt orlundi, & interrogentur de omnibus circumſtantiis diligenter, & circa ſingula capitula fiant, ut expedit, omnes quæſtiones prædictæ, & ſic ſeries teſtimonii, & verba teſtium fideliter redigantur in ſcriptis. Datum Peruſii x. *Kalendas Maii Pontificatus noſtri anno* ix.

Eisdem.

VII. *Litteras noſtras vobis direxiſſe dicimus continentes, ut miracula, quæ Omnipotens Dominus per merita beati Simonis Ordinis Fratrum Minorum oſtendere dignatus eſt, diligentius inquirere, ac ea ſub veſtris ſigillis ad noſtram deſtinare præſentiam curaretis. Quia vero in diverſis Civitatibus, & locis aliis dicuntur, hujuſmodi miracula reperiri, & propter guerras, & alia impedimenta legitima, vos ad inquirendum de ipſis conferre ad tot loca, ſeu Civitates perſonaliter ſicut aſſeritis, non poteſtis; ne forte propter hoc hujuſmodi negotium remaneat imperfectum, præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus inquiſitionem miraculorum ſecundum formam per ſupra dictas litteras vobis traditam, extra Civitatem Spoletam in locis, in quibus de ipſis debeat fieri plena fides, Epiſcopis, vel Abbatibus Ciſtercienſis Ordinis, ſeu Prioribus Ordinis Prædicatorum illarum partium libere committatis. Quod ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Peruſii* vi. *Idus Julii Pontificatus noſtri anno* x.

Ejus miracula. *Piſan. confor. 8. fol. 61.*

VIII. Auctoritate hac fulti Pontificia prædicti Domini, diligenti adhibito examine, ſequentia compererunt miracula, quæ ex ipſo proceſſu, quem etiam vidi, Piſanus reduxit ad compendium. Puerum Spoleti ſubmerſum in aquis molendini ad vitam reſtituit: in Civitate Firmana, alium in profundum puteum lapſum a morte liberavit; ſimiliter alterum ab eodem eruit periculo. Contractos diverſimode curavit undecim; herniacos quinque; cœcos viginti duos; mutos undecim; ſurdos ſexdecim; claudos octo: a mammillarum infirmitate mulieres tres; a tumore corporis, & membrorum undecim; a regio morbo novem; a dæmonio quatuor; a calculo duos; a podagra quinque; a gutturis, & menti malo tres; a ſtrumis duos. Mente captos tres ſani reddidit judicii; occultas infirmitates a quinque repulit; curvos erexit tres; aridos membris duos ſanavit; lethargum patientibus ſex; necnon aliis totidem ſomni fuga laborantibus repentino adfuit remedio. Splene dolentem unum; teſtibus alterum; umbilico & ventre tres perfectæ reddidit ſoſpitati. Nauſea horribili pereunti appetitum reſtituit; Leproſum unum; alterum ſpaſmo vitam ferme exhalantem curavit. Equum languentem robuſtum fecit; paſtorem, & oves languidas ſanavit. Conſtant hæc omnia ex probatis, & juratis teſtibus in ipſo proceſſu; quæ dum viderentur in Curia, obiit Innocentius, & remiſſa eſt ſollicitudo Spoletanorum de Viro ſancto canonizando.

Jubentur Eremitæ Auguſtiniani præſcriptum ſuſcipere habitum. *Ann. 1237. n. 11.*

IX. Dum Patres Eremitæ Auguſtiniani, ac alii Religioſi eiſdem Eremitis conformes habitu, in Marchia Anconitana formam habitus Minorum, non obſtante prohibitione Pontificia, quam ſupra retulimus, adhuc geſtarent, in eorumdem Fratrum Minorum infamiam, & ſcandalum plurimorum, uti ipſe loquitur Pontifex, hoc anno ſcripſit ad univerſos Epiſcopos per dictam Marchiam conſtitutos, ut dictos Eremitas, & Religioſos ad obſervantiam conſtitutionis Apoſtolicæ, & Legatorum Pon-

Digitized by Google

Pontificiorum de ferendis habitibus nigris, corrigia, & baculis eo modo quo ſupra dictum eſt, cenſuris compellerent Apoſtolicis. Incipiunt litteræ: *Dudum apparuit in partibus Lombardiæ* datæ Laterani IX. Kalendas Aprilis. Dum autem Epiſcopi Pontificis exequerentur mandatum, Eremitæ interpoſuerunt appellationem ad eumdem Pontificem, cujus occaſione omiſerunt Epiſcopi contra illos procedere, quod ut Gregorius reſcivit, Epiſcopos per ſuas litteras incipientes: *Apparente dudum*, datas XV. Kalendas Auguſti, carpſit graviter, jubens ut non obſtante dicta appellatione, ad executionem ſui mandati procederent. Interim comparuit coram Pontifice Fr. Andreas Generalis Prior majoris partis Eremitarum Marchiæ, cum quibuſdam Fratribus ſuis, & ſe admitti ad proſecutionem appellationis jam dictæ cum inſtantia poſtulavit. Pontifex autem appellationem frivolam reputans, eumdem Andream ſuper hoc noluit audire. Ceterum dicti Prior, & Fratres pro ſe, & Eremitis prædictis humiliter ſupplicarunt Pontifici, ut eis cucullas portare diſcinctas concederet, mandatum de cucullis nigris ferendis miſericorditer relaxans, eo quod talis uſus cucullarum ad diſtinctionem inter Eremitas Auguſtinianos & Minores ſatis ſufficere videretur; quorum ſupplicationi in hac parte duxit Pontifex annuendum. Quare ſcripſit tertio ad Epiſcopos prædictos, ut præfatos Eremitas, juxta eorumdem ſupplicationem ad geſtandas cucullas diſcinctas omnino compellerent, non obſtante primo ſtatuto de ferendis corrigiis ſuper cucullis ab codem edito. Litterarum ſicut & primarum initium: *Dudum apparuit*. Datæ XV. Kalendas Septembris. Et ne procraſtinando eluderetur mandatum Apoſtolicum, binas ſcripſit litteras ad Epiſcopum Firmanum, & Abbatem Clarevallenſem de Cliento Ordinis Ciſtercienſis Camerinenſis diœceſis, ut præfigerent prædictis Eremitis terminum competentem, videlicet proximum feſtum Nativitatis Dominicæ, ad geſtandum cucullas diſcinctas. Datæ ſunt litteræ XII. & X. Kalendas Septembris, quas cum ceteris hanc rem concernentibus, integras dedimus in Apologetico de monachatu prætenſo Auguſtiniano ſancti Franciſci.

X. Libet hic quædam ſancti Antonii miracula circa hæc tempora facta enarrare, quæ dum certis non conſtant annis, ſub hoc anno ponimus, quæ diverſis evenerunt temporibus. In urbe nativa Ulyſſiponenſi puerulus quidam, Pariſius nomine, ſancti Viri conſanguineus, ad oſtia Tagi fluminis cum aliis adoleſcentulis, cymba inverſa, ſubmerſus, ſecundo poſt die inventus, & ad matris lacrymabundæ preces in diem tertium abſque funere ſibi relictus, poſt effuſas preces, & emiſſum ab eadem genitrice votum de conſecrando filio Ordini, & Inſtituto, ſub quo Vir ſanctus militaverat, repente tertia ſubmerſionis die vivus, & ſanus exſurrexit, & adoleſcentior factus, juxta matris promiſſum, evaſit Minorita. Aliud huic per omnia ſimile miraculum repetunt Marianus & Anonymus meus, auctor vitæ ſancti Patris apud me MS. de illius nepote ſubmerſo in eodem flumine, & propter ſimile votum a ſancti Viri ſorore factum, ad vitam revocato. Neſcierim, an diſtincta ſint hæc prodigia, an idem ex errore repetitum.

S. Antonius ſubmerſum reſuſcitat puerum.

Marian. cap. 6. Anonym. in vita MS. c. 31.

Marian. cit. Anonym. cap. 34.

XI. Nobilis quidam Patavinus, cum nullam ſuſcepiſſet ex conjuge prolem, acceſſit ad ſepulcrum ſancti Viri deprecaturus, ut filium ſibi vellet Dominus concedere per ſancti Antonii interceſſionem. Exauditus eſt pro voto; ſed ſeptennis factus puerulus, dum ad oſtium, vel meatum magnæ Congregationis aquarum, cum aliis novem colluderet, irru-

Ibidem.

Alios ſimiliter ad vitam revocavit.

irruptione facta repentina, aquis obrutus eſt, cum ſeptem ex ſociis, & in præceps abrepti. Pater domum rediens, filius, quem unice dilexit, ubi eſſet? Interrogavit; reſponſum, foris cum aliis ludentem, mox redditurum. Diuturnæ moræ impatiens pater, accerſiri jubet; prætenſa tamen alia excuſatio, ſed apprehenſo mendacio, juravit Genitor, ſe nequaquam pranſurum, donec filium videret. Tamdem detecta rei veritate, unici filii infelicem deplorans exitum, votum vovit Domino, & ſancto Antonio, ſe nec bibiturum, nec comeſturum, antequam Vir ſanctus, qui oranti filium conceſſit, etiam plangenti ablatum reſtitueret. Mirabile ſane! paulo poſt læti ingrediuntur decem pueruli, ſancti Antonii ſibi apparentis, & auxiliantis virtutem acclamantes. Similiter alter in lacu quodam ſubmerſus, ſed patre vovente, & beatum Antonium invocante, filium rediviuum accepit.

Sanat ſurdum & mutum.

XII. Quidam oblatus Damianitarum Patavii ætatis viginti quinque annorum, a nativitate ſurdus, & mutus, linguæ non ſolum impeditæ, ſed & breviſſimæ, aridæ, & rugoſæ, monitus in ſomnis, ut ſancto Antonio ſe commendaret, fecit, convaluit, audivit, & loquutus eſt, quæ ab homine non didicerat, obſtupentibus circumſtantibus, & ex ore ejus audientibus ſancti Antonii magnalia, ob quæ ſæpius ab eo repetita, & receptam ab Antonio gratiam, non amplius Petrum, quo vocabatur nomine, ſed Antonium appellarunt. Prope Paduam quidam volens ſecretas quaſdam res ſcire per dæmones, Magiam, incantationum ignarus, exercuit. Illud ſibi lucri advexit, ut Deo permittente, irruerent in eum Diaboli, oculos effoderent, & linguam abſcinderent. Prudentior ſuo factus periculo, facti pœnituit, & ad ſancti Viri ſepulcrum ex corde oravit per dies aliquot, ut condonata culpa, remitteretur, & pœna. Inter Miſſarum ſolemnia tamdem exauditus eſt, reſtitutis oculis, & lingua. Dolebat quorumdam Monachorum Abbas ſervum, quem a fidelitate commendabat a viginti annis ſurdum, & mutum evaſiſſe, vovitque proinde ſi ſanus fieret, ſe eum perpetuæ cuſtodiæ ſacelli, & ſepulcri Viri ſancti addicturum. Miſſus ad ſepulcrum, ſtatim convaluit, ibique perpetuas exercuit excubias.

Reſtituit cuidam oculos, & linguam.

Brachium vulneratum curat.

XIII. Miles quidam graviter vulneratus in brachio, ejus uſum amiſit; ſed voto emiſſo ad ſanctum Antonium, ſtatim priſtinæ reſtitutus eſt ſanitati. Volens autem brachio miſerabiliter ſanato ulciſci ſe de inimicis, robur omne amiſit, non valens illud movere, quod ob ultoris ingratitudinem exaruit, priori redeunte infirmitate. Abeuntem quemdam leproſum ad Sancti ſepulcrum miles irriſit, dicens; quo tanto tuo labore pergis miſer? putaſne, te mundandum ad Antonii ſepulcrum? adeo rem hanc ludicram; judico, quod illam admittam libenter conditionem, ut tua abluta, tranſeat in me lepra univerſa. Non depoſuit propter hæc ſpem leproſus, ſed confidenti orans animo, ad ſancti Patris tumulum mundatus eſt, apparente ſibi ipſo Viro ſancto, & dicente: Surge velociter, quia ſanus factus es, & defer militi qui mea deridebat miracula, tuæ inſtrumenta miſeriæ, quia multa & fœda lepra putreſcit. Ita rediens, comperit factum, velut dixerat Sanctus; ſed & ſecundus corde compunctus veniam ſui errati petens, ad eamdem malorum medendorum officinam ab immiſſa plaga convaluit.

Duos mundat leproſos.

Fictus cæcus excæcatur, contritus illuminatur.

XIV. Deridere volentes quidam hæretici ſancti Antonii miracula, duxerunt ad ejus ſepulcrum unum ex ſuis conſodalibus, ſuperinducta ad oculos binda ſanguine tincta, fingentes effoſſos ei oculos per injuſtam judi-

Digitized by Google

judicis ſententiam, & rogantes circumſtantem populum, ut pro eiſdem recipiendis deprecaretur. Corruerunt omnes in genua, & paulo poſt fictus exclamat cœcus, jam reſtitutos ſibi oculos meritis ſancti Antonii. Accurrunt ſocii, miraculum ex hoc figmento deducturi, talia credenda cetera, quæ dicebantur fieri prodigia; ſed defecerunt ſcrutantes ſcrutationes ſuas in peccatis; nam, detracto linteamine, affixos eduxerunt oculos miſelli cum vehementi ejuſdem paſſione. Inexpectato territi ſpectaculo, tremefacti, & corde compuncti fraudem publice confeſſi, procumbentes coram ſepulcro, lacrymis veniam ſui ſceleris ſupplicarunt, quam ex Dei miſericordia acceperunt, reſtitutis cœco oculis corporis, & ambulantibus in tenebris hæreſeos potioribus oculis fidei.

XV. Conſpirarunt quidam Patavini in prætenturi per eumdem vicum, in quo tetenderunt inſidias, Presbyteri necem. Antequam accederet, adfuit ſanctus Antonius, hæſitque inter inſidiantes. Quem illi non cognoſcentes juſſerunt, ut recederet proſequereturque iter ſuum. Nolentem voluerunt offendere, ſed dum manifeſtaret quis eſſet, & qua de cauſa eis apparuerit, pravam deponentes voluntatem, obviam proceſſerunt presbytero, quem amplexi, pacem & amicitiam cum eo conſtantem inierunt. Tridentinus quidam eques e familia Carignanorum dives & potens, ſancto Franciſco addictiſſimus in lacu vicino cum amicis recreationis ergo veliſicans, caſu ei excidit annulus ingentis valoris in undam. Accitis piſcatoribus, & omni adhibita arte, recuperare non potuit, quem ſummopere perdidiſſe dolebat. Die ſequenti viſum abiit Minorum Præfectum, familiarem amicum, cui dolorem explicavit. Illud recepit conſilii, ut ſancto Antonio aliquod præſtaret obſequium, vel ſuum ei commendaret dolorem, quem abſque dubio, & certo certius credebat Guardianus remedium adhibiturum. Interim cum ſuis Fratribus ſancto Patri preces effundendas ſe curaturum promiſit, & ſolemni Miſſæ ſacrificio ejus invocandum auxilium. Placuit equiti conſilium, voluitque Miſſæ intereſſe, qua finita, abiit in forum inde retributionem Fratribus miſſurus. Emi juſſit mediocris molis piſcem, ut Fratres pranderent, quem dum exenterant inveniunt annulum concupitum.

Avertit inſidias Presbytero paratas.

Annulum in mare lapſum reddidit.

XVI. Celebre eſt apud Marianum, Anonymum auctorem vitæ MS. & Marcum Ulyſſiponenſem miraculum illud, quo dicitur Vir ſanctus ad vitam revocaſſe cujuſdam Reginæ Legionenſis, ex Luſitanis prognatæ filiam undecim annos agentem. Quam dum mater, Rege & Principibus invitis, in palatio per triduum retineret extinctam, allegaretque ſancto Antonio ſe conterraneam eſſe, neque ei negandam miſericordiam, quæ paſſim exhibebatur extraneis; ſubito referunt, juvenculam in pedes ſanam erectam, matrem leniter increpaſſe, quod e candidiſſimo Virginum choro cœleſti ad ejus importunas preces remitteretur in terras; ſed per quindecim dumtaxat dies id genitrici concedi ſolatii ad potentiſſimam ſancti Antonii interceſſionem. Ego putaverim deceptum primum narratorem, vel in ipſa relatione, vel in Regno ſpecificando. Etenim prætterquam quod in Annalibus Legionenſibus, aut Hiſpanis adeo celebris prodigii nulla ſit mentio, cum familiare ſit res notabiles principum, præcipue tanto miraculo, claras non præterire, id ponderoſum & efficax eſt contra hanc narrationem argumentum, quod ultima Regina Legionenſis Luſitana genere, fuerit Thereſia Sancii I. Luſitani filia, nupta contra fas Alphonſo X. Legionenſium Regi ſuo conſobrino; quod tamen matrimonium, quippe abſque Pontificis diſpenſatione, male & inique con-

Marian. c. 6.
Anonym. cap. 32.
Marc. 1. p. lib. 10. c. 16.

Regis Legionen. filiam triduanam reſuſcitat, ſed quomodo?

Vaſconc. in Sancio I.
Garibai. lib. 12. cap. 37.
Joan. Marian. lib. 11. c. 20.
Nonius in Sancio I.

contractum, tamdem direptum eſt anno MCC. & Regina in patriam ſe recepit, duas enixa filias Sanciam & Dulcem, ſive alio nomine Aldonſam, & filium unicum Ferdinandum morte immatura anno MCCXIV. ſublatum. Cum ergo illa deſiit eſſe Regina Legionis, triginta & uno annis ante mortem ſancti Antonii (ſeparata quippe eſt a conſobrino Rege ex decreto Concilii Epiſcoporum Salmanticæ indicti, præſidente Guillelmo Cardinale ſancti Angeli anno MCC. & ſanctus Antonius obiit anno MCCXXXI.) quomodo adhuc Regina potuit Antonium mortuum invocare? & quæ ſtatim a ſeparatione thori in patria ſanctam vitam egit, in Parthenone Lorvani ſecundas detrectans nuptias, qua ratione filiam undecim haberet annorum, quam domi retineret, Rege proceribuſque invitis, & Antonio defuncto commendaret?

Garib. cit. Joan. Marian. lib. 12. c. 15.

XVII. Verum eſt, infantem Sanciam innuptam deceſſiſſe poſt ſancti Antonii mortem; nam ſupervixit Alphonſo patri obeunti anno MCCXXX. quo tempore Thereſia rediit ex Portugallia, ut filias ex ſupremis tabulis teſtamenti paterni hæredes Regni Legionenſis ſcriptas re & conſilio juvaret contra Ferdinandum fratrem, ſed ex Berengaria genitum, Regem Caſtellæ. Verum Reginarum parentis, atque novercæ, Berengariæ, & Thereſiæ mutuo colloquio dirempta controverſia eſt Valentiæ (quod oppidum eſt Calæcorum) jure ſuo cedentibus Regiis ſororibus fratri, triginta aureorum millia annua pacta, unde vitam illæ principalem ſuſtentarent. Fœdere facto, Rex Legione, ubi ſubſtiterat, Valentiam ivit: ſorores ejus ſalutandi cauſa Beneventum, quod diei unius itinere diſtat a Legione. His in finibus mortuam prædictam Sanciam fortaſſis Vir ſanctus modo ſupra narrato, vitam reverti fecit in iſtam, ſtatuto illo dierum numero, cum quo conſtat præcipua pars narrationis, licet claudicet ratione circumſtantiarum, non tam falſarum forte, quam ambiguarum ex notis numerorum vitiatis a Scriptoribus, undecim pro majori exarantibus numero. Potuit etiam Rex frater acceſſiſſe ad exequias ſororis, atque illo, proceribuſque funus accelerantibus, matrem jam perfectæ virtutis mulierem (cujus nimirum ſanctitas multis poſtea conſtitit argumentis, & corpus viſum eſt in ſepulcrali marmore integrum & pene vividum anno MDCXIV. ad prædictum Lorvani Parthenonem) ex magna in ſanctum Antonium fiducia, voluiſſe filiam trino illo dierum numero domi retinere. Vel dicendum, circumſtantiam hanc Regis renitentis, ampliationis gratia ab inſcio narratore additam; neque proinde miraculum extra domum Regiam humiliori loco editum poſt quindecim dies per reiteratam virginis mortem evaneſcens, apud durioris fidei homines ferme incredibile, apud ceteros admirabile, publicis Regnorum aſſertum haberi monumentis. In hujuſmodi rebus avara frequenter & lenta hominum fides, neque quæ inter multos fiunt a multis ſciuntur, ſed neque ſi referantur ab omnibus creduntur. Egregie Auguſtinus. Miracula *ubicumque fiunt, ibi ſciuntur vix a tota ipſa Civitate, vel quocumque commanentium loco: nam plerumque etiam ibi pauciſſimi ſciunt, ignorantibus ceteris, maxime ſi magna ſit Civitas, & quando alibi, aliiſque narrantur, non tanta ea commendat auctoritas, ut ſine difficultate, vel dubitatione credantur, quamvis Chriſtianis fidelibus, a fidelibus indicentur.*

Aug. lib. 22. de Civit. c. 8.

Filiam alteram moribundam ſanat.

XVIII. Ex hac indagatione ætatis & progeniei, certius & clarius aliud redditur miraculum ejuſdem ſancti Patris, de reſtituta ſalute jam deſperata Aldonſiæ Thereſiæ Reginæ Portugalliæ filiæ, quod communiter abſque ſignato tempore, aut genealogia refertur confuſe. Ea porro Aldon-

Digitized by Google

Aldonſia, alio nomine Dulcis, filia ſecunda eſt prædictæ Thereſiæ, non Portugalliæ, ſed Legionis olim Reginæ; neque enim Luſitania ullam habuit hujus nominis, præter primi Henrici Comitis uxorem, Alphonſi VI. Caſtellæ filiam, notham Reginam propterea appellatam, quia more illius temporis omnes Regum filiæ, veluti admonet Duardus Nonius, Reginæ vocabantur. Miraculum porro illud fuit quod languente ad mortem, & deſperata vel derelicta a medicis Aldonſia filia, recurrerit conſtanti fiducia & ferventi prece Thereſia mater ad ſanctum Antonium, eo majorem fortaſſis concipiens filiæ ſanandæ ſpem, quo majus & admirabilius beneficium acceperat in altera filia Sancia reſuſcitata. Dum ſuper moribundam mater & famulæ inceſſanter plorarent, leniter obdormivit Aldonſia, viditque ſibi aſtantem ſanctum Antonium interrogantem, an illum cognoſceret? Illa negante; quis eſſet, & adventus cauſam indicavit, atque ultra obtulit, ut unum e duobus vellet eligere, vel liberatam ex carnis ergaſtulo in cœlum deduci, aut in plures annos ſupervivere. Eligenti inſipienter ſecundum, conceſſum fuit ex tempore, quo repentino beneficio viſa eſt ſibi funiculum, ſeu chordam Viri ſancti apprehendiſſe, protinuſque exclamavit: Mater accede, teneo enim a cingulo beatum Antonium, qui me prorſus ſanam effecit. Ad quas voces exhilaratæ omnes fœminæ circumſedentes, magnas egerunt Deo, & ſervo ejus Antonio gratiarum actiones. Miraculum hoc præ ceteris Scriptoribus ſcribit Marcus Ulyſſiponenſis, Alanquerii ſive Jerabricæ perpetratum.

Nonius in geneal. Regum Luſit. ſub Henrico Comite. Marcus lib. 1. Anton. c. 40. Marian. cit.

XIX. Unum vel alterum etiam ſacri Parentis Franciſci hujus temporis ſubtexo miraculum. In fabrica novæ Eccleſiæ Piſanæ, ſacrandæ ſancti Franciſci memoriæ, plures ex devotione abſque ſtipendio laborabant; inter hos mulier prægnans inceſſanter in ruderibus efferendis operabatur, unde contigit effundendi fœtus extemporanei periculum. Languenti adfuit ſanctus Franciſcus certam immittens ſpem maturandæ prolis, & feliciter edendæ, ſuoque nomine inſigniendæ. Decurſo tempore incolumis peperit mulier, ſed in baptiſmo ſocrus Henricum voluit, propter avum paternum hujus nominis, appellari. Reſtitit qua potuit Genitrix, contendens ut Franciſci imponeretur nomen, nec tamen valuit ſocrum ſuperare, dicentem illud ferme inauditum, neque in cognatione fuiſſe, qui vocarentur hoc nomine. Concordantibus tamdem de Henrici appellatione, infantulus elanguit, ut pene exanimis videretur; tribuit hoc mater cœleſti indignationi ob Henrici nomen admiſſum; quare mutato conſilio, vocatus eſt Franciſcus, & ſtatim convaluit, factus maturæ ætatis Minorita, maturæ quoque virtutis.

Marian. lib. 1. cap. 7. S. Franciſcus periclitantem ſibi devotam adjuvat.

XX. Fuit ex Eremitis Guillelmitis in Caſtro ſancti Geminiani in Hetruria, cui nihil magis moleſtum, quam laudes audire Franciſci, aut quippiam in ejus adhiberi commendationem. Pia quædam mulier horum neſcia obtulit ei ſancti Patris effigiem, qua conſpecta, in plurima contumelioſa verba prorupit. Taxatus a religioſa fœmina, ſuperaddidit horribiliora, quorum audiendorum impatiens mulier, indignabunda receſſit, exclamans & invocans Dei vindictam. Non longe abfuit dum poſt pauciſſimos dies ita ei os fœtere, & lingua putreſcere cœpit, ut nec cominus aut eminus ipſa ejus genitrix ei adſtare, nec prope quiſpiam cibum miniſtrare potuerit. Obſtinati animi vir nequam ultionem non agnoſcens, depaſcente morbo, miſere tamdem interiit, rem ſcientibus, & parentibus juſtum Dei judicium publice prædicantibus.

Marian. cit. Dure punitur in eumdem contumelioſus.

XXI. Strenue hoc anno laborarunt Prædicatores & Minores in ope-re

Paris ad hunc annum fol. 355.

Digitized by Google

Prædic. & Min. laborant ſtrenue in negotio crucis.

re Cruciatæ tam in Anglia, quam in Gallia, & aliis partibus, ſedulo colligentes redemptiones votorum crucesignatorum, & collectas fideliter diſpenſantes ad præſcriptum Pontificis. Duodecimo Kalendas Decembris ſcripſit Provincialibus Prædicatorum & Minorum in Francia, ut Joanni de Valenzenis pro negotiis Conſtantinopolitani Imperii utiliter procurandis fideliter laboranti, & multa de ſuis bonis expendenti in ducentis marcis argenteis de legatis, & redemptionibus eorumdem votorum ſuccurrerent. Deinde IV. Nonas Martii ejuſdem anni ſui Pontificatus, ſed Chriſti MCCXLI. dedit litteras ad fratrem Willelmum Minoritam Pœnitentiarium ſuum, de quo ſæpius diximus ſupra, ut pro liberatione nobilis viri A. Comitis Montisfortis, qui in ſubſidium Terræ ſanctæ profectus, a Saracenis captus, in vinculis tenebatur, exhiberet quinque millia marcarum argenti, ſi pro minori non poſſet redimi quantitate. Alii utriuſque Inſtituti ſectatores ſedulo ubique verbum Crucis prædicabant, reſque promovebant Sedis Apoſtolicæ contra Fridericum.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Gillan. Epiſc. Conſtantien.

Bibl. tom. 13.

Fr. Guibertus Tornacenſis.

„ XXII. Circa hunc annum factum Epiſcopum Conſtantienſem ſub
„ Archiepiſcopo Rothomagenſi, in Normanniæ Ducatu Fr. Gillanum
„ Minoritam, ſcribit Claudius Roberti in ſua Gallia Chriſtiana, qui unum
„ vel alterum errorem a ſe prædicatum, in domo Minorum Pariſiis re-
„ cantavit. Sed in Bibliotheca veterum Patrum editionis Colonienſis
„ appellatur Guillelmus Morita. Neſcio an hic, vel in Gallia Chriſtia-
„ na obrepſerit error. Certe circa computum annorum retractationis
„ in Epiſcopum non ſat ſibi conſtat Bibliotheca. Florebat hoc tempore
„ vir doctus Guibertus Tornacenſis, qui librum de officio Epiſcopi, &
„ cæremoniis Eccleſiæ dedit ad Guillel. de Buſſis, Epiſc. Aurel. & alia
„ docte compoſuit.

Conven. Firmanus.

XXIII. Hoc anno in civitate Firmana, quæ olim totius Piceni caput, tribus M. P. a mari diſtat, dum idoneum commorandi locum non haberent Minores, illius urbis Epiſcopus capellam ſancti Leonis eidem lege diœceſana ſubjectam, cum domibus, platea, hortis circumjacentibus pro eorumdem incolatu conceſſit, intercedente Cardinale Epiſcopo Oſtienſi Ordinis Protectore, & ex conſenſu Abbatis Monaſterii ſancti Sabini Firmani, ad quem ipſius capellæ inſtitutio pertinebat; necnon patronorum ejuſdem capellæ, ad quos ſuas dedit litteras ſuaſorias Pontifex. Donationem hanc confirmavit, cum præſcriptis conditionibus, & defectus quoſcumque ſupplevit Gregorius ſuis litteris incipientibus: *Cum a nobis petitio*, datis XVI. Kalendas Julii. Monaſterium nunc eſt

Beatus Adamus.

Patrum Conventualium, in quo conditæ ſunt reliquiæ beati Adami, qui fuit concionator illuſtris, de quo narratur, cum ſemel prædicaret, & ſuo garritu hirundines impedimento eſſent, præcepit eis in nomine Chriſti, ut abſcederent, ſtatimque avolarunt. Semel ambulanti per devia, occurrit lupus divinitus, qui more canis domeſtici, viam ei præmunivit.

B. Joan. de Alverna.

Eodem in loco ortus eſt, & educatus beatus Joannes Lavernicola, de quo nos multa dabimus ſuo tempore. Acceſſerunt huic Monaſterio quædam bona poſſidenda, ex ſuppreſſione cujuſdam Monaſterii Monialium; nam cum Ghirardus Epiſcopus Firmanus Eccleſiam ſancti Liberatoris, Monaſterio Monialium, de Virginibus dicto, pia liberalitate donaverit, illæ vero poſtea infamiæ nota laborarent, nullaque ſupereſſet ſpes de earum reformatione, Sixtus IV. Guardiano & Fratribus prædicti Firmani Conventus Monaſterium ipſum, & ejus bona, ut poſſent de eis juſto modo diſpenſare, libere conceſſit.

Digitized by Google

Ampliatur Conventus Pariſienſis. *Anno 1234. n. 17. tom. 2.*

XXIV. Ad exhortationem ejuſdem Pontificis Simon, Abbas, & Conventus Monaſterii ſancti Germani de Pratis Pariſienſis Fratribus Minoribus anguſto loco commorantibus, quaſdam terras infra & extra muros Civitatis Pariſienſis vendiderunt, ut ſupra diximus, conſentientibus ipſarum poſſeſſoribus, qui a prædicto Monaſterio eas ſub annuo cenſu tenebant, paratis etiam piis quibuſdam benefactoribus, eaſdem emere ad opus & uſum eorumdem Fratrum Minorum. Venditionem & emptionem confirmavit hoc anno Pontifex, inſertis Abbatis ejuſdem Monaſterii ſancti Germani litteris ſuo diplomati, dato VI. Idus Decembris. In eodem Regno Galliæ, circa hunc annum Sparræ, quod Aquitaniæ oppidum eſt, domicilium erectum eſt pro Minoribus a pientiſſimo Senebrone, equite aurato, atque ab ipſo Sparrenſium Domino „ Eccleſiam ſumptuo- „ ſo opere ampliarunt, ſive totam ædificarunt Fratres, uti teſtatur Cle- „ mens V. in diplomate dato anno VI. Pontificatus in eorumdem favo- „ rem, intercedente Guillelmo tit. S. Pudentianæ Card. Presbytero. Sed nullum ejus modo ſupereſt monumentum, redacto toto Monaſterio in cineres anno MDLXXVIII. per ſæviſſimos Romani nominis inimicos.

Conven. Sparren. *Gonz. in Prov. Aquitan. recent. Conv. 12.*

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Conventus Moſæ-Trajectenſis. *Gonzag. in Prov. Germ. infer. Con. 8. Geſta Leodi. tom. 2. cap. 131.*

XXV. In urbe Trajecto, quæ ad Moſam fluvium eſt prope Tungrim, in finibus Brabantiæ, alia a Trajecto inferiori, quod Ultrajectum dicitur, vicinum Batavis, ad Rheni veteris alveum, circa hunc annum fundatum Monaſterium Minorum, quod Jecora fluvius interluit, ſcribit Gonzaga: ſed geſta Epiſcoporum Leodienſium ex Chronico magno Belgico, circa annum MCCXXXIV. id factum ferunt, fortaſſis tunc inchoatum, & circa hunc annum abſolutum. Monaſterii vetuſtatem, evincunt ſarcophagi, & monumenta defunctorum, qui illic ſepulti ante annos quinquaginta. Hæreticorum furore pæne totum dirutum fuit, expulſis Fratribus anno MDLXX. Sed anno ſequenti revocati in feſto ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Civitate expugnata a ſereniſſimo Principe Parmenſi, & Monaſterium Dei favore, bonorumque amicorum (ut ſolent, quæ ceciderunt) melius reſurrexit. Templum e patrio ſectili lapide exædificatum eleganti fornice, & convexitate conſpicuum. In quo ad dextram ſacellum Divæ Virgini conſecratum, imaginem habet, paulo amplius longam pedes quatuor, Deiparæ matris filiolum brachio ſiniſtro geſtantis, ſupra altare collocatam, ante memoriam hominum miraculis celeberrimam. De illa integrum ſcripſit librum recolendæ, & piæ memoriæ vir Henricus Sedulius noſter, inſcriptum: *Diva Virgo Moſæ-Trajectenſis* ad exemplum optimi ſui amici Juſti Lipſii, qui ſimiles conſcripſit libellos *de Diva Virgine Hallenſi, & Aſpricollis*. Solemniſſimæ ſupplicationis, quæ ad eam imaginem fit, in ſecundis feriis Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ, damus ex eodem pio Auctore deſcriptionem, quam, & ſi longiuſculam, legere non tædebit, ſed valde placebit. Ipſa, inquit, die Paſchalis feſtivitatis veſperæ cum finiuntur, Fratres cum frequentiſſimo populo, prælatam crucem antiquo ritu Chriſtianorum ſequentes, procedunt ad imaginem Divæ Virginis: cantant illud lætum, & priſcum Catholicorum Paſchale canticum, cœlitus acceptum: *Regina cœli lætare*, atque ex ſacello, ejus honori & memoriæ conſecrato, quod ad dextram Templi eſt, efferunt ad Eccleſiæ medium, ubi ſublimis ſtatuitur honoranda. Nulla impoſita mora, incredibili pietate frequentationes incipiunt, preces & vota Civium, & advenarum: ſed maxime noctu, ut pii quique vitent oculos aliorum, ab occaſu ſolis uſque ad auroram diei ſequentis. Nec facile dictu, quanta hominum multitu-

Sedul. lib. 1. de Div. Virg. Moſæ-Traject. c. 21.

do ex agris, ex vicis, & vicinis urbibus conveniat. Numerati aliquando, cum id præſidiarii excubitores in mandatis haberent, advenisse ſupra ſex millia virorum, præter mulieres & pueros. Curatores ſacelli Divæ Virginis imaginum, quæ magna Religione exiguntur, ſupra ſeptemdecim millia petentibus diſtribuerunt, anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo, jam tum a S. D. N. Paulo Papa V. datis, denuntiatiſque plenariis indulgentiis. Jucundum ſpectaculum piis, videre pueros, adoleſcentes, virgines, matronas, viros corpora nuda tectos dumtaxat laneis amiculis ſive lineis, nudis etiam pedibus Divæ Virginis imaginem adire, circumire, adorare; imo circum eam, & ſub ea flexis poplitibus ſæpius repere. Ex utroque ſexu paſſim ſternuntur, oculis & lacrymis pavimenta rigantes, veniam irarum cœleſtium deprecantur, & vota ad Deum, interveniente Virgine Matre, prout ſua quemque mala cogunt, vertunt. Plurimi ſupplicationi viam antiquitus deſtinatam, non modo ſemel, ſed multoties præeunt, faculas ardentes geſtantes. Multi a capite uſque ad genua, ferreis armis nuda corpora tecti, etiam in genibus repentes, totum illud, & quidem non breve, iter proceſſionis conficiunt, & ferreas ſubinde gravi pondere catenas pedibus illigatas trahentes. Dominicæ Reſurrectionis ſecunda feria proceſſioni decreta, finita concione, ad horam nonam, toto Senatu, atque Magiſtratu, cum urbis primoribus convenientibus ad Monaſterium, ſummum ſacrum in Divæ Virginis honorem celebratur, cum Cives omnes, & advenæ Deiparæ Matri obviam ruunt. Sub finem ſacrificii, chordis ſancti Franciſci primoribus quibuſque & nobilibus, divoque Franciſco devotis diſtributis; atque ſingulis eam publice ſuper veſtes ab humeris ad adverſa latera geſtantibus, in formam teſſeræ: procedit, peractis myſteriis, inſtituta ſupplicatio, velut acies caſtrorum ordinata. Quemadmodum in caſtris expeditiſſimorum militum variæ ſunt cohortes, & legiones, varia ſigna, atque vexilla, diverſæ generis armaturæ, ſed tamen uni militant Principi: ita in iſta religioſiſſima proceſſione varia devotio, & diverſa ſchemata; ubique multa gratia, quia grata diverſitas, ſed una veraque pietas: quia Chriſto faciunt, quod ejus Matri. Ceterum quia Chriſti militibus fas non eſt procedere ſine ſignis militiæ Chriſtianæ: crucem Frater aliquis præfert, quam magnus mox ſequitur numerus virorum, fœminarum, puerorum. Nec vulgi more, ſed ritu ſingulari crucem ſequuntur, quia crucem etiam tollunt. Omnes ſolis laneis aut lineis amicti, nudis pedibus varia lumina geſtantes, habitu publice pœnitentium; ſummo ſilentio, calidas preces, & lacrymas fundentes, totum ſupplicationis circuitum conficiunt. Anno octavo ſupra milleſimum ſexcenteſimum, mille eoque amplius hoc ſchemate proceſſiſſe numerati ſunt; inter quos non pauci viri, qui galeis ferreis, ne noſcerentur, caput incluſerant. Sed & matres complures ſecum vix dum apta greſſibus cara pignora trahebant: nonnullæ infantulos, & lactantes eodem pœnitentium ſchemate ad ubera circumferebant. Anus quoque grandæva, quotannis hoc ritu ſolita procedere, cum ingraveſcente morbo & ætate non poſſet; ut fidem ſuam liberaret, eadem amiculorum forma grabatulo circumlata eſt. Sub hoc vexillo pone ſequuntur, qui in Sodalitio flagellantium, ſub cura & directione ſunt Collegii Societatis Jeſu. Hi ſacris operti, tecta facie, pedibus nudis (quo ritu in cœna Domini proceſſionem ſuam celebrant) magna pietate, & pulchro exemplo ſupplicationem coboneſtant, viri, adoleſcentes, pueri. Altera crux ſequitur la-

Digitized by Google

labari forma, quo labor, una & merces, prœmiumque laboris indicatur, & numeratur. Sequuntur e veſtigio omnes noſtri Fratres, in ſacramenta Chriſti jurati, cantantes Domino, magnis vocibus benedicentes Divæ Virgini, *benedicta inter mulieres*. Mox ſequuntur primarii Cives; deinde Sacelli Divæ Virginis curatores, tædigeri omnes ante ſacram Divæ Virginis imaginem, de qua nunc agimus; quam lectiſſimæ probatiſſimæque Virgines, qua it ſupplicatio, humeris ſublatam religioſiſſime ferunt. Imaginem Divæ Virginis cohors ſequitur armatorum, qui ſuſceptis votis, ſacramenta hæc Deiparæ Matri in ſingulos, ſive certos annos dixerunt. Recenti anno octavo ſupra milleſimum ſexcenteſimum, octoginta ſex, pene omnes faculas geſtantes, corpora nuda (tectis tantummodo, quæ natura dictat velanda) ferreis armis induti a capite uſque ad pedes. Capita ferreis galeis muniebantur; pectus, & brachia ferreis thoracibus, & brachialibus; crura & tibiæ, ipſi quoque pedes panoplia militari, qualis ſolet eſſe equitum armatorum in acie pugnantium, tales fere omnes; plerique dextro quoque pede catenam magni trahunt ponderis, quo procedant laborioſius. Subligacula linea, quæ naturam tegebant, fluentem largiter oſtendebant ſanguinem ex morſu armorum. Nec facile quis credet, quam multis ſanguineis guttis via, qua proceſsio tendebat, ſpargeretur. Alii herbas, frondes, flores oculis, & odori jucundos, Chriſto jaciebant, & ejus Matri iſti (quod habebant pretioſiſsimum) ſanguine ſuo viam purpurabant, quo peccata eluerent, & flammas, igneſque gehennæ ſopirent. Hos lectiſſimos milites, velut cohortem Prætoriam, Magiſtratus urbis ſequitur: Prætores, quorum alter Præſulis Leodienſis, alter Ducis Brabantiæ: tum Conſules, & Senatores, & qui urbi ab officiis, tædigeri omnes ante venerabile Sacramentum, quod maxima, profundiſsimaque reverentia, ſub ſerico cœlo geſtatur. Claudunt agmen proceſsionis Civitatis Gubernator, tota nobilitas, magna denique multitudo omnium ſexus utriuſque ætatum & conditionum, Civium & advenarum. Ea vero conſummata ſupplicatio, non ſtatim finem imponit devotioni: toto ſequente octiduo diu noctuque frequentationes, viſitationes, circuitus, qua prævit proceſsio, a plurimis iterantur. *Luc. 1. 42.*

XXVI. Ad hunc annum extructum etiam Minoritis Monaſterium in Hibernia in Civitate Waterfordiæ, quæ mihi natale ſolum fuit, indigenis, & Britannis *Portbalairge*, Anglis *Waterford*, Ptolomæo *Manapia*, appellata, a Norwegis piratis conſtructa, ut placet Camdeno, ſive ut alii volunt, a Sitaraco Oſtmanno circiter annum CLV. celebris in Momoniæ Provincia ab adlabente fluvio Surio, a portus opportunitate, ab opulentia, a populi frequentia, ab ædificiorum ſtructura; ſed inde celebrior, quod pietatem Chriſtianam, & Catholicam Religionem Romanam conſtantiſſime retinuerit; atque hinc ſane mihi carior, & æſtimabilior, quam quod ortum tribuerit. In tot tribulationibus, & perſecutionum preſsuris firma ſemper manſit in vera Religione, ut ex hac parte, & fide in Deum potius, quam ex illa, quam ſuis Regibus perpetuam ſervavit, repulſis fortiſſime inimicis, illud ſuum mereatur elogium, *Urbs intacta manens*: inde etiam laudatiſſima, ut res ſacras, adeo impenſe colat, piis peregrinis, & propter fidem patientibus aperiat viſcera caritatis, & juxta illud Tertulliani: *Sollicitior fides quando turbatur*, adeo invigilet puritati fidei, & filiis in eadem immaculate creandis, ut glorioſe paſſim hoc audiat nomine *Parva Roma*. In hac porro Civitate, cui vel tantillum

Conventus Waterfordiæ.

Camden. in deſcript. Hibern. in Prov. Momon.

Tertull. in Apolog. adverſ. gentes cap. 35.

lum hoc laudis debuimus, & de qua plura hujus generis aperire libet, ſed non licet, inter frequentes, & ſpecioſas, quas poſſedit ſacras ædes illa noſtra fuit ſpectabilis, tum ex ædificii amplitudine, tum ex Fratrum numero, & dignitate. Sita eſt ad Orientalem plagam Civitatis prope, ſed intra muros, juxta navale, & fundatorem habuiſſe tradunt illuſtrem Dominum Hugonem Porcellum, quod apertius confirmat fragmentum vetuſti codicis MS. ejuſdem Conventus, in quo ita ſcriptum. (Ad cornu dextrum altaris majoris eſt ſepultura Domini Hugonis Porcelli militis, qui fuit fundator hujus Conventus.) Templum habet duplex, præcipuum quod ab introitu januæ e regione totum viſitur, illo minus, ſed ſatis magnum, quod ad dextram ingredientis ſacellum dicitur beatæ Virginis Mariæ.

Piſan. conſ. 8. fol. 80. XXVII. In hoc Monaſterio jacere judicaverim beatum Joannem a Waterfordia, quem Piſanus antiquus Auctor cognominat corrupte a Vafordia, de Cuſtodia Caſſellenſi, ſub qua erat Conventus hic Waterfordienſis, quem etiam ait magnis coruſcaſſe miraculis, ita quod ad ejus ſepulcrum curarentur infirmi, varii fugarentur morbi, & quod majus eſt, mortui reſuſcitarentur. Fuit etiam in eodem loco, eodem teſte, alius Nicolaus a Waterfordia Vir ſanctus, qui Fratribus ſui obitus diem prænunciaverat. Recondito & ſacro in loco in eadem Eccleſia conditus eſt vir pius frater Joannes Luker religioſæ in illa urbe memoriæ, cujus corpus, poſt plures annos exhumatum per unum ex conſodalibus, pium Presbyterum ſecularem, & pientiſſimam matronam, translatum eſt noctu ab Eccleſia ſanctæ Mariæ in ſui Inſtituti ædem, ſicut fieri ſub morte rogavit; cui translationi adoleſcentulus dum caſu intereſſem, audivi inventum integrum cadaver, illæſaſque veſtes, & ſandalia. Ibidem etiam requieſcit frater Donatus Dalæus, robuſtiori ætate plura incommoda propter fidem Catholicam perpeſſus, & ante mortem Inſtitutum profeſſus Minorum, miræ integritatis, ſingularis prudentiæ, & laudabilis innocentiæ, poſt ſe relinquens in univerſo Regno opinionem. Mortuus eſt anno MDCXIV. ſub quo de illo plura poterunt referri. *Willot de ſcript. Franc. Pitb. de ſcriptor. Angliæ ad ann. 1597.* Ex hoc etiam Conventu crediderim prodiiſſe Guillelmum Waterfordienſem, quem Henricus Willot vocat Woderfordenſem non Wodfordenſem, ut vult Joannes Pitſeus, qui etiam Anglum facit, illinc ut putem deceptus, quod in Anglia multa, & præclara ſcripſerit, præcipue contra errores Wicleffi. Duos habeo ejus tractatus MSS. eruditos. Primus ita incipit: *Venerabili in Chriſto Patri, ac Domino illuſtri Domino Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, & Sedis Apoſtolicæ Legato, humilis ſuus ſervitor Fr. Willielmus Woderfordienſis devotiſſimum humilitatis, & ſubjectionis famulatum. Reverende mandatis veſtris obtemperando, cauſas condemnationis articulorum per vos nuper damnatorum, ac etiam reſponſiones ad argumenta per adverſarium pro articulis facta, veſtræ Dominationi in his ſcriptis tranſmitto.* In quo opere nervoſe oſtendit æque & juſta de cauſa tot articulos Wicleffi fuiſſe damnatos in Concilio Londinenſi.

In alio etiam Concilio Baſileenſi anno MCCCCXXXIII. dedicavit Cardinali Juliano, ſecundum meum Opuſculum *de Religione* inſcriptum, cui præſcriptum: *Incipit opus de Religione Magiſtri Willhelmi de Waderfort ſacræ Theologiæ Profeſſoris Ordinis Minorum.* Præparamus noſtrorum Scriptorum catalogum, in quo copioſior de hoc viro fiet ſermo.

XXVIII. In ſacello majori ex parte Epiſtolæ requieſcunt corpora Illuſtriſſi-

Digitized by Google

ſtriſſimorum Dominorum D. Richardi Poeri Baronis de Corraghmor, ſtrenui Catholicæ fidei propugnatoris, & D. Catharinæ de Barry conjugis, filiæ magni Barry, Vicecomitis de Butivania. Ex parte vero Evangelii in ſepulcro fundatoris conditus recenter Illuſtriſſimus Dominus Nicolaus Valeſius, eques auratus, inter primarios judices Regni in communi placitorum tribunali Anteceſſor. In magna vero Capella ſecundæ Eccleſiæ, ſeu Sacelli beatæ Virginis habentur ſepulcra ornato lapide Illuſtriſſimorum Dominorum Baronum de Dunile, & de Kilmedan ſacelli fundatorum. In medio ejuſdem ſacelli ad dextram ingredientis, ſeu ad cornu Epiſtolæ exurgit arcuato opere in muro Waddingorum ſepulcrum, in quo conditum memini Illuſtrem Dominum Thomam Waddingum patruum optimum, cujus memoria in benedictione eſt, eritque inter noſtrates perpetua, ob ſummam in pauperes liberalitatem, ob paratum, & apertum piis quibuſque, & Eccleſiaſticis hoſpitium, ob Chriſtianæ peracta potiora Reipublicæ munia. Inferius prope jacent Willelmus patruus alter, & Walterus pius meus genitor, cui præter ortum, eſt quod amplius debeam, ſedulam in Chriſtiana diſciplina curam, & ſummam, circa probe educandum vigilantiam. Diviſit eum in morte a cara conjuge, & noſtra genitrice Anaſtaſia Lambarda ſæva lues peſtis, ob quam hanc non licuit viro conjungi, tumulataque eſt in Monaſterio ſanctæ Catarinæ extra Civitatem. Totius Templi ea fuit amplitudo, ut ſuppreſſa jam Religione, tranſverſis trabibus in medio Eccleſiæ potuerit ſuperexſtrui Xenodochium, cum ſexaginta cellulis pauperum, triginta virorum, & totidem mulierum, in quem uſum converſa eſt ſacra ædes, poſtquam Henricus Octavus Angliæ Rex juſſit exulare Regulares e ſuis Monaſteriis, atque hæc in profana miniſteria converti. Uno & altero diplomate (quorum penes me exemplaria) accepto etiam pretio, conceſſit univerſum Fratrum Domicilium Domino Henrico Valeſio, & ſucceſſoribus, cum auctoritate inſtituendi ibidem dictum Xenodochium, in quo eſſent unus Magiſter, Fratres hoſpitalis, & pauperes; diceretur que hoſpitale ſancti Spiritus: Fratres interim in domibus conductitiis ſecreto latitant, Catholicis præſentes ad omne opus bonum, non erubeſcentes Evangelium, neque miniſterium Chriſti, quantumvis ſæpius perquirantur ad mortem. Bis irruit in eorum occultum Domicilium ad Auſtralem Civitatis partem, prope urbis januam, quæ ſancti Joannis dicitur, ex ſpeciali mandato Provinciæ Momoniæ Præſidentis, miles quidam Anglus, Civitatis Vicegubernator, ſed præmoniti futuri periculi Fratres, manus ejus evaſerunt. Celebratum eſt in hoc Conventu Capitulum Provinciale anno MDCCCLXIX. in quo electus fuit in Miniſtrum Provincialem Fr. Guillelmus Reihi ſacræ Theologiæ Magiſter; nec non aliud ſecretum anno MDCXV. in quo creatus eſt in idem miniſterium Fr. Donatus Monæus vir doctus, & intrepidus, anno elapſo defunctus.

XXIX. Ab aliquot jam annis, laborantibus Minoribus in Civitate Legionenſi in Hiſpania, uti jam diximus, abſque fixa tamen ſede, tandem hoc anno (licet corrupte habeatur apud Gonzagam annus MCCCXL. pro MCCXL.) hortum extra, & prope urbis muros, ex acquiſitis hinc inde eleemoſynis ad Monaſterii ædificium emerunt a filiis & hæredibus cujuſdam Bonadii de Spinaza, quod manifeſte indicat bulla Innocentii IV. data Lugduni XXX. menſis Junii anno III. ſui Pontificatus, quæ in eodem Monaſterio aſſervatur, qua dierum XL. Indulgentiam largitur iis,

Ann. 1219. num. 40. tom. 1. Gonzag. in Prov. S. Jacob. Con. 6. Hiſtor. MS. hujus Prov.

Conven. Legionenſis.

Digitized by Google

iis, qui ſua liberalitate, atque munificentia opus promoverent. Quo factum eſt, ut brevi tempore ſacra hæc ædes, ſancto Franciſco dicata, omnibus ſuis numeris fuerit abſoluta, ſub Ferdinando ſancto Caſtellæ, & Legionis Rege, cujus ſucceſſores poſtea ruinoſam reædificarunt, ut illorum inſignia pluribus Eccleſiæ locis affixa commemorant, & amplis donarunt privilegiis. Amœno ſed humili loco ſitum eſt hoc Monaſterium in aperto campo, quem ſancti Claudii cognominant ab oppoſito Monaſterio vetuſtiſſimo Benedictinorum. Hic primum Theologiæ cathedram conſcendi, ante completum annum translatus Salmanticam, multam expertus brevi illo tempore in pio, nequidquam tenaci aut duro populo erga noſtros benevolentiam.

Ann. 1214. n. 19. tom. 1.

Monaſt. Monial. Civitatenſe.

Gonz. in Prov. S. Michael. mon. 1.

Hiſtor. MS. hujus Prov.

XXX. In Civitate Roderici vulgo Hiſpanico *CiudadRodrigo* Regni Caſtellæ in Hiſpania, de qua alias egimus ante hunc annum ædificatum in ſuburbio pro Sanctimonialibus Damianitis Monaſterium, ſub titulo ſancti Spiritus, mihi conſtat ex privilegio exemptionis eidem conceſſo a Michaele ejuſdem Urbis Epiſcopo, æra MCCLXXVIII. quæ huic anno correſpondet, & inſerto diplomate Innocentii IV. dato anno primo ſui Pontificatus, fundatum Monaſterium per quaſdam ſanctæ Claræ diſcipulas, aſſerit Gonzaga; neque id mihi incredibile, cum ex multis monumentis mihi conſtet, plures ex his in Hiſpaniam diverſis temporibus tranſmiſſas. Favit ſatis his ſanctis Fundatricibus D. Leonardus ejuſdem etiam Urbis Epiſcopus electus anno MCCXLV. cujus in eaſdem beneficentia conſtat ex vetuſtis tabulis Eccleſiæ matricis datis anno MCCL. Ex variis etiam teſtamentis antiquis illius Urbis habetur, moris fuiſſe apud hujus Monaſterii Sorores inſtar Religioſorum, ad mortuorum funera cum cruce proceſſionaliter exire, ita cogente fortaſſis rerum inopia, quod poſtea prohibitum eſt per Patres Provinciæ D. Jacobi, poſtquam eorum curæ ſunt commiſſæ. In medio Eccleſiæ choro admirandæ ſanctitatis religioſa ſoror Hadabona, cui & lapidea imago ibidem erecta eſt, ſepulta quieſcit. Hæc tantopere, dum viveret, in omni virtute, præcipue vero in caritate, atque oratione profecit, ut ſtatim poſt mortem miraculis clarere meruerit. Quamobrem & Monialibus & ſecularibus commendatiſſima eſt, & tum iſti, tum quoque illæ hauſta ex ejus ſepulcro terra, ad pellendam febrem quatriduanam utiliter, atque pro voto utuntur. In Sacello majori ad latus Evangelii exſurgit ſepulcrum marmoreum inſculpta effigie Sanctimonialis, Abbatialia habentis inſignia, & è regione in muro inciſum petræ hoc epitaphium. *A qui iaze la muy magnifica ſenora Doña Beatriz del Aquila abbadeſſa quæ fue en eſta caſa cinquenta años y fallecio el año de* MCXXXV. *años*. Latine ita. *Hic jacet magnifica admodum domina Donna Beatrix del Aquila, quæ fuit Abbatiſſa hujus ædis annos quinquaginta, obiit anno* MCXXXV. Plures numerantur ejuſdem Monaſterii religioſæ Virgines pietate, regulari obſervantia, & ultra muliebres vires aſpera pœnitentia ſpectabiles, de quibus ſuis temporibus recurret memoria.

Monaſt. Monial. Bilbilen.

XXXI. Hoc ipſo anno EpiſcopusG.Juriaſonenſis in Regno Aragoniæ, ex conſenſu ſui Capituli, conceſſit religioſæ fœminæ Suſannæ, & Sororibus ejus Damianitis plenam facultatem Monaſterium conſtruendi in agro, qui erat Dominæ Mariæ Lopez ſuper molendina dicti Epiſcopi, extra muros de Calatayud in honorem ſanctæ Agnetis, ut habetur in ejus litteris inſertis diplomati Pontificio Innocentii IV. ſub anno primo Pontificatus. Aliæ item litteræ Jacobi I. Regis Aragonum commendatitiæ

ad

Digitized by Google

ad Bilbilenſem Senatum datæ XII. Novembris anno MCCXLIX. indicant illud omnibus numeris tunc abſolutum. Sub aliis vero ædibus congregatas aliquas Sorores ante exſtructum hocMonaſterium docet diploma Gregorii IX. ad eaſdem datum anno XI. ſui Pontificatus. Perſtiterunt hoc in loco ad CXXIII. annos donec ingruente bello inter Petrum crudelem Caſtellæ, Legioniſque Regem, & Petrum alterum Aragonium, dirutum eſt ex parte Monaſterium a Caſtellano exercitu, ædificatis ſuis propugnaculis a Conventu Prædicatorum uſque ad hunc, fugientibus prius Sanctimonialibus ad conductitias ædes intra villæ circuitum, in quibus ad aliquale tempus vixerunt. Obtinuit tamdem anno MCCCLXIII. Donna Urraca de Luna, Abbatiſſa facultatem ab Illuſtriſſimo D. Guidone, Epiſcopo Portuenſi, Legato Apoſtolico in Hiſpania, ut per duos menſes, cum duabus ex ſociabus ad Regiam curiam abire pro impetrando ſitu, & Regum ope ad novum extruendum domicilium. Liberalem ſenſerunt Regem, ejuſque conjugem Leonoram, quorum ſumptibus inchoatum Monaſterium intra villæ muros prædiis, & redditibus ditatum, ſub ſancti Nicolai nomine ob vicinum Sacellum, ad perfectum deduxerunt anno MCCCLXVI. non MCCCXXXVI. ut habet Gonzaga, nam & bellum prælibatum geſtum eſt anno MCCCLXII. & ſequenti ſupplex acceſſit ad Regem Abbatiſſa. Diruto poſtea Sacello, ad ſitum ampliandum, nova exſtructa eſt Eccleſia ſancto Laurentio ſacra. Benedictus XIII. dictus, duas hujus loci accolas habuit Sorores, quas inviſurus cum Bilbilem petiiſſet, Eccleſiam a præfato Rege ædificatam in earum gratiam ampliandam, atque in meliorem formam transferendam curavit. Obſervarunt Regulam ſeu inſtitutionem dictam ſancti Damiani de Aſſiſio, ſub Regula ſancti Benedicti uſque ad Urbani IV. Pontificatum, & vixerunt ſub Epiſcoporum juriſdictione, donec Innocentius IV. anno MCCXLIX. eas ſubjecit Prælatis Minorum. Multis privilegiis & gratiis eas affecit hic Pontifex, & ſucceſſores, nec non Reges Aragoniæ. Plures hoc in Monaſterio ſanctæ vixerunt Sorores, plurimæ item generis claritate nobiliſſimæ hic generoſe de mundo triumpharunt.

Gonzag. in prov. Arag. monaſt. 4. Hiſtor. MS. hujus Prov. Zur. lib. 9. c. 43.

XXXII. Monaſterium undique perfecte elaboratum, & excultum, copioſum habet aquarum irriguum per ædis medium præterlabentem. Eccleſia pulchris ornata ſepulcris, illud præcipuum, quod in medio ſitum eſt Sacelli majoris, inſculptis equitis & matronæ effigiebus: hoc adjecto epitaphio.

Hac in alabaſtri ſpecioſa mole Joannis
Roïz Calcent corpus & oſſa jacent,
Cujus in arcanis Fernando cognita Regi
Fama, fides, probitas, lingua, manuſque fuit.
Cui ſua cara manet ſepulcro admota Joanna
Leonora Requiez, nobilis hera domus.
Quorum animæ in cœlis, velut una in ſede quieſcunt,
Sic & in hoc tumulo corpora juncta manent.

In chori pariete erecta alia ſepulcra deaurata, in quorum ex teſtamento ſtipulato anno MCCC. conſtat requieſcere D. Ximerum Perez de Arenoſo, olim Regis Aragonii in Valentino Regno Proregem, ſeu Locum-tenentem, in altero ejuſdem conjugem, ex nomine tamen ignotam. Sub Catholicis Regibus Ferdinando, & Iſabella reformatus eſt Conventus, & traditus regimini Patrum Obſervantum.

XXXIII. Quædam conceſſit Fratribus & Sororibus Pontifex hoc anno pri-

Digitized by Google

Privilegia Pontificia.

privilegia. Dedit Miniſtris Provincialibus poteſtatem inſtituendi Prædicatores in Capitulis, non obſtante præcepto Regulæ, quo ordinatur eos examinari a Miniſtro Generali. Litteræ incipiunt, *Probibente Regula veſtra*. Datæ II. Idus Decembris. Eodem die conceſſit facultatem Miniſtris, Generali & Provincialibus abſolvendi Fratres ſubditos, ſeu ad Religionem converſos ab excommunicatione ob injectas manus violentas incurſa, prævia ſatisfactione, initium litterarum, *In jure canonico*. Idibus Decembris prohibuit ne externus habitum Religionis, vel ei conſimilem deferat; ſi ſecus fiat, per diœceſanos jubet, ut compellantur ad ejus depoſitionem. *Quia confuſio habitus, &c.*

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Comp. hiſt. Dogl. p. 3. fol. 366.

Wad. ad hunc an. n. 30.

Indiculus.

Ex regeſt. Vatic. dup.

Ex ſpecul. fol. 51

„ I. INfauſta undique affert hic annus. Italia campus Martis it in
„ confuſionem, ubique conſtrepentibus, & concurrentibus ar-
„ mis: Gregorius Januenſes, & Venetos, quos pacificaverat, fautores
„ fideles & fortes habebat: Fridericus Azolinum: & quæ centum ante
„ annis, Conradi III. temporibus nomina vigebant Gibellinorum, &
„ Guelforum vividiora, quam unquam in exitium orbis, nullam fere
„ domum in Italia intactam reliquerunt: qui Pontificis partes ſeque-
„ bantur Gibellini, qui vero Fridericum Guelfi dicebantur; O quam
„ triſtis rerum facies, ubique ruinæ, & cædes, ubique luctus, clamor,
„ & ejulatus.
„ II. Interea vero Summus Pontifex, qui his in anguſtiis malorum
„ temporum, noſtrorum Fratrum opera, ſicut etiam aliorum, pluri-
„ mum utebatur; ut eorum Religio magis conſtabiliretur, præter ea quæ
„ præſtrinxit Waddingus, alia privilegia conceſſit; ſcilicet quod poſ-
„ ſent Fratres ingredi ſepta Monaſteriorum, tribus vicibus replicato
„ diplomate *Veſtris piis &c.* nonis Junii, & Kalendas Julii, quorum au-
„ thenticum in Archivo SS. Apoſtolorum conſervari, narrat Petrus *de*
„ *Alua, & Aſtorga* in ſuo Indiculo. Cuidam etiam Fratri eleemoſyna-
„ rio locum dedit *Eo libentius &c.* XIV. Kalendas Junii. Ut autem Fra-
„ tres in Ordine cohiberet, etenim eo bellorum tempore nonnulli clau-
„ ſtra relinquebant: contra hujuſmodi deſertores litteras Apoſtolicas
„ expediri juſſit *Cum ſecundum &c.* XV. Kalendas Decembris Eccleſiæ
„ Hieroſolymitanæ dato Antiſtite *Vacante dudum &c.* II. Idus Maii,
„ Regi Luſitaniæ gratias, & Indulgentias Terræ Sanctæ conceſſit *Cum*
„ *cariſſimus &c.* XII. Kalendas Martii.
„ III. Diſcurrebant per Civitates & Diœceſes mulieres nonnullæ
„ diſcalceatæ, ac ſanctæ Claræ habitu mentito indutæ; ad has coercen-
„ das Summus Pontifex Archiepiſcopis & Epiſcopis breve tenoris, qui
„ ſequitur, expedivit:

GREGORIUS EPISCOPUS &c.

Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, &c.

„ IV. *AD audientiam noſtram noveritis perveniſſe, quod nonnullæ*
„ *mulieres per veſtras Civitates & Diœceſes diſcurrentes ſe*
„ *fore de ſancti Damiani Ordine mentiuntur: ut & alii ſuæ aſſertioni men-*
„ *daci accedant, diſcalceatæ vadunt: habitum, & cingulum Monialium*
ejuſ-

,, *ejuſdem Ordinis, & chordulas deferentes: quas quidam diſcalceatas, ſeu*
,, *chordularias, alii vero Minoritas appellant, cum tamen Moniales ipſæ,*
,, *ut gratum præſtent Deo famulatum, perpetuò ſunt incluſæ. Unde quia*
,, *in ejuſdem Ordinis confuſionem, ac derogationem Ordinis Fratrum Mino-*
,, *rum, & ipſorum Fratrum ſcandalum, ac Monialium, earumdem prædi-*
,, *ctarum mulierum Religio ſimulata redundat; Univerſitati veſtræ per*
,, *Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus mulieres ipſas ad*
,, *abjiciendum cum eiſdem cingulis, & chordulis hujuſmodi habitum, mo-* Supr. ad an. 1219. n. 45. &c.
,, *nitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, cum ſuper hoc requiſiti*
,, *fueritis, appellatione poſtpoſita, compellatis. Dat. Laterani* IX. *Kalen-*
,, *Martii, Pontificatus noſtri anno.* XIV.

,, V. His præmiſſis, quæ Apoſtolicam vigilantiam Summi Paſtoris
,, maxime commendant, nobis reliquum eſt propiora noſtra, ut expen-
,, damus. Occurrit ergo præter recenſita ad hunc annum ab Annaliſta
,, noſtro Waddingo ſanctæ Claræ Monaſterii Calaguritani noſtrarum So-
,, rorum in Chriſto Monialium Fundatio reſeranda, a qua ut magis nota
,, monumentis, ad e tenebris oblivionis revocandam, vel animum
,, piorum priſci ac antiquiſſimi, nec non primi noſtri Conventus ibidem
,, per beatum Joannem Parentem fundati, memoriam lumen habuimus,
,, ut ſupra cuicumque ex dictis patere poteſt. Erant Calagurii viri & Monaſterium Monialium Calagurii.
,, mulieres, ac utriuſque ſexus juvenes, qui exemplo vitæ inculpabilis
,, priſcorum noſtrorum Patrum allecti, conſimilem vivendi normam affe-
,, ctabant. Sed omnium non erat una conditio, ſexu diſcriminante illos:
,, Quamobrem mares in Ordine recepti, cum ii eſſent, qui ſequentes
,, veſtigia Patrum ſuorum, dum numerum augebant, fœmineum ſexum
,, ad arduum virtutis iter, quod ipſi ſtrenue calcabant, quotidie magis
,, incendebant; Non eſt autem heroicarum virtutum incapax fœmineum
,, pectus, cum imo robuſtiorum ſuper egregios conatus noverimus feli-
,, citer æmulari; Creſcebat igitur in dies Heroidum numerus, ac tam-
,, dem præſtante Deo, Aſſiſiatis ſanctæ Claræ exemplum, quod ubique
,, fama prædicabat, eas ut in unum ſe reciperent, edocuit; ſicque in
,, ſuo genere futuras haud inferiores ſuis Fratribus, qui ſibi virtutis
,, palmas præripere videbantur, ſanum illis conſilium hoc arduo in mo-
,, limine fuit, Epiſcopum adire, eidem ſua vota humiliter exponere,
,, ac ejus auxilium perſubmiſſe implorare, quod feliciter exequutæ ſunt;
,, Nam ut audivit & novit Antiſtes Turiaſonenſis, in cujus diœceſi Ca-
,, lagurium eſt, earum pias ſupplicationes & vota: re collata cum Ar-
,, chidiacono, cujus curæ Calaguritana erat commiſſa Eccleſia, die XIII.
,, Auguſti hoc anno MCCXL. ut ſibi Monaſterium conſtruere poſſent per-
,, benigne indulſit.

,, VI. Non eſt autem, quod more ſimplicium, qui cujuſcumque auræ
,, levi flatu moventur ut calami, ſed & cito in contrarias partes decli-
,, nant, vel & etiam pejus quam ante ſubſident, flacide res ſuas perage-
,, rent; nam iis diebus tantum excogitare vitam, quam aggrediendam
,, ſibi proponebant, arduum nimis, ac ſupra vires ab omnibus habebatur,
,, & niſi viri Religioſi præceſſiſſent exemplo ſexui fœmineo, ipſum hu-
,, jus modi vivere omnino impoſſibile: nec ipſas hæ vulgi opiniones vere
,, carnis magis quam ſpiritus latebant: quamobrem timentes repelli, ſi
,, Epiſcopo immediate vota ſua expreſſiſſent, præpotenti Regis favore,
,, & patrocinio ſe præmunierant: earum enim ſupplicationibus permo-

Digitized by Google

Prot. Jaco. I. Regis Aragoniæ.
„ tus Jacobus I. Aragoniæ Rex, ut ſub ſua ſpeciali protectione proceribus non tantum, ſed & ipſi Civitati anno præcedente commendaverat, ac etiam ut ſtructuræ earumdem Monaſterii adſiſteret, impoſuerat, ut ex ejuſdem epiſtola Cæſarauguſtæ data ſub die XII. Novembris MCCXXXIX. patet; Conſtantes igitur in ſuo propoſito quæque ſibi oppedere poterant, dicicerunt, & ab Epiſcopo, juxta ſua deſideria, ſub tanti Regis patrocinio, beneplacitum & conſenſum, ut dicebamus, obtinuerunt. Ratum etiam id fœminei ſexus egregium conſilium voluit ſummus Pontifex Innocentius IV. anno primo ſui pontificatus, expedito brevi Apoſtolico ſub v. Maii Avenione MCCXLIV. quo etiam earum directionem & gubernium Prælatis Religionis commiſit.

„ VII. Extra muros Civitatis, prope molendinum Epiſcopi Turiaſonenſis in agro D. Mariæ *Lop*, ſub invocatione ſanctæ Agnetis, jactis fundamentis, Monaſterium conſtructum pro ſua prima & præcipua fundatrice Sororem & Matrem Suſannam habuit: in eoque centum & viginti tribus annis, magno religioſitatis exemplo, in humilitate & paupertate Jeſu Chriſti ſponſæ perſeverarunt, ac tamdem a Petro *crudele* nuncupato, Caſtellæ Regio bello Civitati vim inferente, dirutis ædibus, exturbatæ, in quamdam privatam & anguſtam domum intra muros ſe receperunt anno MCCCLXII. in eaque ut poterant, religioſe tamen ſemper, uſque ad ſequentem annum MCCCLXIII. commoratæ ſunt; Quo tempore *D. Urraca de Luna* Abbatiſſa de licentia Epiſcopi Portuenſis Legati Apoſtolici, ad Regem profecta, ab eo clementiſſime excepta, novi Monaſterii erigendi intra muros, proviſionem reportavit; Quod & exequutum fuit, novis ædibus ad portam, quæ dicitur de Alcantara, ſub titulo S. Nicolai, conſtructis anno MCCCLXVI. quo ad eas ſe tranſtulerunt, regio favore protectæ; Translationem vero ſummus Pontifex Gregorius XI. per ſuum diploma approbavit & confirmavit *Iis quæ pro &c.* VI. Nonas Maii Pontificatus anno I.

Soror Suſ. prima fundatrix.

Deſtruitur a Petro Rege Caſtel.

Apud W. reg. fol. 105.

Ab Urr. de lun. Abba. reædificat.

Mon. MSS. prov. Arag. de eo mon. fol. 143.

„ VIII. Ab eo tempore propenſionem ſpecialem ad iſtud Monaſterium ſemper habuere Reges: Ut rem ſuam Regina Iſabella adamavit, egregiaque dote dotavit: ejus archivum Pontificia & regia privilegia cuſtodit: unde quidem pontificium & regium Monaſterium dici mereretur: Quinquaginta Moniales alit, quæ viam virtutis ſtrenue calcantes, optimam de ſe famam apud Cives exteros habent; Latius de eo Monaſterio Provinciæ Aragoniæ Chronologus ſcripſit.

Iſab. Reg. amor in ipſum.

„ IX. Uratislaviæ in Eccleſia ſancti Jacobi noſtri Conventus, ab Henrico II. filio Henrici I. & beatæ Heduvigis Uratislaviæ Ducum constructi, ut ait Waddingus de anno MCCXXXIV. ab Anna tamen ejuſdem relicta conſummati, ſui conjugis præfati Henrici II. pro defenſione fidei a Tartaris occiſi, corpus tumulatum fuit, ac etiam Pomponis, Thorunienſis Conventus fundatoris, etiam a Tartaris eadem de cauſa perempti, Fratre Taurimiro Provinciæ Bohemiæ & Poloniæ Miniſtro ſecundum Capitulum Provinciale celebrante Pragæ hoc anno, in feſto Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.

Wad. ad ann. 1236. *n.* 16.
Henri. II. m. a Tart.
Ac etiam Pompo m. ab eiſdem.
Wadd. ad ann. 1236. *n.* 16.
Caſ. Bier. art. 18. *n.* 8. *ex miec. l.* 3. *c.* 39.

AR-

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Floruerunt plures Viri ſancti, quorum geſta exponuntur. Erecti quidam Conventus, conceſſa Indulta quædam Apoſtolica. Mortuus Gregorius IX. ſuccedit Cæleſtinus parum ſuperſtes; protrahitur inter-Pontificium in annum tertium.

Marian. lib. 2. c. 13.

Beatus Bernardus a Quinta Valle ſuperſtes.

I. HOc anno adhuc ſuperſtitem floruiſſe beatum Bernardum a Quinta Valle Marianus teſtatur, quin & eo ipſo animam Deo reddidiſſe utcumque conjicimus, quamquam in hoc certi nihil ſtatuere liceat ex antiquis monumentis, aut tabulis. Veteres hiſtoriam ſcripſere, non Annales, temporis rationem parcius ſubeuntes; integrum proinde non erit in ſuos annos cæſim referre Vitas Sanctorum, ut quid, quo tempore geſtum ſit, indubitate ſciatur, ſufficit, aut vitæ, aut mortis annum adnotare. Cur vero in hunc præ reliquis mortem ſancti Viri conjiciamus, fundamentum præbent vetera Chronica, Antoninus, & Rodulphus, qui eum quindecim fere annis mente, & facie in cœlum elevata affirmant inceſſiſſe; quod intellexerim de reliquo vitæ ſpatio, quo beato Patri Franciſco ſupervixit, angelicam magis quam humanam vitam ducens. Ineundo ergo annorum rationem a XXVI. hujus ſeculi, qui morte beati Patris fuit celebris, hoc erit decimusquintus; nihil certius reperio. Beatus Bernardus veſtigiis ſui Patris per veram humilitatem, obedientiam, & paupertatem inſiſtens, ad illud perfectionis culmen aſcendit, ut & ipſi ſancto Franciſco adhuc viatori eſſet admirationi, reliquis exemplo. Hinc & beatus Pater abſentis vitam & perfectionem Fratribus ſerio, & magnis laudibus commendabat; cum eodem præſente libentius de rebus divinis collationem protrahebat, atque de eo differentem cum ſpiritus dulcedine audiebat, qua in re ſingulari dotatum gratia expertus eſt; ut & ipſe qui aliis prælucebat, a diſcipulo optarit illuminari, inventi ſunt totis noctibus in divinis colloquiis, atque extra ſe rapti ſeorſim a Fratribus ſimul in ſilva aliquoties hæſiſſe.

Ejus cum ſancto Franciſco familiaritas.

Specul. Vitæ ſan. Franciſci. Marian. cit.

Raptus in Deum.

II. Bernardus porro vir fuit magnæ & excelſæ contemplationis. Semel dum ſacra myſteria celebrarentur, in Deum interius abſorptus, immotis exterius oculis, immotoque corpore, ad ea quæ fiebant inſenſibilis fixo intuitu permanſit ab hora matutina, in veſpertinam uſque; mox ad ſe rediens, & totus in ſtuporem actus, ad ſuos regreſſus in hæc verba ter exclamat: O fratres! o fratres! o fratres! nullus eſt tantæ nobilitatis & excellentiæ in hoc tractu, cui ſaccus fimo plenus leve non foret pondus, palatio auro pleno, ceu laboris eidem promiſſa merce.

Dictum memorabile.

Anton. 3. p. t. 24. c. 7. §. 5. Maria. cit. Specul. Vitæ S. Franc. Rodulph. fol. 59.

III. Hujus theſauri illectus deſiderio, ita ſurſum totus agebatur intentione, ut integris quindecim annis facie, & mente terrenis abſtractus, in cœlum continuo ſuſpiceret, & quam olim venditis omnibus, eſt mercatus, certa fiducia ſibi deſtinatum guſtare magis ac magis, eoque potiri totus in Deum converſus quotidie incipiebat; ei jam nulla terrena ſapiebant ſupernarum illuminationum dulcore, quos tam frequentes experiebatur, ut toto illo tempore numquam in menſa famem expleverit; quamquam & hoc virtutis, & diſciplinæ ſpeciale ei fieret exercitium: eam enim vir ſui exoſus, & voluptatis contemptor appoſuit cuſtodiam ſenſui, ut non tam ſuperfluis, quam neceſſariis abſtinuerit; quidquid tamen apponebatur, juxta verbum Domini, leviter guſtabat aſſerens, in iis

Ejus contemptio & abſtinentia.

quæ

Digitized by Google

Notabile documentum.

quæ guſtum afficiunt, fieri abſtinentiam, quæ potiſſimum in pugna adverſus delectationem, & appetitum verſatur, qui prælibatis condimentis velut irritati, experimento vires acceſſione capeſſunt, quibus ſedandis novum virtutis opus enaſcitur. Fortius ergo & integrius judicavit prægustatis abſtinere, quam intacta præterire.

IV. Nunc viginti, nunc triginta diebus facta ſuper eum manu Domini per montes, & ſolitudinem raptus indeſeſſim ferebatur ſolus, altiſſimis intentus contemplationibus, ut recte eumdem hyrundini beatus Pater Ægidius compararit: ille namque Ægidium, qui ſemper divinis intentus remanebat in cella recluſus, hominum fugiens conſortium, appellabat joco ſemihominem (quam appellationem male in Bernardum refert Rodulphus, auctore Ægidio, jactatam) Ægidius vero ſimili Sanctorum exultatione jocum retorquens, reſpondebat: Frater Bernarde, non omnibus conceſſum eſt hoc donum, ut hyrundinis inſtar volitando, paſcantur;id ſubinde coram aliis aſſerens,Bernardi a Quinta Valle donum eſſe, ut ſe volando per montes paſceret velut hyrundo.

Ægidius hyrundini Bernardum comparat.

Habuit intelligentiam ſcripturarum.

V. Orationis ſtudio & altiſſimæ contemplationi acceſſit, divinitus conceſſa intelligentia ſcripturarum & myſteriorum: hinc ad eum paſſim ſummorum virorum, & in Theologia magiſtrorum, difficillimis quæſtionibus ſolvendis fiebat recurſus, quibus in omni ſacræ Scripturæ paſſu ea dabat reſponſa, ut ſingulis probe notum eſſet Dei virtutem, & ſapientiam intellectum dare parvulis, eiſque revelare, quæ a ſapientibus & prudentibus hujus ſeculi abſcondit; in Viro enim Dei, licet humanæ ſapientiæ, & litterarum experte, factus eſt, qui eum vocavit Chriſtus, os, & ſapientia, ut nihil arduum aut intellectu ei difficile videretur, tamque prompte ad occurrentia dubia reſpondebat, ut Deus ipſe, velut ex oraculo, divinitus per os ejus ea ſolvere, & reſponſa dare æſtimaretur.

Pſal. 118.

Specul. Vitæ S. Franc.

Humilitas Bernard.

Rodulph. cit.

VI. Hujus doni virtus in eo maxime reluxit, quod vere parvulus, totum propriæ opinionis evacuavit ſenſum, tamque in eo rectus, & ſimplex oculus fuit, ut eum nulla temerarii judicii præcipitantia unquam inquinarit: quidquid porro videbat, audiebat, ſapiebat, totum in Dei laudem, propriæ redargutionis ſtimulum, vel humilitatis profectum referebat. Unde de eo talis viſio beati fratri Leoni facta eſt apud Marianum: *Inter alios*, inquit, *ſupererant frater Ruffinus, & frater Leo ſpeciales ſocii beati Franciſci, quibus in loco Portiunculæ infirmis exiſtentibus, frater Leo qui gravius infirmabatur, vidit in ſomnis multitudinem Fratrum proceſſionaliter incedentium, inter quos erat unus, cujus ab oculis radii quaſi ſolares procedebant, ita ut in ejus faciem proſpicere non poterat, præ nimia claritate; & quærens ab uno illorum Fratrum quo irent cum tanta ſolemnitate? Vadimus, inquit, ad excipiendam animam cujuſdam Fratris infirmi in Portiuncula, & breviter morituri; & ait rurſus frater Leo: & quis eſt ille, a cujus oculis radii procedunt tanta claritate fulgentes? & ille; numquid non cognoſcis eum? ipſe eſt enim frater Bernardus de Quinta Valle; & quare, ait rurſus frater Leo, oculi ejus tanta claritate niteſcunt? & ille; quia ſemper vivendo alios de ſe humilius, de aliis quod eſſe poterat, melius judicabat. Unde dum videbat truanos, & male indutos, pauperes, dicebat, melius ſervant altiſſimam paupertatem, quam tu frater Bernarde. Judicabat autem de illis, ac ſi voluntariam ſervarent paupertatem. Cum autem divites videbat pretioſis, ac deauratis, vel curioſis veſtimentis indutos, cum cordis compunctione dicebat;*

Marian. lib. 2. c. 19.

Oculorum claritas B. Bernardo collata.

Digitized by Google

bat; forſitan ſub illis veſtibus portant cilicia, vel ferreos circulos, ſuſtinent carnis martyrium in occulto, & ſic vitant vanam gloriam melius, quam tu frater Bernarde cum tuis exterioribus vilibus indumentis. Et per hunc modum ſemper bene de omnibus aliis judicans, de ſe humiliter ſentiens, omnem munditiam in oculis conſervabat, & bona quæ in creaturis cernebat, referebat totaliter in ſuum Creatorem. Hactenus Marianus: eadem autem viſio, quæ in ſomnis fratri Leoni, oſtenſa eſt in vigilia fratri Ruffino, ut ibidem refertur: ipſam obſcure ſatis ſubindicat Rodulphus.

VII. Magna fuit in eo patientia, ut ſuperius attigimus, & huic affinis quædam ſincera caritas: non modo enim ad injurias fuit inſenſibilis, ſed offenſa majorem in eo accendebat caritatem velut erumpentem flammam leviter reſperſa aqua vehementiorem reddit; laceſſenti, velut a fortiore victus, humilis vir cedebat, & beneficii loco ducens opprobria & contumeliam, contumelioſos inſtar correptorum & pædagogorum, majore propenſione complexus, habuit. Sub mortem enim confeſſus eſt, ſe in duobus tantum nomen & meritum Fratris Minoris expleviſſe, videlicet, quod Fratrem poſt injuriam ſincere & magis dilexerit, ac patientiam habuerit in tentationibus, quæ continuo ipſi remanſerunt, Deo concedente, ad exercitium, & profectum: *multæ* nempe *tribulationes juſtorum, & ſicut aurum in fornace probantur*. Ita plane Bernardus per omnia probatus, nihil in eo adulterinum, exæſum, aut corroſum permanſit, ſed omnia longanimitate & patientia ſolidata; nam præter viſibiles perſecutores, cum inviſibilibus etiam longe pluribus eſt colluctatus: Beato enim Franciſco adhuc ſuperſtiti, & ſuper filiorum ſtatu ſollicito, revelatum fuit, Bernardum a pluribus, & ſubtilioribus, ſeu malignioribus oppetendum Dæmoniis, qui tanto primogeniti ſui periculo anxius in lacrymas, & preces effuſus divinum poſtmoſtum accepit reſponſum: ne timeas, inquit, Franciſce, quia omnes hæ tentationes illi ad exercitium, & coronam datæ ſunt, de quibus cum gaudio reportabit victoriam: nam ipſe unus eſt de commenſalibus Regni Dei. Voluit etiam Dominus per ſe experiri fidem ſervi ſui, ſubtracta conſuetæ dulcedinis annona, qua a terrenis expeditus, animoque ad Deum ſuſpenſus quotidie paſcebatur: duravit ejuſmodi experimentum per octo dies, illo nihilominus in eodem rerum cœleſtium perſeverante ſtudio, dumque ferventius ſolito quotidianam ſtipem ſupplex expoſceret, micis, quæ ex magni Regis menſa decidunt, totus inhians, ſubtractam tamdem divinæ dulcedinis alimoniam cum fœnore accepit: apparuit nempe in aere manus lyram tenens, & ſemel verſus terram ducta per chordas, tam exceſſivum in animo jubilum excitavit, ut ſi denuo verſus cœlum reduceretur tractus præ exceſſu, & teneritudine exultationis Vir beatus ſua opinione, animam exhalaret.

Caritas fraterna.

Pſal. 33. 20. Sap. 3. 6.

Semper fuit in tentationibus.

Speculum vitæ S. Franc.

Marianus.

Subtracta conſolatio eidem reſtituitur.

VIII. Tamdem virtutum plenus Dei ſervus in ultimam incidit infirmitatem, quæ laboribus, & peregrinationi finem impoſuit; ea ſpiritus libertate, & pace vicinam & præ foribus pulſantem expectabat mortem (juxta vaticinium quod de eo habuit beatus Franciſcus) ut ne infirmitati quidem ſubjaceret infirmus, ſed vel in lecto ſedens, aut vix inclinatus exitum ſecurus, & vigil in oratione poſitus expectaret, a qua, ſicut alter Martinus, indeſeſſum ſpiritum numquam laxabat. Quod ſi intercurrente ſomno, & humorum impellente motu, elevatæ intentionis quies interrumpebatur, aut aliorum phantaſmatum tactu mens alio, vel mini-

Mors ejus & ultima infirmitas.

Marian.

Ejus in infirmitate vigilantia.

minimum a ſuo Creatore digrediebatur, ſtatim in ſe reverſus, concuſſo capite, ſeipſum reprehendebat, dicens, cur ſic cogitavi: quinimo & Fratres, qui relevando capiti aquam roſaceam inſtillabant naribus prohibuit, ne hoc officii quod moribundæ mox carni exhibebatur properantem, & recta ad ſuum Conditorem tendentem ſpiritum, vel modicum divertere poſſet, ſeu ad exteriora diſtractum remorari: quin & ſui corporis integram diſpoſitionem in manus cujuſdam fratris medici aſſiſtentis renunciavit, ut ne vel in neceſſariis ſui juris eſſe videretur: nolo, inquit, mihi ineſſe curam mei corporis, ſeu cibi, aut potus, ſed tibi committo, ſi dederis, accipiam, ſi minus, acquieſcam.

Fratres ad mortem ejus conveniunt.

Piſanus conf. 8. Speculum.

IX. Ingraveſcente autem morbo, convenerunt Fratres multis ex locis, ut ejus intereſſent tranſitui, eum enim loco patris omnes poſt mortem beati Patris Franciſci, colebant & venerabantur. Inter eos adfuit extaticus ille ſanctus Ægidius, qui cum eo ſimul ab initio jugum Domini unanimis duxit: videns autem fratrem Bernardum, dixit exultabundus: frater Bernarde, ſurſum corda: cui ille ſubridens, ſurſum corda habemus ad Dominum; & ſancti hoſpitis curam gerens, advocato Fratre quodam, ſecreto eidem injunxit, ut beato Patri Ægidio locum aptum contemplationi ſeorſim exquireret: mox perceptis rite Sacramentis, vocatiſque Fratribus commendavit caritatem, ſuique ſtatus obſervantiam. Fratres, inquit, cariſſimi nolo vobis multa verba dicere, ſed conſiderare debetis, quod ſtatum quem ego habui, & vos habetis, & quem ego nunc habeo, vos habituri eſtis: invenio autem in anima mea quod pro mille mundis æqualibus iſti, nollem non ſerviſſe Domino Jeſu Chriſto (& mox in terram provolutus) de omnibus offenſis quas feci Salvatori meo Domino Jeſu Chriſto, & vobis me accuſo, & dico graviſſimam culpam meam: quoniam non fui verus Frater Minor, niſi in tentationibus, in quibus ſemper me tenuit Dominus, & in uno alio ſolo extitiſſe Fratrem Minorem me reperio, videlicet, quod plus dilexi Fratrem poſt offenſam, quam ante. Rogo itaque vos, Fratres cariſſimi, ut pro me devote oretis, ſed magis hoc oro, ut vos invicem diligatis quemadmodum exemplum dedi vobis. Poſt hæc reclinatus in lectulo, incepit ſecundæ illius ſtolæ gloriam jam mortalis prægustare; immutata nempe facies ejus, inſolitum candorem & lætitiam induit, atque in ea ipſa exultatione, & lætitia felix illa anima cum victoria, quam antea Dominus promiſerat, ad gaudia tranſivit Angelorum x. Julii, ut habet Marianus, & ex præmiſſa noſtra conjectura, hujus anni MCCXLI. poſt mortem viventis ſpeciem præ ſe ferens multo apparuit, cum omnium admiratione pulchrior, caro, totumque corpus candidum, molle & tractabile fuit; majoris poſt mortem delectationis & admirationis ſpectantibus aſpectus ejus fuit: ejus corpus Aſiſii juxta ſanctum Patrem reconditum eſt a Fratribus: cujus exitus ſeu mortis hiſtoriam attexuit frater Leo tum præſens, ut notat Marianus.

Verba ejus ad Fratres ſub mortem.

Mors ejus.

Speculum vitæ S. Franc.

Poſt mortem pulchrior apparuit & tractabilis.

Fr. Clemens Tuſcus.

Marian. lib. 2. cap. 13. Piſan. conf. 8. Rodul. lib. 1. fol. 97.

X. Claruit hoc tempore in Tuſcia Fr. Clemens Tuſcus, vir eximiæ ſanctitatis, qui plurimas hoſtis maligni viſibiles pugnas, & inſectationes patienter toleravit: miſſus eſt in Hiſpaniam, ſimul cum Joanne Parente, aliiſque Fratribus, qui illuc ad Ordinis propagationem deſtinati ſunt anno MCCXIX. ubi multa ſanctitatis, & virtutis exempla præbuit: continuus ei fuit cum hoſte congreſſus degenti in loco ſolitario, cui nomen eſt Garderiæ; nec malus ſpiritus eum vexare deſtitit, variis, & terribilibus diverſorum ſerpentum, atque animalium aſſumptis formis. Semel de

Digitized by Google

de nocte in oratione poſitus, dum genuflexionibus crebro inſiſteret, ad ſingulas in maxilla cedebat; cum autem extenſa manu improbum prehendere conaretur, ille confeſtim dilapſus, extenſam prendentis manum percutiens, ſeu inſufflans, (cujus flatus carbones incendit) turgeſcentes quinque veſicas exuſtionis veſtigia impreſſit, quibus multis diebus inutilis ad laborem reddita eſt. Alia nocte poſt diuturnum in oratione conflictum, ad quietem ſe recepit ſanctus Vir, & dum feſſa membra non procul ab igne colligeret, mox dormitantem hoſtis excitavit, ducto per volam ardente titione; cujus aduſtio ſequenti die apparuit. Hic tandem poſt reditum ex Hiſpania, in ſacro monte Alvernæ quievit in pace.

Ejus cum dæmone conflictus.

Mors ejus.

XI. Floruit etiam, & Frater Rolandinus de Florentia contemplationi deditus, qui dum in monte Ilcienſe Cuſtodiæ Cluſinæ prolixius in Eccleſia oraret, apparuit ei ſuper altare immiſſus quidam radius, ſolari non inferior ſplendore, quem puer quidam ineffabilis decoris, & pulchritudinis inſedere viſus eſt, coronam auream in manu oſtentans, paremque in capite geſtans, fratrem Rolandinum ex nomine vocavit: Frater Rolandine, inquit, perſevera, hæc tibi repoſita eſt corona; his dictis diſparuit. Ad hæc attonitus Vir humilis, non altum ſapere, ſed viſionem humiliter ad patrem ſpiritualem referre quam primum ſtuduit, verens ne angelus Satanæ in Angelum lucis translatus, ei ruinam, & præcipitium, a ſecuro humilitatis gradu, in vanitatis ſcopulos per illuſionem intentaret. Cum omni autem timore, & ſollicitudine ſuam deinceps ſalutem operatus, eodem in loco ad promiſſam coronam felix, & in omni ſanctitate perſeverans, tranſivit. Rodulphum non ſequor, qui hæc Florentiæ contigiſſe narrat: deferendum magis Creſcentio coævo; & Miniſtro Generali, qui locum ſcire melius potuit, & debuit.

B. Rolandinus.

Marian. cit. Creſcentius in dialogo.

Miſſa cœlitus viſione ad perſeverantiam invitatus.

Lib. 1. fol. 128.

XII. Ejuſdem etiam Provinciæ Tuſciæ plures alii claruerunt, ut frater Paulus de Prato pœnitentis, & auſteræ vitæ, ac magnus ſui Inſtituti obſervator, & paupertatis zelator. Item frater Michaël de Florentia vir devotus, & notæ ſanctitatis in Conventu ſanctæ Crucis ejuſdem Civitatis floruit: ejus corpus requieſcit in loco ſancti Galli, inſtitutor fuit beatæ Humilianæ tertii Ordinis S. P. Franciſci: Michaelis jam defuncti gloriam cuidam perſonæ ſanctæ Deus revelavit.

Beatus Paulus de Prato, & Michael de Florentia.

Auctores citati. Rodul. fol. 140. in narrat. beatæ Humilianæ.

XIII. Nec his inferior frater Andreas Provinciæ Pennenſis de Andria Cuſtodiæ Atrienſis maximæ devotionis, & contemplationis fuit: unde quadam nocte, cum in meditatione ſeorſim exardeſceret, paci ejus & profectui invidens hoſtis, emiſſa voce increpavit; miſer, inquit, Andreas, ut quid te affligis? qui præſcitus æternæ damnationi es deſtinatus; nihilque iſta ad negatam ſalutem tibi conferre poſſunt. Quibus ille, non ſine turbatione ſuſpenſus, ferventius nihilominus lacrymis, & orationi inſtitit, ut poſtmodum meruerit, miſſa cælitus voce, de ſua ſalute non modo certiorari; ſed etiam de mortis die, qui fuit quinta feria primæ hebdomadæ jejunii quadrageſimalis: unde deinceps majori cura tranſitum ſuum expectans, orationibus, & jejuniis inſtitit; præfata autem die ſenſibus integris, corpore & animo ſanus, Fratres convocavit, rogans, ut tranſeunti ad vitam æternam aſſiſterent; quibus ad hoc ſtupentibus, ſeriem factæ revelationis indicavit: emiſſa ergo totius vitæ exhomologeſi, perceptiſque Sacramentis, obdormivit in pace.

B. Fr. Andreas de Andria.

Marian. Creſcent.

Ei revelata dies mortis.

XIV. Habuit & Provincia Romana, tum fratrem Raynaldum de Reate, qui die quadam cum eamdem obiret Civitatem, ſocius ſancti

Beatus Raynaldus cũ alio beato.

Marian. cit. Creſcent. cit. Piſan. lib. 1. fru. 8. Rodul. lib. 1. fol. 118.

Fratris Berardi (ſeu Bernardi, ut Marianus ſcribit) ſui Guardiani, obvium habuere cœcum, qui Fratres cominus advenientes cognoſcens, genuflexus ſalutavit, ſupplex orans, ut ſigno crucis oculos ſignarent. Frater vero Bernardus cœci fidem, & ſocii compertus ſanctitatem, præcepit Raynaldo, ut optatis infirmi condeſcenderet, qui humiliter obedientiæ cedens, edito, ut petebatur, crucis ſigno, etiam miraculum conjunxit, cœcum perfecte illuminans. Quo peracto, Viri ſancti mundi plauſum declinantes fugerunt, eos inſecutus alter, dum aſſequi nequierit, veſtigia pedum deoſculans clamabat: iſti ſunt Viri ſancti, & amici Dei, qui cum cœcus eſſem viſum integre reſtituerunt. Idem mox vitæ curſu in ſumma perfectione expleto, in monte Compatrio infirmatus deceſſit, ſub mortem autem in facie ejus, & habitu pullularunt, corpore jam ſudore perfuſo, minuſculi flores ad inſtar pruinæ, quos Fratres qui plures tranſitum ejus operientes ex diverſis locis convenerant, non ſine admiratione videntes, extergebant. Sed mox ſuccreſcentes, in mortem uſque perſeverarunt. Hoc portentum ſubobſcure Rodulphus expreſſit. Poſt triennium aperto ejus ſepulcro corpus integrum, ac ſi recens humatum, inventum eſt, cancellatis in crucem brachiis. Apertæ autem ſepulturæ fuit occaſio; in eodem nempe loco vocatus eſt a Domino alius quidam Frater, cujus perfectionem, & ſanctitatem Deus extenſo miraculo noluit latere: in ejus quippe morte tam ſuavis odor, tamque abundanter emerſit, ut non modo intra domum omnes partes impleverit, ſed etiam ad remote diſtantes ſtupenda diffuſa fuerit fragrantia. Cum eumdem autem ſepulcro beati fratris Raynaldi inferre vellent, invento, ut dictum eſt, eo incorrupto, cum amovere vellent, ut ſimul alteri fieret locus idoneus, non potuerunt; hoc cum admiratione animadvertentes, decreverunt defunctum ſuperponere, & cum ad ſepulcrum, cum funere redirent, corpus beati Raynaldi ad orientalem ſepulcri partem deſcendens, in pedes erectum eſt, ſic manens immobile quamdiu oratio Dominica recitari potuit, & ſancto hoſpiti ſuo locum idoneum intra ejuſdem ſepulcri anguſtias conceſſit, viſo miraculo, convenientes, cum Fratribus populi lacrymas cum canticis miſcuerunt, laudantes omnipotentiam Conditoris in ſanctis ſuis.

Cœcum illuminat. — Sudor ejus miraculoſus. — Inventus incorruptus. — Mirificus odor defuncti. — Stat in ſepulcro.

XV. In eodem loco jacet Fr. Angelus de monte Leone paupertatis, & humilitatis uſque ad contemptum ſui indefeſſus ſectator, Theologiæ lector, cujus morti Fratrum multitudo ſupervenit miraculoſe, cum uno ſacris veſtibus ſolemniter induto. Item quidam Frater Parmenſis ibidem ſepultus jacet, cujus autem ſanctitatis, & meriti fuerit apud Deum teſtimonium reddit quod palmam, quam Dominica palmarum, ex manu Sacerdotis recepit plantans, ſequenti die creviſſe fuerit inventa. Item Viterbii jacet ſanctus frater Soldanerius, quaſi ſoldans nitorem: hic moribus fulſit, & doctrina.

B. Fr. Angelus de monte Leone. — *Fr. Jacobus Guarini de ſanctis. Marian. Piſan.* — Alii duo Sancti. — *Auctores citati. Fr. Bernard. de Beſſa.*

XVI. Frater Guillelmus de Cordela, circa eadem tempora prædicatione, & ſanctitate habebatur inſignis. Hic dum prædicaret in platea Civitatis Tuſcanellæ, Provinciæ Romanæ, Cuſtodiæ Viterbienſis, ad eum cœcus quidam acceſſit poſtulans ſigno crucis ſignari oculos, quem cum ſignaſſet viſum accepit, ſpectante populo, & in Deo laudes exclamavit. Acceſſit mox ibidem quidam ſex annis contractus, qui facto ſuper eum crucis ſigno, eſt ſanatus, Deumque laudans ad propria remeavit, qui toto illo tempore non potuit incedere; præſens tum fuit Frater Gentilis de Rupta, qui prædicta retulit. Multis aliis miraculis idem claruit,

B. Fr. Guillelmus de Cordela. — *Fr. Creſcent. Marianus. Piſanus.* — Illuminat cœcū. Contractus extenditur.

Digitized by Google

ruit, ac tamdem ibidem requieſcens, traditus eſt ſepulturæ.

XVII. Frater Bernardus de Maſſa maritima, Provinciæ Tuſciæ magna floruit ſanctitate & miraculis ea tempeſtate: nam quidam juvenis de Maſſa infirmitate veſicæ gravatus, & tumefactus, ac morti jam vicinus; ad ejus ſepulcrum, multo ſanguine emiſſo, eſt liberatus. Alius crura ex eadem contractus infirmitate ad ſancti Viri ſuffragia recurrens, poſt quartum diem extitit integre liberatus. Ab eadem infirmitate mulier quædam dicta Benevenuta ejus meritis ſoſpes evaſit.

B. Bernardus de Maſſa.

Iidem.

A dolore veſicæ liberat.

XVIII. In loco Piperni jacet ſanctus frater Leonardus de Fulgineo, qui claudo ex utero matris puero, cui nomen Jordanus, ſignum crucis ad parentum impertiens votum, ipſis videntibus, ſanitatem contulit. Ægidium patria Montefortinum per annos octo, ſigno crucis facto, illuminavit.

Frater Leonardus de Fulgineo.

Auctores citati. Rodul. fol. 119.

Claudum & cœcum ſigno crucis ſanat.

XIX. Frater Giſmundus vir ſanctitate famoſus claruit in Provincia Apuliæ, conditus in ſilva Melphiæ antiquo, quem Fratres incoluerunt loco; inde tranſlatus eſt divina revelatione in Monaſterium Ripæ. Fratres enim cum ad commodiorem locum tranſirent, nihil innovarunt, circa ſepulcrum beati Viri: cuidam proinde mulieri apparens, in præceptis dedit, quatenus Monacho nomine Triſtanno mandaret, corpus ſuum ex ſilva, in qua derelictum eſt, efferens, ſepeliret decenti loco in Eccleſia ſancti Stephani: Cum illa primum & ſecundum negligentius præceptum diſſimulaſſet, tertia vice eidem, cum pluribus aliis Fratribus apparens, negligentiam verberibus caſtigavit, tunc periculo ſuo edocta, viſionem fratri Triſtanno (vel juxta Piſanum Reſtanno) expoſuit, qua mox per eumdem Fratribus communicata, veniam poſtulavit beati Viri funus, ut voluit, transferendi. Noluerunt id primum Fratres, ne præſumptionis ſuſpicio emergeret, quaſi lucrum, aut famam, ex prætenſa venarentur ſanctitate. Sed dum communi mox conſenſu ſepulcrum iidem in Fratrum Eccleſia, ante altare effoderent hæc vox cœlitus dilapſa eſt: non vult frater Giſmundus ſepeliri ubi foveam præparaſtis, ſed in Eccleſia ſancti Stephani. Tamdem in ſancti Viri ſententiam venientes, translatus eſt in eamdem Eccleſiam; quidam autem ejus quondam ſocius præ devotione dentem unum, ac os digiti clanculo ſubtractum reſervavit: ſed mox Sanctus id præfatæ mulieri revelavit, conqueſtus, corpus ſuum integrum non eſſe: hæc intelligens præfatus Frater, quæ abſtulit præcepto Guardiani reſtituit.

B. Giſmundus.

Creſcent. cit. Rodul. fol. 140.

Mandat tranſferri ſuum funus.

XX. Claruit in eadem Provincia frater Petrus de Trano ibidem ſepultus, & multis poſt mortem clarus miraculis: nam puerum præ dolore liveſcentem, & morti propinquum, ad ejus delatum tumulum ad ſanitatem integre reſtituit. Bartholomæum de quercu alta lapſum, & contuſum toto corpore; ad ejus ſepulcrum delatum, ſtatim ſanavit. Filiam cujuſdam magiſtri toto latere mortuam, facto voto, illico liberavit. Puerum cui natanti ſanguiſuga ſurrepit, ac per eos ſanguinem ſine menſura emittentem, cum morti eſſet propinquus, voto facto, ſanguiſuga per ſeceſſum emiſſa, ſanavit. Quemdam Diaconum ad ejus ſepulcrum grabato devectum, ad ſanitatem perduxit; hic mox incredulus & timens recidivam, balneum ingreſſus, priſtinam infirmitatem incurrit: iterato ad ſepulcrum ſancti reportatus, perfectam obtinuit ſanitatem.

Beatus Petrus de Trano.

Rodul. fol. 127.

XXI. Sanctus item frater Gratianus doctrina, & in vita miraculis claruit in Provincia Marchiæ. Hic fuit de partibus Romandiolæ oriundus

B. Gratianus;

Auctores citati. Rodul. fol. 105. lib. 1.

Imbrem cohibet.

dus vir miræ ſimplicitatis, magnæque fidei. Cum in caſtro Trab-ebnantis verbum Dei populo vellet prædicare, cœperunt ita ingruere tonitrua, fulgura, & turbines intercepta pluvia, ut populus metu in fugam diſſipatus, ſecederet. Sed frater Gratianus advocans fugientes, fiducialiter dixit; nolite fugere Fratres, quia tempus congruum verbo ſuo illico Dominus providebit. Orante autem ipſo, videntibus omnibus, & mirantibus: in partes duas omnis ſe pluvia diviſit, & quantum eſt jactus lapidis retrocedens, non tetigit aſſiſtentes: totam concionem ſedentium illuſtrante ſole: qui aderant divinæ virtuti id attribuerunt.

Cæcos illuminat.

Luſcam mulierem de caſtro Amarni, cum filio utroque orbato lumine, ſigno crucis illuminavit. Juvenem quemdam phreneticum, qui pannos, & obvia quæque inſolentius lacerabat, facto ſigno crucis, ſanavit.

Sanat hernia, & gibbum.

Quidam de Ripa Tranſonis ex magno, & indiſcreto pondere rupturam paſſus, & mox inflato gibbo contractus, eodem ſigno a ruptura, ſeu hernia ſanavit, extenſaque vola gibbum complanans, eum priſtinæ reſtituit ſanitati.

Claudum curat.

Quidam nomine Leopardus ex dolore, & infirmitate captus, pedes ad virum Dei ſe curavit tranſvehi, qui ab eo ſignaculum vivæ crucis recipiens, pedeſque ſuos lavans ex eadem aqua, qua pridem beatus Gratianus pedes exterſit, ita convaluit, ut deinceps tali dolori numquam ſuccubuerit.

Contractum erigit.

Alius de caſtro Caſtagneti decem annos contractus, lectoque affixus, ad eumdem deportatus, ſtatim porrecta Vir Dei manu, ſublevatum erexit, propriiſque incedens pedibus ſanus, & integer domum reverſus eſt.

Viſum concedit.

Quidam etiam de caſtro Ficardi puer, viſu orbatus, facto ſuper eum crucis ſigno, multis adſtantibus, & miraculi novitatem, & magnitudinem ſimul ſtupentibus, lumen protinus recepit. Alium ſimiliter puerum utroque lumine deſtitutum integræ reſtituit ſanitati.

Brachium aridum reſtituit.

Mulierem quæ contra præceptum laboravit, atque in peccati pœnam brachio a Deo percuſſam, ad ſepulcrum ejus invocato præſidio, ſanavit. Aliam quæ utramque habebat contractam & inutilem manum, ad ſepulcrum orantem liberavit. Multis etiam aliis vivus, & mortuus claruit miraculis. Jacet ſepultus Auximi Provinciæ Marchiæ in Fratrum Eccleſia. Hunc Gratianum male conſtituit Rodulphus ſocium B. P. Ægidii nominis ſimilitudine lapſus; alius namque is fuit, de quo celebris eſt memoria in ipſius Ægidii actibus, eumque apud ſanctum Marinum Provinciæ Marchiæ deceſſiſſe, non Auximi, docet Piſanus; cui deferendum magis putamus, utpote antiquiori: fuit autem Vir ſanctus, & miraculis celebris: ejus recurret mentio in vita & actis B. P. Ægidii.

Beatus Petrus de monte Ulmi.

Auctores citati. Rodul. fol. 526. lib. 1.

XXII. Per hæc etiam tempora floruit beatus frater Petrus de Monte Ulmi, ſeu Ulmone, ex familia Ducaina, qui in Conventu Pennæ Marini, Cuſtodiæ montis Feltrii in pace requievit, miraculis poſt mortem clarus.

Contractos ſanat.

Quidam de monte Rubiano crure uno, tibia, brachioque contractus, ad ſepulcrum ejus ductus ſanatur, in hæc primum verba exclamans, ſancte Franciſce conforta hunc ſanctum Petrum, ut liberet me. Mulier etiam oppidi de Firmo contracta, ſepulcro ſancti Viri ſuperpoſita & orans, illico erecta eſt ſana.

Agonizantē curat.

Alia, cujus filia in extremis laborabat, in Eccleſiam accurrens, in qua ſancti Viri depoſitum jacebat funus, antequam ſepulturæ traderetur, acceptam manum ejus vultui jam agonizantis filiæ applicuit, protinus in priſtinum robur, decuſſa infirmitate, convaluit, omnium concurrentium admiratione, & applauſu.

B. Dominicus.

XXIII. Beatus Dominicus quidam glorioſus jacet in loco ſancti Marini

Digitized by Google

tini Provinciæ Marchiæ in Cathedrali Eccleſia miraculis celebris, de quibus præcipue iſta feruntur. Beringarius Archipresbyter de Monte-feltrio crus unum habens gravi fiſtula ulceratum, nulla poterat medicorum arte, vel ſtudio liberari, a medicis itaque derelictus, fratri Dominico ſe devovit; & ad tumulum ejus delatus, liberatus eſt. Boncompagnus de ſancto Marino viginti annos incurvatus, meritis beati Dominici eſt erectus. Puer quidam de ſancti Marini partibus, altero pede contractus, quem in terra complanare nequibat, meritis & precibus beati Dominici eſt curatus. Jacet apud ſanctum Marinum.

Auctores citati. Rodulp. fol. 99. lib. 1.

Fiſtulam ſanat.

Contractos erigit.

XXIV. Beatus frater Paulus de Marchia vita ſanctus, poſt mortem multis claruit miraculis: nam puellam ſeptem annorum, nomine Roſam cujuſdam Joannis filiam, quæ dæmoniaca credebatur, pro eo quod a tribus ſpiritibus nigerrimis, prout dicebat, affligebatur, & ſic ne eos videret, per loca diverſa fugiebat. Et cum ad Eccleſias pluries duceretur, dicebat, quod nullo modo niſi per ſanctum fratrem Paulum, liberaretur; ducta ad Monaſterium ſancti Salvatoris, ubi quædam erant reliquiæ ipſius fratris Pauli, dum ſuper eam ponerentur, continuo priſtinam obtinuit ſanitatem. Domina Octavia Monialis prædicti Monaſterii ſancti Salvatoris, cum dolores intolerabiles in manibus pateretur & pedibus, præfatis reliquiis ad membra prædicta applicatis, plenam conſecuta eſt ſanitatem. Domina Blancaflore, cum lapidis, ſeu calculi multo tempore, & aliarum ægritudinum doloribus graviſſime torqueretur, ad ſepulcrum ejus ducta, integram recepit illico ſanitatem. Flora Alberti Barili filia de monte Melonis, lumine oculorum multo tempore privata, ibidem lumen perditum recepit. Berta de Camerino amiſſa loquela, ad ſepulcrum ſancti fratris Pauli veniens, ſubito loqui cœpit, & Deum laudare. Quidam habens manus & pedes paralyſi diſſolutos, ad omne officium inutiles, ductus ad tumulum, per merita ipſius eſt curatus. Joannes quidam de Monte Ulmeo deſtitutus pedibus, ad corpus ſancti fratris Pauli nondum ſepultum deportatus, mox ad propria ſolidatus eſt reverſus. Quidam Bonus filius Joannis, de miraculorum veritate juratus & examinatus aſſeruit, quod cum crure ſiniſtro ab infantia contractus fuiſſet, morbo item epileptico male affectus, ad ſepulcrum ſancti Viri ductus, & aliquantum orans diſtento crure erectus, ab utraque infirmitate ibidem convaluerit. Rodulphus hunc Sanctum conſtituit Spoletinum, cujus vita, & prædicatione apud ſanctum Severinum beatus P. Bentivolius mundum deſeruit, Inſtitutum ſecutus Minorum, prædicti ſui Patris imitator præcipuus. Macerati ex eodem Auctore fertur obiiſſe, ideo, ut credo, de Marchia dicitur a Piſano, appellatione Provinciæ.

Beatus Paulus de Marchia.

Auctores citati. Rodul. fol. 126. lib. 1.

Obſeſſam liberat.

A calculo, & aliis infirmitatibus liberat.

Curat cœcam & mutam.

Claudos & contractos ſanat.

Cur dictus a Marchia.

XXV. Non minoris famæ, aut meriti per id temporis habebatur frater Martinus Fulginas; ei mulier quædam mente capta, nomine Marſeda, oblata fuit, quam aquæ benedictæ aſperſione luſtratam ſanavit. Aliam item Urbinatem paralyticam, ſeu ut multis etiam videbatur, maligno ſpiritu poſſeſſam, porrectis uvis ab eo primum benedictis, quam primum eas guſtaſſet liberavit. Puer nomine Theobaldus, laborans ex fiſtula tam in crure, quam in corpore, ad beati Viri ſepulcrum orans, ſanatur. Alius item puer nomine Guiduccius dyſenteria, & febre per hebdomadas ſeptem male affectus, ad ſepulcrum ejus delatus ſoſpitati redditus eſt. Mulier quædam Bona-ſpes dicta, multis hedomadibus ſanguinis per ſeceſſum continuo fluxu attenuata, meritis & precibus

B. Martinus Fulginas.

Auctores citati. Rodul. fol. 123. lib. 1.

Sanat inſanam mente.

Paralyticam curat, aliaſque infirmitates.

Digitized by Google

bus ſancti Martini ſe commendans, ſtatim convaluit. Alia item, cui nomen fuit Talia, multo tempore viſu deſtituta, ad ejuſdem ducta ſepulcrum, facto voto, continuo viſum recepit, & ſine ductore ad propria reverſa eſt. Alia mulier ex uno latere paralytica, & alterius oculi orbata lumine ad ſepulcrum beati Martini orans receſſit ab utraque infirmitate libera. Sepultus eſt Fulginei, ubi multis aliis fulſit miraculis.

B. fr. Otto. *Auctores citati.* Varia ejus miracula.

XXVI. In Provincia Sclavoniæ ſive Dalmatiæ claruit frater Otto virtute & miraculis. Hic quemdam nomine Petrum habentem apoſtema in gutture, apparens invocatus, liberavit. Joannem Priorem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ habentem brachium deſiccatum, & manum contractam, ad ſanitatem perduxit. Puellam nobilem de Pola habentem crus contractum, nec valentem ambulare, liberavit. Aliothum pedes habentem retortos complanavit. Martinum ab umbilico, ſeu cingulo, & infra paralyticum, & contractum ſoſpitati dedit. Pueri os retortum uſque ad aurem, ad locum & formam debitam reduxit. Mariæ oculorum lumine privatæ viſum reſtituit, puerum cœcum illuminavit. Mulieri cuidam mutæ loquelam præſtitit; & plures alios a diverſis infirmitatibus clementer eripuit. Jacet in Conventu Polæ.

B. Matthæus de Narnio. *Auctores citati. Rodulp. fol. 124. l. 1.* Ejus miracula.

XXVII. Sanctus item frater Matthæus de Narnio magnæ virtutis, & famæ extitit, nec minus illuſtris miraculis. Fratrem quemdam Inſtituti Minoritani nomine Concordium, tribus annis paralyſi diſſolutum, totiſque membris inutilem ſanavit. Alium nomine Hugolinum patria Narnienſem ab eadem infirmitate, quam decennio paſſus eſt, liberavit. Idem beneficium contulit cuidam mulieri etiam paralyticæ. Aliam cui guttur, inflata lagina, periculoſe intumuit, rupto apoſtemate reſtituit ſanitati. Marchoaldus monſtruoſe os ad aures uſque retortus, ab ea deformitate ſalvus evaſit, invocato Viri ſancti ſuffragio; alium ſimiliter ab ejuſmodi infirmitate curavit. Mulier per ſolarium ſuæ domus lapſa, fracto ex caſu crure, emiſſo, voto ſtatim illæſa ſurrexit ad conſueta miniſteria. Aliam a maligno ſpiritu vexatam liberavit. Pluribus aliis in vita & morte exhibitis mirabilibus, Deus Servi ſui manifeſtavit ſanctitatem. Alii etiam plures hoc tempore vita, & prodigiis celebres fuere, quibus recenſendis brevitatis gratia ſuperſedemus.

Conventus de Athlain in Hibernia. *Annales Eccleſiæ Cluanenſis. Hiſt. Prov. MS.* Albertus Bremenſis ad ſedem Armachanam tranſlatus.

XXVIII. Huc ſpectat quæcumque oblivioni & incendio ſeu temporum, bellorumque ac perſecutionis caſibus ſubtracta eſt memoria Conventus Athloenſis in Provincia Hiberniæ: nam hoc anno conſecratam fuiſſe Eccleſiam referunt Annales Eccleſiæ Cluanenſis (alias juxta vulgare idioma, Chianimicnois) per PrimatemHiberniæ Armachanum, Epiſcopum, natione Alemannum. Qui porro fuerit ille, non indicant: ſed colligimus ex ejus temporis auctore Alberto Stadienſi, qui ad annum Domini MCCXXVIII. ita refert ſub finem. (Albertus, inquit, Livonienſis Epiſcopus obiit, & Bremenſis Eccleſia jure ſuo potita, magiſtrum Albertum Bremenſem Scholaſticum in Epiſcopum elegit, qui poſtea factus eſt Primas in Hibernia.) Hunc crediderim ordine trigeſimum ſecundum a Bruſchio in catalogo Epiſcoporum Bremenſium notatum.

Interfuit Concilio Lugdunenſi.

Interfuit Concilio Lugdunenſi ſub Innocentio IV. quod poſt annos quatuor celebratum eſt; in eo poſt Patriarchas Conſtantinopolitanum, Antiochenum, Aquilejenſem, & Archiepiſcopos Biturícenſem, & Cantuarienſem ſeptimus ſubſcripſit cuidam bullæ Pontificiæ (quæ tranſumptum litterarum Regis Hungariæ confirmabat) ante Remenſem, Lugdunenſem, Burdegalenſem, aliosque triginta tres primarios, Galliæ Hi-

Digitized by Google

Hiſpaniæ & Italiæ Prælatos. Subſcriptio talis eſt: *Albertus Armacanus*. Ea bulla habetur inter geſta Dei per Francos poſt Oliverii Colonienſis Scholaſtici epiſtolam, ſuper captione Damiatæ. Athluain cœli, & ſoli temperie, aliorumque quæ ſive ad victum, ſive ad delicias conquiruntur, ſi induſtria non deſit, eſt per commodum, celebre flumen Sinæum gremio excipiens; trajecto ponte Conaciam cum Media copulat, & diviſis, intercurrente fluvio, hinc inde ripis, in unum coaleſcit oppidum. Ex ea parte quæ Mediam ſpectat Conventus jacet ad oram fluminis, ſatis olim auguſtus, ſi ex ruinis molem conjiciamus. De Fundatore non ſat æque quidam dubitarunt, cum eum honorem & meritum Illuſtri Dilonorum familiæ, & traditio & poſſeſſio & fundus, & ipſius Eccleſiæ monumenta expreſſe referunt. In cappella majori Eccleſiæ ad medium ſpectatur chori ſepulcrum illius familiæ ſatis auguſtum, in quo totius ſtirpis parens, ut creditur, jacet; alia vero hinc inde duo, unum ad Evangelii, aliud ad Epiſtolæ cornu diſtribuuntur, quæ ad eamdem familiam ſpectant, ſicut & ea pars oppidi jure hæreditario ejuſdem patrimonio aggregatum ſemper fuit: nec tempora recte alioquin ſupputant qui fundationem in Dominum Carolum Conaciæ dynaſtam ſeu regulum referunt; nam & is antiquior fuit, nec rerum ejus diligentes antiquarii & obſervatores, inter pia opera, aut monumenta relicta quidpiam tale comperiunt. Adeo, longe quam Franciſcani, in Hiberniam veniſſe potuerint ſucceſſores Caroli omni jure & dominio, ſi quod ante ipſis in Media competit, excuſſos fuiſſe: quomodo ergo in Media tum fundarent Conventum præfatum tamquam in proprio fundo? Quod ſi erectio Conventus ad ullos transferre liceret in Conacia, ego potius ad familiam Fallonam judicarem adſcribendam, ad quam altera oppidi pars, quæ ad Conaciam jacet, fertur olim ſpectaſſe, antequam eo Coloniam Angli deduxerint. Sed omnem ejus rei vacillationem, ſeu incertitudinem ſupprimit teſtimonium quod ſubjungam ex Archivis regiis Londini in turri aſſervatis nuper tranſumptum. (Quidam, inquit, equitum auratorum caput familiæ Dilborum mortuus eſt in Hibernia, & ejus corpus translatum eſt ad Monaſterium ſancti Franciſci Athluani, cujus ipſe olim fundator extiterat, &c.) Conventus Athluani eſt in diœceſi Cluanienſi præfata, tribus miliaribus a Cathedrali diſtans ſede: id autem credendum anterioribus annis inhabitatum fuiſſe a Fratribus, antequam ad eum ſtatum pervenerit, ut conſummata Eccleſia, conſecraretur, ſed quia nihil certius conſecratione ipſa liquet, quæ hoc anno contigit, ab ea incipiendum duximus, & ſimul deſiſtendum cum nihil de familia, & habitatoribus illius Conventus ad nos pervenerit. Multis annis non inhabitatur, tum quia locus periculo, & incurſibus hæreticorum Anglorum apertus, & via regia tritus a Conacia in Mediam, tum quia Anglorum præſidio ſemper tenetur, & ut plurimum officialibus regiis ſit frequens. Oppidani tamen, & circumjacentes in fide hactenus conſtantes permanſerunt.

Deſcriptio oppidi Athluain.

Conventum præfatum fundavit familia Illuſtris Dilonorum.

ADDITIO Patris Lucæ Waddingi.

Con. Lindoiæ. Annal. Suev. hoc anno.

Prima Fratrum habitatio Tibure.

„ XXIX. Hoc anno Lindoiæ, quæ Sueviæ oppidum eſt, Fratres „ Cœnobium exſtruxerunt, conſentiente, & volente Abbatiſſa loci do- „ mina, renitente tamen, & contradicente Plebano. „ Ante hunc annum Tibure receptos eſſe Fratres; & Conventum habuiſſe conſtat; quando id primum contigit, incertum; ad anteriores quidem annos referendum monent Gregorii litteræ ad Conſules illius Civitatis XI. Kalendas Februarii hujus anni datæ Laterani quibus ſuadet, & præcipit Gregorius preſatis Conſulibus, ut de commodiori loco Fratribus provideant;

Digitized by Google

deant; attentis priſtinæ habitationis ruinis, vetuſtate, fluminis alluentis intemperie, & ſtrepitu, prætereuntis etiam viæ regiæ tumultibus, quieti, clauſtralique functioni parum amicis. Incipiunt litteræ, *Inter alia quæ nobis incumbunt*, *&c.* Cœterum, qua parte Civitatis tum ea Fratrum habitatio conſtitit, nec Tiburtinæ antiquitates, nec Ordinis, nec ſpeciatim Provinciæ Romanæ produnt monumenta, nec certius aliquod, obvia conjectura, veſtigium occurrit. Conjicimus tamen, ſpectato Urbis ſitu, & inconvenientiis, quæ litteris Gregorii obtenduntur, adjacentis & fluminis, & viæ regiæ, in ea regione, quæ Romam proſpectat, ſitam fuiſſe, qua parte flumen anguſta rupe a via diviſum, alveoque dehiſcens, vehementi per clivum exoneratur præcipitio: an forte is locus ſit, qui ad lævam ingreſſuris portam, ut vocant, Collis, occurrit, Monialium olim clauſuræ deſtinatus, an alius intra portam, inveſtigare non potui, intermortua omni hujus rei fama & monumento, quibus indagandis neceſſaria non defuit ſollicitudo.

Eccleſiam S. Mariæ Majoris Gregorius IX. conceſſit Fratribus Tiburtinis.

Arch. noſtrum.

Scripſit & Pontifex ad eoſdem Conſules, & Senatores Tiburtinos x. Kalendas Aprilis ſubindicans ſimul alias ſe jam dediſſe ad Epiſcopum Tiburtinum, quibus Eccleſiam ſanctæ Mariæ Majoris ejuſdem Civitatis in præfatos Fratres transferri mandabat; Conſulibus proinde, ac aliis præcipit, ut nec huic ipſi obſtaculum ponant, ſed favorem ad rei executionem idoneum impendant. Datæ ſunt Laterani, incipiunt: *Prompta debet ad id veſtra reperiri devotio*, &c. hæc conceſſio meliorem exitum habuit ſequentibus annis ſub Alexandro IV.

Indulta Apoſtolica, Fratres non teneri ad executiones cauſarum.

Roderici.

XXX. Non defuerunt tum temporis Prælati qui Fratrum quietem, & ſimplicem converſationem ad ſtrepitum fori avocarent, cauſarum litigia, & executiones ſententiarum. Quibus vexationibus Pontifex occurrit ſcriptis litteris Laterani v. Kalendas Maii, quibus præcipitur, Fratres non teneri ad commiſſiones cauſarum recipiendas. Datas refert Marianus XXVII. Aprilis III. Kalendas Maii: hujus variationis jam aliquoties ſubindicata cauſa eſt, quod varia ejuſdem pro majori fide hinc inde tranſmittenda fiebant exemplaria, quæ uno die expediri non poterant. Incipiunt præfatæ; *Qui poſtpoſita vanitate*, &c. Alii etiam Prælati ab eis obedientias exigebant manuales, quod eis inhibuit Pontifex litteris incipientibus. *Inducimur piæ converſationis exemplo*. Datis VI. Kalendas Martii. Nec ſecus pauperum incluſarum Dominarum interturbata quies opportunum remedium expoſcebat. Quapropter iiſdem ipſis diebus IV. Kalendas Maii opportune proviſum eſt, ne per litteras etiam Apoſtolicas poſſent conveniri. Incipiunt; *Perſonis quæ mundo relicto*, &c. datæ ſunt

Reg. epiſt. 424.

Laterani. Decrevit item, mulieres portantes habitum ſanctæ Claræ de ipſo Ordine non exiſtentes, ad eumdem deponendum per cenſuram Eccleſiaſticam, per Diœceſanos poſſe compelli. Incipiunt litteræ. *Ad audientiam noſtram*, datæ IX. Kalendas Martii. Hæc adverſum eas, quæ extrinſecus inferebantur, moleſtias, ſancita ſunt. Fuerunt & alii timoratæ conſcientiæ ſtimuli, quibus erat occurrendum; vel enim multorum ſalus negligenda foret, & deſerendæ plurimæ occaſiones rei bene gerendæ, vel cum rebellibus Eccleſiæ, & a fidelium ſeparatis conſortio contra jura communicandum erat, ac permanendum in eorum territoriis ſpe melioris fructus: quorum vel tum temporis plurimi erant Viri Principes, qui Friderici Imperatoris excommunicati caſtra & partes contra Eccleſiam

Facultas remanendi in terris excommunicatorum.

ſequebantur. Indulſit proinde Gregorius in excommunicatorum terris degere, ut etiam ab eiſdem, tam conceſſa poſſent recipere, quam transfe-

eun-

Digitized by Google

euntes neceſſaria depoſcere. Incipiunt; *Vobis extremam patientem pro Chriſti nomine paupertatem*, &c. Datum eſt Laterani XII. Kalendas Julii Pontificatus anno XV. Indulſit pariter ut aſſiſtentes officio cum aliis, quamvis non ordinaretur juxta conſuetudinem Eccleſiæ Romanæ, prout regula præſcribit, obligationi ſatisfacerent. Confirmavit inſuper Breviarium nuper correctum, & reformatum juxta conſuetudinem, & normam ejuſdem Eccleſiæ: incipiunt; *Pio veſtro collegio*, VII. Idus Junii, datum Laterani. Datis etiam litteris VIII. Idus Junii Laterani conceſſit Miniſtro Generali & Provincialibus, his reſpective in ſuis Provinciis de conſilio diſcretorum Fratrum, de caſibus alioquin reſervatis abſolvere tam ingredientes Ordinem, quam receptos & profeſſos, & cum iiſdem ſuper irregularitate diſpenſare, incipiunt: *Licet ad hoc*, &c.

Regeſtum epi. 85. *Marian.* Circa divinum officium. *Firmam. 2. par. fol. 107 p. 2. c. 2.* *Regeſtum epi. 81.*

XXXI. Kalendis Julii conceſſit licentiam ingrediendi Monaſteria incluſarum Monialium Ordinis ſancti Damiani, quas ſanctæ Claræ vocamus, ſequentibus dumtaxat caſibus, ut cauſa fabricæ, vel reſtaurandæ, vel erigendæ; ad extinguendum ſeu removendum incendium; cauſa defenſionis a latronibus, miniſtrationis neceſſariæ ſacramentorum infirmis; ſepulturæ defunctorum, juxta formam a Regula præſcriptam. Incipiunt litteræ; *veſtris piis ſupplicationibus*, &c. Datæ Laterani Pontificatus XV. Kalendas Julii II. Julii, præfert Marianus.

Caſus quibus ingredi licet Monaſteria S. Claræ. *Regeſt. epi. 68.*

XXXII. Tamdem multis pro Eccleſia laboribus ſuperatis, dum undique pericula irreperent, & ſuborta malorum tempeſtate navis Petri ſine requie fluctibus quaſſaretur, Friderico Imperatore terra marique, hoſtili, ac perſecutoris animo inſtante, ſanctus Pontifex tot malis ſubtractus, ad meliorem vitam felix evolavit. Sedit annis quatuordecim, quinque menſibus, aliquot diebus minus. Mortuus eſt XI. Kalendas Septembris MCCXLI. ejus Pontificatui detrahit Ciaconius annum, & Platina menſem.

Mors Gregorii IX. Pontificis.

XXXIII. Fuit Gregorius magnæ religionis, libertatis Eccleſiaſticæ conſtans aſſertor. Incidit in turbulentiſſima tempora; multa a Friderico II. paſſus, qui patrimonium Eccleſiæ ubique occupare contendit, ſubditorumque animos ad rebellionem & defectionem tum armis, cum muneribus ſollicitare. Romanos aliquot in Pontificem concitavit, & parum adfuit, quin Urbem cum Pontifice acceperit in poteſtatem; ſed placatis religione ſeditioſis animis, Romani eum mœnibus jam imminentem armis fortiſſime ſubmoverunt. Navigantes ex Gallia duos Pontificios Legatos cum multis Prælatis, qui ad generale Concilium convocati feſtinabant, opera Piſanorum, ſuperatis navali prælio Genuenſibus, carceri mancipavit, omneſque in Urbem vias obſedit ne ad indictum Concilium fieret Prælatorum liber concurſus. In eum & Piſanos execrationis ſententiam Pontifex promulgavit. Nec contempta Religio impune ceſſit; Piſanis ab eo die in pejora lapſis, donec tamdem in ultimam fortunarum, & libertatis ſortem redacti, vix jam antiqui ſplendoris ruinas, aut ſubductam oblivioni memoriam florentiſſima olim Reſpublica commemorare poteſt; nec felicior Friderici ſors extitit, cujus peccatis Regnum Sueviæ cum tota ſtirpe conciſum decidit. Hæc inobedientiæ & infidelitatis merces eſt.

Defectio Romanorum impedita. Capti cum Prælatis duo Cardinales Legati. Execratio in Imperatorem & Piſan. lata.

XXXIV. Fuit etiam Gregorius divini, & humani juris peritiſſimus. Decretalium libros compilavit, opera potiſſimum ſanctiſſimi, nec minus docti viri fratris Raymundi de Pennafort ſacri Ordinis Prædicatorum, uſus. Ejus in Ordinem Minorum immortalia ſunt merita, quem ſimul

Gregorii laus ejuſque geſta.

cum ſacra divi Patris Dominici familia ſumme dilexit, & propagavit. Beatos Patres Franciſcum & Antonium Patavinum, ſimul cum ſancta Eliſabetha vidua tertii Ordinis in catalogum Sanctorum retulit; aliaque nonnulla conceſſit, fecit, dixit, quæ grati animi, & veritatis ſincero ſtudio ſuperius paſſim, prout narratio tulit, expoſuimus. Aream Lateranenſem complanavit, dirutis quibuſdam Civium Romanorum ædibus, & turribus, quæ proſpectum impediebant Patriarchii; hujus ampliavit palatium. Pauperibus alendis non procul inde conſtruxit hoſpitale. Baſilicam Vaticanam opere muſivo exornavit; plurima inſtruendis moribus, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ opportuna ſancivit. Recuperandæ Terræ ſanctæ inſtitit, cujus conatum Friderici Imperatoris præpoſtera conſilia reddiderunt incaſſum. Hinc inter utrumque omnis diſſidii fons & origo. Sub mortem Gregorii tanta fuit eclypſis Solis, quanta alias numquam hominum memoria. Sepultus eſt ad ſanctum Petrum juxta ſepulcrum Principis Apoſtolorum.

Succedit Gregorio Cœleſtinus IV.

XXXV. Gregorius IX. Kalendis Octobris, ſucceſſorem Gaufridum Caſtileonem accepit, qui Cœleſtinus IV. ſalutatus eſt, natione Inſuber, patria Mediolanenſis, nobilis & pervetuſtæ familiæ, doctrina, experientia, integritate ſumma commendatus, ejus electione magna affulſit ſpes reſtaurandæ pacis, & reducendi Friderici, ut meliora & ex conſilio ſaperet; quem in obſidione Faventiæ hærentem, deſtinata legatione, multis pollicitationibus interpellavit: ſed antequam quidpiam concludi potuit, jam Pontifex ætate, & viribus tanto oneri, & temporum impar caſibus obivit pontificatus ſui die XVII. vel XVIII. vir fuit omnium bonorum, ac præcipue Ordinis noſtri ſtudioſiſſimus, ſepelitur apud ſanctum Petrum VIII. Idus Octobris.

Moritur.

Vincentius ſpec. natural. lib. 32. Pariſ. ann. 241. fol. 391. Ciacon. in Pontificatu Cœleſtini IV. tom. 2.

XXXVI. Mortuo Cœleſtino ſuccisa eſt omnis concordiæ via Friderico, priſtinum in Eccleſiam odium nihil remittente, & intermiſſa Pontificis electione annis pene duobus, vel ob diſſidium, ut fertur, Cardinalium; vel quia ii, quos in vinculis detinuit Imperator ſuper jure electionis proteſtati; vel quia ut aliis videtur, qui tum in Eccleſiæ poteſtate valuerunt, incongruum cenſuerunt ad electionem procedere, donec Cardinales incarcerati reſtituerentur libertati. Hic ergo præſentis anni finem conſtituemus, alium ſubinde Sede vacante ingreſſuri.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Indulgentię Terræ Sanctæ pro Ungaris.

Wadd. ad ann. 1241. n. 32.

Moritur Pontifex.

Cœleſtinus IX. érigitur.

„ I. PRæter ea quæ commemorat ad hunc annum Waddingus, hoc
„ ultimo ſui pontificii anno Gregorius IX. audiens Tartaros
„ bellicis artibus in Hungaros inſoleſcere, iſtis gratias ac Indulgentias
„ Terræ ſanctæ conceſſit *Vocem in excelſo &c.* XVI. Kalendas Junii: ac
„ tamdem plurimis ſuperatis invicta fortitudine pro Dei Eccleſia labori-
„ bus, ad Sanctorum in cœlum vitam evolavit XI. Kalendas Septembris
„ hujus anni: ejus encomia penes Waddingum noſtri in ſpecie legere
„ poſſunt, ac apud alios. Fatis functo Gregorio, ut in Petri ſolio ſede-
„ ret, electus fuit Gaufridus *Caſtileo* Mediolanenſis IX. Kalendas Octo-
„ bris, qui ſub nomine Cœleſtini IV. vix inito Pontificatu, pacis ama-
„ tor & oſor belli, quæ ad univerſalis Eccleſiæ tranquillitatem & pacem
„ conducebant, quærens, Apoſtolicos Legatos ad Fridericum miſit;
„ Rebus enim vel diſſidiis domeſticis, ut ita dicam, rite compoſitis;
„ ſperabat Eccleſiæ pace Saracenos, & quoſque alios Crucis Chriſti, ac

ejus

Digitized by Google

„ ejus ſacroſanctæ Eccleſiæ inimicos devincere poſſe. Pulchrum & com-
„ mendabile in ſupremo Paſtore conſilium: at demerentibus nobis tan-
„ tam gratiam, tranſtulit eum in tutiſſimam æternæ pacis regionem ab
„ inito Pontificatu die XVII. vel XVIII. ac ita cum eo concepta ſpes
„ quietis, in aliud tempus ab inſcrutabili judicio Dei reſervata fuit:
„ interim fidelium grege diu ſine legitimo Cuſtode relicto. E vivis decedit poſt dies 18.

„ II. Sub hac facie rerum undique infauſta, non eſt quod ex alto
„ haud illuxerit priſcis, beatiſque illis Patribus noſtris bonitatis divinæ
„ ſemper deſideratiſſima lux: nam ea monſtrante viam, dirigenteque
„ greſſus, Lindoviam penetrare, ac in ea manſionem figere potuerunt,
„ ea mente ut animas quirent lucrari Chriſto cum talento ab eodem ſibi
„ ad uſuram conceſſo. Rhenus fluvius maxime notus, ab Alpibus Hel-
„ vetiis, in quibus naſcitur, proruens cito curſu Ganodurum Urbem,
„ quæ mutato nomine Conſtantia dicitur, largo ſuarum aquarum tributo
„ veneraturus, Lindoviam, ſeu Lindoiam, Germanis *Lindau*, præfatæ
„ Urbis in ampla diœceſi oppidum non vulgare, celebri lacu Acronio Lindovia Oppid.
„ illuſtrat primo, ut ſuis ſub oculis creſcens in amplum mare, non tam
„ piſcoſum quam delicioſum evadat. In Svevia hæc ſunt, receditque *Catal. Prov. Piſani.*
„ Lindoia inter Subſolanum & Vulturnum a Conſtantia VI. fere Germa-
„ niæ Leucis, reſpectuque Cœli ſitum in orbe tenet in longitudine gra- *Catal. Prov. D. Bonav.*
„ duum XXXI. latitudine vero arctoa XLVII. X. Eo igitur in oppido Ma-
„ jores noſtri, quorum vita juge virtutum exemplar erat, devote ac
„ reverenter excepti, piorum eleemoſynis Cœnobium ſibi & poſteris Cœnobium ibi.
„ conſtruxerunt: quod in antiquis Ordinis Provinciarum regeſtis Piſa-
„ ni, Argentinæ, ſeu Argentorati Provinciæ tertiæ in ordine Cuſto-
„ diæ, tertium pariter locum ſub nomine Lindaviæ occupat. Adverten-
„ dum eſt Laci Conſtantiæ, ideſt Acronii, etiam temporibus D. Bona-
„ venturæ, Cuſtodiæ numero tertiæ præfatæ Provinciæ Argentinæ titu-
„ lum extitiſſe: cum inde plurium antiquitatum abſconditarum noſtri
„ Ordinis notitia erui poſſit.

„ III. Ad regimen autem Provinciæ Bohemiæ & Poloniæ aſſumptus
„ Fr. Joannes *Tener*, qui morte præventus nullum Capitulum Provincia-
„ le celebravit. Sed interea beatus Stanislaus Preſmilienſis, Guardianus Fr. Joan. Tener Miniſter Bohemiæ & Poloniæ.
„ Leopolienſis, cum aliis pluribus ſuis Fratribus, a Tartaris Regionem
„ devaſtantibus, martyrium ſubiit, ibidemque cum ipſis tumulum acce-
„ pit die VIII. Octobris: horum ſepulcrum ad majorem populi devotio-
„ nem Summi Pontifices Innocentius IV. anno MCCXLIII., & Hono-
„ rius IV. anno MCCLXXXVII. condecorarunt, ut ex præmiſſis omnibus *SS. & B. ff. fol. 283.*
„ Bullæ, ſeu litteræ plumbeæ in dicto Monaſterio conſervatæ latius
„ teſtantur: prout aſſerit Martinus Baronius Jaroslavienſis in ſuo Cata- *Caſimir. cit. ſup. n. 9.*
„ logo, & refert Caſimirus. Stanislaum alterum itidem ejuſdem Con-
„ ventus Guardianum, cum plurimis aliis Fratribus ab iiſdem Tartaris
„ martyrio affectis, commemorat Waddingus ad an. MCCXLIII. ſed hic a Stanislaus Preſmilienſis cum aliis martyr. a Tartaris.
„ præfato longe diverſus eſt, diſcriminante eos patria, ac tempore:
„ nam ſecundus hic erat Cracovienſis, ille vero Preſmilienſis: & hunc
„ ſecundum cum ſociis ſuis refert Arturus in Martyrologio Franciſcano *Wadd. ad ann. 1243.*
„ ad diem XVIII. Maii.

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Convocat a Bononiam Ordinis Comitia, præſentatur expoſitio quatuor Magiſtrorum in Regulam. Quidam pro fide occubuerunt; quidam ſanctitate, & miraculis celebres habiti.

Rodul. fol. 237.

Marian.

In eo ordinata.

Ultio contemptę vocationis.

Fit cœcus.

Pœnitenti reſtituitur viſus.

Hiſtor. MS. Provinciæ Hiberniæ. Marian. cap. 15. Marc. 2. p. lib. 1. cap. 11. & alii.

I. Hoc anno Bononiæ habita ſunt Ordinis Comitia generalia ſub Miniſtro Generali Haymone Anglo; ex cujus capituli ſententia promulgatæ ſunt quædam conſtitutiones, circa ritum, & ceremonias altaris quarum ipſe fuit auctor, incipiunt: *Indutus planeta Sacerdos* &c. quas ordinarium Miſſalis Romani mutuavit. Statutum eſt, ut moderatio in quæſtu ſervetur, ne de reliquo etiam pauperes defraudari contingeret neceſſaria ſubventione. Ordinatum ex ſententia conſtitutionis bonæ memoriæ Gregorii IX. quæ incipit: *Licet olim* &c. ne Monachi Ciſtercienſes ad Inſtitutum noſtrum reciperentur. Lectaque publice in Conventu decretalis, qua præceptum eſt, ut profeſſi Ciſtercienſes, apud noſtros, & in Ordine Ciſtercienſium viciſſim profeſſi in ſtatu jam ſuo quiſque perſeveraret, licet contrarium ſit alias ſtatutum. Notatu digna eſt, quam refert Rodulphus, Dei in quemdam Franciſcanum vindicatio. Hic primæ vocationis ſpiritu humano pertæſus, ſeu animi, & conſilii inſtabilitate ſeductus, Ordinem Ciſtercienſium eſt ingreſſus, nequaquam vocatus: dum ad profeſſionis vota, ut moris eſt, jam probatus aſpiraret, ſtatim, Deo diſponente, oculorum lumine manſit orbatus, qui cœleſtis luminis, & vocationis ductum ſequi neglexit. Ne caſui, aut naturæ, ex ſubitanea quapiam infirmitate adſcriberetur miraculum, remanſit pupilla non modo integra, ſed nullo obducta vitio, ut cœcitatem cauſanti, Monachi nullatenus fidem adhiberent, dolum ſubeſſe putantes, quem experimento ſubmovere placuit. Juſſus ſine ductore incedere, cœcus ubique ceſpitabat, atque in obviam foveam, ſeu de induſtria tum effoſſam, ſeu data manu, in eam pridem egeſta humo excavatam, directus præceps incidit. Hoc videntes Monachi ſuſpicionem exuerunt, & ultionem, ut erat, contemptæ vocationis, prioriſque Inſtituti palam interpretati, ſuaſerunt relictum aſſumere, in eoque deinceps ex Dei voluntate perſeverare: quorum conſiliis confirmatus, ad ſuos regreſſus viſum ſtatim recepit.

Declaratio quatuor magiſtrorũ in Regulam.

II. Frater Alexander Alenſis, frater Joannes de Rupella, frater Robertus de Baſtia, frater Richardus, ſeu ut MS. habet Rigandus, habita cum fratre Gaufredo de Bria Cuſtode Pariſienſi collatione, ediderunt declarationem ſuper Regula Franciſcana, quæ vulgo ſub appellatione quatuor Magiſtrorum circumfertur: inter reliquas ejus formulæ tam Pontificum, quam Doctorum declarationes, eam tranſmiſerunt ad Comitia generalia Bononiæ celebrata, ut verius judico, ex ipſa Auctorum epiſtola ad Miniſtrum, & Capitulum generale directa, quæ præfationis loco apponitur: nam Genuenſe, quod ſub Innocentio IV. habitum eſt anno ſequenti, acephalum extitit, donec defuncto Haymoni ſubſtitutus eſt Creſcentius; niſi dixeris, epiſtolam ad eum, quicumque futurus eſſet, Generalem ſcriptam, atque ideo nullum ſpeciale nomen in ea exprimi, quod præter ſtylum, & conſuetam reverentiam contingeret, ſi ad particularem dirigeretur: neque hoc recedit ab eorum opinione, qui ex mandato Capituli Bononienſis editam ferunt, quibus non conſentio,

Digitized by Google

tio, cum ipſa præfatio Capituli Provincialis imperium tantum præ ſe ferat. Talis eſt.

Antoninus tit. 24. cap. 9. §. 4. auctor memorialis Ordinis.

Epiſtola Magiſtrorum ad Generalem.

Reverendo in Chriſto patri fratri N. Ordinis Minorum Fratrum Generali Miniſtro, ceteriſque Definitoribus in Capitulo congregatis frater Gaufridus Cuſtos Pariſienſis, frater Alexander de Ales, frater Joannes de Rupella, frater Robertus de Baſtia, & frater Richardus reverentiam debitam, & devotam.

JUdicio examinationis, & diſcretionis veſtræ referimus ea, quæ Domino docente, circa intellectum Regulæ, juxta paupertatis noſtræ modulum, percepimus, ſecundum injunctam nobis obedientiam in provinciali Capitulo; juxta hoc quod in præcedenti Capitulo definitorum fuerat ordinatum. Novam autem expoſitionem, vel gloſaturam, circa Regulam non aſtruimus, ſicut a quibuſdam intentionis puræ damnatoribus, & zelum ſuum in animarum periculum ſuarum, & Fratrum ſcandalum pervertentibus prædicatur: imo ſimpliciter, & pure intellectum ipſius Regulæ, qui omnes nos ligat, & cujus ignorantia nullum excuſat, non ex noſtro ſenſu, ſed ex ipſa littera, ut potuimus extrahentes, ſecundum injunctam nobis obedientiam, judicio veſtro dirigimus judicandum: veſtræ ſententiæ, pluſquam noſtro ſenſui in his, & in aliis innitentes, interpretationem, ſi alicubi neceſſaria fuerit, Sedi Apoſtolicæ reſervantes. Ex mandato Capituli, non alterius quam Montis Peſſulani anno MCCXL. cui interfuit Haymo, ſcripta eſt hæc declaratio, ob emergentes difficultates ex Gregorii declaratione, uti docet Marian.

Marian. cap. 11.

III. Non ita pridem ante Capitulum XXIX. Maii, in die Aſcenſionis Domini, in caſtro Avinionetti glorioſum martyrium conſummarunt Ordinis noſtri hæreticæ pravitatis inquiſitor in partibus Toloſanis frater Stephanus de Narbona, cum ſocio dicto Raymundo Carbonerii. Fuit Stephanus vir magnæ prudentiæ, ſanctæque converſationis, primum Divi Patris Benedicti Regulam profeſſus, & electus Abbas, deinde Regulam Minorum ſecutus, rebus fidei, inquirendiſque hæreticis a Gregorio IX. præfectus eſt: ejus ſimili functione collegæ tres patres Ordinis Prædicatorum paſſi ſunt Bernardus de Rupe forti, Guillelmus Arnaldus de Monte Peſſulani, & Pater Garzias de Aura. Item Prior Avinionetti, Monachus de Cluſa, Archidiaconus Lazacenſis. Raymundus Canonicus, & ſcriptor Toloſanus. Richardus ſeu, ut alii, Petrus Arnaldi Notarius, & a ſecretis inquiſitorum, Bernardus Clericus Archidiaconi, duoque alii Clerici viatores. Hi omnes pro fide occubuerunt cantantes cum jubilo & exultatione *Te Deum laudamus*. Interfecti ſunt ab hæreticis in aula Comitis Toloſatis, prodente ipſos oppidi Præfecto. Quos ſtatim Deus Optimus Maximus pluribus miraculis magnificavit. Nocte vero qua paſſi ſunt, quædam mulier ejus Diœceſis, ſed in alio caſtro, in partu laborans exclamavit: Ecce video cœlum apertum, & ſcalas inde ad terram dimitti, & multum ſanguinem in terra iſta effundi. Cumque contemplaretur ſcalarum claritatem, & per eas aſcendentium ruborem admiraretur, partum edidit, doloris oblita. Eamdem cœli aperturam viderunt paſtores in eadem regione vigilantes. Item Jacobus Aragonum Rex, cum eadem nocte excubaret, in fronte adverſus Saracenos intuitus eſt lucem immenſam e cœlo demitti, & commilitonibus ait: Scitote quod hac nocte Deus magnum aliquid operatur. Et in

BB. Stephanus & Raymundus martyres.

Marian. lib. 2. cap. 15. Marc. 2. p. lib. 1. cap. 24. Leander Alber. lib. 2. Ant. 3. p. tit. 24. cap. 9. §. 3. Ant. Senen. Caſtillo. Auctor memorialis ordin. ſub Generali Haymone & alii.

Portenta & viſiones, quæ patientibus martyribus contigerunt.

Cœ-

Digitized by Google

Cœnobio Prædicatorum Barchinonenſi, multi Fratres ea ipſa nocte, cœlum aperiri, & exinde lucem deſcendere totum aërem perluſtrantem, viderunt. Filia Mariſchali de Miropiſcea, antedictis martyribus ſe devovens, illicoque ſoſpes reddita eſt. Porro maxima ægritudine detinebatur Guillelmus de Muſello febribus captus, ad martyrum ſepulcrum veniens, protinus ſanatus eſt. Armandus Ruffus ab hæreticis faſcinatus, audito interitu Caroli Archidiaconi, a quo ſæpe cauſa fidei vexatus fuerat, eadem die pluribus audientibus dixit; Avinionettum vadam, & videbo ſi hic ſcriptor loquax, & ineptiſſimus vir potuerit mori. Qui veniens, & videns ſanctum Archidiaconum in ſuo ſanguine volutatum, pede percuſſit eum dicens; jace ruſtice loquax. Nunc loquere ſi potes. Moxque ulcere inſanabili in eadem tibia eſt percuſſus.

Miracula eorum interceſſione facta.

Ultio in blaſphemum.

Paululum ante paſſionem eorum cuidam fratri in Cœnobio Burdegalenſi viſum eſt, quod ſub pedibus Chriſti cruci affixi, tres Fratres a multis armatis occiſi videbantur picti. Cumque hoc nimium miraretur, patri cuidam viſionem narravit. In Monaſterio Pruliani contigit, Sororem quamdam nomine Blanchiam in maxilla graviter infirmari in tantum, ut nec cibum ſumere, nec loqui valeret, tactu veſtimentorum Guillelmi mox priſtinæ ſoſpitati reſtituta eſt. Raymundus Carbonerius (de quo ſupra mentionem fecimus) vidit in ſomnis coronam auream, gemmis ornatam, micantem ſuper domum, in qua paſſi ſunt de cœlo demitti, cum immenſo lumine, ante aliquot dies paſſionis ipſorum. Qui admirans, dicebat; heu quam miſeri ſunt homines iſti terreni, qui videntes nos pro fide, qua aſtamus ſic coronari, non convertuntur ad Catholicam fidem! Quod cum evigilaſſet, Priori Pruliani, & aliis ſociis pluribus, ſeriem viſionis narravit. Quod cum Guillelmus ſupra nominatus audiſſet, ait: ſcitote, nos in brevi pro fide Chriſti morituros. Cuidam Fratri Burdegalenſi oranti viſus eſt Chriſtus in cruce pendens, ſanguinem copioſe ex latere emittens, & a beata Virgine aureo calice recipi, demum, Fratres tres ex eo conſpergi a prælibata Virgine. Non longe autem poſt, eoſdem Fratres, quos imaginaria viſione ſanguine reſperſos viderat, pro fide Chriſti audivit ab hæreticis interfectos. Pridie quam Fratres ab impiis necarentur, Columbum patrem venerandum mulier quædam devota adiit dicens: hoc mane cum Fratres ſacra facerent, paululum in Templo obdormiens viſum eſt mihi, quod Crucifixus, qui eſt in medio Templi deponebat brachium dextrum, & ſanguinem ſtillabat, quod cum ego ſtupens reſpicerem, Chriſtus vocans me ait: vade, dic Præſidenti Cœnobii, quod reliquias in tali loco ponat. In craſtinum igitur cum Fratrum corpora afferrentur, placuit urbis Antiſtiti, Præſidentique Fratrum, & ceteris, quod in loco a muliere oſtenſo, qui etiam erat dignior (qui locus eſt in Templo Fratrum, & ad Crucifixi dexteram, ſepelirentur. Stephanus autem cum ſocio ſepultus eſt apud Minores Toloſæ.

Locus ſepulturæ.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ In ſacello infra navem Eccleſiæ, poſito utrique ſepara-
„ tim tumulo ſuper altare, columnis marmoreis innixo primo hæc in-
„ ſculpta ſunt verba litteris aureis. *Hic jacet beatus Martyr Stephanus*
„ *Albigenſium gladiis pro Chriſto cæſus, reliquias recognovit Reverendiſ-*
„ *ſimus Pater a Meſſana, anno* MDCIX. *Octobris* XXIX. Secundo iſta.
„ *Hic jacet beatus Martyr Raymundus Albigenſium gladiis pro Chriſto occi-*
„ *ſus anno* MCCXLII. *cujus reliquias recognovit Reverendiſſimus Pater a*
„ *Meſſana Generalis anno* MDCIX. *Octobris* XXIX. horum martyrium, &
„ Epitaphia, nec non ſociorum ex Ordine Prædicatorum, habentur in

hi-

Digitized by Google

„ hiſtoria Comitum Toloſatum ſcripta per Guillelmum Catellum lib. 2.
„ prope finem.

IV. Magnis virtutis indiciis, ac ſanctitatis progreſſu vixit beata He- *Beata Helena Paduana.*
lena, dicta a loco, Paduana, Regulam ſanctæ Claræ profeſſa in Monaſte-
rio Arcellæ beatæ Virginis Mariæ dicato, extra mœnia Civitatis ejuſdem, *Marian. lib. 2. c.11.*
Septentrionem verſus ad quingentos paſſus diſtante. Variant autem Au- *Piſan. confor. 8.*
ctores circa tempus vitæ & mortis. Scardeonius hiſtoriæ Patavinæ lib.2. *Rodulph. lib. 1. fol. 158.*
claſſ.6. ingreſſam Monaſterium anno XII. ſuæ ætatis, mortuam refert XXIV.
& anno Domini MCCXXXI. addens, Monaſterium præfatum, jacto pri- *Scardeonius corrigitur.*
mum fundamento a beato Franciſco, initium habuiſſe anno MCCXV. ſed
verius oſtenſum eſt ſuperius anno ejus ſeculi XX. prima Monaſterii jacta
eſſe ſementa non XV. ut ille, nec XXV. ut ſupputat Portinarius (qui in *Portinarius.*
reliquis concordat) lib. 9. felicitatis Paduanæ cap. 39. neque enim hoc,
aut illo anno potuit fuiſſe Paduæ beatus Franciſcus, qui primum ejus
Monaſterii lapidem poſuiſſe ab univerſis dicitur: ab utroque horum di-
ſcordat Rodulphus non minus uno anno mortis: porro annum MCCXXX. *Rodulph. lib. 1. fol. 139.*
aſſignat. Marianus noſter longius ad annum MCCXLI. ejus vitam protra-
hit, quem præferendum aliis propoſui, tum quod Scardeonius & Porti-
narius, licet domeſtici, ſibi minus conſtantes videntur, dubiumque mihi
ſit, ſi neceſſariam inveſtigandi temporis adhibuerint diligentiam; tum
quod hoc iis quæ ſupra de hujus Conventus fundatione diſſeruimus ma-
gis conveniant: nam ſi in eo primum Conventu nomen Chriſto dedit
(quod apud Auctores ſine differentia ſtatutum reperio) Conventus au-
tem prima fundatio in annum MCCXX. refertur. Demus etiam, eo tum
anno habitum Religionis aſſumpſiſſe, mortem neceſſe eſt ſtatuas in an-
num ingreſſus ſui X. vel juxta aliam ſententiam XI. quod non quadrat
cum eo quod XXIV. ætatis obierit anno MCCLI. & duodecimo ſe tradi-
derit Monaſterio, ſic enim tribus annis minus vixiſſe reperitur, quod ſi
ætatis XXIV. annos (de quibus magis apud Auctores præfatos conſtat)
amplius conferamus cum anno, quem fundationis Conventus adferunt,
longe major erit temporum diſcordia. Piſanus ſexdecim languoris ejus
ſupputat annos, qui Paduæ rem præſens, ut ipſe teſtatur, & tempori vi-
cinior examinavit; alios autem in Religione ſana primum vixit, hinc
animum induco, maturioris ætatis defunctam eſſe; ſed quod magis urſit
forte Marianum non leve argumentum, legitur inter revelationes ejuſ- *Fol.106. par. 2. col.1.*
dem Beatæ una de Gregorii IX. poſt mortem ejus in cœlis gloria, qui
anno ſuperiore obivit.

V. Beata Helena ſecundum carnem ex nobili Henſelminorum fami- *Ejus familia & inſtitutum.*
lia originem duxit, cujus pater, ut fertur, miles fuit ſtrenuus; a teneris
annis mundi exoſa vanitates, habitum Religionis aſſumpſit. Hæc autem
cum eſſet integerrimæ vitæ, & puriſſimæ caſtitatis, & Spiritu ſancto re- *Scardeon.*
pleta, aſſidue jejuniis & orationibus & contemplationibus dedita, & in
meditanda Chriſti paſſione die noctuque intenta, corpus ſuum ſupra mo-
dum affligens, reluctans multum ſpiritui, ut par eſt, obtemperare coge-
bat. Atqui tamdem diutino & graviſſimo morbo correpta, omnia pa-
tientiſſime tolerans, variis interim & jucundis ſeſe viſionibus oblectans,
divinitus mente & animo conſolatur. Ferunt enim, diu ante mortem per *Infirmitas ejus.*
ſomnum fuiſſe præmonitam, quod diutinam & permoleſtam ægritudi-
nem in corpore ſuo eſſet paſſura, & per eam tamdem ab hujus mundi
ergaſtulo, ad beatorum migratura conſortium. Acceptis ergo devotiſ-
ſime omnibus Eccleſiæ Sacramentis, confeſtim muta, & cœca prorſus
red-

Digitized by Google

Tribus menſibus manſit jejuna.

redditur. Atque ita demum, paulatim omnes ejus artus tantus ſtupor invaſit, ut nullo modo ſe movere poſſet. Mirabile dictu! Vixit menſes tres abſque cibo corporali, & cum vellet ex obedientia, quam ſuperiori debebat, aliquando cibum ſumere, ille ſtatim per nares totus effluebat. Verum cum ſic cruciaretur corpore, auditu tamen, & ſenſu intelligendi valde pollebat. Habuit per id tempus admirabiles viſiones, quas longum foret & perdifficile numerare. Verum mihi in omnibus his nihil tam admirabile fuiſſe videtur, quam quod cum eſſet & loquendi & ſcribendi officio penitus deſtituta, per nutus tamen & ſigna (mira res) viſiones ſuas, & quæcumque volebat, Sororibus ad id inſtructis, invento quodam novo atque admirabili, noverat patefacere, & deſcribenda proponere. Signis enim quibuſdam cuncta litterarum nomina exprimebat, innuebatque interdum litteras ſibi nominari ſi quid difficilius videretur, quod non facile per nutus a quoquam percipi poſſet. Permulta itaque & difficillima admiratione perlegi. In hunc uſque diem corpus ejus tanta eſt cum integritate ſervatum, ut ipſum ſine admiratione non inſpicias. Auctore namque Deo (quantum reor) in teſtimonium ſanctitatis, diminutum in eo nihil præter naſi extremum invenies, quippe deſiccata eſt caro, omnia paſsim tegit pellis, ad lineam corpus jacet in crucis modum, Chriſtiano ritu compoſita brachia, oculi dormientis in modum clauſi, ſed non ita clauſi, ut habere nihil albedinis ac luminis videantur. Aſpectus devotus, facies juvenilis & macilenta, dentes nivei ac ſolidi, tonſi capilli & ungues renaſcuntur, membra integra, juncturæ membrorum quaſi nuper diem obiiſſet, mobiles ac firmæ, ut ſine læſione, ſi urgeat occaſio, moveantur. Illud quoque accidit ſæpe, atque tunc maxime cum Civitati ulla clades immineat, quod ſeſe quaſi futura prædicens, multo cum ſtrepitu moveat; hoc namque prodigio non raro eſt divinitus præmonita Padua, ut caveat ſibi ne belli, aut peſtis, aut rerum novarum ingens immineat clades. Obiit pridie Nonas Novembris. Sepulta primum eſt beata Helena in veteri Monaſterio Arcellæ, quod expenſis Civitatis ad commodiorem formam ædificiorum amplitudine reductum eſt anno Domini MCCLXXV. nunc autem intra mœnia urbis Paduanæ hoſpitium accepit, in Eccleſia ſanctæ Mariæ Armenorum, quæ vulgo hoſpitis appellatione beatæ Helenæ dicitur. Anno namque MDIX. ex mandato Senatus Veneti complanatur urbis Paduanæ ſuburbium, dejectis ædificiis ſimul cum præfato Monaſterio, Moniales hinc inde diſperſæ, donec tandem ex dono Monachorum Congregationis Olivetanæ anno MDXX. eam Eccleſiam acceperint, quæ ſita eſt in burgo, ut vocant, omnium Sanctorum, eo Beatæ reliquias tranſportarunt, a fundamentis erecto Monaſterio, vel potius inſtaurato, in quo primum alias Moniales vixiſſe, ſubindicat Scardeonius. Claruit ſignis, & miraculis, quorum illud commemorat Piſanus, quod Marchio de Lupis Parmenſis Dominus Bonifacius in extremis laborans, nuncupato per conſortem voto, beatæ Helenæ meritis integre convaluit.

Revelationes ſignis manifeſtat Sororibus.

Corpus ejus manet incorruptum.

Tonſi capilli & ungues renaſcũtur.

Imminentes clades præſignat.

Rodulph. f. 139.

Ejus mors.

Scardeonius Portinar.

Piſanus. Portinar.

VI. Viſa plurima per ſomnium paſſa eſt beata Helena, & cum aliquid ei appareret, ſe crucis ſigno repetitis vicibus muniebat, quæ res traxit in admirationem Moniales: quæſita quid hoc eſſet? dixit, ſe videre ſpiritum, dubium tamen illi fore, numquid ex Deo ſit, ideo ſe tantopere munire crucis ſigno; dixitque per idem tempus, ſe videre Templum, in quo erat divina Majeſtas. In vigilia ſancti Michaelis vidit viam lacteam, & viros quinque, nimirum Angelos, per illam properare. Cum

nocte

Digitized by Google

Viſiones B. Helenæ.

nocte quadam cogitaret, quid eſſet Deu-, apparuerunt tres Angeli colloquentes; primus dicebat pondus, ſecundus & pondus, tertius & ſuper-pondus. Primus menſura, ſecundus & menſura, tertius & ſuper menſuram. Primus repetebat finis, ſecundus & finis, tertius & ſine fine. Primus gloria, ſecundus & gloria, tertius & ſuper gloriam. Primus, Principatus, ſecundus, & Principatus, tertius, & ſuper Principatum. Dum contemplaretur merita beati Franciſci, audivit vocem, *potens fuit Franciſcus in terra, potentiſſimus in cœlo eſt*. In die commemorationis defunctorum, dum divina perſolveret, vidit animas in purgatorio exultare, & Deo gratias agere. Sunt multa alia præclara, quæ narrantur de beata Helena Paduana, quæ habentur in Legenda ejus Paduæ, quam ſe legiſſe teſtantur Piſanus, & Scardeonius; eas revelationes ut plurimum tranſcripſit Marianus, nos omittimus brevitatis cauſa, & ne in rebus abſtruſis nimium curioſis obſervire videremur. Monſtratus eſt ei ordo, & ſitus curiæ cœleſtis, & Beatorum gloria. Item purgatorii variæ pœnæ, & loca, quæ tria eſſe affirmat. Hæc omnia Sororibus ipſa ſignificabat modo jam expreſſo, quæ dum eſſem ibi, inquit Piſanus, vidi. Verum cum petiiſſem a Sororibus, quomodo illa ſine lingua potuit revelare? reſponderunt Sorores, quod haſtenus ob ſilentium obſervandum, non lingua, ſed nutibus & ſignis omnia exprimebat quæ loqui volebat, quod maximum diſciplinæ monaſticæ & contemplationis argumentum eſt. Quinimo id præcepit in prima regula Gregorius IX. ex ſancta, & laudabili Monachorum conſuetudine. Fuit etiam alia ejuſdem Monaſterii Soror nomine Lucia, quæ aliquot diebus beatæ Helenæ prævenit mortem, nono autem a morte die eidem Helenæ, circa feſtum ſancti Patris Franciſci, oſtenſa eſt inter beatas animas in gloria lætari, cum de ſtatu ejus ſollicita eſſet. Fuit ſoror Lucia magnæ abſtinentiæ & orationis.

Soror Lucia.

Marian. lib. 2. c. 11.

Rodulph. lib. 1. f. 140.

VII. Claruerunt etiam hoc tempore tertiæ Regulæ ſancti Patris noſtri Franciſci Viri magnæ ſanctitatis, inter quos præ reliquis fama & miraculis notiſſimus fuit beatus Lucheſius de Podiobonantis, qui ad eum perfectionis gradum aſpiravit, ut recte inter Domini diſcipulos connumerari poſſit. Ita enim, ſe ſuaque omnia infirmorum, pauperum, peregrinorum, & cujuſvis indigentis neceſſitatibus impendit, ut omnia ad pedes Domini, & egenorum promptus affectu, & opere projecerit. Præ reliquis, quantum ſtatus permittit, Patrem ſuum Franciſcum æmulatus, tanta in proximum caritate effuſus eſt, ut nihil ſubtraxerit pauperibus Chriſti, niſi quod facultati defuit; menſuram autem facultatis excedens caritas, cum illud non ſupereſſet, per veram compaſſionem, & vivum affectum in eos transformabat virum Dei, ut illorum penuriam magis quam propriam, aut familiæ, aut uxoris deploraret. Hinc omnis verecundiæ, & puſillanimitatis depoſito rubore, cum aliunde non ſuppeteret inter cognatos & notos, quandoque etiam per oppida, & Civitates pauperum neceſsitatibus ſtipem ſupplex expoſcebat. Agnoſcens etiam æſtivo tempore ad maris oras, ſolis, & aeris intemperie infirmari plurimos, & laborare ex defectu medicamentorum, aſellum ejuſmodi confectionibus onerans, circuibat infirmorum tuguria, & ſingulis pro neceſſitate diſtribuebat congrua infirmitati medicamina tanta caritate, ut ſola ejus præſentia ægros relevaret. Ad villas, Civitates, & oppida transferebat infirmos, nunc verbis alios alliciens, alios porrecta manu ſuſtentans, alios aſello, alios humeris vectabat, & aliquando plures ſimul. Semel autem graviter affectum, & attenuatum humeris geſtabat, alios

Beatus Lucheſius tertii Ordinis confeſſor.

Fr. Ptolomeus de Ptolomęis ſcriptor vitæ.

Marian. lib. 2. c. 12.

Marc. 2. p. lib. 1. c. 50.

Auctor vitæ vulgari idiomate ſcriptæ, & alii.

Imitatur S. Franciſcum.

Caritas in pauperes & infirmos.

alios ſimul hinc inde duos convaleſcentes, unum a dextris, alium a ſiniſtris, extenſis manibus, ſuſtentabat conducens ad commodiorem locum. Obviam habuit juvenem vanum & lubricæ vitæ. Factum improperavit: quodnam hoc pondus tuum frater Lucheſi? nonne ſentis diabolum tibi inſidere? ad tantam inſipientiam Vir ſanctus illacrymatus reſpondit; o miſer, & miſerabilis, inquit, mihi diabolus nequaquam inſidet, ſed Chriſtus in ſuis pauperibus qui dixit: *Amen dico vobis, quamdiu uni ex fratribus meis minimis feciſtis, mihi feciſtis*. Sancti ſui verba ſecuta eſt Dei virtus, & ultio: blaſphemus porro ſtatim obmutuit, qui manum Altiſſimi recognoſcens, in lacrymas & pœnitentiam fuſus, quibus potuit ſignis opem Viri Dei ſupplex implorat. His ille inflexus & injuriæ immemor, ut erat (quoniam ſub pondere inclinatus in genua non licuit flectere) Domino ſalutem ejus, facta oratione, commendat; vix ea abſoluta, alte ſoluta lingua in gratiarum actionem erumpens, gratias, inquit, Domino & tibi frater Lucheſi, cujus meritis lingua in Deum blaſphema, & in pauperes ſuos contumelioſa, debitam ultionem evaſit: cui Vir beatus: vade fili in pace, eſto tui cuſtos, ne pejus tibi contingat, nec deinceps offendas Deum factis, aut verbis.

Matt. 25. 40.

Blaſphemus correptus & liberatus.

VIII. Alio item die pergens ad maritima ſolus, onerato aſello iis, quæ infirmorum neceſſitatibus conquiſivit, eum a longe venientem, non procul a Civitate Maſſana, agnoverunt quidam inſolentes juvenes numero ſex, & conſilio inter ſe communicato; probemus, inquiunt, iſtum fraterculum Lucheſium, qui factis, & opinione ſanctus prædicatur, ſi ſpiritum Dei habet: auferamus quæ habet, illuſum, & verberatum relinquentes: ſi quidem hoc modeſte & patienter ferat, argumentum erit, nomen & opera concordare; ſin minus, pro impoſtore, & hypocrita deſpiciendus & puniendus, ut qui ſub vano ſanctitatis prætextu gloriam, & quæ ſua ſunt mercatur. Hæc illis a longe meditantibus, Deus qui a dextris ſervorum ſuorum eſt ne commoveantur, omnia præſens revelavit. Confiſus ergo in adjutorio Altiſſimi, nihil horum veritus conjurationibus, hilaris occurrit. Bene veneritis, inquit, filii, ſcio machinamenta veſtra, & conſilia, quod quantum in vobis eſt, ſpoliare me tunica, vexare contumeliis, privare aſello, aliiſque quæ ad uſum infirmorum defero, contendatis. Sed in veritate dico vobis, quod Deus protector meus eſt, cujus amore nihil poſſideo in hoc mundo, ſed quæcumque offeruntur, aut proprio labore conquiro patrimonium eſt pauperum Chriſti, quorum uſibus reſervatur: inventiones veſtræ mihi nocere, Domino protegente non poſſunt, nec in poteſtate veſtra eſt eas adverſum me explere. Hæc audientes, in ſtuporem & reverentiam Viri Dei acti, in quo manifeſte Deum inhabitare agnoverunt, ad pedes ejus veniam poſtulantes, humiliter procidunt, ejuſque precibus ſe commendantes, eum deinceps magna reverentia ſincere coluerunt.

Conſpiratio in eum facta.

Revelatur ei conjuratio.

Verba ejus ad hoſtes.

IX. Quidam pauperculus ex caſtro Podii-Bonantis, beato Lucheſio admodum familiaris, & beneficiis devinctus (cujus nempe liberalitate familia ejus ſuſtentabatur) publicis exactionibus obnoxius, cum ſolvendo par non eſſet, carceri mancipatur Florentiæ. Nocte autem inter ærumnas, & vincula pauperculæ familiæ, uxoris, & filiorum cura magis ſollicitabat anxium, ne ſubtracta quotidiani laboris merce, qua familiam alebat, fame miſere deperiret. Me miſerum, inquit, & afflictum nimis, ecce in carceribus periclitor, frater autem Lucheſius baculus pauperum, & ſolamen omnium afflictorum, vita fortaſſe functus eſt, & familiola mea, cujus

cujus viſcera nutriebat, heu, nunc fame moritur. O beate Lucheſi, ſi vita functus es, firmiſſime credo, te in cœlis vivere inter beatos: rogo igitur te, ut mei memor, adſis mihi, & filiis meis, quos tibi in viſceribus caritatis commendo. Mirabile dictu! idem fuit orationis, & afflictionis exitus: præſens Dei virtus per merita Sancti ſui, qui etiamtum inter vivos ſuperſtes peregrinatus eſt, clauſo carceris oſtio, ſolutis vinculis, pauperculum cum ſarcinulis, aliaque ſupellectile liberum conſtituit domi ſuæ, vigeſimo Florentiæ milliario; excitata autem uxore, & familia, quæ tum profunde dormiebat, aliquot horis miraculi admiratione pendebant, ſi ſomnium, aut illuſio, vel res ipſa ita ſe haberet, non ſecus, ac olim Petrus Hieroſolymis putabat ſe *viſum videre*, eductus per Angelum de carcere, cui eum mancipavit Herodes. *Incarceratum liberat.* *Act. 12. v. 10.*

X. Quantumvis interdiu beatus Lucheſius in miniſterio Chriſti diſcipulorum, cum Martha interpellatus hærebat, non intermiſit tamen orationis exercitium; noctu ad pedes Domini, cum Maria ſpiritum paſcens, fructum contemplationis actioni conjungebat, quin etiam B. P. Franciſcum ſerio æmulatus, numquam ab oratione animum revocabat, ſive ſtans, ſive ſedens, ſive laborans, ſive ambulans; cujus fructum crebra viſitatione, & dulcedine interiori eſt expertus, ſemel dum toto die inſudaret operi, curam habens ædificandi Monaſterii noſtrorum Fratrum, in dicto Podii-Bonantis loco extra oppidum, ſub completorio Eccleſiam ingreſſus, ſe dedit orationi, atque in Deum raptus immobilis permanſit: ſacriſta autem rei ignarus, eo vocato, admonuit tempus adveniſſe, quo claudenda erat janua, ſed nihil reſpondente Servo Dei, alter accedit, eumque excuſſit, ſed velut truncum immobilem ſentiens, expavit, veritus ne mors, aut aliud quodpiam accidens contingeret, receſſit, & poſt aliquod tempus ſupervenit exploraturus quid erat: invenit autem Virum Dei, ſurſum erecto corpore, in aëre elevatum ſupra terram, totumque in Deum abſorptum pendere. *Sedulus in orationibus.* *Raptus in extaſim.*

XI. In eodem loco, dum ſolus de nocte ad orationem pergeret ad Eccleſiam, obvium habuit quemdam Fratrem, quem in orationibus excubantem dæmon per illuſionem excitato fragore, & terræ motu tremefactum Eccleſia exturbavit, cui Vir ſanctus; quid frater properas? cur pretioſiſſimum Chriſti corpus deſeris? cur orationem intermittis, quæ nos Deo conjungit? Cui reſpondit Frater metum cauſatus, atque Eccleſiam mox caſuram terræ motu querulus exponit, mox Vir Dei ſubridens, hoſtiſque antiqui aſtum, tamquam veteranus jam miles agnoſcens, tironem confirmavit: cariſſime frater, inquit, ne plena hodie de te victoria glorietur, aut inſultet hoſtis, redi mecum, experiens illuſionem (ne timeas) quo ſtudio, & quieti orationis infenſus hoſtis de gradu ſuo mentem dejicere contendit, & a divinis ad terrena avocare. Redivit ſimul cum viro Dei prædictus Frater ad Eccleſiam, & in oratione perſeverans, hoſtis evicit fallacias, & beatum Lucheſium in extaſi poſitum videre meruit. *Trepidantem in oratione confirmat.*

XII. Neque hoc ſemel contigit, ſed frequentius a Fratribus viſus eſt ab exterioribus, ad immenſam contemplationis abyſſum abſorptus, nihil eorum, quæ foris patiebatur ſentire. Unde ſemel a quodam Fratre amico ſuo vocatus, nihil reſpondit: rogatus mox cur amico ſuo non reſponderit, frater cariſſime, inquit, ego tum alibi eram. Alio item tempore circa feſta Paſchalia, dum in Eccleſia oraret, Fratreſque in choro cantarent hymnum trium puerorum, ſeipſum ſtimulavit conſiderans quo-

quomodo omnes creaturæ erant obnoxiæ divinis laudibus, tamdem in Deum raptus, totuſque immobilis extra ſenſus remanſit per tempus.

Jejunia. XIII. Fuit etiam beatus Luchesius magnæ abſtinentiæ, crebriſque jejuniis, carnem in ſpiritus obſequium edomuit, præter Eccleſiæ jejunia, imitatus beatum ſuum inſtitutorem Franciſcum, jejunabat ab Aſcenſione uſque ad Pentecoſten; item Quadrageſimam in honorem Michaelis Archangeli; aliam a feſto omnium Sanctorum, uſque ad Nativitatem Domini; feria III. & VI. in memoriam Dominicæ paſſionis, in ſolo pane, & aqua, præter ea, quæ in tertia Regula a beato Franciſco inſtituta ſunt. Omnem ſuſpectam converſationem protinus fugiebat; ita familiæ nihilominus curam egit, potiſſimum filiorum, quos duos, ex uxore ſua Bona genuit, ut Deum timere ſollicitus doceret, verbo, & exemplo, amorique filiorum paterno, ita ex naturæ, & genitoris annexo munere indulſit, ut vigil tamen ſemper & cautus, ſuſpectum haberet ſollicitus, ne amori divino aliquouſque derogaret.

XIV. Hiſce progreſſibus beatus Luchesius ad perfectum virtutis gradum pervenit, per multos autem vitæ hujus labores, vigilias, jejunia, perſecutiones, ac infirmitates corporales probatus, donec jam tempus advenit, quo ad repoſitam gloriam, & requiem, eum avocare placuit Altiſſimo. In extremis ergo laborans corpore, mente autem & ſenſibus integer, dum jam tempus reſolutionis inſtare videretur; acceſſit Bona ejus uxor rogans, ut ſeipſam præſtolaretur, quæ laborum, & peregrinationis fuit conſors, fieret etiam, & conſolationum, annuit Vir ſanctus juſtis precibus: illa autem eo ipſo die in lectum febribus correpta incidit, quæ brevi tempore, vere Bonam, & meritorum plenam tranſmiſerunt ad requiem, perceptis rite ſacramentis, ſuique comparis manu ſignata, ſepulta eſt in plebe caſtri Podii-Bonitii. Miraculis claruit; & ejus reliquiæ inde ſublatæ ſunt, occupato per Florentinos caſtro, quod ſuſpectum habebant; ſolum remanſit in Fratrum Monaſterio brachium, quod ibi aſſervatur.

Oratio Bonæ uxoris exaudita.

Bonæ mors.

Marian. cap. 13.

XV. Superſtes Vir Dei, mortiſque ſuæ, quam jam ex revelatione novit, præſcius, accerſiri quam primum curavit fratrem Aldobrandinum, Ordinis Minorum, confeſſarium ſuum, qui illico ſuperveniens: cariſſime, inquit, frater Lucheſi, præpara animam tuam in occurſum ſponſi; ecce in proximo eſt, crede mihi, redemptio tua, ut veniat tibi ſalus, & laborum merces, ac corona: ad quem Vir beatus ſubridens, atque elevata paululum facie; Pater, inquit, amantiſſime Aldobrandine, ſi animæ meæ, in hanc uſque horam diſtuliſſem præparationem, non utique etiamnum diffiderem, apertum cognoſcens divinæ bonitatis, & miſericordiæ gremium: non tamen ob mortis pericula adeo accederem ſecurus, & judicem meum expectarem, manibus deinde, oculiſque in cœlum intentis, ſubjunxit; gratias ago altiſſimæ Trinitati, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, beatæ Mariæ ſemper Virgini, beato Patri meo Franciſco, & omnibus Sanctis, quia non meritis meis, ſed paſſionis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti paratum, liberum, expeditum a laqueis diaboli me fore ſentio. Hora igitur mortis inſtante, percepit ſacramenta, ac mox orans, & pſallens cum Fratribus, aliiſque qui ad tranſitum ejus convenerant, ſuaviter obdormivit in Domino XXVIII. Aprilis. Nullibi invenio notatum annum, ideo eum aſſignare non licet.

Oratio ejus ſub mortem.

Moritur.

Ejus poſt mortem miracula. XVI. Cœpit plurimis poſt mortem coruſcare miraculis, cum corpus ejus ad Eccleſiam Fratrum Minorum, extra caſtrum, cum frequentia totius

Digitized by Google

tius populi, & Cleri transferretur, momento ingruens pluvia, ita campos circa inundavit, ut nec ad corpus viri Dei accedere, nec ad eos qui cultus gratia convenientes eum ſequebantur, attingere quaſi ſenſu ducta, ſeu verius ob merita Sancti ſui, Dei virtute repulſa, accederet. Poſt biduum tranſitus ejus, abſciſſo pollicis extremo, ſanguis ubertim cucurrit, quod in mortuis humoribus rigentibus non contingit. Germanus uterinus fratris Aldobrandini præfati, umbilicum habens monſtruoſe turgeſcentem, manu Beati ei applicata, confeſtim ſanatur. Ejuſdem caſtri mulier quædam devota, uxor Boninſigni, corpus ejus adhuc inſepultum viſitavit, domum reverſa, infantem in cunis non procul ab igne relictum, inter medias flammas reperit, mortuumque exiſtimans, inclamat ſanctum Lucheſium; reſumptum autem infantem ſanum, integrum, illæſum, exuſtis ad carnem faſciis invenit, manibus, ac ore blandientem, attonita & lætabunda amplexa eſt. Sed idem infans decimum ſuæ ætatis annum attingens, totus humore ſalſo intumuit, pro quo mater Sancti jam virtutem experta, votum emiſit beato Lucheſio, cujus meritis ſanitati priſtinæ reſtituitur, hæc juratus parens teſtatus eſt. Alius quidam infantulus nepos prioris ex fratre, ſuffocatus in lecto a matre profundius obdormiente, nuncupato ad Beatum voto, reſuſcitatur.

XVII. Pontis aeris, loco quodam diœceſis Piſanæ, infantulus incaute incedens, cecidit in puteum: accurrit tota vicinia, cum afflictis parentibus, qui nihil aliud quam beatum Lucheſium ingeminabant, quorum fiducia non ceſſit in caſſum; adfuit enim beatus Vir, & devotum puerulum, qui eum mente jam aquis abſorptus invocavit, de profundo viſibiliter extulit in aquæ ſuperficie, velut in ſicco, ſecurus reperitur; rogatus autem quid hoc eſſet, reſpondit, beatum Lucheſium invocatum in eam uſque horam adfuiſſe, & porrecta manu aquis extuliſſe. Alius infantulus Papiani, vicino Podiobonanti loco, ad mortem ita laborans, ut ſyndon, quo involveretur defunctus, conſueretur, triſtis mater ad merita beati Lucheſii recurrens, emiſſo voto, ſanum filium recepit.

XVIII. Quod ſequitur in uno continet duo miracula, eaque maxima: Recineti urbe Provinciæ Marchiæ Anconitanæ, ob domus Lauretanæ in territorio ſitum, nota ſatis, & ex omni orbis parte frequentata, belluina in mutuas cædes Civium eo viguit ferocitas, ut non tam morte, quam inuſitato mortis genere fuerit terrenda. Lata ergo lex, ut homicida interfecto ligatus, & vivus terræ inferretur, eademque ſepulcri anguſtia mortuos obtegeret, quos tota Civitas vivos non eſt in pace complexa. Non longe poſtea duo Fratres, ſuborta de peculio lite, in verba, & rixas arſerant, quas alterius fratricidium terminavit. Alter alterum in maxilla pugno cæcidit, cæſus autem prompta in vindictam manu, adacta per ilia ſica, cædentem interfecit. Comprehenſus, legique ſubjectus accepit latam de homicidio ſententiam, itaque fratri interfecto vivus pedes, manuſque ligatus ſepulturam, cum ipſo unam accepit in cœmeterio Fratrum Minorum dictorum: avia materna fuit de caſtro Podii Bonitii, ſeu Bonantis. Mane ſequenti pueri quidam in eodem dicto cœmeterio *Fratrum Minorum Eccleſiæ dictæ* colludentes: & terram ſub eorum pedibus tremeſcentem, nunc elevari, nunc deprimi concernentes, clamoribus Fratres qui pſallebant in Eccleſia compellaverunt. Qui & ipſi illud idem quod pueri contuentes, & terram deſuper amovere ſatagentes, confuſæ vocis tenorem velut ab inferis aſcendentem elapſum tumulo, pariter audierunt. Cum vero magis ac magis leviter fodientes, eo-

Lex de homicidio data.

Digitized by Google

eorum corporibus propinquaſſent, audiſſentque liquido, miſericorditer nobiſcum agite quoniam vivimus, ligatos quidem invicem invenerunt; ſed unum vivum, vivificatum alterum ab invicem abſolventes, ſuperſtites ambos e fovea eduxerunt. Vagatur paſſim tantæ admirationis fama per urbem: concurrunt undique viri & mulieres, inter quos & mater eorum, nomine Joanna, venit. Properant magiſtratus & officiales, comparet & ipſe urbis Dominus, præſens adeſt cum Clero Epiſcopus, qui diverſi modi factum tam mirabile a diverſis inquirendo veſtigans, hoc tamdem dignum inter multa delegit. Qui enim fuerat ſica percuſſus unus ex duobus Fratribus, reverende, inquit, Pater & Domine, cum me ſauciatum lethali vulnere ſenſi, Fratri meo qui mihi mortem intulerat ex corde dimittens, meipſum Deo & beato Lucheſio, cujus amorem & devotionem ab incunabulis, matre docente, retinui, tota mente moriens commendavi: qui vero eumdem vulneraverat alter frater, ego, ſubjunxit, dum fratri meo tumulandus cum eo vivus funiculis aſtringebar, toto corde contritus, & de fratricidio pœnitens beato Lucheſio votum emiſi, quod ſi de tam crudeli morte ſuis meritis me ſervaret ſuperſtitem, Minorum Fratrum Religionem aſſumerem. Quæ vero præſens erat amborum genitrix; & ego, ſubintulit, felix nimium parens iſtorum, quos ab ineunte eorum ætate ſub cura & patrocinio ex peculiari devotione ſancti mei Lucheſii ad hanc uſque horam fortunata perduxi. Audito amborum flebili nimium mihi caſu, alterius animam, alterius vero corpoream vitam multis lacrymis Deo, & eidem beato Lucheſio, tota contriti cordis intentione commiſi. Stupentibus ad hæc cunctis qui aderant, & præ devotione illacrymantibus, qui mortuus fuerat & revixit, ad propria cum matre revertitur. Qui vero a morte præſervatus fuerat, propria omnia reſpuens, prout Deo voverat, & beato Lucheſio, Fratrum Minorum Religionem ingreditur.

Unum vivificat, alterum a morte præſervat.

Illuminati luſci, & cæci.

XIX. Filius Franciſci ex caſtro Podii ſæpius præfato oculum dextrum puſtula, ſeu apoſtemate obductum habens, nihil eo cernebat; aſſumpta autem Viri ſancti manu, dum adhuc in feretro jaceret, & leviter ea oculum fricans, illico convaluit.

XX. Joannes Guidonis de caſtro Linari in acutum palmitem caput incautius impegit, qui oculos ejus perſtrinxit; plurimis autem diebus graviſſimo dolore in tenebris degens, nihil omnino videbat; emiſſo ad beatum Lucheſium voto, illico ſanatur. Alius natura cœcus de caſtro Florentino, ad ſepulcrum Sancti orans, viſum recepit. Mulier, de caſtro Linari, Mona Gemma dicta, quinque menſibus viſu omnino deſtituta, ſe beati Lucheſii precibus devovit, qui mox eidem magno ſplendore apparens, oculos ſignavit, & ſanitatem brevi promiſit affuturam, quæ ſequenti die promiſſionem conſecuta eſt, dum Gemma ad ſepulcrum beati Lucheſii duceretur, apertis enim in via oculis viſum recepit.

Liberati à vinculis.

XXI. Bonus de Poſcia, dictus de Podio Bonitii, dum crudeſcerent in Tuſcia Guelphorum, & Gibellinorum inteſtina odia, captivus ductus eſt ad caſtrum ſancti Geminiani, in manus cujuſpiam Tyranni incidens, qui eum ligavit in modum crucis ligno, adhibitis, ne evadere poſſet, cuſtodibus; cum ſe autem beato Lucheſio devotos commendaret, circa mediam noctem evigilans, ſolutis ſtatim vinculis, liber effugit.

XXII. Dominus Bindi Volaterranus ad idem caſtrum captivus adducitur, ſe Deo & Lucheſio toto corde commiſit; mortuis aliis fame, ſolus multis diebus miraculoſe abſque cibo, & potu ſuperſtes, ſolutis vinculis, apertis

Digitized by Google

tis carceris & caſtri portis de nocte ab inviſibili quadam virtute, evaſit ſecurus, & in gratiarum actionem ſublata, in quibus tenebatur, vincula ab Beati ſepulcrum devote ſuſpendit.

XXIII. Viri tres ex eodem caſtro Podii Bonitii carceribus arctiſſimis Florentiæ detenti, communi ad Sanctum concepto voto, ſe meritis ejus commendarunt; noctu apparuit ſolutis vinculis, aperto carcere, & Civitatis porta, liberos emiſit. Alius ejuſdem caſtri ligatus ad palum in Monaſterio de Turre Senenſi, voto emiſſo, fuit miraculoſe per Sanctum liberatus.

XXIV. Fr. Bartholomæus Ordinis Minorum de Ponte Milio, lapſus in Arnum extra Piſas, ſanctum invocavit Lucheſium, & ſiccis veſtibus de flumine eductus eſt. Liberati ab aquis.

XXV. Angelus de Oſia, cum ex Apulia in Epyrum ſolueret, maxima ſuborta tempeſtate, malus effringitur, clavus revulſus eſt, & navis hinc inde fluctuabat, prout ventus & unda impellebant; ille autem omnes provocavit ad beati Lucheſii invocationem, qui eis magno ſplendore circumfuſus apparens, tranquillum & navigabile reddidit mare.

XXVI. Fr. Bartholomæus de Tolomæis Senenſis Ordinis Minorum, qui & ipſius Sancti vitam ſcripſit, reverſus ex capitulo Ordinis generali quod Maſſiliæ celebratum eſt (forte MCCCXIX. aliud invenitur poſterius celebratum) cum aliis decem, & octo Fratribus, & multis qui ex peregrinatione Compoſtellana redibant in Italiam, viſitaturi limina Apoſtolorum, conſcenderunt navem in Gallia; cumque prope jam legerent oram Savonæ, repentina tempeſtas repulit eos in altum, fracto malo, disjectis velis, laxatis rudentibus, mortem cernentes præſentem, quiſque pro ſua devotione divos tutelares invocabat: inter alios navigabat quidam Peregrinus de Papiano; omnes adhortatus eſt ad invocationem beati Lucheſii, qui in ſe confiſos numquam fruſtratur auxilio opportuno; cumque omnes, nuncupato communi conſenſu voto, Lucheſium invocarent, non diu perſiſtentibus in oratione, dictus Peregrinus exclamat, beatum Lucheſium advenire, hortatus ut eum genibus flexis cum reverentia exciperent: illico ceſſat tempeſtas, ſubſidet mare, & omnes ſalva navi, portum Savonæ mox ſubierunt. Singuli autem incenſa cerea unius libræ ponderis, cum reliquis ſimul ordinata proceſſione, ad Eccleſiam Fratrum Minorum dictæ Civitatis progreſſi, Deo, ac beato Lucheſio, cujus meritis naufragium evaſerunt, gratiarum actionem retulerunt, oblatis ad altare dictis cereis.

XXVII. Multa etiam alia, præter hæc ſigna, edidit. Vetulæ ſexagenariæ mammas impinguavit, præter naturæ curſum, ad lactandum in cunis nepotem, cujus mater obiit. Duas alias a partus periculo liberavit. Tortum in equuleo tormentis abſque omni dolore ſubtraxit. Alios ſeptem a variis infirmitatibus curavit, quorum unus ſacrilegus in Sanctum, & contra Sacerdotis præceptum, Beati diem feſtum violavit, non ſine divina ultione; dum enim ligna ſcinderet, proprium etiam pedem incautus abſcidit: quem integrum pœnitenti, emiſſo voto, Sanctus reſtituit. Ejus reliquiæ in arca marmorea ſub dicti Conventus altari jacent: caput ipſius indultu Gregorii X. quotannis proceſſionaliter defertur ad dictum caſtrum Podii Bonitii, cujus ſanctitatem miraculo primum experiri Pontifex illuc tranſiens voluit, projecto in ignem capite, quod inde ſine aduſtione ſtatim exilivit. Alia miracula. Defertur caput ejus in proceſſione.

XXVIII. Milliario ſecundo a dicto caſtro Podii Bonantis, viam ſolitariam

B. Petrus tertii Ordinis. *Marian. ibi.*

riam egit quidam frater Petrus tertii Ordinis. Fuit magnæ diſciplinæ, & paupertatis cultor, eo ibidem mortuo, omnes dicti caſtri campanæ tranſitum Viri Dei celebrarunt; divinitus enim emotæ ſonuerunt univerſæ, quo miraculo totus excitatus populus, ad montem præfatum accurrit: de ſepultura agitur; ſed pro ſuo quiſque ſtudio locum eligit, in plebe caſtri ſepeliendum alii diſſerunt, alii in Abbatia, alii in Parochia de Plano, alii vero in Conventu Fratrum Minorum. Verum miraculo lis dirimitur; examen porro papilionum corpus Viri beati ad omnium admirationem circumvolitans, binis deinde ac binis ad plebem caſtri pergentibus, iter monſtravit, quod unanimi conſenſu totus Clerus ac populus elato funere proſequitur: ad eamdem Eccleſiam plebis, in qua ſepulcrum Viro ſancto fabricatum eſt, feſtum ejus in die Trinitatis ibidem antiquitus colebatur.

Locum ſepulcri monſtrant papiliones.

XXIX. Multi etiam alii fuere ejus tertiæ Regulæ profeſſores vita, ſanctitate, ac miraculis conſpicui; diverſis quidem temporibus floruerunt, quos nomine tenus hic ſubindicare tantum lubet ex eodem Auctore. Beatus Richardus Epiſcopus Fori Sempronii. Beatus Gualterus Epiſcopus Terviſii. Beatus Jacobus de Laude Sacerdos. Beatus Alexander Magiſter ſacræ Theologiæ. Beatus Landenus de Monte Feltrio. Beatus Joannes de Ravenna. Beatus quidam dictus Carolus. Beatus Bonamicus de Volaterris. Beatus Andreas de Tuderto, cujus corpus oſtenditur Florentiæ in Fratrum Conventu; alius etiam in ſanctæ Crucis Conventu jacet in eadem Civitate, cujus nomen reticet Piſanus.

Varii Sancti tertiæ Regulæ.

XXX. Hoc anno mortua eſt beata ſoror Viridiana tertiæ Regulæ die prima Februarii in caſtro Florentino, unde orta eſt, comitatus & Epiſcopatus Florentiæ. Hæc ab infantia ſua cœpit Deum timere, & diſciplinæ incumbere, numquam viſa eſt ætatis illius crepundiis indulgere, conſortium exoſa aliorum, ſolitudinis cupida, mundum ab infantia deſpexit; intus ad carnem cilicio, & circulo ferreo accincta, jejuniis, ac operibus piis ſe totam dedit, quorum ſtudium ab infantia cum illa crevit: adſcita in familiam a quodam ſuo parente, totique domui præpoſita, quidquid ſubtrahere potuit, pio furto in pauperes diſtribuebat, ſeu verius Chriſto, Domino ſuperiori obſecuta, quæ ſervo erant ſuperflua, in egenorum ſubventionem miniſtrabat. Contigit autem, ingruente fame qua paſſim homines deperibant, ut dictus ejus parens arcam domi fabis plenam majori lucro inhians ſervaret, quam ſancta Viridiana in pauperes diſtribuit; ille cum eamdem jam alii venderet, inito pretio, vacuam invenit, & in Dei famulam debacchatus, rationem exigit ſubtracti lucri; hæc autem ad conſuetum orationis ſubſidium confugiens, tota nocte precibus inſtitit, donec arca divinitus repleta fuerit; advocato autem hero; ecce, inquit, fabæ per Chriſtum reſtitutæ ſunt, qui eaſdem per manus pauperum ſuorum abſtulit. Deinceps creſcente ſanctitatis ſuæ fama, hominum favorem declinare cupiens, peregrinationem ſuſcepit Compoſtellam, aliam Romam ad limina Apoſtolorum. Mox in patriam poſt annos aliquot regreſſa, ædificata in Eccleſia ſancti Antonii cellula, velum & tunicam converſationis religioſæ de manu Plebani aſſumens, ſeipſam deinceps tota vita incluſit, porta exterius murata; relicta tamen feneſtella ad uſus neceſſarios & communicationem, quam intrinſecus ipſa, obducto peſſulo, claudens, rarius aperiebat. Incluſa eſt anno MCCVIII. inconſueto igitur ſolitariæ vitæ exercitio perſeverans, tamdem poſt aliquot annos, a B.P. Franciſco, dum ibidem locum habitationi Fratrum reci-

B. Viridiana. *Marian.*

Caritas in pauperes.

Precibus ſupplet impetrat quod hero abſtulit.

Recepta ad ſtatum tertii Ordinis a B. Franc.

Digitized by Google

ciperet, & alios ad ſtatum pœnitentiæ, ex præſcripto tertiæ Regulæ, admitteret, hæc velut adhuc rudior in via Domini, ab eodem plenius inſtructa & illuminata, aſſumpſit tertii Ordinis habitum, cum alias nulla certa Regula ductum ſpiritus ſequebatur in ſtatu anachoretico. Claruit multis miraculis in vita & morte: mutavit aquam in vinum, quam infirmi guſtantes ſunt ſanati. Puerum fracto crure, & manu, applicatis ad feneſtellam ejus membris læſis, ſanavit. Viſum reſtituit cœcæ; duo maxime ſerpentes ejus Cellam frequentabant, quæ ad exercitium virtutis & patientiæ famulam domini male tractabant, excuſſis & vibratis in eam caudis, ut viribus aliquando ex contuſione deſtituta, per dies in lectulo jaceret: hanc ipſa a Domino perſecutionem contendit, vitam æmulata ſancti Antonii Abbatis, qui plura a dæmonibus in varia ferarum ſpecie eſt paſſus. Horam mortis præſcivit: mortua eſt genibus flexis, erecto corpore, cancellatis brachiis: in ejus tranſitu campanæ inviſibiliter prout moris eſt in magna ſolemnitate, velut felicitati applaudentes, ſonuerunt: cumque omnes novitatem caſus inveſtigarent, puer ab ubere matris ſuſpenſus, miraculoſe loquutus, cauſam edixit: mortua eſt, inquit, ſancta Dei Viridiana. Decem & ſeptem diebus jacuit inſepulta: pro ſatisfactione undequaque Florentia, Senis, Piſis, Volaterris, concurrentibus populis, odorem ſuaviſſimum ſpirans, quo tempore plurimi ab infirmitatibus precibus ejus convaluerunt. Inter eos mundata eſt leproſa, præſervatus ſine læſione in medio flammarum lapſus infans, ſpiritus immundos e corporibus expulit, in quo ſpeciali virtute ejus merita ſe prodebant, ſicut & ſanandis vulneratis. His excitus miles quidam Romanus magni nominis, in prælio trajectus ſagitta, femur, cui uncinus, ſeu hamus adacto ferro per annum, nullo potuit medicamento, aut chyrurgorum arte extrahi. Accedens autem, emiſſo voto ad ſepulcrum beatæ Viridianæ, cum aliquot jam paſſibus adoraturus appropinquaret, excuſſum divina virtute ferrum, in oppoſitum parietem magna vi torſit, omnium admiratione & lætitia. Inter alia autem dona, quæ in gratiarum actionem obtulit, curavit depingi Sanctam in ea forma, qua nunc in Eccleſia cernitur habitu tertii Ordinis, & chorda præcinctam. Sepulta eſt, erecto Sacello & altari, eo loci, ubi vivens pœnitentiam egit.

Claret miraculis.

Ad mortē campanæ ſonant inviſibiliter.

Varia miracula.

XXXI. Non prætereunda hoc anno quæ ſuperſunt Conventus Confergus Provinciæ Hiberniæ memoria, cujus antiquitatem ex tempore mortis clariſſimi viri Hugonis Laci comitis Ultoniæ utcumque venamur. Hic autem anno MCCXLIII. mortuus & ſepultus eſt in eodem Conventu, ut tradunt Mariſburienſis, Chronicon Hiberniæ ad calcem Camdeni. Relatio duplex tranſmiſſa ex Hibernia, aliud etiam MS. Conſtat proinde, Conventum ante dictum annum fabricatum fuiſſe, quando autem, incertum eſt. Omnia porro ejus monumenta perierunt. Alii ferunt Conventum exædificatum a Domino Magenguſa, antiquæ nobilitatis, & proſapiæ dynaſta; alii (quod certius exiſtimaverim) fundatorem ſtatuunt Onellum Buidhe, & familiam Nellæam, quorum ea poſſeſſio extitit, & in dicto Conventu ſepeliebantur. Hujus dynaſta Nellus Hugonis Felmidii induxit reformationem Obſervantiæ in eum Conventum, ejectis Patribus Conventualibus. Obiit ibidem ſepultus anno MDXII. III. Idus Aprilis. Expulſi ſunt inde Fratres ſub Regina Eliſabetha. Quinque autem per Anglum Præfectum capti & incarcerati ſunt; excuſſa tamdem ſacra ſupellectile, dimiſſi, cum amplioris lucri ſpes omnis exciderit: vocabantur frater Robertus Mac-Congaill, frater Eugenius Mac an

Conventus Confergus.

Relatio Prov. aliaque MS. Mariſbur. Matt. Pariſ.

Digitized by Google

Taire, frater Donatus Molanus, frater Carolus ò Hauvill, frater Patritius Mac Taighe. Jacet in Comitatu Antrin, & diœceſi Conorienſi Provincia Armacana, ea Ultoniæ parte, quæ vulgo *Cland Aodbæ Buidbæ* appellatur, antequam tota Provincia reformationem accepit, fuit ex præcipuis familiæ Obſervantiæ. Alio nomine a loco dicitur *Graigfearguſa*, id eſt ſcopulus Ferguſii. Portus eſt maritimus, commercio idoneus, & Anglorum colonia, nunc dierum Conventus in profanam curiam, violata per pro-Regem Hiberniæ religione, tranſivit, ne quidquam trina murorum ruina (cujus cauſa alia latuit præter divinam commonitionem) miraculo territum.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

B. Galterius Epiſc. in Ordine clarus.

Wadd. ad hunc an.

,, I. VAcante Apoſtolica Sede, Friderici inſultibus patebat Ec-
,, cleſia: Interim vero Tarviſium ad Silim fluvium beatum
,, Galterium ſuum Epiſcopum æternæ tiara gloriæ donandum, IX. Ka-
,, lendas Septembris tranſmiſit in cœlum. Hic tertii Ordinis Seraphici
,, P. ſancti Franciſci alumnus, in Epiſcopali ſolio, veluti ſol in majeſta-
,, te ſua fulgens, optimi paſtoris partes adimplens, doctrina & incon-
,, taminatæ vitæ exemplo ovibus ſuis dum præluceret, paſtorali bono-
,, rum operum pedo eas ad beata paſcua dirigebat: ſed tamdem omni
,, virtutum genere clarus, miraculis etiam coruſcans, depoſita corporis
,, ſarcina, ad Principem paſtorum Chriſtum, bonorum retributorem,
,, properavit: agitque de eo Silveſter Marulus, & Arturus ei adſignat
,, diem XXIV. Auguſti.

Sandom. deſcrib.

Art. in Mart. Franc.

,, II. Sandomiria Civitas principalis in Polonia, muro circumdata
,, in colle ad Viſtulam fluvium ſita cum arce antiqui operis, & ut tunc
,, bella erant, ſatis munita diſtans Cracovia in Ceciam XXII. milliaribus
,, germanicis, hoc anno induſtria fratris Raymuudi Miniſtri Provincia-
,, lis Bohemiæ, & Poloniæ provincialia Comitia apud Aureum Montem
,, in feſto Aſſumptionis beatæ Virginis Mariæ habentis, Fratres Mino-
,, res admiſit, eiſque domum conſtruxit; quæ poſtea Zavichoſtium alte-
,, ram Civitatem ad eumdem fluvium, Sandomir, a tribus leucis in ceciam
,, pariter diſtantem, tranſlata fuit.

ARGUMENTUM.

Aſſumitur ad Pontificatum Innocentius IV. qui fruſtra mentionem pacis Friderico ingerit. Inſtitutum Franciſcanum aſſumpſit ſanctus Bonaventura, ejuſque in illo progreſſus. Deus varie Regulæ tranſgreſſores ultus. Beatæ Agnetis Bohemæ conſultis reſpondit Pontifex. Indulſit plura Ordini, tam Fratrum quam Sanctimonialium.

Electio Innocentii IV.

I. POſtquam viginti duobus menſibus ſedes Apoſtolica ſuo paſtore viduata Friderici Imperatoris inſultibus patuit, nec alioquin ad electionem procedere, viſum eſt Patribus, donec ii qui in vinculis ab Imperatore tenebantur Melphi, dimitterentur. Tamdem Balduini Imperatoris Conſtantinopolitani interventu & precibus, reſtituti ſunt in libertatem, qui cum reliquis convenientes Anagniæ, decem omnes numero, elegerunt communi ſuffragio Sinibaldum Fliſcum, ex Lavaniæ comiti-

bus

Digitized by Google

bus familia Fliſca nobili, & antiqua, Li urem, Genuenſem. VIII. autem Kalendas Julii ſalutatur Innocentius IV. Vir fuit divini & humani juris conſultiſſimus. Inviſa, præter omnium ſpem, ea fuit electio Imperatori, ob notam Viri integritatem animique magnitudinem & conſtantiam: unde cum ad gratulationis ergo accurrentes, læta hujus Viri electione quidam nunciare ſe putabant, reſpondiſſe fertur; ſe optimum amicum Cardinalem Sinibaldum amiſiſſe, acerrimum hoſtem Innocentium Pontificem nactum; cujus opinio fidem rei ipſius, eventu ſortita eſt, ut acta Lugdunenſis Concilii teſtantur. *Ciaccon. Platina, Marian. Maſſon. & reliqui.*

II. Deficiente, ut dictum eſt, hiſce temporibus fratre Elia, tanta quondam Ordinis lucerna, alia ſuborta eſt major, & velut ex arente jam trunco ſuccrevit palmes, ut oraculi certitudo comprobetur, quod Chriſtus beato Patri noſtro promiſit numquam defuturos in ſua Religione viros, qui doctrinæ, vitæque exemplo aliis in Eccleſia, tempore quantumlibet caliginoſo prælucerent, etſi nati non eſſent, fore ut naſcantur. Defectum ergo Eliæ ſupplevit, ſeu cum fœnore omni ex parte repoſuit; officio, dignitate, moribus, ſcientia, longe major ejus loco Ordini & Eccleſiæ univerſæ datus, egregius juvenis frater Bonaventura Fidantius a Balneoregio, qui hoc ipſo anno ætatis XXIII. ingreſſus (vel ut alii volunt ſuperiori, natus circa viginti duos annos) nomen Franciſcanæ Religioni dedit ſuſcepto converſationis ejus habitu, in Alma Provincia Romana, quod ante mortem Haymonis Generalis contigiſſe fides Auctorum eſt, qui vel ſub ipſo, vel ab ipſo ad Ordinem coaptatum ferunt. Rationem temporis inveſtigare quis poterit hoc modo; mortuus eſt anno MCCLXXIV. ætatis autem LIII. aſſumptus eſt ad officium Generalatus anno ingreſſus Religionis XIII. præfuit autem Ordini annis XVIII. uſque ad mortem. Hæc in toto complent XXXI. annos, quibus in Religione vixit; his adde viginti duos annos, habebis completum vitæ tempus, annorum quinquaginta trium. Deinde ſubductis annis XXXI. vitæ regularis ex anno MCCLXXIV. quo obiit, remanet MCCXLIII. quo monachatum induit, qui eſt annus præſens. Rodulphus ingreſſum refert anno ætatis vigeſimo primo. Verior nobis & certior ea ſupputatio probatur, quæ ex eo quod minus dubium eſt, & in quo magis conveniunt Auctores elicitur; quamquam non negarem Rodulpho completo XXI. & inchoato tantum ſecundo Religionem forte amplexum eſſe. Quod ſubindicat Marianus aſſerens circa XXII. annum Religionem induiſſe, cum quo concordat Officii legenda. Quidquid eſt, non incongrue, aut contra receptum ſtylum progreſſus vitæ ejus hic commemoratur, ſive hoc ipſo, ſive ſuperiori anno ſeculum deſeruerit. Ejus vitam luculento ſtylo præter alios, ſcripſit Petrus Galecinus Prothonotarius Apoſtolicus, quam cæſim hic reddere placet ut occaſio, & ſtylus feret. *B. Bonaventura.*

III. Fuit Bonaventura corporis habitu procero, beneque conſtituto, uſque adeo ut numquam, aut certe raro ex adverſa infirmaque valetudine laboraret; cujus rei argumento ſunt tot ac tanti labores pro Ordine Franciſcano, proque Eccleſia Dei ſuſcepti, ac librorum, opuſculorum, & commentariorum lucubrationes innumeræ. Vultu autem gravi & aſpectu angelico, ut homines raperet ad admirationem ſui: facie lacrymis aliquando irrigua, cum ſoleret (quemadmodum de ſe ipſe teſtatur) divini amoris ardore flagrans, jucunditatiſque dulcedine perfuſus, in Chriſti vulneribus fixus meditationi inhærere. Ea denique corporis forma, vel potius dignitate, eaque animi indole ſumma, ut nemo illum *Ejus ſtatura & conſtitutio corporis.*

non veneraretur, nemo item, qui ſe ab eo moneri non pateretur vel libentiſſime.

Infirmatur. IV. Pene infans in morbum gravem incidit; eamque ob rem, cum mater mortem ejus valde metueret, propterea quod maxime videret, neque medicorum ſolertia, neque medicamentorum vi, neque naturæ adjumento illum convaleſcere, nihil potius habuit eximia pietate mulier, quam ut opem Dei imploraret, a quo uno ſperabat filium tam graviter ægrotantem, a Phyſicíſque deſperatum, ac relictum, poſſe a graviſſima illa, periculoſiſſimaque ægrotatione liberari. Erat eo tempore in Italia, & ubique ferme terrarum celebrata fama ſanctitatis beati Franciſci: ad quem ea cum confugiſſet, piis illius precibus, ac meritis ſe intime commendavit: vovitque ſi ſalvus e vitæ periculo evaſiſſet, illum

Liberatur precibus S. Franciſci. Religioni Franciſcanæ dicaturam. Tunc mœſtam, ac mœrentem matrem is omni caritatis officio valde primum conſolatus, maxime oratione adjuvit, cum Deum ſancte precando, a divina miſericordia impetravit, quod de filii ſalute tantopere expetierat. Id ſane mirabile admodum viſum eſt omnibus, & medicis potiſſimum, qui morbum pueri inſanabilem plane judicarunt.

V. Itaque Bonaventura alterum, & vigeſimum annum agens, memor & voti, quod mater nuncuparat, & divini præcepti, quod a Davi-

Pſalm. 75. 12. Religionem aſſumpſit. de in hæc verba ſcriptum eſt: *Vovete & reddite Domino Deo veſtro, omnes qui in circuitu ejus affertis munera*: ſancti Franciſci habitum, inſtitutaque Regulæ Seraphicæ incredibili animi ardore ſuſcepit, & commemorabili pietatis exemplo, imitatione digniſſimo: id vero beneficium cum tanti faceret, quanti a ſe maximi fieri munus divinum debere exiſtimaret, id aperte oſtendit, & profeſſus eſt iis verbis: *Voto pro me languente, ad beatum Franciſcum emiſſo a matre, cum adhuc eſſem parvulus, ab ipſis ſum mortis faucibus erutus, & in robur vitæ incolumis reſtitutus.*

Sanitatem reſtitutam gratus agnoſcit. *Quod cum viva memoria teneam, vera nunc confeſſione profiteor, ne tantum beneficium reticens ſceleris arguar, ut ingratus*, quare ad ejus preces ita effudit: *Accipe, Pater beate, quaſcumque meritiſque tuis, ac beneficiis impares gratiarum actiones; & cum ſuſceperis vota, culpas noſtras ſic orando excuſa, ut a malis præſentibus eruas, & ad bona ſempiterna perducas.* Adſcriptus igitur in Ordine ſancti Franciſci, omnia conſilia, cogitationes, factaque ad Seraphici Patris vitam referebat: quam moribus ita

Progreſſus ejus in Religione. expreſſit, ut ejus virtutum hæres eſſe videretur. Cujus enim res pie, religioſe, admirabiliter, divineque geſtas ad poſteritatem litterarum monumentis conſignaturus erat, maluit ſancta æmulatione factorum illas imitari prius, quam ſcriptorum copia enarrare.

Teſtimonium Alenſis de ſancto Bonaventura. VI. Ea porro vitæ innocentia, ea morum caſtitate, eoque ſinceri animi ſplendore is quidem ceteris præluxit, ut Alexander Alenſis, cui clariſſimo Theologiæ Magiſtro, operam dedit, dicere ſoleret: *Non videri Adam in Bonaventura peccaſſe.* Non vero fefellit illum opinio, quam de eo eximiam conceperat. Humilitatem vero, quæ omnium virtutum ſeminarium eſt, & quam a ſe magiſter cœleſtis Chriſtus Dominus,

Matth. 11. 29. potiſſimum diſci voluit: *Diſcite*, inquit, *a me, quia mitis ſum & humilis corde*, mirifice ipſe coluit, exemplaque ejus plurima dedit, ac documenta. Scriptum autem de ea reliquit multis locis, ac libris, eoque præſertim, quem *Pharetram* inſcripſit. In omni quidem fere Opuſculo

Humilitas. ſe humilem oſtendit, ac profitetur. Plena ſunt humilitatis verba, quæ ex intimis animi ſenſibus aliquando in libro confeſſionali ita profert: *Ce-*

Digitized by Google

Ceterum ſimplex, ſimplicibus ſimplici ſcribens ſimpliciter, particulas præſentis Opuſculi, ſecundum quod occurrerunt memoriæ magis, quam ſecundum naturalem ad invicem cohærentiam ordinavi, omni qua poſſum humilitate, ac devotione ſupplicans, quatenus

Sis mihi corrector, reſecando ſuperflua lector;
Veraque digneris, qua deſunt jungere veris,
Omnem defectum partim ſtudio brevitatis
Scribentis tribuas, partim vitio ruditatis.

Alio præterea in Opuſculo, quod de *Puritate conſcientiæ* a ſe editum Gerſon interdum præclare commeminit, cernere etiam licet, præſertim capite ultimo, quam demiſſe, quam de ſe humiliter ſentiat. Et quoniam hujus virtutis, quæ excelſa eſt, atque uſque eo alta, ut cœlum etiam penetret, ſtadium non ſolum ipſe cucurrit, ſed alios in eodem verſari maximopere deſideravit, cum locum aliquem in divinis litteris nactus eſt, ubi celſiſſimæ illius virtutis gradus demonſtrare queat, nullum ſane prætermittit, Chriſti Domini humilitatem, & item Virginis Mariæ matris, ubique fere in aliquot Opuſculis docet, ac prædicat. Ejuſdem autem virtutis exempla profecto quamplurima is præbuit, ac reliquit, cum eſſet in ſanctis illis vitæ ejuſdem, & Chriſti Jeſu, & beatiſſimæ Virginis meditationibus aſſidue verſatus. Nec vero is, cujus animus ad humilitatis officia eruditus, numquam turgeſcebat, neque tumebat, ne doctrinarum quidem, quibus abundabat copia, ab operibus ceſſavit, quæ vilia, contemptaque vulgo putantur. Vaſcula deterſit, & lavit, tricliniis, cubiculiſque domus verrendis, aliiſque iſtiuſmodi miniſteriis exequendis, quæ ceteri faſtidioſius præſtare videbantur, operam navavit. Ab iis porro vix abduci poterat, niſi ſuperiorum, quibus obediendum erat, juſſu. Indignum enim hoc valde illi arbitrabantur, ut tantus Vir quem ſanctitate prælucentem, ſcientia affluentem, ac multis Spiritus ſancti donis ornatum cernebant; opus in rebus humilibus, atque abjectiſſimis occuparet. Quinimo quod maxime mirandum eſt, tanta præſtitit humilitate, ut cum diu aliquando adhuc junior ſe indignum putarit ſanctiſſimo Chriſti corpore, dignus ideo fuerit, qui id, Angelo miniſtrante, ſuſceperit. *Ei Euchariſtiam miniſtrat Angelus.*

VII. Præcipuam autem curam ægrotantium habere perpetuo voluit, iiſque hilariter miniſtrabat, atque eo libentius, quo gravior morbus, & contagioſior eſſet. Quam ſane rem commemoro non ab ea diſſimilem, quam Nazianzenus a Baſilio ſcribit factam, qui hominum lepra laborantium, vulnera & curavit, & oſculatus eſt. Curandis vero ægrotis Fratribus ita aſſiduus Bonaventura fuit, ut magnam diei partem conſumeret: nec propterea tamen ab interpretandi munere, aliiſque exercitationibus litterariis deſiſtebat. *Ægrotis ſervit.*

VIII. Atqui ea erga cunctos exarſit caritate, ut, ſi quem triſtem, & conturbatum interdum videret, non conquieſceret, donec eum hilarem, lætumque redderet, in mœrore jacentem conſolando excitaret; & a bono propoſito declinantem, ad viam revocaret recte progrediendi. Vix dici poteſt, quam ſuavibus, quam commodis uſus ſit moribus, ut pro concione Innocentius V. Pontifex aliquando aſſeveranter dixerit, quotquot in eum incidiſſent illius ſuavitate captos, ejus dictis ac monitis fuiſſe audientes. Sed res planior fiet, cum locus inciderit narrandi de Græcis, quorum ſibi benevolentiam in Concilio Lugdunenſi Æcumenico II. valde conciliavit. *Ejus benignitas.*

IX. At

Digitized by Google

Pſalm. 1. 2. IX. At in lege Domini die, noctєque meditatus, admirabili lacrymarum ubertate totum ſe in contemplationibus vitæ Chriſti Redemptoris pie effudit. Opuſculum eo nomine contexuit, cujus uſum, rationemque ad ſingulas hebdomadæ ferias quam ſanctiſſime, ac rectiſſime accommodavit. Curarum hujus ſeculi tempeſtatem fugit aſſiduitate orationum, quibus ita fixus hæſit, ut mentis cogitationibus cœleſtibus ſe a corporis ſenſibus aliquando obduceret. Chriſtum Dominum patientem non ſolum meditando, ſed etiam ſcribendo ob oculos ſibi propoſuit. Eamque ob cauſam uſque adeo diligenter ſcripſit, ut legentium animos vehementer moveat, admirabiliter inflammet ad divinam pietatem, cognitionemque rerum cœleſtium. Scite igitur de eo graviſſimus Auctor dixit; non inflantia, ſed inflammantia verba ſanctus Bonaventura protulit. Verumenimvero, cum ad eam partem accedam, quæ ad eximiam, atque exquiſitam ejus doctrinam, & eruditionem, aut certe ſcribendi rationem, vim dignitatemque attinet, non prætermittam ullas ejus generis partes.

Studium contemplationis.

X. Sed profecto ad ſanctarum contemplationum, meditationumque ſtudium fuiſſe eum quam diligentiſſimum, nemo eſt, quin facile intelligat, qui eo magiſtro ac duce, illarum exercitationibus utitur. Earum enim uſu optime peritus, præclare docuit vim, materiam, formam, finem, ac diſtinctionem: & vero de ſingulis præcepta valde utilia dedit, atque exempla, quibus non modo ad contemplandum, atque ad meditandum, ſed etiam ad cogitandum, & orandum piorum hominum mentes, animique informarentur. Contemplationem autem a meditatione, oratione, & cogitatione recte diſtinxit, ut is qui in earum unaquaque perpetuas, magnaſque progreſſiones habuit. Ac præterea contemplationis, actioniſque viciſſitudines oſtendit, quæ in ſingulos etiam dies ſint meditanda, quæ in ſingulas quoque diei horas, vel potius in ſingula momenta, & quæ cum meditatione conveniant, quæ item in perenni jugique meditatione verſentur, ita dilucide multis Opuſculis explicavit, ut egregium ſanctarum meditationum, & contemplationum præceptorem, præclarumque interpretem facile quis poſſit agnoſcere.

1. Theſ. 5. 16. XI. Orandi modum a Chriſto Domino inſtitutum, ac præſcriptum docuit: *ſine intermiſſione orare* quid ſit, ſæpenumero expoſuit: orationis gradus, partes, fructus, utilitates, tempuſque enarravit. Pro quibus preces adhiberi oporteat explanavit; etiam quotidie, præſertim pro ſancta Eccleſia Romana, cujus ſe eximium cultorem ſemper præbuit. Sed Opuſcula complura, quæ de exercitationibus ſpiritualibus edidit, plane declarant, ac ſignificant ſtudium, & uſum, quo is in omni religioſarum precationum genere ſeſe diu noctuque exercuit, mente non ſolum ac ſpiritu, ſed etiam voce. Eamque ob rem Officium de paſſione Domini, & item de cruce compoſuit. Beatiſſimam porro Dei genitricem Mariam Virginem ſibi patronam cœleſtem delegit, & eximia pietate coluit; ideoque Opuſcula confecit, quibus ad ejus laudes ipſe & ſe & alios optime, & ſalutariter inſtruxit. Librum eum, quod Mariale appellatur, & Speculum beatæ Virginis, Pſalteriumque ejuſdem ſcripſit. Salutationem præterea Angelicam, atque antiphonam, *Salve Regina*, miris diviniſque laudibus explicavit: & coronam beatæ Mariæ Virginis pio officio contexuit; ut in Dei Matris veneratione, cultuque eſſet perpetuus cleri, populique Chriſtiani curſus. Atque ita quidem in omnes pietatis, devotioniſque partes ſe ardentiſsimo orandi ſtudio ex-

Digitized by Google

excitavit, ut cum ob ſcribendi genus, tum ob pie agendi & precandi ardorem ſit optimo jure meritoque appellatus, *Seraphicus, & devotus Bonaventura*. Nam is cum nihil antiquius haberet, quam ut in ſtudiis Religionis progreſsiones haberet, ad ea perpetuo progreſſus, *in devotionis gratia*, inquit ſanctus Antoninus, *continuum ſumebat gratiæ incrementum*. Siquidem omnia, quæcumque ſubtiliter cogitaret, aut ad ſcribendum pararet, ne doctrinis tepeſceret oratio, vertebat in formam, modumque piæ precationis.

XII. Fuit porro doctrina ſancti Bonaventuræ, divinarum contemplationum ratione admirabilis, diſciplinarum eruditione præſtans, omni ex cognitione conſtans, cum Eccleſiæ, patrumque decretis congruens, eademque vera, ac ſolida, referta myſteriis, & plena pietatis ac devotionis, parta non ſolum ſummis ſtudiis, ſed accepta divinitus: nimirum, quia is, qui illuminat mirabiliter a montibus æternis, in illius mentem, tamquam in ſpeculum, ſuæ lucis radios effudit. Sapientiæ ſpiritus ſuper humilem & trementem verba ejus requieſcit. *Pſalm. 75. Iſai. 11. 2.*

XIII. Nihil potius ei fuit labore, & diligentia, nihil deteſtabilius inertia, deſidia & negligentia; nihil tamdem alienius inertiſſimo otio, quo homines affluentes, turpiter in eo ebeſcunt, ac langueſcunt. Itaque cum primum Seraphicæ Religioni ex voto ſe adjunxit, præter muneris functiones, quas multas ad Ordinis præſcriptas Regulas præſtare eum oportebat, in eo etiam ſibi laborandum putavit, ut ſanctorum Patrum monumenta ſtudioſe legeret, unde doctrinæ diſciplinæque præcepta caperet. Librum igitur, quem Pharetram dixit, in ipſo Religionis ingreſſu ex operibus contexuit Sanctorum Doctorum, Gregorii Papæ, Ambroſii, Auguſtini, Hieronymi, Cypriani, Chryſoſtomi, Iſidori, Anſelmi, Bernardi, Caſſiodori, aliorumque multorum. Tanto certe ſtudio exarſit ad divinas litteras, ut Bibliorum ſacrorum exemplaria duo manu ſua ſcripſerit: quorum unum Balneoregii in Eccleſia Fratrum Minorum extare dicitur, alterum in bibliotheca Borromejana. Nec mirum eſſe poteſt ſi vetus & novum Teſtamentum memoria tenuit; cum non modo utrumque ſtudioſiſſime legerit, uſuque contriverit, ſed ſemel, atque iterum exſcripſerit, ut diligentiſſime potuit. Thucydidis hiſtoriam Demoſthenes tam ſæpenumero deſcripſit, ut ſuccum eloquentiæ Atticæ retineret: itidem de ſacroſanctis Bibliis hic noſter fecit, ut eorum dictionibus ſententiiſque vim ac poteſtatem ſibi pararet, quam lucubrationibus ſuis oſtendit magna cum induſtriæ religioſæ laude. Eo ipſo tempore, tum ſacris ſtudiis, quorum ardore flagrantiſſimus erat, tum caritatis, qua Fratres Ordinis ſui eximie in Chriſto Domino diligebat, zelo incredibili incenſus, opuſcula aliqua compoſuit, quæ eorum Conventui in eleemoſynam contulit ut in ſumma inopia inde etiam honeſte pieque victum quæritarent. Quare cum nullum deſidiæ, otioque locum unquam reliquerit, non defuit neque officiis, quæ ex normæ ac regulæ Franciſcanæ præſcripto & multa & magna præſtitit; neque meditationum exercitationibus, quarum uſu ceteris præluxit; neque ſacræ Eccleſiaſticæque eruditionis progreſſionibus, quibus mirabilem in modum delectatus eſt. *Ejus induſtria.*

XIV. Annus fere ſeptimus erat, quo rite profeſſus in Ordinis Franciſcani Religionem ſe Deo dicarat: quo ſeptennii ſpatio ad eum Philoſophiæ, Theologiæ, ac litterarum gradum aſcendit, ut magnam omnibus admirabilitatem excitarit ſui, ſuæque præcellentis induſtriæ, atque virtutis. Sed *initium ſapientiæ eſt timor Domini*: quo illum divine imbutum

tum non modo mirum ſane videri debet, ſed plane credibile, atque adeo verum eſt, omni præſtantiſſimæ eruditionis acceſſione & ornatu auctum eſſe; cujus præſertim is, & in perpetuo quodam ſolidæ ſanctæque humilitatis curſu inſtiterit, & in præclaris pietatis officiis, atque uſu divinarum contemplationum ſe continenter exercuerit. Quæ profecto res, bene juvante Deo, plurimum roboris, viriumque in primis habent, tum ad progreſſionem, tum ad ſummam ſtudiorum, quæ potiſsimum in ſacra doctrina ponuntur. Eamque ob rem recte ac ſcite, ſancteque dixit ſanctus Auguſtinus in hanc ſententiam: *Qui vult attingere profundum ſcripturarum, humilitate & Dei timore veſtitus eſſe debet.*

XV. Lutetiam Pariſiorum ad Alexandrum Alenſem venit. Erat is Alexander Alenſis homo Anglus, Juriſconſultus ſapientiſsimus, Theologiæque ſcientia clariſsimus: qui mirabiliter, ut Annales loquuntur, beati ſeraphici Franciſci Religionem amplexus, uſque adeo ſua doctrina, pietate ac ſtudio ſingulari eam illuſtravit, ut illo primum tempore in Conventu Franciſcano Pariſiis, publicæ ſcholæ fuerint apertæ, ad quas omnium Ordinum, omniumque magnorum hominum concurſus factus ſit maximus. In iis (ut teſtatur Joannes Gerſon, Stephanus Bruliferus, & qui auctor eſt Firmamenti trium Ordinum) Doctor vere Angelicus Thomas Aquinas tam præclaro Theologiæ Doctore ſe uſum eſſe aliquando, ſcribit ac profitetur. Qua teſtificatione manifeſtum perſpicue eſſe poteſt ex præſtantiſsimi magiſtri ſchola, tamquam ex bonarum artium officina, unde ſummi Viri prodierunt, ſe prodiiſſe: ut inde quaſi agnoſcat, quod etſi præ humilitate, ac præ ſancto pudore ipſe tacitum reliquit, recte tamen conſequens eſt, eum tanti præceptoris fuiſſe diſcipulum, haudquaquam plane diſſimilem. Eſt enim illud tritum ſermone proverbium: *Optimi magiſtri, optimus diſcipulus.* Si igitur magiſtri præſtantia multum præclaras eas Bonaventuræ progreſsiones adjuvit: certe etiam non parum illum excitaſſe videtur, quem valde dilexit ejuſdem magiſtri, aut certe ejuſdem Pariſienſis Academiæ diſcipulus beatus Thomas Aquinas. Ii ambo Pariſiis caritatis vinculo, vitæ moribus, doctrinæ, pietatiſque ſtudiis itidem conjunctiſsimi, ut Athenis olim fuerunt illi duo, Baſilius & Nazianzenus, quorum aliquam, ſi cuncta recte perpenduntur, imaginem tunc referre videbantur.

XVI. Auctor eſt Rodulphus, præter alia quæ paſſa eſt hoc anno Religio Franciſcana in cauſa ſchiſmatis Imperii cum Eccleſia, duos Fratres Minores a Friderico Imperatore ſuſpendio necatos, quod litteras Pontificias quopiam deferre ſint inventi.

XVII. Non defuerunt his temporibus plura etiam ſigna divinæ ultionis in reprobos, eoſque qui ſui ſtatus obſervantiæ minus invigilant, quos ad terrorem & ſtimulum negligentium ſubjicere placet. Auctor eſt frater Thomas de Celano in antiqua legenda apud Marianum, fuiſſe quemdam Fratrem in Provincia Tuſciæ, bonæ alioquin converſationis, ſibique auſterum, cujus profectui infenſus hoſtis, ſub falſa pietatis imagine, hominem caute hac via ſeduxit: exiſtens namque Guardianus dum ſollicitus & plus æquo domeſticis curis intenderet, viſum eſt tamdem paupertatis profeſſæ anguſtias aliquantulum extendere, commodo plurium adoleſcentum nobilis proſapiæ, qui de ſeculo ad Religionem confugiebant: deſtructa ergo prioris Conventus humili fabrica, alterius loci amplitudinem, & commoda ſectatus, alium denuo ædificavit, porticus in aulas protendit, & mundanæ vanitatis aliquam magnificentiam ſpecie neceſſita-

Marian. lib. 1. 14. Exempla divinæ caſtigationis in reprobos.

Digitized by Google

ſitatis intulit, non modo amplitudini, ſed etiam curioſitati ſtudens. Quanta autem Dei & ſtatus quem aſſumpſit, necnon beati Patris Franciſci offenſa, ſequens viſio monſtrabit. In ſomnis ipſi apparens ſanctus Pater Franciſcus, vultu ſevero ad ultionem & minas inclinante, eum vocavit, ut ſequeretur protinus mandat; pergit ad ruinas deſtructi Conventus; admonitus a ſequente, ibi amplius Fratres non habitare, invitatur ad novum; reſpondit ſubiratus Franciſcus, ſe non agnoſcere novum pro ſui Ordinis Conventu; pergit ad locum refectorii, ibique vocatis Fratribus, velut ad caſtigandas culpas, prout moris eſt, ſedit: qui carnis, aut inobedientiæ infirmitatibus ſubjacebant, mitius & in compaſſionis viſceribus curabantur; eos vero qui in paupertatem impingebant, rigoroſiſſime ulciſcebatur. Admiratus ille Guardianus aſsiſtens interrogavit, cur ea peccata quæ graviora videbantur, parcius & contra paupertatem commiſſa atrociter vindicabat. Reſpondit: Frater, inquit, Ordo meus rigide & ſevere punit impudicos, & carnales, Prælati autem id etiam curæ habent ut ſubditi prompte ſibi obediant; in his ergo mea opera ſupervacanea eſt: verum ſanctiſsima paupertas majoribus & minoribus nunc eſt obnoxia. Hic ergo manum apponere mihi neceſſum eſt: Tu proinde, converſus ad fratrem, maledicte qui hoſpitium ſtatui & ſimplicitati noſtræ congruum deſtruxiſti, & mundo ſtudere volens, palatium ædificare tentaſti, judicium Dei, & meum nequaquam effugies: cui ille tremefactus, ait: Pater, ſcis quam mihi ſim auſterus, & quam alienus a complacentia mundi: replicat Sanctus; major, inquit, inde damnatio tua, qui tibi auſterus cum ſis, animam tuam damnare, meamque Regulam aliorum cauſa temerare non dubitaſti: his dictis, viſio diſparuit: prædictus autem Frater afflictus deinceps male, & deſperate dies ſuos finivit.

Violandæ paupertatis prætextus Viſio.

Ultio in eum qui tranſgreſſus eſt paupertatem.

XVIII. Alius quidam Frater vir devotus, in viſione domum totam inſpexit dæmonibus repletam, altercantibus cum beato Patre circa animam cujuſdam Fratris defuncti, qui tum in domo infirmorum jacebat infirmus: allegabant illi peccata in paupertatem commiſſa dicentes, noſter eſt, quibus ſuperveniens beatus Pater, ſi veſter eſt, inquit, meus eſt habitus quem auferre vobis non licet; proinde extracto caputio, miſerum dimiſit pœnis cruciandum. Evigilans qui hæc vidit, ad infirmorum domum feſtinus accurrit, dictumque Fratrem in lecto mortuum jam oſfendit, extracto, prout in ſomnis vidit, caputio. Simile eſt quod idem ſubjungit; quidam enim Frater ad alterius defuncti Fratris cadaver in Eccleſia cuſtodiebat vigilias; in oratione raptus vidit defunctum deſtinari ad pœnam, quem ut dæmones rapiebant, ſuperveniens beatus Franciſcus iis evocatis, caputium damnato præcidit, cum habitu, inquiens, meo ad inferna non deſcendet: alter ſtatim ad ſe rediens, vidit prout viſio ferebat, extractum cadaveri caputium.

Aliud exemplum. *Marian. ibid.*

Damnato extractum caputium.

XIX. In Anglia Frater quidam ſanctæ converſationis, qui extaſim ſæpiſsime patiebatur ſemel a prandio dum Fratres gratiarum actionem in choro referrent, præſente Miniſtro, amariſſime flens, raptus eſt extra ſenſus, præcepit Miniſter, ut omnes ſubſiſterent finem inſpecturi. Tamdem rediens ad ſe præfatus Frater, vocatur a Miniſtro, cui per obedientiam injunxit ſi quid vidit ad aliorum ædificationem quantocitius, ſine tergiverſatione ediceret. Raptus, inquit, ad præſentiam Judicis, ſimul comparuerunt quatuor Fratres Ordinis noſtri hodie carne ſoluti. Primus autem onuſtus libris inceſſit; ſecundus habitum delicatum & mollem ex pretioſo panno confectum geſtabat; tertius non exiguam homi-

Aliud exemplum.

num, mulierum, puerorum familiam ducebat; quartus deſpectus, humilis, pannoſus, lacer fuit; Chriſtus quemque ex merito judicaturus, amandato beato Franciſco, fecit interrogari cujus Ordinis fuere? reſpondit primus, ſe Fratrem Minorem eſſe. Interrogatus quid ſibi velit peculium librorum? reſpondit, eos ſe poſſediſſe cauſa ſtudii; interrogat Sanctus, opere compleſti quod libri docent? is reſpondit, quod non: tum eidem ut proprietario & tranſgreſſori maledixit, eumque ad pœnas ex ſententia Judicis deſtinavit. Secundus productus, & interrogatus ſimiliter cujus Ordinis fuerit? reſpondit: Minorum. Mentiris, inquit Sanctus, quia Minores vilibus utuntur veſtimentis, non mollibus, & hic ſimiliter maledictus rapitur ad pœnas. Tertius interrogatus de ſuo ſtatu, reſpondit ut alii, Franciſcanum ſe eſſe; ut quid tibi familia, inquit Beatus? hanc, inquit, in curiis advocando lucratus ſum, & hic maledictioni & pœnis ſubjectus eſt: Regula tua, inquit ſanctus Pater, præcepit: *non litigent, neque contendant verbis*. Quartus interrogatus quis eſſet? reſpondit, ſe maximum peccatorem eſſe, dignum omni pœna, expectare tamen miſericordiam: Interrogatus tamdem, an Frater Minor? reſpondit per Dei gratiam ſe eſſe, amplexum invitat beatus Pater ad gloriam dicens: Euge ſerve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Hæc, inquit, ſunt quæ vidi. Addunt alii Quintum qui Geometricis inſtrumentis & circinis onuſtus totus, intentus ſtruendis ſumptuoſis ædificiis incedebat, qui etiam damnationis ſententiam accepit. Hæc ſumme adnotanda ſunt Fratribus, nam hiſce viis prætextu ſtudiorum, prædicationis, ſcribendorum librorum, cauſarum piarum, fovendarum viduarum & pupillorum, erigendæ ſtructuræ mollitiei & curioſitatis, rigor diſciplinæ ſenſim & palam enervatur, quies monaſtica interrumpitur, & mundus ſub colore pietatis paulatim irrepens, ædificii ſpiritualis primum normam confundit, deinde molem ipſam totam deſtruit: numquam hoſtis ingerit nudum hamum, quem oblata deforis eſca, offert, & latens piſcatur. Quis tam effrons unquam fuit, qui expropriato proprium adſtrueret? Pietas tamen in medium ſe offert, infinitæ allegantur cauſæ, interdum veræ, interdum inventæ. Id cuique curæ ſit, ne pietate ſeducatur; ne humana ſit, quæ minus quærat quæ Dei, & quantumcumque forinſecus Dei cauſas oſtentet, interius tamen appetitui, non rationi obſequitur. Lapſus eſt certus, ſi diſciplinæ ſcopus, & nervus laxetur; nec pietas juvat quæ ſtatum deſtruit, non confirmat; ſeducit animas non reducit. Concluſum ergo ſit, in Religione nihil æque ſuſpicioni patere, quam pietatem mundanam, quæ ſub boni operis velamine laqueum intentat; cum nec ſtudium commodi, aut peculii in rebus etiam minimis obdormit, ſub umbra nonnumquam ſpiritualis fructus deliteſcens, ut ſequens exemplum docebit. Quidam Frater, alioquin devotus, & perfectionis tenax, dum Conventum ex mandato Prælati mutaret, Regulam ſeu Inſtituti ſui ſcriptam formulam, quam præ manibus ſemper frequenti lectione tenebat, oblitus, plus æquo afflictus eſt. Eumdem apparens ſanctus Pater Franciſcus, de puſillanimitate vehementer reprehendit, quod rei temporalis ſtudium uſque adeo cordi inhæreret, ut ejus amiſſio tantam moleſtiam, & turbationem inveheret. Alter ſe humiliter excuſans, reſpondit, non libelli diſpendium qualecumque doluiſſe, ſed ſpiritualis conſolationis quam ex ejus frequenti lectione carpebat, ſubtractionem; allegat inſuper mutua ſuper hoc collatione habita, officium prædicationis Fratribus ex Regula incumbere, quod ſine libris exerceri nequit. Reſpondit Sanctus, nul-

Fugienda pietas ſuſpecta.

Studium commodi in minimis deliteſcit.

Digitized by Google

nullum Fratrem poſſediſſe libros, qui in hora mortis facti pœnituerit. Intelligendus, inquit Marianus, de iis qui ſibi libros appropriant; nam, ut interpretatus eſt frater Leo, intentio tam Regulæ, quam ſancti Patris fuit, ut libri in communi haberentur.

XX. Ne Prædicatoribus ſuum injuſte ſubtrahamus documentum, quod apud eumdem Auctorem legi, ſubjungo. Quidam in Anglia Frater magni nominis, prædicator populo gratus, curioſus tamen, philoſophiam aliaſque ſeculares ſcientias Theologiæ inſerebat, & velut mulieribus alienigenis non tonſo, ut præcipitur, crine, aut raſis unguibus, verbum Domini commiſcebat. Oranti de nocte Chriſtus apparuit, librum apertum geſtans, in cujus medio videbantur litteræ aureæ venuſtiſſimæ, in marginibus lutum quod intolerabilem exhalabat fœtorem, extrinſecus etiam admodum facie turbatus apparebat; cum inter alia interrogaret Chriſtum quid liber ille turpis ex parte, ex parte pulcher figurabat? Reſpondit; litteræ, inquit, aureæ ſunt verba Theologicæ veritatis, fœtor, & lutum ſunt philoſophica, facies turpior ſignificat curioſam ſuperfluitatem, qua mea verba multipliciter deturpaſti. Hæc audiens prædicator, deinceps ſtylum mutavit ſacræ Scripturæ, & Sanctorum doctrinis & verbis uſus. Semel etiam apparens ſanctus Pater Franciſcus cuidam ſocio ſuo, eumdem de curioſitate reprehendit: voluit enim ſanctus Pater magis vacandum eſſe orationi, ſpiritui & operibus prædicari utilia, & virtutes, pœnam & gloriam cum brevitate ſermonis, per caſta & pura eloquia, quia verbum abbreviatum diligit Dominus, cujus documentum in hoc præſcripſit prædicatoribus Concilium Tridentinum. Noluit certe comicam ſcenam pulpito inferre, aut puerilem jactantiam, commune hujus temporis vitium, qua multi apparere magis quam proficere aliis cupiunt. Verbumque Dei non ex vero ſenſu, aut Patrum fundata interpretatione magna audacia & irreverentia tractant, in obvium quodvis rapiunt, torquent ad jocos interdum & nænias, ut nemini mirum ſit, ſi fructus non ſequatur alius, quam is quem ipſi potiſſimum hiſtrionum more captant, vanus applauſus; & peccata defectu prædicatorum in Dei populo multiplicentur.

Curioſitas damnata Prædicatorum.

Deut. 21. 12.

Regula Franciſcana c. 9.

XXI. Tranſeamus ad Prælatos & ſeniores, quibus ſua etiam damnatio remanet ſi vitia ſubditorum, ac juniorum defectum non reprimant, ut ſequens exemplum probat. Quidam tentatione victus ad priſtinum relapſurus gradum, ab incepto Religionis itinere, jam mente & animo deflectit, nihil aliud meditans, quam ad ſeculum regreſſum; ſed Dei miſericordia, & ejuſmodi oſtento retentus, conſilium & vitam in melius mutavit: de nocte, dum quieti ſe daret, apparuit ſanctus Pater Franciſcus in ſomnis, famulante plurimo infernorum ſpirituum ſatellitio, dæmonibus autem præ foribus relictis, ſolus intravit Conventum ſanctæ Mariæ de Angelis dictum, & vocato fratre Leone, aliiſque ſociis tum ſuperſtitibus, ſubiratus interrogavit, ut Fratres, inquit, meam Regulam obſervant? Reſpondent aliqui tepide, aliqui minus bene. Et vos, inquit, cur ſuper hoc obdormitis? non dicitis veritatem? pigros non ſtimulatis ad meliorem frugem? Surgite cito, inquit, circuite domum, Regulæ tranſgreſſores producite dæmonibus illudendos; ſed & vos minime effugietis, inquit, qui tantam Fratrum ruinam diſſimulaſtis. Illis reſpondentibus, ſe prævaricatores nequaquam poſſe diſcernere: ite, inquit, ſignum tranſgreſſionis in fronte circumferunt. Circuierunt ergo frater Leo cum reliquis, ſingulos ex proprio charactere cognoſcentes, dæmonibus offere-bant,

Seniorum negligentia caſtigata.

bant, qui graviſſimis tormentis ſubjiciebantur. Inter alios raptus etiam eſt tentatus, quem nec preces, nec ulla exemit a pœnis ſupplicatio. Totus autem territus, & in hiſce anguſtiis conſtitutus evigilavit, deinceps in Virum ſanctum evaſit, ſuæ vocationi, ac bonis operibus diligenter inſiſtens.

Conven. Silvanecten.

Gonzaga Prov. Franc. Conv.16.

XXII. In hunc annum incidunt, auctore Gonzaga, primordia Conventus Silvanectenſis. Anno namque, quo ſub Gregorio IX. ſummo Pontifice Sanctorum albo aſcriptus eſt militiæ Minorum Dux inclytus beatus Franciſcus, videlicet MCCXXVIII. in ſuburbiis Civitatis Silvanectenſis, infra limites parœciæ Apoſtolorum Principis Petri conceſſa eſt, pietatis intuitu, Fratribus Minoribus capella divo Protomartyri Stephano dicata, in qua juxta votum, annis quindecim cum Dei gloria, proximique ædificatione non minima, divina perfecerunt. Tranſactis vero dictis XV. annis, tempore quo florebat venerabilis P. F. Gaudefredus de Bria, almæ Provinciæ Franciæ Miniſter, nec non Regulæ ſancti Franciſci interpres probatiſſimus, de dictis parœcia, & loco tranſlati ſunt infra metas ejus ædis, quæ eſt ſanctæ Genovefæ ſacra: ubi primo, eoque præcipuo benefactore Illuſtriſſimo Novello de Chanervacho, milite Ordinis Regii ſtrenuiſſimo, Conventus, quo adhuc gaudent Fratres Minores, eſt erectus. Cujus Eccleſia (una coſtarum Doctoris Seraphici Bonaventuræ inſignis) famulatui divino dedicata eſt, beatiſſimo Jacobo majore Chriſti Apoſtolo titulari, navi prius conſtructa affectu ſincero beatæ memoriæ Simonis Bonneti, divina clementia tunc prædictæ Civitatis Antiſtitis, nunc e regione ſupremi altaris ſepulti.

Error refutatur.

XXIII. Circa temporis obſervationem dubium occurrit, quomodo hoc anno cathedram Silvanectenſem tenere potuerit Simon Bonneti, ſi rectus ordo in dipticis ſeu catalogo Silvanectenſium Epiſcoporum ſervatur, quem Demochares adnotavit ex Jacobo Bridou Doctore Sorbonio, & ex utriſque Joannes Chenu tranſcripſit. Porro Bonnetus LXVIII. ordine ponitur, & XIV. a Petro de Creſſonart, qui refertur inter vivos anno MCCXL. nec eſt veriſimile, tribus annis quatuordecim Epiſcopos unam mutaſſe ſedem, aut ſubinvicem mortuis ſucceſſiſſe. Hoc ergo dubium ex illius Eccleſiæ tabulis diſcutiendum in medio relinquo, cum aliud non occurrat.

XXIV. Innocentius Pontifex difficilem, plenamque curis ingreſſus eſt provinciam. Eum diſtinebat pax Italiæ; Imperatoris Friderici perniciofi conatus; ſtudium retinendi Imperii Conſtantinopolitani in Latinorum manibus, quod pene jam ad indigenas, & ſchiſmaticos dilapſum eſt; ſollicitudo recuperandæ Hieroſolymæ, & Sepulcri Dominici, quod profanatum eſt quovis turpitudinis genere a Groſſonis, gente Arabica, impellente Soldano Babyloniæ; ſed invicti animi vir, in his omnibus egregie, & indefeſſe verſatus eſt, nec alia ſollicitudinis officia contempſit.

Platina.

Regeſtum epiſt. 122. 1.

Mandat collectam eleemoſynam in ſubſidiū Imperii Conſtantinopolitani.

XXV. Scripſit ſequentes litteras ad fratrem Robertum de Collivil. Ordinis noſtri, quatenus id quod ſupererat collectæ pecuniæ in Terræ ſanctæ ſubſidium curaret numerari, ad auxilium Imperii Conſtantinopolitani, per manus Nicolai mercatoris Roſſani.

Roberto de Collivil. Ordinis Fratrum Minorum.

Per tuas litteras intimaſti, quod cum frater Gaufredus fel. rec. G. PP. prædeceſſoris noſtri pœnitentiarius, ut redemptiones votorum Cruceſignatorum Conſtantieu. Civitatis & diœceſis colligi faceres, tibi duxit com-

mit-

Digitized by Google

mittendum: tu mandati ſuper hoc tibi facti diligens executor, parte collectæ pecuniæ præfato Pœnitentiario tranſmiſſa, in partibus tranſmarinis, partem reliquum, videlicet quadringentas libras, & amplius in tutis locis depoſuiſti nomine Terræ ſanctæ. Cum igitur in partibus Romaniæ, peccatis exigentibus, adeo diminuta ſit potentia Latinorum, invaleſcentibus hoſtibus contra eos, quod niſi occurratur illis, & ſuccurratur iſtis celeriter de ſtatu Conſtantinopolitani Imperii poterit non immerito formidari; volentes eidem Imperio, quod temporibus prædeceſſorum noſtrorum multis extitit laboribus acquiſitum, quantum cum Domino poſſumus, ſubventionis dexteram aperire; prædicta tibi auctoritate firmiter præcipiendo mandamus, quatenus quadringentas libras Turon. dilectis filiis..... Officiali &.... Priori ſancti Nicolai Ebroicen. quibus ſuper hoc dirigimus ſcripta noſtra, ſine difficultate qualibet aſſignari procures Nicolao Diovoſalici mercatori Romano, qui dictæ pecuniæ quantitatem procuratoribus dilectiſſimi in Chriſto filii noſtri Imperatoris Conſtantini illuſtris, exiſtentibus in Romana Curia, mutuavit, vel ejus procuratori aſſignandas. Reliquum vero pecuniæ memoratæ ad opus Eccleſiæ memoratæ Romanæ fideliter ſtudeas conſervare; mandatum noſtrum taliter impleturus, qui devotionem tuam exinde merito commendamus. Datum Anagniæ XV. *Kalendas Octobris anno* I. Dedit & aliam ad Officialem Eboricenſem, quo facultas ei fit, cenſuris, ſi neceſſum eſſet, urgere pecuniæ cuſtodes ad ſolutionem ejus. Frater Guillelmus, qui dicitur Pœnitentiarius Pontificis Gregorii, fuit ille noſtri Ordinis, ad quem frequentes epiſtolas idem Pontifex, atque in variis cauſis direxit in Franciam, ut ex ſupraſcriptis apparet. „ Florebat hoc tempore in „ Pruſſia frater Anſelm. ex Ordine Teutonico translatus ad Franciſcanum „ Ordinem, & ab Innocentio Pontifice ad infideles Chriſto lucrandos in „ Boruſiam miſſus; ubi & Epiſcopus hoc anno electus eſt. Sedem primus „ habuit Braunsbergæ, inde factum eſt, ut Epiſcopi Braunsbergenſes „ dicerentur. Fundavit ibi Templum ſancti Andreæ anno MCCLX. ibi- „ que ſexdecim Canonicos, & quatuor Prælaturas inſtituit. Sed urbe „ ab infidelibus vaſtata, & direpta, Elbingam ſe contulit; ubi gran- „ dævus deceſſit in arcis Templi ſepultus.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Anſelm. Epiſcop. Braunsbergen.

Catal Epiſ. warmienſ.

XXVI. Conceſſit, non poſſe Fratres obligari ad cognoſcendas cauſas, vel ſententias exequendas, incipiunt: *Quieti veſtræ* &c. Datum Anagniæ VII. Idus Octobris anno I. Item Miniſtris Generali, & Provincialibus conceſſit auctoritatem abſolvendi ſubditos ab excommunicatione alias reſervata, & cum iiſdem ſuper incurſa irregularitate diſpenſandi. Incipit epiſtola: *Licet ad hoc Fratrum veſtri Ordinis* &c. Datum Laterani III. Kalendas Novembris Pontificatus anno I. Item quod poſſint remorari in terris excommunicatorum. Incipit: *Vobis extremam patientibus* &c. Datum Laterani XII. Kalendas Decembris. Item quod celebrare poſſint tempore interdicti divina, ſervata juris ſolemnitate. Datum eodem die, & loco, incipiunt: *Devotionis veſtræ* &c. Item ut non poſſint conveniri. Incipiunt: *Cum jam per ejus gratiam* &c. Datum Laterani XI. Kalendas Decembris. Item quod nullus habitum Ordinis deferat, aut ei conſimilem, niſi fuerit illius Ordinis membrum, deferre poſſit, cum mandato ad Archiepiſcopos, alioſque Eccleſiæ Prælatos, quatenus a Fratribus ad hoc requiſiti, deferentes ad ejus depoſitionem cenſuris compellant. Incipit; *Quia confuſio habitus* &c. Datum Laterani III. Kalendas Decembris. Item quod Prælati excommunicationis cenſura notatos ob injectam violentam manum, ſive ſint venientes a ſeculo novitii,

Indulta Apoſtolica.

Habentur ſequentia omnia ſub Gregorio eodem tempore.

Speculum tract. 2.

Ibidem.

Ibidem.

Speculum Rodriguez.

ſeu

Roder. bull. 4. ſeu profeſsi abſolvere poſsint. Incipit; *In jure canonico reperitur* &c.
Datum Laterani VIII. Kalendas Januarii.

XXVII. Leguntur & alia indulta, quibus ſecundæ Regulæ Inſtitutum
proſequutus eſt. VII. Idus Auguſti confirmavit diploma Gregorii IX.
Indulta Clariſſarum. quo Eccleſia ſancti Leucii, cum annexis poſſeſsionibus in Sanctimoniales
Regeſtum epiſt. 59. I. noſtras Clariſſas ſanctæ Mariæ de Monte ejuſdem loci tranſlata eſt. Incipiunt litteræ: *Juſtis petentium* &c. Datum Anagniæ VII. Idus Auguſti
Pontificatus anno I. Item Clariſsis Monaſterii ſancti Franciſci de Arnales (Gonſagæ Sabuloſi) Samorenſis diœceſis, in Regno Caſtellæ in Hiſpania, Provinciæ ſancti Jacobi, conceſsit (præter alia quædam, quæ ex
litteris conſtant) uſum vini, & pulmenti, excepta feria ſexta, quam
jejunare in pane, & aqua tenebantur, niſi in eum incideret Nativitatis
Domini feſtum, aut beatæ Virginis; aut aliquod ipſius Monaſterii ſolemne. Concedit confeſſori ſuper tranſgreſsionibus poteſtatem abſolvendi, injuncta pœnitentia, exceptis iis pœnis, quæ ad Abbatiſſam conſuetudine, vel ſtatuto infligendæ devolvuntur. Incipiunt: *Divinæ af-*
Epiſt. 59. I. *fluentiam pietatis* &c. Datum Anagniæ XVI. Kalendas Septembris Pontificatus anno I. Item Monaſterio Clariſſarum ſancti Antonii Barchinone
(quod nunc ſanctæ Claræ nuncupatur, & militat ſub Inſtituto ſancti Benedicti) confirmavit conceſsionem Beringarii illius Civitatis Epiſcopi
factam de Capituli conſenſu, ſuper donatione loci (qui divo Antonio
Abbati ſacer extitit) & renunciatione omnis juris, quod ad ſe, & ſucceſſores quoquo modo ſpectabat, tantum reſervato ceræ unius libræ
Epiſt. 61. I. cenſu in beneficii atteſtationem, & memoriam. Incipiunt: *Cum a nobis
petitur* &c. Datum Anagniæ II. Nonas Auguſti Pontificatus anno I.
Item Clariſsis Monaſterii ſancti Silveſtri de Peretto Marſican. diœceſ.
(hæc eſt in Provincia Salernitana) confirmavit donationem illius loci
factam ab Abbate, & Conventu Farfenſi, cum decem ſolidorum reſervatione, titulo cenſus annui. Incipiunt: *Perſonas illas Apoſtolica Sede* &c.
Epiſt. 220. I. Datum Laterani Nonis Novembris anno I. Item confirmavit iiſdem donationem, & conceſsionem nobilis viri Andreæ de Pontibus ſuper jure
patronatus ipſi in Eccleſiam prædictam ſancti Silveſtri competente, aliiſque annexis. Incipit: *Cum a nobis petitur* &c. Laterani XVIII. Kalendas
Epiſt. 350. I. Januarii. Item Abbatiſſæ, & Sororibus Monaſterii ſancti Franciſci Pragenſis, ob juſtas cauſas diſpenſavit in rigore jejunii & abſtinentiæ, concedens ob regionis conſtitutionem, uſum vini, ovorum, pulmenti, lacticiniorum, certis diebus exceptis; aliaque quædam conceſsit, quæ in
Epiſt. 232. conſtitutione legi poſſunt. Incipiunt: *Piis votis omnium* &c. Datum
Laterani Idibus Novembris. Iiſdem conceſsit, ut a nullo conveniri
poſsint per litteras Apoſtolicas. Incipiunt: *Vacantibus amori cæleſtium*
&c. Datum Laterani VII. Kalendas Decembris anno I. Hoc privilegium
extendit ad univerſum Ordinem earumdem Monialium II. Nonas Decembris anno I. Incipiunt litteræ ut ſupra.

XXVIII. Scripſit Sanctimoniali beatæ Agneti filiæ Regis Bohemiæ,
Scrupulus beatæ Agnetis Bohemæ. profeſſæ Inſtitutum ſancti Damiani, ſeu quod nunc idem eſt, ſanctæ
Claræ. Movit illa primum, timoratæ conſcientiæ ſollicitudine, ſcrupulum ſuper ea formula vitæ regularis, quæ tum inter Sanctimoniales Clariſſas uſu currebat, ex præſcriptione Gregorii Pontificis, cum adhuc in
Minoribus præeſſet Ordinis Protector. Duo potiſſimum tenuere perplexam, alterum erat præceptum obedientiæ in ipſo ejus principio expreſſum, quod ad ſingula ipſius formulæ ordinata, & ſtatuta videbatur ſub
mor-

Digitized by Google

mortalis noxæ piaculo obligare. Alterum, quod ipſi formulæ litteris Apoſtolicis inſertæ hæc verba inveniantur injecta *Regulam beati Benedicti vobis tradimus obſervandam* &c. ac proinde Moniales videri ad ejus Regulæ teneri obſervantiam, durumque eſſe ad duas ac diſcrepantes vivendi normas aſtringi. Stimulum adauxit quod re ipſa Regulam ſancti Benedicti non obſervarint. Rogavit ergo ut duæ illæ clauſulæ expungerentur: huic proinde anxietati tollendæ ſequentes litteras dedit Pontifex Laterani Idibus Novembris.

INNOCENTIUS &c.

Reverendiſſimæ in Chriſto filiæ Agneti ſorori Monaſterii ſancti Franciſci Pragen. Ordinis ſancti Damiani.

IN divini timore nominis, & amore ſollicita, ſæpe tremula redderis, ne a te, vel Monaſterii tui Sororibus aliquid contingat fieri, quod divinæ diſpliceat voluntati. Hinc eſt, quod cum univerſis Ordinis tui Sororibus, ſicut accepimus, in virtute obedientiæ a Sede Apoſtolica ſit injunctum, ut traditam eis regularis vitæ formulam inviolabiliter obſervare ſtudeant, & ipſa in Monaſterio tuo laudabiliter obſervetur, tu ſuper eo quod in proœmio ipſius formulæ Apoſtolicis litteris inſertæ dicitur, Regulam beati Benedicti vobis tradimus obſervandam *una cum Sororibus tuis in timore poneris, & anxietate gravaris, præſertim cum mortale credas committi peccatum, ſi contra præceptum hujuſmodi aliquando veniatur, & impertinens, ac impoſſibile reputetur quod in Ordine tuo duæ Regulæ debeant obſervari. Quare ſupplicatione humili petiviſti, ut duo verba præmiſſa, quæ de virtute obedientiæ, & Regula beati Benedicti dicuntur, amoveri de ipſa formula, & quædam de novo; ac illa etiam faceremus in ipſa conſcribi, quæ dicto Monaſterio a piæ memoriæ Gregorio Papa prædeceſſore noſtro ſpecialiter ſunt indulta. Nos quidem ad rationis conſilium recurrentes, ex diverſis cauſis expedire non vidimus, quod id facere deberemus. Primo, quia prædictam formulam ſtudio compoſitam vigilanti, & per Sedem Apoſtolicam confirmatam, dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ, & Sorores Monaſterii ſancti Damiani de Aſſiſio, ac omnes aliæ tui Ordinis ſolemniter ſunt profeſſæ. Secundo, quia ipſæ illam a profeſſionis ſuæ tempore, uſque nunc laudabiliter ſervaverint. Tertio, quia cum ſit ipſa ſtatutum, ut ubique ab omnibus eamdem profitentibus uniformiter obſervetur, ex præſumptione contrarii, grave poſſet, ac importabile ſcandalum exoriri, præſertim quia ceteræ Sorores præfati Ordinis, dum Regulæ ſeriem ſic violatam, vel alteratam attenderent, turbatis mentibus in ipſius obſervantia, quod avertat Dominus, titubarent. Tuæ itaque devotionis plenitudinem affectione paterna rogamus, in remiſſionem tibi peccatorum injungentes, quatenus de Salvatoris noſtri dulcedine, ac benignitate confidens, cui nihil gratius mente humili, nihil acceptius voluntate poteſt offerri, præfatam formulam pro libro vitæ habeas, & ipſam reverenter, ac diligenter obſerves, eamque a tuis Sororibus obſervari procures, cum illius tamen temperamento rigoris, de quo idem prædeceſſor noſter, & nos ſuper quibuſdam ipſius formulæ articulis, ex Apoſtolicæ providimus plenitudine poteſtatis, nec te, ac Sorores eaſdem illud exterreat, quod de virtute obedientiæ, ac obſervanda beati Benedicti Regula in eadem formula continetur, cum pro eo quod Sororum univerſitas, ſuos ab illicitis reſtringat affectus, & religioſæ vitæ ſtudio fortius aſtringatur, præceptum obedientiæ in illa po-*

Epiſt. Pont. ad filiam Regis Bohemiæ Agnetem.

poſitum fuerit, *& adjectum* de beati Benedicti Regula, *ut per ipſam quaſi præcipuam de Regulis approbatis, veſtra Religio authentica redderetur. Nulla tamen propter hoc neceſſitate vobis inducta, ut ipſam teneamini obſervare: ſicut ex eo clare probatur, quod memoratus prædeceſſor noſter, præſente, & audiente Ven. Fr. N. Oſtienſi Epiſcopo declaravit, quod Regula ipſa Sorores ſui Ordinis non ligat ad aliud, niſi ad obedientiam, abdicationem proprii, ac perpetuam caſtitatem, quæ ſub alia cujuslibet Religionis exiſtunt, & in quibus conſiſtit meritum conſequendi perpetuæ felicitatis effectum. Tu itaque columba pacifica, tu filia virtuoſa quieſcas, & da finem mentis tuæ fluctibus, ut ne ſimilia poſtulandi de cetero, reſumas affectum, cum tibi, ac eiſdem Sororibus ad merendum præmia perennis vitæ ſuſcipiat, quod ſolam ſæpe dictam formulam, cum Apoſtolicæ diſpenſationis remediis, ad Dei gloriam mundis cordibus obſervetis; proviſuræ vobis per humilis confeſſionis auxilium, ſi quando aliud ex fragilitatis humanæ defectu ab aliqua veſtrum agitur, quam in eadem formula, vel factis circa vos Apoſtolicæ Sedis proviſionibus habeatur. Dat. ut ſupra.*

XXIX. Illud advertendum circa illam clauſulam qua Pontifex aſſerit, Claram & Moniales ſancti Damiani profeſſam eſſe formulam a Gregorio traditam, & obſervaſſe uſque in hunc annum id omnino verum eſſe, ſed ultra hanc, obſervavit eam, quam ſanctus P. Franciſcus præſcripſit, quæ datam a Gregorio normam, haudquaquam enervat, ſed perficit, utque poſterius, & de ipſius conſenſu, eoque dum Cardinalis ageret, aſſiſtente, ſcripta fuerit. Unde cum mox in cathedram Petri conſtitutus, ſanctæ Claræ offerret poſſeſſiones, tantæ compatiens paupertati, illa magno, ac conſtanti animo eas refutavit, in arctiſſima ſemper vivens paupertate, ut in præfata ſua formula Pater Franciſcus præſcripſit: unde in Officio ejus canitur; *oblata per Gregorium refutat poſſidere* &c. quod & hiſce verbis Alexander IV. in Bulla Canonizationis teſtatur; *Amatrix vero præcipua, & colona ſedula paupertatis, ſic illam ſuo affixit animo, ſic eam in ſuis deſideriis alligavit; quod ſemper in ipſius dilectione firmior, & ardentior in amplexu, adſtricta & delectabili ejus copula, pro nulla unquam neceſſitate diſceſſit; nec aliquibus potuit induci ſuaſibus ad conſentiendum, quod ſuum Monaſterium proprias poſſeſſiones haberet: quamquam felicis recordationis Gregorius Papa prædeceſſor noſter, de multa indigentia ipſius Monaſterii pie cogitans, libenter illi voluerit, pro Sororum ejus ſuſtentatione poſſeſſiones ſufficientes, & congruas deputare.* Sed de hoc in anterioribus annis. Alia vero dictæ epiſtolæ clauſula reſolvit plurimas ambiguitates, quæ emergere poſſunt ex epiſtolis Gregorii, quatenus Ordo ſancti Damiani dicitur ſub Regula ſancti Benedicti inſtitutus, id nempe titulo, & invocatione intelligendum venit, non obſervantia Regulæ, aut illius ſtatus rigoroſa profeſſione, ſicut religiones militares verbi gratia ſancti Stephani ſub Regula ſancti Benedicti militant, licet nullum ejus particulare ſtatutum obſervet. *Præceptum obedientiæ*, inquit, *in illa potiſſimum poſitum fuit, & adjectum de beati Benedicti Regula, ut per ipſam, quaſi præcipuam de Regulis approbatis veſtra Religio authentica redderetur, nulla tamen propterea neceſſitate vobis indicta, ut ipſam teneamini obſervare*, &c. de hac Regula quam Cardinalis Hugolinus tradidit, aliiſque variis infra erit ſermo.

Refutat S. Clara poſſeſſiones relatas.

SUP-

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO

,, I. TAmdem, miſerante Deo Eccleſiæ ſuæ, Sinibaldus Fliſcus ex
,, Lavaniæ Comitibus Anagniæ VIII. Kalendas Julii a purpura- Innocentius P. IV. creat.
,, tis Patribus in Summum Pontificem electus, Innocentius IV. ſaluta-
,, tur. Atra rerum facies erat, ac periculoſis turbinibus referta: at ni-
,, hilominus tot in cœcis ambagibus Pontificium cor minime terretur;
,, In omnibus prudens, ſuper omnia vigil, paſtoralem curam, quam ſu-
,, ſceperat, ſtrenue ſtatim exequi cœpit, ut abunde ejus geſta oſtendunt. *Bullar. Roder bulla 15. fol. 20.*
,, Inter ceteras verum gratias quas noſtro Ordini fecit, e regione poſi-
,, tis a Waddingo relatis, quæ ſequuntur veniunt reponendæ: prima qui-
,, dem, qua concedit, Fratres in ſuis locis poſſe habere Oratoria, in
,, quibus ſuper Altari Viatico divina facere queant, abſque decimis &
,, oblationibus, expedito brevi, cujus originale in Conventu ſancti
,, Franciſci Salmanticæ aſſervatur. Talis eſt, ut ex Roderico hic infra
,, exhibemus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Fratribus Minoribus ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

,, *NOs attendentes veſtrarum orationum ſuffragia plurimum opportuna:*
,, *quoniam eo efficaciter eſſe debet noſtra interceſsio apud Deum,*
,, *quod perfecte viventes, ejus digni eſtis gratia potiori: conſiderantes quo-* Concedit Fratribus Oratoria, & altare viaticum.
,, *que, vobis negandum non eſſe unde nemini derogatur, dum noſtra expoſcit*
,, *Religio, ut quæ ſunt etiam de gratia ſpeciali vobis concedere debeamus:*
,, *Devotioni veſtræ auctoritate præſentium, veſtris inclinati precibus, in-*
,, *dulgemus, ut in locis, in quibus degetis, liceat vobis habere Oratoria,*
,, *in quibus cum viatico altari poſsitis Miſſarum ſolemnia, & alia divina*
,, *Officia celebrare, omni Parochiali jure Parochialibus Eccleſiis reſervato:*
,, *& ne de hoc jure poſſit quæſtio ſuboriri, illud declaramus circa oblatio-*
,, *nes, decimas, & primitias, quæ a Laicis ſolent Clericis exhiberi, qui-*
,, *bus defraudari nolumus Eccleſias occaſione Indulgentiæ ſupradictæ. Nulli*
,, *ergo omnino hominum liceat &c. Dat. Anagniæ Nonis Octobris, Pontifica-*
,, *tus noſtri anno primo.*

,, II. Archiepiſcopis præterea & Epiſcopis indixit, ne in ſuis Civi-
,, tatibus, & Diœceſibus quemquam non vere Fratrem, & Minorum
,, habitum deferentem, requiſiti, deferre permittant, ſed eum depo-
,, nere faciant, dato brevi ſequentis tenoris.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

,, *QUia confuſio habitus ſæpe confuſionem inducit Ordinum, & etiam*
,, *animorum: auctoritate Apoſtolica diſtricte duximus inhibendum,* *Ex ſpecul. n. 1. fol. 27.*
,, *ut alicui (ſi non ſit in Religionis Ordine Fratrum conſtitutus)*

 habi-

Prohibet ne quis non legitime Religioſus deferat habitum Minor.

„ *habitum dilectorum filiorum Fratrum Minorum, aut ita ſimilem, quod* „ *propter eum Frater Minor credi poſſit, deferre non liceat abſque manda-* „ *to Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Volumus ergo, & Fraternitati veſtræ per* „ *Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli veſtrum in ſuis Civitati-* „ *bus, & Diœceſibus illos, qui præfatum habitum, vel prædicto modo conſi-* „ *milem, contra inhibitionem noſtram deferre præſumpſerint, ad deponen-* „ *dum ipſum, cum ab ipſis Fratribus fueritis requiſiti, monitione præmiſſa,* „ *ſublationis obſtaculo compellatis &c. Dat. Laterani* III. *Kalendas De-* „ *cembris Pontificatus noſtri anno* I.

Indic. ex Monum. fol. 105.

Privilegia FF. concedit & Monialibus.

Ex Vatic. Indic.

„ III. Voluit præterea, quod Fratres poſſint recipere neceſſaria „ inter excommunicatos. *Vobis extremam &c.* II. Kalendas Decembris: „ & pariter, quod tempore interdicti divina celebrare poſsint. *Devotio-* „ *nis &c.* XII. Kalendas Decembris: & quod Ordinis Prælati ſuper irre- „ gularitate diſpenſare valeant. *Licet ad hoc &c.* III. Kalendas Novem- „ bris; & ab excommunicatione abſolvere venientes ad Ordinem. *In* „ *jure canonico &c.* XVIII. Kalendas Januarii. Ceterum pro Sanctimo- „ nialibus Montis Lucis conceſſa Indulgentia. *Splendor paternæ &c.* „ Kalendis Octobris; eas voluit exemptas a gabellis. *Vacantibus amori* „ *&c.* VII. Kalendas Decembris.

ARGUMENTUM.

Mortuus Haymo Generalis Miniſter, qui correxit rubricas Breviarii & Miſſalis, quæ correctio in ordinarium S. Rom. Eccleſiæ tranſivit. Subortæ in Religione nonnullæ turbæ circa Inſtituti veram obſervantiam. Innocentius confugit Genuam, & inde in Gallias. Convocat Patres Ordinis Genuam. Eligitur frater Creſcentius Generalis Miniſter. Frater Elias profugit ad Imperatorem, ſed condemnatur ex ſententia Pontificis. Frater Rodulphus olim Alſatiæ Comes promovetur ad ſacros Ordines. Ejus exemplo Inſtitutum capeſcit Comes Scamburgenſis. Frater Laurentius Svevus ad Sedem Upſaben eligitur. Conventus erecti. Indulta Apoſtolica recenſentur.

Mors Haymonis Generalis Miniſtri.

I. HOc anno Anagniæ e vita deceſſit frater Haymo Generalis Miniſter, quam præfecturam minus annis quinque geſſit, electus porro anno Domini MCCXXXIX. idque in feſto omnium Sanctorum, hoc anno in vivis eſſe deſiit, antequam Ordinis Comitia generalia convocarit Pontifex Januam. Peracta autem ſunt ante menſem Novembris, circa Octobris initium. Haymo vir fuit magnæ prudentiæ & ſanctitatis, qui plures pro Eccleſia labores exanthlavit, ejus buſtum hoc Epitaphio ornatur.

Maria. lib. 2. c. 15.
Marc. lib. 1. c. 25.

Hic jacet Anglorum decus, & decor Aymo Minorum
Vivendo frater, hocque regendo Frater.
Eximius Lector, Generalis in Ordine rector.

Reſtituitur carmen.

Primus verſus contractior & corrupte legitur apud Rodulphum & Willot: eum reſtituit Pitſeus adjectione epitheti ſic:

Hic jacet Anglorum ſummum decus Aymo virorum

Ma-

Marianum ſequor ex eo ſincere tranſcribens, ut jacet vitioſum quidem metro carmen, non ſenſu tranſmutatione vocularum, & abjecta conjunctione recte ſic currit.

Hic jacet Anglorum decor, decus Aymo Minorum.

II. Reducendus Pitſeus, qui mortem Haymonis in annum MCCLX. conſtituit, & non recte correctionem Breviarii Romani ex præſcripto Alexandri IV. eidem demandavit. Innocentio præcipiente id factum, ſcripſit Rodulphus, Henricus Willot, Poſſevinus, & alii; antea tamen ſub Gregorio IX. ejuſque auctoritate Haymoni id curæ fuiſſe putarem ex indulto, quod ſuperius expreſſum eſt, anno ultimo Pontificatus Gregorii. Ceterum Haymonis illa correctio eo auctoritatis pervenit, ut non modo recepta ſit per univerſum Ordinem (ut præter alia monumenta, docet epiſtola Joannis Parmenſis in Capitulo Metenſi, data anno MCCXLIX. quam ibidem dabimus) ſed etiam in ordinarium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ritum tranſivit, præcipiente Nicolao III. Pontifice: teſtem hujus offero Rodulphum Decanum Tongrenſem, cujus hæc verba ſunt. *Sciendum tamen quod Nicolaus Papa III. natione Romanus, de genere Urſinorum, qui cœpit anno Domini* MCCLXXVII. *& palatium apud ſanctum Petrum conſtruxit, fecit in Eccleſiis Urbis amoveri Antiphonarios, Gradualia, Miſſalia, & alios libros Officii antiquos quinquaginta, & mandavit, ut de cetero Eccleſiæ Urbis uterentur libris & breviariis Fratrum Minorum, quorum Regulam etiam confirmavit. Unde hodie in Roma omnes libri ſunt novi & Franciſcani* &c. Eadem Jacobus Pamelius in præfatione ad Micrologum de Eccleſiaſticis obſervationibus: & quantumlibet ille ſtudio antiquitatis, ut ſibi videtur, retinendæ, factum non approbet, conſuetudo recepta, & auctoritate Pontificis introducta præferenda eſt, quam praxis, & uſus deinceps confirmavit. Nec tum primum, nec ultimum Eccleſia ritum prout occaſio, aut tempus ferebat innovavit, aut in aliquibus mutavit: nam id licuiſſe Tridentinum definit, & expediviſſe, hominum mores, & & inſtabilis rerum curſus docet, cum aliquando in contemptum, & abuſum trahitur, quod alias venerationem & cultum præ ſe ferebat, quod variis exemplis demonſtrari poſſet. Verum hujus argumenti tractatum longiorem in proprium tempus remittimus. Id nunc ſubindicare ſufficit, decipi Rodulphum in eo, quod novitatis officium Franciſcanorum redarguit, demas quod emendatum ab ipſis fuit: porro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ conformari in divino Officio Regula præcepit; nec immerito interpretati ſunt eſſe officium proprium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quod in Cappella Papæ, & Collegio Cardinalium fuit in uſu, ſicut vere in iis Eccleſia Romana ſubſiſtit, non in aliis Congregationibus quantumlibet Romæ degant. Hoc Officium aſſumpſerunt Franciſcani, debitoque ordine, ac ritu ex præcepto Pontificio diſpoſuerunt, non aliquod novum invexerunt.

Per Haymonem correctum Breviarium & Miſſale aſſumpſit Eccleſia.

Rodul. Tongrenſis lib. de cano. obſer. prop. 22. Tom. 11. bibl. Patrum edit. Colonien.

Jacobus Pamelius præfat. ad Micrmusolog. de Eccl. obſer. ibid.

Trid. 5. ſeſſ. 21. c. 2.

Quodnam cenſeri debet Officiũ Rom. Eccl.

III. Sanctus Antoninus viginti annos adjecit præfecturæ Haymonis, vitio, ut credo, impreſſoris. Simili menda Gregorium X. pro IX. ſubſtituit Henricus Willot, dum in Haymonis ad Græcos olim inciderit legationem. Varii ſui ingenii monumenta reliquit frater Haymo, de quibus agendum erit ſuo loco.

IV. Generalis Miniſtri mors liberum contentionibus, & litibus forum conceſſit; nam præterquam quod frater Elias cum aſſeclis rei bene gerendæ non deſerendam occaſionem in manus datam putarit, vel recuperandæ dignitatis, a qua, ut prætendebat, injuſte, & per calumniam de-

poſitus fuit, vel certe ſi quod ei jus ſpecietenus ad impoſturam ſuperfuit, velut extincto æmulo, illud liberius retinendi; qui & ſancti P. Franciſci notam intentionem ſocius, & agentis in terris ſecundo Vicarius, regiminis, ſtatuſque longam ab incunabulis ejus experientiam, ac demum operam, quam in reducendo Friderico poſuit, velut in Eccleſiam merita venditaret: præter, hæc inquam, fratris Eliæ machinamenta, & factionem quæ magna fuit, & potens, alia ex oppoſito ſuperfuit, quam alii Fratrum zelatorum, & ſpiritualium nomine appellant, alii a ſancto viro fratre Cæſario, quem perſecutus eſt Elias, Cæſarianos. Hi varia auctorum judicia experti ſunt. Peregrinus de Bononia apud Marianum, phantaſticos, & contentioſos appellat. Angelus de Clareno, Marianus, Marcus, & alii æquiores ſunt; homines ſanctos, zelatores, & devotos fuiſſe ſcribunt, inter quos plures extitere ſocii beati Patris Franciſci, aliorumque qui tum ſupererant, ut Ægidii, Leonis, Ruffini communicatis conſiliis regebantur, de quorum conſenſu ſeptuaginta duos Fratres, viros ſcientia, & ſanctitate primarios pro informatione ſummi Pontificis, Protectoris, totiuſque Romanæ Curiæ delegerunt. Ego media inter præmiſſos Auctores via inceſſerim, ut nec in omnibus a contentione excuſandos, nec in alios damnandos cenſuerim. Quis porro neſcit extirpandæ paupertatis, & diſciplinæ monaſticæ apertam eſſe pridem ab Elia portam, quam ingreſſi plures eam ruinam, & confuſionem invexere ſanctuario, quam multorum annorum vigilantia, ac rigor reſtaurare non potuit? Quin etiam ejus exempla liberius a quibuſdam captata, in dies in tanta ſenſus humani pronitate nova fiebant, magiſque frequentata, conniventibus interdum Prælatis: interdum diſſimulantibus quod emendare non poterant; interdum negligentibus, parciuſque ſui muneris functionem exequentibus; interdum ſeductis quadam pietatis ſpecie, vel tamdem rei ignaris, majori interim acceſſione noxiæ in agro Religionis ſuapte natura ſuccreſcebant.

Studium & conatus Eliæ.

Turbatio Ordinis.

Peregrinus de Bononia. Clarenus trib. 3. Marianus. Marcus.

Inter extremas opiniones ſecurior media.

Excuſantur zelatores.

V. Sed ex alia parte deploranda magis erat temporum injuria, quam accuſandi in multis Prælati, quibus mala diſplicebant, quæ emendare non licuit: is porro rerum in Italia ſtatus fuit: ſuperabundavit iniquitas, nulla Eccleſiæ, aut bonis eſſe potuit pax, concurrentibus gladio & gladio, ſpirituali, & temporali poteſtate; religio paſſim contempta per profanos; malorum ultioni ſola patientia, atque in Deum concepta fiducia reſtabat; quæ nonnullos exceſſus tolerandos magis ſtudio pacis, quæ rerum iniquitate exulare videbatur, quam diſcutiendos, & ad forum revocandos ſuadebant. Omnes etiam norunt in progreſſibus ſuis, vehementiorem eſſe nonnumquam zelum quam prudentiam, & hanc tardis paſſibus, & compoſitis vix longo ſpatio aſſequi poſſe præcurrentem amoris flammam, quæ obvia corripit non diſcernendo materiam, perſonas, tempus, aliaque quæ expediunt. Potuit ergo eſſe negligentia in Prælatis quoad aliqua, in zeloſis vero quoad alia imprudentia; in toto omnes condemnare non licet, utpote ſanctos & juſtos, nec excuſare quia homines mortales. Corpus tamen Religionis in medio ſiſtens, hac membrorum inæqualitate, ac diverſo ſtudio divexatum, inter extrema ſecurum iter tenebat, ut nec prætenſæ perfectionis intuitu aliorum contemptum præ ſe ferret, aut ſacroſanctum pacis ac caritatis violaret ſeditione nexum, aut litigiis interturbaret ſilentium; nec etiam irrepentem diſſolutione labem foveret, aut probaret exceſſus.

Excuſantur Prælati.

Corpus Religionis ſolidum.

VI. Interim Innocentius Pontifex Anagnia in Urbem rediens, continuo

Digitized by Google

Tractatus pacis inutilis.

tinuo de pace cum Friderico tractavit, quæ cura & Balduinum Imperatorem, & Comitem Toloſatem fatigavit. Friderico interim, ejuſque nuntiis conditiones, & pacta in dies variantibus: nec patrimonio Eccleſiæ cedere, nec Prælatos Amelphiano carcere detentos libertati reddere; nec quidpiam tractandæ pacis ſine ſcrupulo admittere volentibus, ut qui oculis capti ubique impingebant, & a quibus nullum erat periculum ſuſpecta habebant. Quatuor continui menſes tractatibus ejuſmodi ſine fructu inſumpti. Conſtituitur colloquio tamdem Pontificis, & Imperatoris ex hujus electione Civitas, ut quidam volunt Caſtellana, locus idoneus. Blondus & Platina, denunciato periculo, congreſſum declinaſſe Innocentium aſſerunt. Falſum hoc eſſe probant litteræ quædam ipſius datæ in Civitate Caſtellana hoc anno, quas ad calcem indicabimus in circularibus Imperatoris, quas ad ſui dedit excuſationem. Invenio Narniam delectam fuiſſe, quo Pontifex accederet; Imperator vero Interamnem, ut e vicino de concordia, & facilius coram agerent, ſi occaſio ferret, quinque tantum milliaribus diſtantes. Subſtitit Pontifex in Civitate Caſtellana, nolens ulterius, detectis ut credo inſidiis, progredi. Cardinalis autem Portenſis proceſſit Narniam, inde ad Pontificem, comitantibus Legatis Imperatoris, reverſus; quibus reſponſum eſt, non eſſe integrum Pontifici tranſire in Campaniam. Omnis ergo pacis conatus incaſſum ruit, Friderico molliente in caput Pontificis. Nec Concilium denique, interceptis ab hoſte viis, Romam convocari; nec ipſe Pontifex ibi tuto conſiſtere potuit: clam igitur accerſitam per Fratrem Minoritam (ut habet Paulus Panſa in Innocentii vita) Januenſium claſſem apud Centumcellas, ut volunt Blondus & Platina, non Oſtiæ, ut Bzovius, conſcendit, & proſpera uſus navigatione pervenit Genuam. Sciens autem, Ordinis Generalem Rectorem jam deſiiſſe, & ſubortas hinc inde animorum diſcordias circa Regulæ obſervantiam, fomentum, ſuggerente inimico, magis invaleſcere; nec alioquin ſine capite diſtorta ad compagem membra reduci poſſe; ut omnia ad normam ordinaret, convocavit Ordinis Patres Genuam ad Comitia, ſeu Capitulum Generale, ne ipſo & Curia in Galliis, quo properabat degente, res in peſſum diſcordia traheret, nec adeſſet qui ſuccurreret, defuncto Generali, abſente Curia.

Error Blondi & Platinæ.

Pontifex navigat Genuam.

Blond. Platin. & alii.

Comitia Ordinis convocat.

Marian. lib. 2. cap. 15.
Marc. 2. p. c. 26.

VII. Conveniunt ergo Patres ex condicto Genuam: advolavit, & frater Elias vocatus a Pontifice (ut minus verum eſſe conſtet, quod de eodem Paris ſub anno MCCXIX. narrat) velut ſequeſter pacis inter Fridericum, & Pontificem, omnia ex parte Friderici impenſe pollicetur, ut nec inutilem operam ſuam fuiſſe probaret Pontifici, quamdiu Friderico adhæſit. Eliam ad Capitulum ſequuta ſunt plurima ſuæ factionis capita, quæ non modica turbationis ſemina reliquis iniecerunt, ſuſpectum habentibus jam notum hominis talentum, & ſequacium conatus, quibus nihil frequentius in ore verſabatur, quam ſocium ſancti Patris Franciſci, & qui ipſo adhuc vivente rexit, maxime omnium ad gubernacula Ordinis idoneum eſſe, experientia, & uſu; cui ſancti Patris totus in condenda Regula animus, & intentio patuit.

Sequaces Eliæ.

Octavum generale Capitulum.

VIII. Celebratur interim octavum poſt mortem ſancti Patris Franciſci Capitulum, quo in Generalem Ordinis Rectorem aſſumptus eſt frater Creſcentius ab Æſio Miniſter Provincialis Provinciæ Marchiæ, homo litteris, & ſenectute bona venerabilis. Declinante jam ætate, Religionem aſſumpſit, antea in ſeculo multis annis utriuſque Juris, & Medicinæ pe-

Digitized by Google

Error Anton. & Rodulph.

peritus extitit. Electio incidit in feſtum ſancti Patris noſtri Franciſci hoc anno, non ſequenti, ut habet Antoninus, & Rodulphus, qui etiam eam conſtituit factam Aſſiſii, in eo forte deceptus, quod ipſe aliud capitulum anno ſequenti deſignet Aſſiſii celebratum ſub Creſcentio, cujus alii nuſquam meminere, neque quidpiam memoratu dignum in eo factum, profert. Erroris etiam cauſam dedit Auctor *Memorialis*, ut vocant, *Ordinis*, qui in Capitulo Genuenſi ſuperſtitem ſcribit Haymonem, & acta Romæ, & Bononiæ præteritis comitiis commiſcens, illuc transfert, quem imitatus eſt idem Rodulphus ex parte agens de Generalibus, ſpeciatim Haymone, quem amplexum fuiſſe Innocentium tradit, excluſo æmulo fratre Elia. Hoc tamen præſente Capitulo, & loco eveniſſe compertum eſt, mortuo Haymone.

Auctor memorialis. Rodul. lib. 2. fol. 178.

Repellitur frater Elias.

IX. Frater Elias porro, ejuſque pars in judicium coram Innocentio vocatus, detectis dolis, reprobari meruit, omni gratia & privilegio exuitur, & ſolemni in comitiis declaratione Pontificia declaratur privatus Frater: unde tota prætenſæ auctoritatis, ſive ex Gregorii indulto, ſive ex alio quovis capite, machina, ſummoto fragili fundamento, excidit. Aſſeclis proinde, aliiſque Fratribus diſtricte mandatum, ne eidem ut Prælato obſequantur, ipſique inhibitum, ne extra amplius divagetur, ſed aggregatum reliquo corpori membrum ſub ſuo capite famuletur.

Apoſtaſia fratris Eliæ.

X. Ad haſce anguſtias, præter ſpem inflatus pridem animus, redactus impotens ſui, exarſit in rabiem, ad Imperatorem profugit, profeſsi Inſtituti, priorumque beneficiorum prorſus immemor, fit apoſtata ab Ordine, Eccleſiæ rebellis, ſancti Franciſci ſocius tot ſignorum, tantæque ſanctitatis, humilitatis, obedientiæ ocularis teſtis, & qui aliquamdiu vitæ rigore, primis illis Religionis columnis plurium opinione nec inferior, nec infructuoſe convixit, cui gregem ſuum denuo regendum commiſit beatus Pater Franciſcus, qui totius Religionis ſuffragiis bis præfecturam ejus generalem aſſumpſit. Tantam ruinam traxit unius ambitionis pondus, quod olim Origenem, & Tertullianum primarios doctores, velut abruptos Eccleſiæ exturbavit, in eum Innocentius Pontifex excommunicationis ſententiam promulgavit, & contumacem habitu Religionis, omnique privilegio clericali privatum fecit, ut compleretur de eo ſancti Patris prædictio, quam ſuperius expreſsimus, cujus precibus, ac lacrymis, totque ſanctorum Fratrum ſuffragiis, velut ovis aberrans Eccleſiæ poſtliminio reſtitutus, prioris vitæ exceſſus ſub morte amariſsime luxit, ac communionem meruit: præventus tamen morte ad habitum non eſt reſtitutus, aut Inſtituto quod deſeruit, inſertus, ut infra narrandum ſuo loco recurret anno MCCLIII.

Excommunicatur.

Geſta & miracula ſancti Patris Fräciſci colliguntur.

XI. In eo Capitulo mandavit tam Generalis, quam omnes Patres, datis per Ordinem univerſum litteris, ut quidquid de vita, ſanctitate, & miraculis ſancti P. Franciſci occurreret, ſcriptis traditum ad ipſum Generalem tranſmitteretur. Hoc ſpeciatim tribus beati Patris ſociis injunctum eſt, nempe ſancto Fratri Leoni, qui a confeſſione, & ſecretis fuit ſancti Patris. Item ſanctis Fratribus Angelo de Reate, & Ruffino, qui inter primos ejus duodecim ſocios ſunt adſcripti. Hi gnaviter operi incumbentes, legendam quam trium Sociorum vocant, dictarunt, in qua id præcipue ſuppletur, quod ab aliis eſt omiſſum; opus perfecerunt in loco Græcii Provinciæ Romanæ III. Idus Auguſti MCCXLVI. perfectum vero ſcriptis ſequentibus litteris ad Generalem direxerunt, quæ litteræ deinceps præfationis loco inſertæ, præficiuntur operi.

Legenda trium ſociorum dicta. Ejus auctores.

Re-

Digitized by Google

Reverendo in Chriſto Patri Fratri Creſcentio, Dei gratia Generali Miniſtro, F. Leo, Fr. Ruffinus, & Fr. Angelus, olim ſocii, licet indigni, beatiſſimi Patris Franciſci reverentiam in Domino debitam, & devotam.

XII. *Cum de mandato proximi præteriti Capituli generalis, & veſtro, teneantur Fratres ſigna, & prodigia beatiſſimi Patris Franciſci, quæ ſcire, vel reperire poſſunt, veſtræ paternitati dirigere; viſum eſt nobis, qui ſecum (licet indigni) fuimus diutius converſati, pauca de multis geſtis ipſius, quæ per nos vidimus, vel per alios ſcire potuimus, & ſpecialiter per fratrem Philippum Viſitatorem pauperum Dominarum, fratrem Illuminatum, & fratrem Maſſæum de Marignano, & fratrem Joannem ſocium venerabilis fratris Ægidii, qui ab eodem fratre Ægidio, & ſanctæ memor. fratre Bernardo plura de ejuſmodi habuit ſanctitati veſtræ, veritate prævia, intimare, non contenti ſolum narrare miracula, quæ ſanctitatem non faciunt, ſed oſtendunt. Unde propterea plerumque affiguntur locis inſignibus; nam ſunt miracula introitus ad fidem, ut ait beatus Auguſtinus: at ſanctæ converſationis ejus inſignia, & pii beneplaciti voluntatem oſtendere cupientes, ad laudem & gloriam ſummi Dei, & jam dicti Patris ſanctiſſimi, ac ad ædificationem volentium ejus veſtigia imitari. Quæ tamen per modum legendæ narramus, cum dudum de vita ſua, & miraculis, quæ per eum Dominus operatus eſt, ſint confectæ legendæ. Sed velut de magno, & amœno prato quoſdam flores arbitrio noſtro pulchriores excerpſimus, continuam hiſtoriam non ſequentes, ſed multa ſerio relinquentes, quibus hic pauca, quæ dicimus, & inter ea dumtaxat nihil ſupra, poteritis facere inſeri, ſi veſtra diſcretio videbit eſſe juſtum, credimus, quod ſi venerabilibus viris qui dictas confecere legendas, hæc nota fuiſſent, ea minime præteriiſſent, quin ſaltim ipſa pro parte ſuo decoraſſent eloquio, & poſteris ad memoriam reliquiſſent. Semper integre valeat veſtra ſancta paternitas in Domino. Amen. Data Gretiæ* III. *Idus Auguſti anno* MCCXLVI.

Epiſtola Leonis, Ruffini, Angeli.

Rodul. p. 179.

XIII. Negotium etiam datur fratri Thomæ de Celano (qui ex mandato olim fel. rec. Gregorii IX. edidit legendam, quam in choro Fratres cantabant) ut tam ſua (fuit enim ſancto Patri in vita conjunctus ſocius, ejuſque ſanctitatem expertus) quam quæ ab aliis tranſmittebantur, commiſcens, ſtylo ad normam reduceret, qui opus edidit, legendam antiquam hodie dictam. Incipit: *Placuit ſanctæ univerſitati veſtræ* &c. Eam mox in compendium contraxit frater Bernardus de Beſſa Provinciæ Aquitaniæ, ſancti Bonaventuræ ſocius, cujus initium eſt: *Quaſi Sol oriens*. Celano ſubſtituit Rodulphus Thomam Ceperanum ſimilitudine appellationis deceptus. Hic fuit ſecularis, officio Protonotarius, etiam de mandato Gregorii IX. beatum P. Franciſcum ſtylo proſequutus eſt. Tertius ipſe Generalis Miniſter Creſcentius tractatum de vitis Sanctorum Ordinis per modum dialogi compilavit, quem ſuperius citatum reperies.

Marian. lib. 2. *cap.* 15.

Thomas duas legendas complevit.

Fr. Bernardus de Beſſa.

Thomas Ceperanus.

XIV. Cujus propenſionis, genii, aut regiminis fuerit electus Creſcentius ambigua ſcriptorum eſt fides: annis, & ſcientia venerabilem omnes docent; addit frater Peregrinus de Bononia teſtimonium integritatis, zeli, & diſciplinæ, quem verbotenus excepit Antoninus, & auctor Memorialis. Longe ab hoc recedunt alii, ut Rodulphus; ex quorumdam opi-

Dialogi Creſcentii.

Peregrinus de eodem.

Anton. tit. 24. *c.* 9. §. 4.

Rodulph. fol. 178.

opinione prædeceſſoris, inquit, ſui fratris Eliæ ſectatus eſt affectus, & mores: ubique enim videbatur mira quædam in eo, & inſatiabilis habendi cupiditas, mutandi loca ſolitaria, & ædificandi ſumptuoſa, procurandi legata pia, & ultimas voluntates, & ſepulturas, & acquirendi ſcientias ſeculares: crevitque in tantum temporalium rerum deſiderium, & effrenis libido poſſidendi, ut non erubeſcerent Fratres in partibus Italiæ pro ſuis votis implendis palam pecuniam procurare, & recipere, & litigia in curiis excitare; quæ univerſæ Religioni magnum periculum, & irreparabilem lapſum minabantur. Dolebant Viri, qui in Religione tunc temporis ſcientia, & ſanctitate florebant, damnantes hunc vivendi modum; ſed fruſtra nitebantur: tamdem habito maturo conſilio, convocatiſque Sociis quibuſdam beati Franciſci, qui tunc vivebant, dolentes quod tam notoria tranſgreſſio irrepſiſſet, ſummum adire Pontificem conſtituunt, habito aſſenſu LXXII. Patrum. Quo audito frater Creſcentius Generalis, una cum fratre Bonadie ejus ſocio & Juriſperito, præcurrunt ad Pontificem narrantes falſa pro veris, affirmanteſque, in familia quoſdam inobedientes exiſtere, qui totum Ordinem deturbant, & fractis obedientiæ loris, ſuperiorum mandatis non obediunt. Quibus auditis, mandavit Pontifex, ejuſmodi Fratres corrigendos eſſe, ut ſcandalorum occaſiones penitus extirparentur.

Introducta relaxatio.

XV. A Rodulpho non recedit Marcus, totam facti invidiam rejiciens in fratrem Eliam, ejuſque ſequaces, qui perſequi non deſtiterunt Regulæ, & veritatis ſtudioſos, ſanctoſque zelatores prævivit frater Angelus Clarenus. Nimium uterque mihi declinare videntur ad extrema frater Peregrinus de Bononia, & frater Angelus Clarenus, ut qui contrariæ factionis partes ſuſtinent, & floruerunt ſub Generali Gondiſalvo dum maxime diſſenſiones, & quæſtiones circa Regulæ obſervantiam, & Fratrum defectus ante, & poſt Concilium Viennenſe agitarentur. Angelus ſtudio obſervantiæ ad ſeparationem tendit, qui & ſequaces habuit; Peregrinus vero communitatem Ordinis, atque Prælatos amplectens, fruſtra ambitionem & libertatem perfectionis velo oſtendi adſtruit. Varia ergo ſtudia in ſtylum irrepſere, & tam hic quam ille ita ſuas partes fovere videbantur, ut contrariam omnino deprimant; non negligunt tamen ſolidum narrationis corpus exponere, ut naturam ab arte, & ſincerum a peregrina impreſſione facile quiſquam acutus deprehendat. Ab his diſcordia inter Auctores emerſit. Marianus incedit medius referens, non defuiſſe qui ſollicitudinem Creſcentii culparent, non defuiſſe etiam, qui Ordinis paci expedire judicarunt, prævenire turbarum occaſiones, quibus hac via recens electus obviam ivit. Zelatores Regulæ, communicato cum Sociis beati Patris Franciſci conſilio, ſeptuaginta duos Fratres, ut dictum eſt, informando Pontifici, & Protectori deſtinarunt. Hoc auditum in Capitulo, extincta fratris Eliæ factione, novarum turbarum ſollicitudinem & metum ingeſſit majoris ſchiſmatis, ex Capitularium ſententia, & maxime judicio fratris Bonadie ſocii Generalis (hominis in ſeculo magnæ experientiæ, & in tribunalium ſtrepitu exercitati, ut qui judex ante converſionem extitit) præoccupandus erat Pontifex; qui ut cupidus fuit unionis in Ordine, facile, & ſine fraude quod expoſitum fuit, credidit, mandavitque ſeditionis auctores caſtigandos, ac prævenienda eſſe pericula; quod prompte executus frater Creſcentius, præfatos qui Genuam recta ad Pontificem contendebant, ſcriptis ad Cuſtodes & Guardianos litteris, mandat comprehendi omnes, quos acri-

Diſcordes opiniones earumque cauſa.

Marian.

Decretum zelatorum.

Digitized by Google

acriter reprehenſos, in exilium ad longinquas Provincias ablegavit. Inter eos fuere frater Simeon de Aſſiſio, frater Matthæus, & frater Jacobus de monte Rubiano, frater Lucidus dictus antiquior, & frater Manfredus viri ſcientia & ſanctitate præclari, qui humiliter, & ſine repugnantia, quod injunctum eſt, impleverunt. Indoluerunt multi quod Viri ſancti tam atrociter ſui ſtatus probatum zelum luerent, & ſuccreſcentem in dies tranſgreſſionem notoriam fieri, liberiuſque per hoc, nemine repugnante, vagari. Alii e contra pacem & viſionem præferebant Religionis.

FF. Simeon de Aſſiſio, Matthæus, & Jacobus de Monte Rubiano, Lucidus antiquior, & Manfredus.

F. Adolphus.

XVI. Hoc anno frater Adolphus (ſcripſi ex Stadenſi) Comes olim Holſatiæ, Sedem adiit Apoſtolicam pro diſpenſatione, quia Ordines ardentiſſimo deſiderio affectabat, & rediens, diſpenſationem largam cum tali littera reportavit.

Univerſis præſentes litteras inſpecturis, frater Reinardus & frater Gerardus, Domini Papæ Pœnitentiarii, ſalutem in Domino.

Noveritis, quod nos audita confeſſione fratris Adolphi, Ordinis Minorum Fratrum, præſentium portitoris eidem ſuper omnibus articulis, pro quibus duxerat ad Sedem Apoſtolicam adeundum, & de ſimilibus ſive minoribus ſi quos in oblivionem deduxit, de ſpeciali mandato venerabilis patris noſtri Ottonis, ſancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, cui Dominus Papa plenariam ſuper hoc conceſſerat poteſtatem, beneficium abſolutionis impendimus, & ut ad omnes ſacros Ordines promoveri valeat, diſpenſavimus cum eodem, injuncta ſibi pœnitentia ſalutari. Datum Laterani x. Kalendas Maii Pontificatus Domini Innocentii Papæ IV. anno 1.

Diſpenſatur cum Adolpho ut ordines ſuſcipiat.

XVII. Hæc Abbas Stadenſis, ex eodem Crantzius, ex Crantzio Rodulphus, & Abrahamus Bzovius, qui fratres Raynardum & Gerardum pœnitentiarios inſcripſit Ordinis Prædicatorum, cum nihil tale Crantzius ſomniaverit vel edixerit; nec præſumptio Bzovio hic quidquam confert, qui cucullum ex officio conjicit. Non quia pœnitentiarii, ideo ſequitur Ordini Prædicatorum continuo addicendos: nam & Franciſcanos etiam Pontificibus a confeſſione fuiſſe ex fide decretalium adſtruimus, quæ Raynardum ſuum & Gerardum Franciſcano etiam Inſtituto reſtituunt; & id quidem ex Bzovio, & litteris Urbani IV. ad Imperatorem Conſtantinopolitanum Michaelem Palleologum anno MCCLXIV. num. II. Verba Pontificis ſunt: *Licet itaque ab olim dilectos filios Simonem de Alvernia, & Petrum de Moras, Petrum de Criſta, & Bonifacium de Yporia, Fratres Ordinis Minorum, Apocriſarios noſtros ſuper hujuſmodi negotio ſufficienter inſtructos, ad tuam magnitudinem duxerimus deſtinandos, propter quod ipſi ſatis ad ea quæ ſcripſimus ſufficere videbantur, tuis tamen gratis, & placidis illecti oblationibus, & ex concepta de complemento negotii ſpei certitudine confortati; excitati quoque tuæ puritatis affectu, quem ad nos & prædictum negotium tegere ipſius tenor epiſtolæ, ac memorati Crotonenſis Epiſcopi expreſſio atteſtantur, tuæ ſaluberrimæ petitionis inſtantia debita cum Fratribus noſtris attentione penſata, & petitioni ſatisfaciendum fore decrevimus & petenti: & ecce Apocriſarios noſtros, videlicet prædictum Epiſcopum, nec non dilectos filios Gerardum de Prato, & Raynerium de Senis Fratres Ordinis Minorum, pauperes utique Chriſti ſervos, religione conſpicuos, providos & diſcretos, ac nobis & Fratribus noſtris gratos multipliciter & acceptatos, ad Imperialem excellentiam, de ipſorum Fratrum noſtro-*

Stadenſis. Crantz. lib. Metrop. c. 11. p. 237. Rodulph. fol. 214.

Raynerius & Gerardus pœnitentiarii adſeruntur Franciſcanis.

Miſſi in Græciam apocriſarii.

rum conſilio deſtinamus, ut idem Gerardus & Raynerius, his quæ præmiſſa continebat epiſtola, & quæ idem Epiſcopus ex parte tuæ Celſitudinis nobis retulit, ex ore tuo plenius intellectis, ſimul cum prædicto Epiſcopo, animum tuum in hujuſmodi tam ſancto propoſito corroborarent & confirmarent, teque ad melius ſalutaribus eorum monitis inceſſanter inducant, ac noſtra, & eorumdem Fratrum noſtrorum vota tibi plenius exprimentis, una tecum, & cum prædictis Apocriſariis noſtris, ſi præſentes in tua Curia fuerint, alioquin per ſeipſos diligenter & ferventer intendant, ad præparanda illa, quæ ad finalem dicti conſummationem negotii fuerint opportuna. Hæc Pontifex: nec ſcio quo auctore, præfatos Gerardum & Raynardum, ſeu Raynerium Epiſcopus conſtituat numero primo ejuſdem anni, cum contrarium plane inſinuet Pontifex, Fratres tantum appellans Ordinis Minorum, a paupertate laudatos. Fuit Raynerius Provinciæ Romanæ Miniſter, vir ſanctus, de quo alias ſuo loco erit ſermo. Interim ad fratrem Adolphum, quod Inſtituti eſt, revertamur.

Auctores citati. XVIII. Frater Adolphus ſubdiaconus rediens, a Joanne Epiſcopo, Ordinis Prædicatorum Magiſtro, in diaconum, & a Joanne Lubicenſi Epiſcopo, in adventu Domini XIII. Kalendas Januarii eſt in presbyterum ordinatus, qui etiam in Dominica, *Omnis terra* primam Miſſam in Zuentina, loco valde ſolitario, & Fratrum Minorum eremitorio, & in Namborch, ubi Comes fuerat, in Quadrageſima apud Minores Fratres die ſancti Gregorii celebravit.

Humilitas ejus. XIX. Vixit in Religione annos quatuordecim, ſitus eſt in oppido Kiil ſub lapide quadro in choro Fratrum, de quo hoc magnæ humilitatis exemplar Rodulphus. Cum ſemel Adolphus lac mendicaret in hydriam, ut haberent operarii, & Fratres, qui ædificabant Monaſterium in oppido Kiil, quo inter laborandum per æſtum reficerentur, per mediam plateam a qua declinare iter non poterat, ibi hydriam bajulans lacte plenam; & cum obvios habuiſſet filios ſublimes in equis Comitum, more ſecularium, paſſus eſt humani aliquid in animo, ut rubore cœperit perfundi: ſed ille ſe excutiens confortatur, & robur mentis advocans, cum adhuc in conſpectu eſſent filii, hydriam levatam ſuper caput evertit, ſeque totum a vertice lacte perfudit, dixitque ſibi: Infelix erubuiſti Chriſti pauperiem, bajulare lac in manibus, nunc vel in capite oſtende quid portaveris. Quis non jure miretur tantam in tanto viro humilitatem, patientiam, fortitudinem? non debuit vidiſſe Abbatem Stadenſem Rodulphus dicens, Adolphum perveniſſe ad annum MCCLXI. ille enim in-

Error Rodulphi. greſſum ejus ſtatuit in annum MCCXXXIX. a quo temporis rationem ſi ineamus, decimuſquartus Religionis incidit in annum quinquageſimum tertium. Huc non ſpectat, quod idem Auctor loco præfato ſubjungit exemplum liberalitatis Adolphi; & crediderim vitio Amanuenſis irrepſiſſe; alter enim, de quo iſta ſcribuntur, longe diverſus eſt; Epiſcopus non Frater Minor, de quo etiam Crantzius.

Conv. Chilenſis. Comes Schamburgenſium fit Franciſcanus. *Chronicon Saxoniæ MS. Lib. 2. c. 15.* XX. Schamburgenſium Comes idem vitæ exemplum ſequutus eſt, ædificato prius Minorum Chilenſi Conventu, in ejuſdem Ordinis Schamburgenſi Monaſterio, de propriæ uxoris, quæ pietati & ipſa ſtuduit, conſenſu, fit Franciſcanus hoc eodem anno.

Reconciliati Piſani ſequeſtro fratre Manſueto. XXI. Auctor eſt Marianus, hoc anno fuiſſe reconciliatos Eccleſiæ Piſanos, ſequeſtro Fratre Manſueto de Caſtelliano Aretino, Provinciæ Tuſciæ, & familiæ Minoritanæ, qui a ſecretis confeſſionibus Pontifici fuit, ejuſque pœnitentiarius. Gratitudinis ergo Senatus Populuſque Pi-

Digitized by Google

Anno Christi 1244.	Innocentii IV. anno 2.	Friderici II. Imp. anno 34.	Religionis Minorum anno 37.

Conv. Piſanus.

Fr. Laurentius Archiepiſcopus Upſalenſis.

Joan. Gothus in Metropoli Upſalenſi.

Piſanus Conventum juxta caſtrum Piſis ædificat, advocatis Fratribus Franciſcanis, qui illum incolerent. Frater Laurentius octavus Upſalenſis Archiepiſcopus circa hunc annum, vel non longe poſt, ad eam Sedem aſſumptus eſt. Hic fuit inter primos, qui Religionem Franciſcanam amplexus eſt in Svetia, de quo ita hiſtoria Metropolitanæ Upſalenſis Eccleſiæ, in Regnis Svetiæ & Gotiæ collecta a Joanne Magno Gotho, Sedis Apoſtolicæ Legato, ejus Eccleſiæ Archiepiſcopo. *Laurentius octavus Upſalenſis Archiepiſcopus, tum ob inſignis ſanctimoniæ profeſſionem, tum ob eximiam in ſacris litteris eruditionem, omnium in ſe dilectionem & favorem convertit: quando enim illi cœleſtis patrisfamilias nuncii, qui ſancti Franciſci Regulam profitebantur, primum in Svetiam adveniſſent, mox ipſe renunciata omni hujus mundi pompa, ſuſceptoque hujuſmodi vivendi inſtituto, Evangelicæ perfectionis ardentiſſimus obſervator, & prædicator evaſit, ſuoque exemplo plurimos inclytos viros, & nobili genere illuſtres, mundanam, tranſitoriamque felicitatem Chriſtiana humilitate commutare, & Ordinem ſancti Franciſci profiteri perdocuit. Quo facto, non parum confortata eſt nobiſcum Chriſtiana Religio, quando talis, & tam eximius vir doctrina, eloquentia, & prudentia præclarus, abjecta, & ſqualida veſte circumdatus, verbum Dei virtute magna prædicaret, paratus pro nomine Jeſu, non ſolum contumelias pati, ſed extremas quaſque perſecutiones ſuſtinere. Itaque cum ea ſanctitatis profeſſione nudum Chriſtum pro nobis crucifixum ſequeretur, nihilque minus concupiſceret, quam ab ipſo mundo (quem magnanimiter contempſerat) honorari: ecce totius cleri, & populi ſuffragiis in Archiepiſcopum electus eſt, ut implerentur verba illius ſummæ veritatis, quæ dixit: Nemo accendit lucernam, & eam ſub modio ponit. Confirmatus eſt per Sedem Apoſtolicam eo tempore, quo vacabat imperium, poſt depoſitionem Friderici II. Imperatoris, quæ accidit tempore Innocentii IV. anno* MCCXLIV. *anno primo Urbani Papæ IV. & pallio Archiepiſcopali inſignitus. Hic in Pontificalem cathedram ſublimatus, officium paſtorale inſuperabili evangelizandi conſtantia, uſque ad finem vitæ continuavit, ſanis conſiliis ſuis proceres, ac plebem Regni in ſancta religione, Chriſtianiſque moribus, & legibus conſervavit, & cum multa per interregnum (in quod pontificatus ejus incidit) ad turbationem ruere viderentur, attamen ſingulari prudentia ejus effectum eſt, ut nocentes longe minus auderent in innocentes. Erat ei perpetua familiaritate conjunctus nobilis ille, & generoſus præſes Ivarus Blao, cujus humeris, poſt fata Regis Erici Baldi, tota reſpublica nitebatur. Is ſapientiſſimi Pontificis monito, cupide Birgeri Ducis Oſtrogothi filium Vandelmarum, Regem fieri procuravit, omniaque Regni negotia tam prudenter ordinavit, ut uterque, videlicet Pontifex, qui ſapienter conſilia tribuit, & ipſe Ivarus, qui ea prudenter executus eſt, ſempiternam nominis ſui gloriam poſteris deſtinarit. Præterea Birgerum ducem, novelli Regis Valdemari patrem, multa ſeverius in nobilitatem Regni (præſertim in eos qui jam pridem Forchungis adhæſerant) molientem a ſcelerato propoſito revocavit, juſſitque, ut converteret gladium ſuum in vaginam, niſi velit & ipſe gladio quandoque perire, præfatus omnem innocentis ſanguinis terram Svecorum ſuperioribus annis abſorbuiſſe. Proinde magis curandum eſſe, quomodo Deus placari poſſit maledictæ terræ, quæ tunc cruore innoxio adeo ebria eſſet, ut ſupergredientes incolas vix ſuſtinere poſſet. Hæc paterna monitio tantum valuit, ut generoſus Dux cum nobilitate in gratiam reverſus, omnia quæ pacis eſſent, ſtudioſe exequeretur, Deum pœnitentia placaret, Monaſteria & Templa erigeret, ſacerdotia inſtitueret, Dei miniſtros cole-*

Eligitur Archiepiſcopus.

Verius anno 1245.

Munere ſtrenue fungitur.

Monet Burgerum ab armis diſcedere.

ret, filios ſuos mox in divina lege diligenter inſtrueret, & tamdem in numero bene, beateque viventium & morientium locaretur. Quo fatis abſumpto, non longe poſt, Laurentius beato fine quievit, ſepultus Evecopiæ apud Fratres ſuos Minores, cum quibus vivens quieſcere non ſinebatur. Anno Domini MCCLXVII. *tertio Nonas Martii.*

Conventus Tarviſinus erectus. *Gonzag. Provin. S. Ant. Monialiũ Conv. 8.*

XXII. Hoc anno ædificatum eſt Monaſterium Matris Domini de Cella dictum extra muros Civitatis Tarviſinæ, Provinciæ ſancti Antonii, de cujus ſtatu & mutatione hæc Gonzaga: *Ne emergentibus in dies novis per Italiam bellis, Clariſſæ Moniales, quæ Monaſterium ſanctæ Matris Domini de Cella (a tuguriolo quodam in modum cellæ ibidem prius erecto, in quo devota quædam fœmina per aliquot annos aſperrimam duxerat vitam, ſic dictum, atque extra Civitatis Tarviſinæ muros anno Dominicæ Iucarnationis* MCCXLIV. *ædificatum) inhabitabant, militum injuriis paterent, ut ad aliud intra ejuſdem urbis mœnia, in honorem ſanctæ Mariæ de Jeſu (de quo impræſentiarum) ſibi de novo conſtruendum, ſe transferrent, ex Tarviſini Senatus decreto cautum eſt. Ne vero interim præfatæ Sorores a ſuperveniente hoſte opprimerentur, omnes ſimul Venetias ad ſanctæ Mariæ majoris Conventum translatæ extitere, ubi per aliquot annos commoratæ ſunt: donec videlicet a Julio II. Pontifice Maximo Apoſtolici cujuſdam brevis tenore Tarviſium remeare, abſolutumque jam Conventum, de quo ſupra, ingredi compelluntur. In quo earum* L. *ſub habitu & regula beatæ virginis Claræ frequentius commorantur. Julii II. ſummi Pontificis breve, cujus ſupra meminimus, quodque ab his verbis auſpicatur:* Dilectæ in Chriſto filiæ ſalutem *&c. in hujus loci archivis perſeverat.*

Deſcriptio Tarviſii.

Tarviſium Civitas eſt in ea regione Italiæ, quam olim Euganei ſeu Veneti incoluerunt, celebris, nomenque toti Provinciæ dedit Marchiæ Tarviſinæ, olim Totilæ ortu, deinceps Longobardorum Marchionum ſede felix. Sile fluvio proluitur; poſt varios dominos, Imperium capeſcit Reipublicæ Venetæ, ex pactis cum Vicecomite Galeatio, & Scaligeris anno MCCCLXXXVIII. olim ictis, in eam Rempublicam celebratur probatæ, & conſtantis fidei; ut bello potiſſimum ſub Julio Pontifice, & Maximiliano Cæſare innotuit, quo, aliis titubantibus, hæc Civitas in fide conſtanter permanſit, nequicquam hoſte extrema minitante.

Conventus Aquenſis. *Gonz. Prov. Genuæ Conv. 45.* *Livius l. 41.*

XXIII. Ædificatur hoc anno Conventus Aquenſis Provinciæ Genuæ, in Lombardia Ciſpadana apud Ligures. Civitas ab aquis calidis & medicatis, & primis ejus fundatoribus nomen conjunxit, dictaque eſt Aquæ Statielorum, condita ab ejus appellationis gente Alpina Statielis, dicta primum ex Corio Silveſtra, non longe a via Æmilia ſita, nota ſatis Græcis & Latinis auctoribus. Fidem ejus in Romanos, capeſcentibus arma Liguribus, commemorat Livius. Ejus in Franciſcanos beneficium ad præſens recurrit: Conventum ædificavit B. P. Franciſco ſacrum, cinctum ipſius Civitatis vallo. Eccleſiam primum conceſſit Canonicorum ſacrum Collegium, anno MCCXLIV. adjecit Senatus, populuſque congruam habitationem, publicis excitatam expenſis. Conventus duodecim Religioſis frequentatur. Eſt autem hic locus Inquilinis, ob religionem & advenis aquarum & balneorum ſalubritate commendatus.

Conventus Mutinæ. *Rodulph. fol. 267.*

XXIV. Mutina in eadem Italiæ regione via Æmilia olim Romanorum colonia, atque Decii Bruti, occiſo Cæſare, aſylus, nunc Ducum familiæque Ateſtiuæ ſedes, eodem tempore Franciſcanos recepit, ædificato Conventu penes Civitatis portam, quæ vulgo dicitur Bajonaria. Dum tamen incommoda, & diſtantia loci plurimum premerent, Albertus Mutinenſis

Præ-

Digitized by Google

Præſul primum lapidem commodiori ſitu , ubi nunc degunt Fratres , poſuit . Rodulphus variat annum fundationis , neſcio an vitio impreſſoris; nam libro I. fol. 104. deſignat MCCXLIII. diem XII. Martii ſub Innocentio IV. ſed hoc non potuit eſſe , electo Innocentio , VIII. Kalendas Julii ejuſdem anni . Statuendus ergo præſens annus MCCXLIV: Eum locum potiſſimum duo exornant , alter qui inde prodiit frater Thomas Fignianus Mutinenſis , Ordinis Generalis præfectus , Patriarcha Gradenſis , & S. R. E. Cardinalis Tuſculanus , de quo ſuo loco ; alter qui ibidem ſepulturam accepit beatus Gerardus prædicatione , & miraculis inſignis .

B. Gerardus Mutinenſis .

XXV. Rodulphus quidam nobilis Venetus , dum beatus Gerardus prædicaret de laudibus , & prærogativa virtutum beati Franciſci , turbatus eſt ; unde indignabundus domum rediit , ſomnoque arreptus eſt , tum per quietem intellexit ex oſtenſa ſibi viſione , maximam ſanctitatem beati Franciſci , ob eamque cauſam ædificari juſſit locum ſancti Franciſci Venetiis in honorem ejus , & omnibus ſuis bonis pauperibus erogatis , factus eſt Frater Minor . Uxor vero ejus in Monaſterio ſanctæ Claræ ceſſit cum aſſenſu Viri , & ita uterque ſervivit Domino in omni ſanctitate & religione . Factiones & ſtudia partium Mutinæ extinxit , exules curavit revocandos , quacumque de cauſa excluſos . Vir fuit tantæ prudentiæ & ſanctitatis , ut eum Parmenſes ſibi Prætorem adſcirent , rebuſque componendis interponerent . Socius fuit beati P. Franciſci , Mutina oriundus , ex familia Rangonorum , genere & monumentis celebri ; nam & Lantfrancum Rangonum , ea inter Cives auctoritate valuit , ut cum Guidone Guidonio Epiſcopo Mutinenſi , & aliis Civibus dominium Civitatis Opizanti primum Ateſtino tradidiſſe , ferunt Annales Bononienſes anno MCCLXXXVIII. XVI. Kalendas Februarii . Ex eadem familia prodiit Hercules Rangonius Purpuratorum Patrum ordini a Leone X. inſertus , ob ſummas virtutes : item Hugo Rangonus Præſul Regienſium : Nicolaus Rangonus , ac Gerardus arte bellica florentes , nec degeneres ejuſdem Nicolai filii Annibal & Guido , quorum hic Leonis X. Clementis VII. Franciſci I. Galliarum Regis , ac Reipublicæ Venetæ auſpiciis præfecturam militiæ geſſit : ſed vel unico beato Gerardo familia Illuſtris fuit cujus frequentior eſt apud antiquos memoria , quam particularis miraculorum , quæ plurima extitiſſe fertur , deſcriptio .

Converſio Rodulphi Veneti .

Piſan. confor. 8. Rodul. fol. 103.

Gerardus factiones convellit .

Ejus prudentia .

Familiæ Rangonæ ortus .

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI .

„ Quod vero Gerardus ſocius fuerit ſancti Franciſci , aſſerunt Sigonius , ejuſque tranſcriptor Bzovius ; ſed mihi difficultatem ingerit , quod ipſe Sigonius poſtea ſcribit , nimirum Innocentium IV. Pontificem , e Lugduno in Italiam regreſſum anno MCCLI. Civitati Mediolanenſi Prætorem dediſſe Gerardum Rangonum eximiæ virtutis , atque prudentiæ virum , qui ducto exercitu contra Laudenſes , Friderico Imperatori , Pontificis infenſiſſimo hoſti , diris devoto , adhærentes , & Hubertum Pallavicinum Marchionem Cæſarianæ partis Imperatorem , cum Cremonenſibus occurrentem , variis præliis Julii , & Auguſti menſibus profligavit , urbemque , & arcem recepit . Et ne quis effugium ſubeſſe putet , aſſerendo Gerardum hunc Prætorem diverſum eſſe a Gerardo Minorita , objicio auctorem alterum Paulum Panſam Januenſem , vitæ Innocentii ſcriptorem , qui poſtquam Prætoratum hunc Gerardo (a patria Mutinenſi , propter Pontificiæ partis ſequelam exuli) ab Innocentio collatum , ejuſque victoriam contra Laudenſes recenſet , ait , eum potuiſſe facile aſpirare ad Principatum Mediolanenſem ; ſed noluiſſe ; imo maluiſſe humilem ſubire vitam Franciſcanorum , quam poſt

Sigon. de regn. Ital. lib. 17. ad ann. 1235.

Bzov. eodem anno num. 10.

Sigon. lib. 19. in princ.

B. Gerardus Mutin. an fuerit ſocius S. Franciſci? Fuit Prætor Mediolan.

Panſa ſub ann. 1251.

Corius in hiſtor. Mediol. par. 2. fol. 253.

Digitized by Google

„ poſt ſex menſes ab accepto Prætoratu aggreſſus eſt; quod, inquit, in „ magnam cedit Innocentii laudem, qui ſimiles homines ad gubernia „ vocabat, & honoribus exaltabat.

Conventus Collaris. Gonz. Prov. concept. convent. 11.

XXVI. Scribens Innocentius IV. Pontifex Maximus ad Ferdinandum dictum Sanctum, Caſtellæ Regem, atque ad ejus filium Alphonſum ejus nominis x. anno Dominicæ Incarnationis MCCXLIV. Pontificatus vero ſui anno II. qui fuit nonus ante beatæ Virginis Claræ obitum, illis Damianitarum Sororum (quo nomine tunc Clariſſæ appellabantur) Conventum Collaris, quod Segobianæ diœceſis oppidum eſt, attinetque ad Alburquerquentium Ducem, ſub titulo ſanctæ Mariæ Magdalenæ erectum (de quo inpræſentiarum) quam maxime commendat: ex quibus litteris Conventus vetuſtas utcumque colligi datur; reliqua monumenta incendio abſumpta ſunt. In eo obſervatur Regula ab Urbano IV. moderata.

Huyi & Leodii mutant Fratres locum. Mag. Chron. Belgicum.

XXVII. Hoyæ Fratres Minores a Capella ſancti Jacobi, ad locum, ubi nunc morantur, transferuntur. Fratres etiam Minores Leodii reliquerunt Eccleſiam, quam fere per decem annos inhabitaverant, & ædificaverunt in loco, qui dicitur Richeriſons, ſuper rivum nominatum Mendacii: de qua Eccleſia multo tempore ante fuerat dictum a puero, Sebaſtiano nomine, poſtea facto eremita, qui dum in domo patris ſui federet ad ignem, ſæpe proferebat: *Certe adhuc cantabuntur in iſto loco multæ Miſſæ devote*. Plures hoc tempore vitæ ſanctitate, & miraculis floruerunt, quos infra congruis diſtribuemus locis. Subjiciemus dumtaxat in præſenti Apoſtolica hujus anni indulta.

Indulta Apoſtolica. Regeſt. Epiſt. 461.

XXVIII. Secundo Idus Februarii conceſſit Indulgentiam quadraginta dierum viſitantibus devote, præmiſſa confeſſione & communione, Eccleſiam ſanctæ Eliſabethæ in Marpurch, a Feria quinta in Cœna Domini, uſque ad Dominicam Reſurrectionis incluſive. Incipit conceſſio: *Quoniam Apoſtolus* &c. Datum Laterani. Item Abbatiſſæ, & incluſis Clariſſis Monaſterii ſancti Spiritus Civitatenſis diœceſis confirmavit indultum Michaelis Epiſcopi & Capituli, quo ab omni jure Epiſcopali eximuntur, reſervato in temporalibus libræ unius ceræ quotannis tributo, in ſpiritualibus conſecratione Eccleſiæ, altarium, benedi-
Epiſt. 646. ctione Monialium. Incipit: *Cum a nobis petitur* &c. Datum Laterani xv. Kalendas Maii anno I.

Epiſt. 668.

XXIX. Item IV. Nonas Maii datæ ſunt aliæ ſimilis per omnia tenoris Abbatiſſæ, & Monialibus Damianitis Monaſterii ſanctæ Agnetis Tiraſonenſis diœceſis, quibus inſerta Epiſcopi, & Capituli ſuper loco extruendi Monaſterii, ejuſque exemptione a jure Epiſcopali conceſſio, reſervatis iis, quæ in præcedenti expreſſa ſunt, confirmatur.

Epiſt. 680.

XXX. Confirmavit ſimili tenore conceſſionem factam ab Epiſcopo Aſtenſi Clariſſis Monaſterii Aſtenſis ſanctæ Garaffæ, ſupplens quemcumque ejus defectum, potiſſimum qui ex negato capitularium conſenſu
668. reſultare potuit. Datum Laterani II. Nonas Maii. Simile indultum conceſsit Abbatiſſæ, & incluſis Monaſterii ſancti Franciſci Mantuani.
694. Datum Laterani Nonis Maii: incipit: *Religionis veſtræ meretur honeſtas*. XVII. Kalendas Junii confirmavit ſimiliter exemptionem parem factam ab Epiſcopo Lunenſi Abbatiſſæ, & Conventui incluſarum ſanctæ Mariæ de Hermo ejuſdem diœceſis, initium: *Quoties a nobis petitur*. Datum Laterani anno I. Item II. Kalendas Januarii conceſsit Abbatiſſæ, & Conventui ejuſdem Ordinis Monaſterii ſanctæ Catarinæ, ut conveniri non poſ-

Digitized by Google

poſſint per litteras Apoſtolicas, quæ expreſſam Ordinis, & conceſſionis mentionem non faciant; initium *Religionis veſtræ favor*. Datum Lugduni anno II. Pontificatus. Item XI. Kalendas Maii inhibuit, Fratres Ordinis Prædicatorum recipi ad habitum noſtrum, & ſecus attentatum reddit nullum. Incipit: *Quo vos in Chriſto*. Item XV. Kalendas Julii prohibuit recipiendos ad profeſſionem novitios ante annum probationis expletum, aut ullum ponendum obſtaculum, quo minus integrum exiſtit, intra idem tempus, vel ad ſeculum redire, vel aliam Religionem ingredi. Incipit: *Non ſolum ad favorem converſi &c.* Datum apud Civitatem Caſtellanam anno I. Utriuſque hujus decretalis cum certa moderatione dedit confirmationem VIII. Kalendas Julii eodem loco. Incipit: *Meminimus vobis olim &c.* Item conceſſit Fratribus extra ſua loca, & Conventus degentibus poſſe Officio divino reliquis conformari XII. Kalendas Julii. Datum in Civitate Caſtellana. Incipiunt: *Pio veſtro Collegio*. II. Idus Maii prohibuit, apoſtatantes quoquo modo ab Ordine aſſumi ad dignitates, incipit *in Ordinis veſtri Regula*. Datum Reate.

Epiſt. 122.

Epiſt. 141. Speculũ 2. tract. fol. 218.

Regeſt. ann. 1. Archiv. Aracœl. Specul.

Regeſt. epi. 741. Arch. Aracœlitanum.

XXXI. Præfatæ conſtitutiones argumento ſunt, Pontificem colloquio Imperatoris locum præſtitutum, videlicet Civitatem Caſtellanam adiviſſe, ibidemque aliquot ſubſtitiſſe diebus; tantum abeſt, ut periculo territus, congreſſum ſubterfugerit. Dum autem Genuæ ipſo præſente, comitia Ordinis generalia haberentur, prædicantibus inter infideles Saracenos, & paganos ſequentes litteras dedit IV. Nonas Octobris, in vigilia ſancti Patris noſtri Franciſci.

INNOCENTIUS &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum presbyteris in terras Saracenorum, paganorum, aliorumque infidelium proficiſcentibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

ANimarum ſalutem deſiderio ferventi quærentes: auctoritate vobis præſentium indulgemus: ut cum in Saracenorum, & paganorum, aliorumque infidelium terra fueritis, liceat vobis Chriſtianis ibidem morantibus, confeſſione peccatorum ſuorum audita, pœnitentiam ſalutarem injungere: ac ipſis, ſi aliquibus excommunicationis ſententiis ſint aſtricti, juxta formam Eccleſiæ, abſolutionis beneficium exhibere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Januæ IV. Nonas Octobris Pontificatus noſtri anno II.

Facultas conceſſa Fratribus inter Saracenos.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. SUmmus Pontifex, præter ea quæ ad hunc annum recenſuit
„ Waddingus, Ordinis noſtri Fratribus, circà divini Officii re-
„ citationem, in qua ex vi regulæ sè debent conformare Ordini S. Ro-
„ manæ Eccleſiæ, ſubſequentis tenoris diploma expedivit.

IN-

Digitized by Google

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Dilectis filiis Miniſtro Generali, & univerſis Fratribus Minoribus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Privilegium Fratrum circa recitationem Officii divini.

Specul. fol. 116. ejus authen. eſt in Conv. Rothom.

„ P*IO veſtro Collegio quod ſibi libenter quomodolibet theſaurum quieti*
„ *conſcientiæ theſaurizat, id gratiæ dignè concedimus, quo ab eo flu-*
„ *ctus mentis excutiatur, & in ſpiritus tranquilitate diſponat; Veſtris ita-*
„ *que precibus devotis inclinati: Vobis, ut obſervantia Divini Officii, quod*
„ *ex ſtatuto Regulæ veſtræ, Eccleſiæ Romanæ more (excepto pſalterio) ce-*
„ *lebrare debetis, ſitis perpetuò contenti, nec non ſi cum itineris, vel alte-*
„ *rius rei cauſa, extrà Conventus, ſed loca veſtra, quemlibet, vel quosli-*
„ *bet veſtrum contigerit degere, Divinum Officium Fratres cum Fratribus,*
„ *ſeù ſecularibus perſonis, vel quilibet ſeparatim facere alio, quàm Ro-*
„ *mano Ordine, placuerit, id ad debitum, quod ratione regulæ præfatæ*
„ *debetis perſolvere, vobis ſufficiat, neque iterum proprium dicere tenea-*
„ *mini, tenore præſentium, nunc & in perpetuum indulgemus. Non ob-*
„ *ſtantibus conſtitutionibus, Ordinationibus Apoſtolicis, aut prædictæ ve-*
„ *ſtræ regulæ inſtitutis aliiſquè quibuſcumquè contrariis. Dat. apud Civita-*
„ *tem Caſtellanam* XII. *Kal. Julii Pontificatus noſtri anno* I.

„ II. Ulterius autem Prælatis Ordinis conceſſit plura, ut poſſe eli-
„ gere prædicatores idoneos. *Probibente regula &c.* x. Kal. Auguſti:
„ Ne Fratres per litteras Apoſtolicas conveniri poſſint. *Cùm jam &c.*
„ x. Kal. Auguſti: Ne commiſſiones cauſarum, etiam per delegatos, ad-
„ mittere teneantur. *Qui poſtpoſita &c.* IV. Kal. Auguſti: Et confeſſio-
„ nes fidelium in terra Saracenorum audire poſſint. *Animarum ſalu-*
„ *tem &c.* IV. nonas Octobris: Et in eiſdem terris Paganorum, & Schiſ-
„ maticorum baptizare & prædicare. *Pro zelo &c.* IV. Nonas Octobris.
„ Ad Regem verò Tartarorum, præter eam, quæ eſt in annalibus, &
„ habet Odericus, in favorem Minoritarum, aliam dedit epiſtolam: *Cum*
„ *non ſolum &c.* III. Nonas Martii: Tamdem rebus Monialium conſu-
„ lens, intentus iis, quæ earum ſtatui Religioſo, & ſexui fœmineo con-
„ veniunt, voluit eas Sanctæ Catarinæ minimè conveniri poſſe: quod
„ etiam, habet Waddingus: & Monaſterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ
„ privilegia confirmavit *Religioſam vitam &c.* XVII. Kal. Julii: quæ
„ omnia in ſuo Indiculo notat Petrus de Alva & Aſtorga.

Indicul. ad hunc an. 1244.

Oderic. fol. 194.

Fr. Raymundus a Secretis Beatæ Salomeæ.

Ipſam recipit ad Ordinem cum B. Prandota.

Caſimir. Biern. art. 18. n. 10.
Rodulph. lib. 1. Hiſt. Seraf. fol. 141.
Mart. Baron. in Catal. 55. fol. 142.
Sup. ad an. 1228. n. 2.

„ III. Provinciæ Bohemiæ & Poloniæ Miniſter quartus Frater Ray-
„ mundus, qui fuerat a ſecretis Beatæ Salomeæ Reginæ Haliciæ ſeù Ga-
„ latiæ, & procurator domus illius, cùm hoc anno apud Sandomiriam
„ Capitulum Provinciale celebraſſet, Beatam Salomeam ad Ordinem
„ Sanctæ Claræ ſuſcepit, & cum Beata Prandota, a Bialazerivio Epi-
„ ſcopo Cracovienſe Sacro velo amictam, Deo conſecravit. Huic reli-
„ gioſo Viro antè mortem ipſa Beata Salomea apparuit, & ſecurum de
„ vita æterna prænunciavit: cumquè vixiſſet ad annum MCCLXXII. die
„ XVII. Julii Cracoviæ beato fine quievit appoſitus ad ſuos; ſcribunt de
„ eo Rodulphus & Martinus.
„ IV. Supra ad annum MCCXXVIII. ex noſtro Annaliſta Montii Cœno-
„ bii Minoritici fundationem commemorans, dixi, futurum fore ut
„ ejuſdem, adaperiturus difficultates, quæ illam circum occurrebant,

„ hoc

Digitized by Google

„ hoc anno reminiſcerer: & quidem placuit hucuſquè diferre; Etenim „ hic annus eſt, quo ſua fata Joanna Flandriæ, & Hannoniæ glorioſiſſima, & unica filia Balduini Comitis, & poſteà ab anno MCCIV. Orientis Imperatoris, complevit; ſepulcrumquè cum ſuo primo Conſorte, „ in Eccleſia Monaſterii de *Market*, ſeù Marquet adinvenit, buſto hoc „ Epitahio inſignito.

Joanna Comitiſſa Flandriæ moritur.

„ *Eſt ſita Flandrenſis Princeps, & Hannonienſis*
„ *In tumulo tali: vitâ notuit ſpeciali:*
„ *Sicut Suzanna, cælebs fuit iſta Monialis,*
„ *Juſta, potens, fortis, clemens, ac horrida morti:*
„ *Angelicis mixta ſit turbis hæc Comitiſſa.*
„ *Anno milleſimo migravit cum quadrageno*
„ *Quarto, & bis centum, quintana luce Decembris.*

„ Speravi ſiquidem ex hiſtoria ejuſdem, quæ juſtè fundatrix illius non „ tantum, ſed & aliorum aſſeritur, eorumdem fundationis initia circumſcribi aliqualitèr poſſe.

„ V. Hæc igitur Heroina, Balduini Imperatoris, qui fuit Philippi Comitis Flandriæ, filia, Ferdinando Alphonſi II. Regis Luſitaniæ Fratri anno MCCXI. nupſit: erat autem Ferdinandus annorum viginti quinquè connubii tempore; etenim illius natale fuerat anno MCLXXXVI. vixit autem cum Joanna XXII. annis, cum viam univerſæ carnis ingreſſus fuerit anno MCCXXXIII. ætatis ſuæ XLVII., ut ex hiſtoria generali univerſæ Monarchiæ Hiſpaniarum, quam contexuit diligentiſſimus Hiſtoricus Bernardus Juſtinianus, eruitur. Erat autem is Ferdinandus, Matre Thereſia, ſexta numero prole Alphonſi Enriquez I. & Sorore Sancii I. Luſitaniæ Regum: & iidem frater, & ſoror ambo ex legitimo connubio Alphonſi Enriquez I. & Maphaldæ, ſeù Mahaldæ, vel etiam Majeræ & Matildæ (diverſitate gloſſæ regionum diverſimodè flectente nomen) orti: porrò hæc Mafalda fuerat legitima proles Amedei II. Comitis Maurianæ, & primi Sabaudiæ, ut præfatus Hiſtoricus conſentiens Pingonio, enarrat: quamobrem Ferdinandus, & Joanna conſanguinei erant.

Filia fuit Balduini Imperatoris.
Et uxor Ferdinandi.
Ferdinandus moritur.
Bernard. Juſtin. lib.3.c.28.de Regib. Portugal.
Amedeus II. Sabau. Avus Ferdinandi.
Ping.in Amed.II.

„ VI. Mortuo Ferdinando (ut prædictum eſt) anno MCCXXXIII. quadrageſimo ſeptimo ſuæ ætatis (nulla ex Joanna conjuge ſuſcepta prole) tranſiit hæc ad ſecunda vota cum Thoma II. Comite Maurianæ, & Pedemontii Principe, à ſuo fratre Amedeo III. Sabaudiæ Comite conſtituto, qui quidem fratres erant ambo filii Thomæ I. Thomas ergò II. natus apud Montem Emilianum anno MCXCX. præcedente diſpenſatione ſuper quarto conſanguinitatis gradu, in quo ſponſi jungebantur, quam conceſſit Gregorius IX. data Bulla XIII. Kalend. Martii, anno ſui Pontif.... apud Sanctum Joannem Lateranenſem, cùm eſſet ætatis annorum XXXV. relictam Joannam Ferdinandi Comitiſſam Flandriæ & Hannoniæ, duxit uxorem, cum eaque vixit uſquè ad annum MCXLIV. quo ipſa deceſſit, ut dictum eſt: qua poſteà etiam improle defuncta, & ad primum ſuum virum adpoſita, Thomas anno MCCXLV. duxit Beatricem Thediſii Fliſci, Comitis Lavaniæ, filiam, qui Thediſius erat Frater Innocentii IV. & ipſa Othobonis, qui poſteà fuit Adrianus V. Soror; ſed redeamus ad Joannam.

Joanna ſecundò nubit Thomæ II. Sabau.
Guicen.in hiſtor. general. D. Saband. to.1. c.14. in Thom.II.
Ping.in Tom.II.

„ VII. Hanc Heroinam cum fama ſanctitatis deceſſiſſe, enarrat Guicenonius, & ab operibus piis laudans, ait, quinquè hoſpitalia fundaſſe, duo in Inſulis Flandriæ, quorum primum Sancti Salvatoris, & alte-

Joanna cum fama Sanctitatis deceſſit.

Digitized by Google

,, rum Domus Dei Comitiſſæ nuncupatur, tertium Gandavi ſancto Joan-
,, ni dicatum, quartum Brugis, & ultimum Ypris: præterea plurimum
,, commendatur, quòd Sancti Dominici Religioſos Valencenis, & Bru-
,, gis conſtructis ædibus, conſtabilierit; ſancti verò P. N. Franciſci
,, Minoritas Gandavi, Valencenis & Montibus: quibus addens Waddin-
,, gus Aldenardum, ait, pietatem Comitiſſæ in Fratres Minores exti-
,, tiſſe tantam, ut cuilibet Fratri in ſuo dominio commoranti annuatim
,, tunicam unicam cum caputio, & aliam ſine caputio, quandiù vixit,
,, dederit; Verumtamen Aldenardi Cœnobium ad ripam Scaldis flumi-
,, nis, non à Joanna, ſed à Venerabili Cive Joanna de *Portre*, & Ivetta
,, uxore propriis ædibus in medio Oppidi, ex quodam vetuſto marty-
,, rologio illius domus, conſtructum fuiſſe, ipſe idem enarrat.

Wadd. ad ann. 1221. n. 49. de Con. Valenc. & n. 50.

Cœnobia conſtruit Min. Joan. de Portre & Ivetta Uxor erigunt Con.

Wadd. ad ann. 1230. n. 24.

,, VIII. Summus Pontifex Alexander IV. cùm audiſſet Thomam
,, præfatum interceptum Aſtenſes detinere captivum, ejus libertati ſtu-
,, dens anno MCCLVI. Leonoræ Angliæ Reginæ ſcripſit, ejuſdemquè
,, Thomæ pietatem maximè laudavit, ex pluribus conceſſionibus factis
,, hoſpitalibus in Inſulis erectis, & Monaſterio Laudenſi, nec non ex fun-
,, datione Monaſterii Montium prò Minoritis in Hannonia conſtructi,
,, ut idem Guicenonius ſcripſit: quamobrem hoc Monaſterium non antè
,, annum MCCXXXIV. ſed poſt ædificatum fuit, cum ſcilicet (utſupra
,, dictum eſt,) Thomas Joannam Ferdinandi Viduam Gandavi duxerit
,, conjugem: quod ait Waddingus ex Gonzaga, Margaritam ſcilicet,
,, præfatæ Joannæ ſororem uterinam, ampliſſimis ſumptibus conſtruxiſ-
,, ſe ad illud Monaſterium Eccleſiam, eamquè conſecrari curaſſe anno
,, MCCXXXIII. conſtare non poteſt, ſi, juxtà Pontificis teſtimonium,
,, Thomas aſſerendus eſt fundator: cùm eo anno de hujuſcemodi rebus
,, nec fortè, vel minimum cogitaret innuptus. Hæc Margarita nupſerat
,, Guillelmo Damperii, & Sancti Deſiderii Domino, cui filium peperit
,, nomine patris vocatum Guillelmum, huicquè (defuncta Joanna an-
,, no MCCXLIV. die v. Decembris, utſuprà viſum eſt) Thomas reverſu-
,, rus in patriam, omnia jura, quæ in Comitatu Flandriæ, & Hanoniæ
,, habebat, prò ſumma librarum ſex millæ monetæ Arteſie, annuatim
,, ſolvendarum, pro quâ ſumma aſſignata fuerunt nonnulla quædam in
,, illis Provinciis, ceſſit, ſalvo ſibi jure tituli Comitis Flandriæ, & Han-
,, noniæ, ſua vita durante. Hanc ceſſionem non fecit Thomas Margari-
,, tæ, ſed ejus filio, non antè annum MCCXLV. Porrò earumdem ſex mil-
,, lia librarum annuarum facta ceſſio, pro ſexaginta millia librarum turo-
,, nenſium pretio, conſtat de anno MCCLVIII. coram ſancto Rege Fran-
,, corum Ludovico, per publicum Notarium acceptato inſtrumento, à
,, Guicenone relato.

Thomas captivus ab Aſtenſibus.

Vide ad ann. 1227.

Guicen. ſup. citat.

Alexander IV. ejus ſtudet libertati.

Margarita ſoror uterina Joan.

Guicen. cit. to. 2. fol. 96.

,, IX. His omnibus ritè perpenſis, licèt non arrideat, Margaritam,
,, vivente ſorore, Templum ad illud Cœnobium tam magnis ſumptibus
,, (ut fertur) excitaſſe, ejuſquè dedicationem eo tempore quo Waddin-
,, gus putat procurraſſe; nihilominus cùm ejus pubblicæ famæ non ſit
,, æquum detrahere, nec etiam unius honorem alteri tribuere ſit ju-
,, ſtum, veriſimili adherentes, puto Margaritam ab anno MCCXLV. quo
,, ipſa in comitatu Flandriæ cum ſuo Filio (juribus ſuis cedente Thoma,
,, ut ſuprà dictum eſt) dominium in comitatu Flandriæ & Hannoniæ aſ-
,, ſequutam, præfatum Templum vel notabiliter reſarciviſſe, vel fortè,
,, eo diruto, aliud novum excitaſſe, illudquè conſecrari curaſſe antè
,, annum MCCLXXIX. quo ſeptuageſimum ſextum ætatis annum agens
de-

Digitized by Google

,, deceſsit. At poſt annum MCCXLV. (incertus autem licet mihi ſit con-
,, ſtructionis & dedicationis annus) conſecratum fuiſſe menſe Aprili,
,, & die Sancti Marci non detrecto, cum illius diei ſpecialis in eo Con-
,, ventu ſemper memoria perſeveraverit : titulus verò conſecrationis eſt
,, Sancti Patris noſtri Franciſci & Margaritæ. Ceterùm Mons, ſivè
,, Montium Civitas primaria in Hannonia, à ſitu nomen habens, muni-
,, tur triplici foſſa & valido muro, fontes in ea vivi permulti, opes am-
,, plæ ex mercimoniis, opificiis, ac agricultura & canonicatu nobilium
,, virginum ſanctæ Waltrudæ ornatur, cujus Cœnobii locus omnis per-
,, amænus non procul à Trulla Fluvio, & quamvis urbs ſit populoſa,
,, attamen quietiſſimos receſſus habet pro his, qui pietatis, ſtudiorumvè
,, cauſa ſolitudine delectantur : quod autem magis locum commendat,
,, eſt Religioſorum ſpectata vita, numerus ingens, & doctrina : plures
,, etiam viri præclari ibidem floruerunt & florent.

Mont. C. deſcribit.

Pet. Bert. in deſcrip. Hann. fol. 181.

ARGUMENTUM.

Celebratur Lugduni Concilium generale, & deponitur Fridericus, qui perſecutionem excitat ubique in Franciſcanos. Minoritæ miſſi ad Tartaros cum Legatione, cujus ſucceſſus refertur; alii etiam prædicationis gratia illuc deſtinati; alii ad Bulgaros. Exponitur a Pontifice Regula. Guardianis Cathalaunenſi, & Tornacenſi conceditur facultas abſolvendi diæceſanos, Clerum & populum a cenſuris per Metropolitanum latis. Fundantur aliqui Conventus, & conceduntur privilegia Apoſtolica.

I. HOc anno celebratum Concilium Generale Lugduni, circa feſtum ſancti Joannis Baptiſtæ, in quo propoſito themate ex illo pſalmi, *ſecundum multitudinem dolorum meorum* : quinque potiſſimum cauſas expoſuit Innocentius convocandi Concilii. Prima fuit collapſa diſciplina. Secunda inſolentia Saracenorum, qui capta Hieroſolyma, polluto Domini ſepulcro, Orientalium Chriſtianorum res omnes miſcebant. Tertia periculum Imperii Conſtantinopolitani & ſchiſma inveteratum Grecorum. Quarta rabies Tartarorum, quæ toti Europæ, exciſa pene Hungaria, Ruſſia, Polonia, Bulgaria imminebat. Quinta cauſa perſecutio Friderici Imperatoris in Eccleſiam, ejuſque Prælatos. Communi tamdem decreto exauthoratus eſt Fridericus; crux prædicata contra Infideles, Eccleſiæque hoſtes. Sanctus Ludovicus Rex Galliæ movet arma ingenti apparatu, & viribus in Palæſtinam contra Saracenos. Depoſitionem ſui in Franciſcanos ſevere ultus eſt ubique Fridericus, quod eam ex Pontificis ſententia promulgarent, parteſque Eccleſiæ non diſſimulanter adſtruerent. Præter alia gravamina, extracti ad unum omnes ex regno Siciliæ, ac Neapolitano. ,, Hoc in Regno fratrem Simonem de Monte-
,, ſarchio, egregie Pontificis partes ſuſtinentem, & potenti vocis virtu-
,, te populos a Friderico avocantem, comprehendit, atque inaudita ſæ-
,, vitia, poſt octodecim genera tormentorum, divinas ſemper laudes ca-
,, nentem anno MCCXLVIII. juſſit occidi. ,, Nec ſecurior eorum ſors in Lombardia quicumque in manus tyranni Eccelini inciderunt; ſexaginta Franciſcanos necavit : univerſalis fuit perſecutio, quaquaverſum ſe diffudit Imperium, etiam in Germania, de qua hoc Chronicon MS. Saxoniæ. Fridericus II. per Lugdunenſe Concilium Imperio privatus furen-

Conc Lugd.

Pſalm. 93. 19.

Compendiator Paris.

Cauſæ convocandi Concilii.

Fridericus II. exauthoratus.

Perſequitur Franciſcanos.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

B. Simon a Monteſarchio a Frider. Imp. occiſus.

Panſa in vita Innoc. IV.

Compilatio Chronol. inter hiſtorias Germaniæ ann. 1216.

Addit. ad Schafnabur. Chronicon Saxoniæ MS.

ter eſt, Fratres in Germania perſecutus: unde aſperrime ſane miſeris injecta ſunt probra: multi ex locis ſuis in exilium ejecti, multi vinculis alligati, quidam etiam e medio ſublati, qui Eccleſiæ auctoritati obedientes, tamquam filii juſtas piæ matris partes, contra rebellantium improbitatem viriliter defendendas ſuſceperant: cum præter Fratres Minores, alii Religioſi ne muſſitare quidem contra auderent. Tunc etiam temporis Sigfridus Moguntinus Archiepiſcopus graves intulit Fratribus moleſtias.

Excurſiones Tartarorum.

II. Sunt qui in eo Concilio Lugdunenſi adfuiſſe ſcribunt Tartarorum legatos, fide tamen conſtare nequit, nec is tum ad Religionem animus fuit indomitæ gentis, nec liber potuit eſſe acceſſus poſt illatas clades Pannoniæ, & Poloniæ. Hoc ergo ſub Gregorio X. contigit, Fratrum Minorum ductu, & ſollicitudine; quorum opera ad mollienda efferæ gentis illius corda uſus eſt hoc anno Innocentius. Superioribus porro annis, bipartito agmine, velut inundatio per declivum, effuſi in Aſiam, atque Europam deſcenderunt. In Aſiam duxit Barothonii Georgianam regionem, Armeniam ſuperiorem ad Itoniam, uſque Turcarum Regiam pervagatus, omnia ferro, & incendio fœde pervaſtavit. Alia vero manus, Batone duce, maxima vaſtitate Hungariam, Poloniam, Ruſſiam, Gazam, ampliſſimas Regiones affecit: nec ſuppetebat Chriſtianis alia paris virtutis, cæſis Pannonibus, aliiſque confinibus, quam opponerent (potiſſimum in ſchiſmate Imperii, & Pontificatus) ut de Europa actum pene timeretur, ſi curſum victoriæ, & cædis barbari continuarent; & quantumlibet receſſerint, comportandi ſpolia, quam reſpirandi cauſa, aut laboris & belli tædio factum plures interpretabantur; cum nec in tanta colluvione fuerit reſtaurationi locus, nec cædibus, & ſpoliis gens aſſueta quieſcere ullatenus videretur. Auctor eſt Bonfinius, quinquies centum millibus equitum moviſſe Bathum in Europam, expulſis primum Cumanis, tentavit ſimul reliqua, cujus votis ira numinis non defuit, peccatis excita Chriſtianorum. Majorem luctum numquam experta eſt inferior Hungaria, ut vix reliquiæ ejus, velut naufragio collectæ ſuperfuerint, tribus annis continua tempeſtate diſcerptæ. Hoc quartum cogendi Concilii motivum deploravit Innocentius, & quoniam humana omnia deficiebant, prædicationis hamo ad veritatem, & moderationem oberrantes abducere ſtuduit. Varios ergo Prædicatores alios Franciſcanos, alios Dominicanos, velut oves in lupos emittit. Scriptis ergo cum ſalutari admonitione litteris Regi, populoque Tartarorum, amandavit fratrem Laurentium de Portugall. cum aliis Franciſcanis in eam meſſem III. Nonas Martii.

Exercitus Bathi.

Exciſio Hungariæ.

Miſſi ad Tartaros Franciſcani.

INNOCENTIUS &c.

Regi, & populo Tartarorum viam agnoſcere veritatis.

Regiſt.

Exponuntur myſteria vitæ Chriſti.

III. D*Ei Patris immenſa benignitas humani generis caſum, quod primi hominis culpa corruerat, ineffabili reſpiciens pietate, ac illum quam diabolica proſtrarat invidia, ſuggeſtione doloſa, volens ex caritate nimia miſericorditer reparare, Filium ſuum unigenitum conſubſtantialem ſibi de cœli excelſo ſolio miſit ad infimum mundi ſolum, qui prælectæ Virginis utero ſancti Spiritus operatu conceptus, & ibi veſte carnis indutus humanæ, indeque poſtmodum clauſa maternæ porta virginitatis egreſſus, cunctis*

ctis viſibilem ſe oſtendit. Humana enim natura cum eſſet rationalis, erat æterna veritate, tamquam optimo ſuo cibo paſcenda; ſed pœna peccati mortalibus detenta vinculis, ad hoc eſt diminutionis redacta, ut per conjecturas rerum viſibilium ad intelligenda inviſibilia niteretur, cibi rationalis creaturæ ipſius Conditori facultas, non ſine commutatione, diminutione naturæ, ut viſibilia ſectantes, ad ſe inviſibilem factus, viſibilis revocaret, ſalubribus homines inſtitutis informans, viamque vitæ, ipſis indice doctrina, demum demonſtrans, dignatus eſt poſt ſacræ converſationis exempla, & Evangelicæ inſtructionis eloquia, ſub diræ crucis ſupplicio mortem pati, ut pœnali vitæ præſentis ſine pœnam mortis perpetuæ, quam protoplaſti poſteritas ipſius incurrerat, tranſgreſſione finiret, & de amaro mortis calice temporalis hauriret homo vitæ dulcedinem ſempiternæ; mediatorem namque inter nos, & Deum, & mortalitatem habere opportuit tranſeuntem, & beatitudinem permanentem, ut per id quod tranſit congrueret morituris, & ad id quod permanet ex mortuis nos transferret. Pro humani ergo redemptione generis ſe hoſtiam exhibens, illud ſuæ ſalutis hoſte proſtrato de opprobrio ſervitutis eripuit ad gloriam libertatis ſupernæ, ſibi patriæ oſtium reſerando, & demum reſurgens a mortuis, ac in cœlum aſcendens, Vicarium ſibi reliquit in terris, cui animarum curam, ut earum ſaluti, pro qua ſuam humiliaverat altitudinem, vigilanter intenderet, & invigilaret attente, amoris ejus conſtantia, trinæ profeſſionis argumento probata commiſit, & tradens ſibi claves regni cœlorum, per quas ipſe, ſuique per eum ſucceſſores, poteſtatem aperiendi omnibus, ac claudendi ejuſdem Regni januam obtinerent. Unde prædicti Vicarii, diſponente Domino, nos licet immeriti, ſucceſſores effecti, ſuper omnia, quæ nobis ex injuncto incumberent officio, ad veſtram, aliorumque ſalutem noſtræ intentionis dirigimus aciem, ad hanc præcipue mentis noſtræ deſtinamus affectum, circa eam diligenti ſtudio, & ſtudioſa diligentia vigilantes, ut errantes in viam veritatis educere, eoſque lucrifacere Deo, ſua nobis cooperante gratia, valeamus, Verum quia humanæ conditionis, renitente natura, uno eodemque tempore diverſis locis præſentialiter adeſſe nequimus, ne ullatenus negligere videamur abſentes, ad eos viros providos, & diſcretos tranſmittimus vice noſtra ipſorum miniſterio circa illos Apoſtolicæ ſervitutis debitum exſolventes; propter quod ad vos dilectum filium fratrem Laurentium de Portugalliæ, & ſocios ejus latores præſentium, Ordinis Fratrum Minorum, viros Religione conſpicuos, honeſtate decoros, & ſacræ Scripturæ ſcientia præditos, ut ipſum Dei filium Jeſum Chriſtum ſalutaribus eorum eruditionibus agnoſcentes, ſuum glorioſum nomen Chriſtianæ fidei obſervatione colatis, duximus deſtinandos. Ideoque univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente, quatenus eoſdem Fratres pro divina, & noſtra reverentia, imo potius nos ipſos benigne recipientes, & honeſte tractantes, eiſque ſuper iis, quæ vobis ex parte noſtra dixerint fidem indubitatam adhibere velitis, & cum ipſis de prædictis tractatum fructuoſum habentes, provideatis eiſdem in eundo, & redeundo de ſecuro conductu, & aliis neceſſariis, ut ad præſentiam noſtram cum voluerint, tute valeant remeare. Memoratos autem Fratres, quos tamquam diu ſub obſervantia regulari probatos, & plene in Scripturis ſacris inſtructos, inter alios præelegimus, quia utiliores vobis fore credimus, tamquam Salvatoris noſtri humilitatem ſectantes, ad vos duximus tranſmittendos, etſi putaſſemus quod fructuoſiores, & gratioſiores vobis exiſterent, vel aliquos Eccleſiarum Prælatos ad vos aut potentes alios miſiſſemus. Dat. Lugd. III. Nonas Martii anno II.

Chriſti Vicarius in terris.

Commendatur fr. Laurentius, & ſocii.

Digitized by Google

Fr. Jo. de Plano Carp. Legatus mittitur.

IV. Fratrem item Joannem de Plano Carpini ſocium olim beati Patris Franciſci, virum magnæ fidei & diſciplinæ tractandæ inter Chriſtianos & barbaros pacis legatum, cum ſociis deſtinavit, & ſcriptis ſequentibus. Fuit in rebus agendis perquam idoneus, primus Cuſtos Saxoniæ, mox Provincialis Teutoniæ. Ordinem propagavit in Bohemia, Hungaria, Norwegia, Dacia, Lotharingia: miſſus deinde in Hiſpaniam anno MCXXV. nunc autem ad Tartaros, hoc litterarum exemplari ad pacem, & humilitatem eos eſt adhortatus.

INNOCENTIUS &c.

Eiſdem Regi, & populo Tartarorum.

Cum non ſolum homines, verum etiam animalia irrationalia, nec non ipſa mundialia elementa machinæ quadam natura fœderis, ſint unione conjuncta, exemplo ſupernorum ſpirituum, quorum agmina univerſorum Conditor, perpetua pacifici Ordinis ſtabilitate diſtinxit, mirari non immerito cogimur vehementer, quod vos, ſicut audivimus, multas tam Chriſtianorum, quam aliorum regiones ingreſſi, horribili eas deſolatione vaſtaſtis, & adhuc continuato furore depopulatrices manus ad ulteriores extendere non ceſſantes, ſoluto cognationis vinculo naturali, nec ſexui, nec ætati parcendo, in omnes indifferenter animadverſionis gladio deſævitis. Nos igitur pacifici Regis exemplo, cunctos in unitate pacis ſub Dei timore cupientes, univerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente, quatenus ab impugnationibus hujuſmodi, & maxime Chriſtianorum perſecutionibus penitus deſiſtentes, ſuper tot, & tantis offenſis divinæ majeſtatis iram, quam ipſarum exacerbatione vos non eſt dubium graviter provocaſſe, per condignæ ſatisfactionem pœnitentiæ complaceatis; nec ex eo ſumere debetis audaciam amplius ſæviendi, quod in alios potentiæ veſtræ, furente mucrone, Omnipotens Deus diverſas ante faciem veſtram ſubſterni permiſit hactenus nationes, qui nonnumquam ſuperbos in hoc ſeculo corripere ad tempus ideo prætermittit, ut humiliari neglexerint per ſeipſos, eorum nequitiam & punire temporaliter non poſtponat, & nihilominus in factum gravius ulciſcatur. Et ecce dilectum filium fratrem Joannem, & ſocios ejus latores præſentium, viros Religione conſpicuos, honeſtate decoros, & ſacræ Scripturæ ſcientia præditos, ad vos propter hoc duximus deſtinandos, quos divina reverentia, imo potius nos in ipſos benigne recipiatis, & honorifice pertractetis, fidem iis ſuper iis, quæ vobis ex parte noſtra dixerint, adhibendo, & cum ipſis ſuper prædictis, & ſpecialiter de iis, quæ ad pacem pertinent, tractatum fructuoſum habentes, nobis quid vos ad gentium exterminium moverit aliarum, & quid ulterius intendatis per eoſdem Fratres plenarie intimetis, providendo ipſis in eundo, & redeundo de ſecuro conductore, & aliis neceſſariis, ut ad præſentiam noſtram tute valeant remeare. Memoratos autem Fratres, quos tamquam diu ſub obſervantia regulari probatos, & plene Scripturis ſacris inſtructos inter alios prælegimus, quia utiliores vobis fore credidimus, tamquam Salvatoris noſtri humilitatem ſectantes, ad vos duximus tranſmittendos, & ſi putaſſemus quod fructuoſiores & gratiores vobis exiſterent, vel aliquos Eccleſiarum Prælatos ad vos, aut potentes alios miſiſſemus. Datum Lugd. III. Nonas Martii anno II.

V. Frater Anſelmus, ſeu ut alii Aſchelinus, cum duobus ſociis Ordinis

dinis Prædicatorum in eamdem Provinciam eſt ablegatus ad eos , qui deſcendebant in Aſiam . Male quidam utramque legationem confundunt , ſeu unam faciunt , ſicut ex utriuſque progreſſu & ſucceſſu conſtat : ter geſta fratris Anſelmi ſeu Aſchelini deſcripſit frater Simon itineris ſocius , & laborum particeps : obſervavit & frater Joannes quæ ſibi & ſuis contigerunt , ſimul cum moribus Tartarorum , partim experientia , partim ex aliorum fide . Utrumque fideliter tranſcripſit Vincentius Belluacenſis ; ex eo Antoninus , & alii , ex quibus eam quoad noſtros attinet , variato paululum ſtylo , comprehendemus .

Miſſio Fratrum Prædicatorum.

Vincentius . Antoninus . Blondus . Marianus . Paulus Æmil. Genebrardus, & alii .

VI. Frater Joannes cum ſociis (inter quos fuere etiam quidam Legati Alemaniæ Cardinalis ſervi , eorum obſequiis neceſſariis deputati) progreſſus in Bohemiam , ut inde itineris , & aliorum tutius rationem iniret , exceptus eſt a Rege Bohemiæ , alias ſibi familiari , & communicato conſilio , ſuaſit pius Princeps , ut iter per Poloniam , & Ruſſiam legerent . Tranſmiſit ergo eos ad ducem Sileſiæ Boleſlaum nepotem ſuum , proviſis neceſſariis expenſis , & ſecuro conductu ; Boleſlaus alias etiam familiaris , & propenſus in Fratres , exemplum patrui ſecutus , eos curavit per fines ſuos deduci ad Conradum ducem Lantiſciæ , cujus tum hoſpes fuit Waſilico Dux Ruſſiæ , qui eoſdem plene informavit de ſtatu , & progreſſu Tartarorum , tum inde Legatis , quos ad ipſos deſtinavit , reverſis , nihil æquæ terruit pauperes Chriſti , quam quod munera offerre tyrannis , & Principibus in tanta inopia deberent : eo tamen intellecto , qui alias reliqua , tum ipſam contemnunt neceſſitatem , diſtractis iis , quæ in tanti itineris ſubſidium fidelium pietas eſt elargita . Curarunt ergo emi varias pelles ad uſum caſtrenſem , & indumenta , in pretio habitas a barbaris . Hoc audito dux Conradus cum uxore , Epiſcopo , aliiſque nobilibus plures liberaliter contribuerunt , quorum præcibus Dux Waſilico eos propriis expenſis ſecum in Ruſſiam conduxit , & aliquot dierum mora detentos refecit : rogarunt interim , Synodum Epiſcoporum convocari , egerunt de unione cum Eccleſia Romana , præſentatis ad hoc ſuæ Sanctitatis mandatis , inſtructione , & litteris , quibus Ruthenos ad Eccleſiam abdicato ſchiſmate , invitabat ; ſed in abſentia Ducis Danielis , ejuſdem Waſiliconis fratris res cœpta non potuit perfici , omniaque in regreſſum rejecta ſunt . Daniel tum agebat cum Bathi apud Tartaros . Dato itineris Duce eos Waſilico dimiſit Kioniam Metropolim Ruſſiæ , non ſine imminente a Luchucanis , qui itinera obſidebant periculo , ſecuri a Ruthenis , qui maxima pars exciſi pene ſunt per Tartaros . Damilone licet ad mortem uſque infirmati , ne quid detrimenti mora inferret , traha ſeu vecte , per nivem , & rigente bruma advecti ſunt Kioniam , quam tunc millenarius ſeu chyliarcha quidam Tartarus inſedit . De itinere inſtruxit , equos mutandos ſuaſit , aſſumendos autem Tartaricos , qui obducto ubique campo , pabulum nivibus ſepultum unguibus ſuffodere didiciſſent , cum nec aliunde neglecto apud Tartaros , omnis ejuſmodi proviſionis uſu , poſſent ſuſtentari . Relictis ergo priſtinis equis , duobuſque ad cuſtodiam ſervis donatus ex Fratrum paupertate , chyliarcha , alios conductitios , & comites itineris dedit , inde duorum dierum itinere pervenerunt Conomem villam Tartarorum ſecundo poſt Purificationem die , octavo & amplius a miſſione ſua menſe , inde datis a præfecto equis , & conductu , delatis ad alium locum cui præfuit ſceleſtus quidam Micheas , muneribus tamen placatus , eos deduci curavit ad primam Tartarorum ſtationem , quam ingreſſi ſunt feria ſexta poſt diem cinerum . In hoſpitium armati irrue-

Itinerarium , & ſucceſſus Franciſcanorum.

Agunt de unione cum Ruthenis.

Infirmati conquieſcunt.

Kionia metropolis Ruſſiæ.

Prima Cuſtodia Tartarorum.

Digitized by Google

irruerunt Tartari vociferantes, & quinam eſſent percunctati: Reſponderunt a ſanctitate Domini Papæ Legatos venire, & truces poſtmodum, cibo oblato, velut rabidos cicurarunt canes.

VII. Sequenti die occurrunt Præfecti,& majores,rationem itineris,quinam, & unde venirent ſciſcitati. Quibus ex argumento litterarum Pontificiarum ſummarie reſponderunt, ſe Domini Papæ, qui Pater eſt Chriſtianorum, nuncios eſſe ad Regem, Principes, populumque Tartarorum, mandata de mutuo fœdere, ac pace concilianda deferre. Pontificem ipſis bene eſſe, & agnitionem veritatis cupere, ac peroptare ut fidem Chriſti, ſine qua non eſt ſalus, recipiant, & populo Chriſtianorum aggregentur. Plurimum admirari ſuper tanta ſtrage ab ipſis commiſſa Hungarorum, Morauorum, Polonorum, a quibus nec læſi, nec laceſſiti ſunt; ſuadere, ut Dei offenſam vereantur, ac de præteritis agant pœnitentiam, de futuro abſtineant ab ejuſmodi incurſibus, rogans inſuper, ut reſcribant ſuper præmiſſis, animumque ſuum declarent. Quibus auditis Tartari reſponderunt, transſeundum eſſe ad Corinzam, *nomen eſt Ducis*. Acceptis ergo muneribus, equos, & itineris duces miniſtrarunt, præmiſſo curſore, qui de adventu, & Legationis ſumma Ducem admonerent. Hic excubat contra Occidentales, ne quid inde ex improviſo ingruat; expedita ſexaginta armatorum millia ducit. Recepti apud Conitiam in caſtra: & rogati, primum per Ducis procuratores reſponderunt, Pontificem munera nulla pro tunc miſiſſe itineris periculo, & incertitudine; ſe tamen de expenſis viæ ſubtracturos honorarium Duci offerendum. Ad colloquium admiſſi, eadem quæ ſupra expoſuerunt, admoniti prius, ne cardinem ullatenus calcarent quod Religioni, & reverentiæ Tartaris illud ſit. Obtulerunt litteras Pontificias, defuit tamen idoneus interpres, qui eas transferret, quantumvis Kionia conductum haberent. Aſſignati igitur equi ductoribus tribus Tartaris, qui ad Ducem Bathi eos comitarentur. Hic ſecundus ab Imperatore habetur, & ſuperioribus annis invaſit Hungariam. Secunda feria poſt primam Dominicam Quadrageſimæ ſe itineri commiſerunt. Ter, aut quater in die equos mutabant velociſſimos, tota die pleno curſu properantes, & aliquoties etiam de nocte, vix tamen feria quarta majoris hebdomadæ iter confecerunt. Pertranſierunt totam Cumanorum patriam, terram planam; quam quatuor magna flumina longis intervallis ſecant, primum fines diſcernit Ruſciæ, & vocatur Nepar: ejus ripam ex parte Ruſciæ inſedit dictus Coniza, & alius eo poteſtate major dictus Monſii, cum ſubjecto agmine ad campeſtria diffuſus. Secundum appellatur Don, illud incolit Bathi gener. Tertium amplum eſt, vocatur Volga, ubi ſedes eſt Bathi. Quarti nomen eſt Laes, quod hinc inde a duobus Chiliarchis cuſtoditur. Hi omnes paſtorum mores, & vitam ſectantur, hyeme ad mare, & loca calidiora deſcendunt, æſtate vero petunt montes, & umbram. Flumina illa piſcibus abundant, exonerantur in mare magnum, quod Græcis brachium ſancti Georgii appellatur; littus autem maris plurimis diebus obequitarunt per glaciem periculi non expertes. Præcurrerant duo Tartari, qui de eorum adventu prænunciarunt. Pervenientes tamdem, a ſtatione Bathi tertio milliari, ſeu una leuca disjuncti ſunt. Dum admitterentur ad colloquium inter accenſos in via rogos juſſi ſunt pertranſire. Fratres Religione primum moti id negarunt, verentes ne falſi cultus quidpiam ſubeſſet, ſed poſtmodum inſtructi, nihil tale pertentari, ſolum veneni infectionis, aut doli, per hoc recepta Tartarorum conſuetudine removeri ſuſpicionem, an-

Ratio itineris manifeſtatur Tartaris.

Corinza dux excubat contra Occidentem.

Terra Cumanorum.

Pervenerunt ad Ducem Bathi.

Digitized by Google

annuerunt, declarantes evacuandæ ſuſpicionis cauſa ſe conſentire, cul-
tum autem, vel ſuperſtitionem nequaquam intendere. Coram admiſſi,
cauſas adventus ſui expoſuerunt; proferunt litteras Pontificias, & po-
ſcunt idoneos interpretes, qui eas fideliter transferrent; feria ſexta Pa-
raſceves translatæ ſunt fideliter litteræ Pontificiæ in Tartaricam, Ruthe-
nam, & Arabicam linguam, eas diligenter legit Bathi, & ſingula adno-
tavit. Hic præ reliquis quos tranſierunt ſpeciem Regalis eminentiæ, &
magnificentiæ præ ſe ferebat. Tentoria ejus ex tela confecta ſunt ampla
ſatis, & magnifica, ea fuere Regis Hungariæ Belæ, tribus ab hinc annis
inter alias Regni gazas direpta. Portis ejus aſſiſtebant cuſtodes, qui diſtri-
butis officiis, aulicam ſervabant Echonomiam. Eminentiori loco velut Bathi aula.
elato throno ſimul cum uxore ſedebat, reliqui dehinc Duces humiliori-
bus ſedibus, in medio conſident tam filii, quam fratres; reliqui deinceps
humi a dextris viri, a ſiniſtris fœminæ; Fratres a ſiniſtris locati ſunt, qui
inter Tartaros, venientibus legatis, honor obſervatur, quamvis in aula
Imperatoris juſſi ſunt a dextris ſedere. Sub veſperam dimiſſi impranſi;
una milii ſcutella eaque ſemel, prima ſcilicet nocte donati, liberalitatem
Principis exahuſerunt, cui plus donaſſe opportuit. Sequenti mox die,
quæ incidit in Sabbatum ſanctum, vocatis ad tentorium Principis, ob-
vius fit procurator ejus, indicans decretum eſſe negotii ſummam e bene-
placito Imperatoris Cuinæ pendere. In Tartariam proinde tranſeundum
eſſe, relictis interim ibi aliquibus ſociis, qui cum litteris Principis re-
verſuri eſſent ad Pontificem. Id ita concluſum; Fratres etiam Joannes,
& Benedictus ſuas conjunxerunt, cum totius itineris relatione, ſed latores
inde ad Montium Ducem regreſſi, ab eo in adventum denuo Fratris Joan-
nis ex Tartaria detenti ſunt.

VIII. Dominica Reſurrectionis, ſalutatis ſociis, nec ſine anxietate,
neſcientes an in vitam, aut mortem pergerent, oblatos equos conſcen- Tranſeunt in Tartariam.
derunt: ita quidem labore, & inedia confecti, ut vix ſeipſos regere poſ-
ſint, aut equitare. Tota porro Quadrageſima, aliiſque jejuniorum
diebus difficillima, & maxima itinera excurrentes, ſolo milio, & ſale Eorum labores.
ſuſtentabantur, atque aqua, quam nive & glacie liquefacta exprimebant.
Quod ſupererat Comaniæ octo continuis diebus ſunt permenſi, mox
ingreſſi terram Kangitarum, eam uſque ad aſcenſionem Dominicam tri- Terra Kangitarum.
ginta duobus diebus percurrerunt. Terra eſt ſicca, expers aquæ, a pau-
cis proinde tum habitata: ejus incolas, ſicut & Comanos, occupatis
eorum ſedibus, deleverunt Tartari; nihil autem frequentius occurre- Strages Cumanorum & Bangitarum.
bat, quam exciſa cadavera, evulſa cranea, præteritæ ſtragis fœda &
luctuoſa monimenta. Hinc occurrit patria Biſemmorum, qui lingua Patria Biſemmorum.
Comania loquebantur, ſecta erant Saraceni. Hic paſſim inveniunt ma-
ximarum urbium ruinas, diruta caſtella, villas depopulatas, & deſer-
tas, hujus Dominus appellabatur Altiſoldanus, cum tota ſtirpe, & a
Tartaris eſt exciſus. Terra maximis, & altiſſimis montibus exurgit: Ejus deſcriptio
a Meridie proſpicit Hieroſolymam cum Palæſtina, terraque Baldai,
atque Saracenos, quorum finibus imminebant duo principes Tartari
Germani, Burin & Cadan, nepotes Chingiſcam I. Imperatoris Tartaro-
rum, filii Thiadax. Ab Aquilone vero terram habet nigrorum Kythao- Terra Kithaorum.
rum, & Oceanum; eam incolit Siban frater Bathi. Plurium dierum
ſpatio ab Aſcenſione Domini uſque ad XVII. Junii hanc emenſi terram
nigrorum Kithaorum proxime legerunt; in ea Curiam excitavit Impe-
rator cujus Præfectus, convocatis magnatibus Civitatis, duobuſque

Regis filiis, applauſum more gentis hoſpitibus, & Legatis aſſuetum, exhibuit. Inde digreſſi ad ripam maris, occurrit exiguus collis ſedes

Sedes Æoli.

Æoli, in cujus viſceribus venti tota æſtate atroci murmure congrediuntur: ſed mox hyeme ad excidium, & terrorem prætereuntium anguſto meatu, qui ſummo vertice patet, erumpunt. Secus dicti maris ripam pluribus diebus obequitarunt, quod anguſto extenditur alveo, pluribus ſcatens inſulis. Declinantibus ad dexteram, antiquiſſima Tartarorum

Curia Tartarorum, & conſuetudo.

ſe Curia primum oſtentat, quam defuncti Imperatoris una uxorum inhabitavit, & rexit: majorum porro memoriæ, & cultui ſtatutum eſt inter Tartaros, ne defuncti principis extinguatur nomen, domus, aut familia, ſed ejus uxori committatur, ceu dote aſſignatis impenſis, & vectigalibus. Non fuerunt admiſſi in Curiam, quia necdum Imperatorem Cuinæ ſalutarant, extenſo tamen non longe procul tentorio, eos caute excipientes una detentos die refecerunt Præfecti. His ſalutatis, in vigilia

Patria Naimanorum.

ſancti Petri & Pauli patriam Naimanorum intrarunt. Incolæ erant pagani ſectantes pluralitatem Deorum, Tartaris moribus conjuncti, animo diſcrepantes, a quibus deleti ſunt cum Kythariis. Terra inæqualis, paſcuis idonea, & ſubjecta Aquiloni, & brumæ ardente canicula nonnumquam riget; unde in ipſo SS. Apoſtolorum die ubertim ningebat.

Cauſa feſtinationis.

Hanc multis diebus, & magna feſtinatione excurrerunt, quos mox vera & antiqua Tartarorum, qui Mongalli dicuntur, patria excepit, & vix tamdem in feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ ad Curiam Tartarorum pervenerunt, licet mutatis quinquies in die, quantum ferebat velocitas equorum, qui perniciſſimi ſunt, ſine mora properarent, tota die ſæpius jejuni. Hæc feſtinatio ex mandato Tartarorum fiebat quo intereſſent Legati coronationi Imperatoris, & Comitiis, in quibus maxima gentis ſplendebat potentia, quam ad ſuos reverſi poſſent referre: appetitus porro famæ etiam in ſordibus, & inter barbaros viget, & ſuum quiſque aliis non modo præfert, ſed præferri ab aliis cupit.

Excepti in Curia Tartarorum.

IX. Cum perveniſſent ad Curiam Imperatoris Cuinæ, curavit iis ſeorſim ab aliis aſſignari hoſpitium, honeſtius quidem, quam ut aliis Legatis præparari ſolebat; ad colloquium tamen non admiſit, quia necdum electus imperio ſe ingeſsit; præmiſſa tamen ad ipſum fuit litterarum interpretatio per Ducem Bathum, ſcriptis etiam iis, quæ de itineris cauſa

Remiſſi ad Imperatricem.

Fratres pridem retulere præſenti. Poſt ſextum diem Fratres ad matrem remiſit, ubi comitia inibant Duces. Viderunt tentorium ex alba purpura, capaciſſimum, & circum extenſum, ubique tabulatum, excelſum, duabus portis apertum, quarum una ſoli patebat Imperatori, nec alii cuipiam. Alteram armati hinc inde obſidebant; & averſis dumtaxat fiebat ingreſſus. Duces in tentorio conveniebant, atque de rebus Imperii ad

Mores Tartarorum, & ingluvies.

meridiem uſque diſcurrebant; a meridie autem incipiebat compotatio lactis jumentini in maxima copia, & ingluvie. Inter barbaros autem legis, & fidei ignaros ea fuit Sedis Apoſtolicæ reverentia, ut ejus nuncios intra tentorium auctos ſolos admiſerint, quamvis ſimplices, & pauperes, a quibus lucrum expectabant nullum. Geroslaus autem Dux

Nuncii Pontificis aliis prælati.

Ruſciæ, pluresque alii Rythaorum, & Solangorum, duo etiam filii Regis Georgiæ, nuncii Caliſi de Baldac Soldani, alii etiam pluſquam decem Soldani, & in univerſo Legatorum, ut ferebatur, qui munera, & cenſum deferebant, ultra quatuor millia, foris ſtabant, & extra tentorium & tabulatum locatis miniſtrabantur eſcæ, & lac jumentinum, quod ibi in deliciis habetur. Fratribus autem, qui ejuſmodi lautitiis, ſtomacho in-

Digitized by Google

inſuetum pondus refugiente, libenter cedebant, honoris gratia, cerviſiam propinabant, & gratiam ſe preſtare exiſtimantes, officioſe urgebant, ne parcius biberent; intelligentes tamen id oneroſum eſſe religioſis, ceſſere. Poſt aliquot hebdomadas ad aliam ſtationem, quarta inde leuca diſtantem, in planitie intra montes ſitam tranſitum eſt. Dicta eſt Sirorda, id eſt, Curia aurea, nec immerito (niſi præter uſum ſit, tentorium curiæ appellatione indigitare) columnæ ubique laminis aureis cælatæ ſplendebant, juncturæ fixis aureis clavis omnes inibant. Hic ſublimandus erat Cuinæ, & in throno primum adorandus in feſto Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis, niſi tanta grandinis copia interveniſſet, quæ mox reſoluta, pluribus exitio fuit, abſorptis torrentis inſtar repentina inundatione. In feſto ergo die ſancti Apoſtoli Bartholomæi contigit, præmiſſis quibuſdam preculis, verſus meridiem procedentibus ſacrificulis, reliquis genuflexis, præter religioſos fratrem Joannem & ſocios, qui vim aut inſtitutum formulæ, quidve incantationis, ſeu falſi cultus ingerebat, ignorantes, eidem deferre noluerunt, ſicut nec Imperatorem in trhono reliquorum exemplo adorare, cum ejus non fuerint ſubditi.

Mutata ſtatio.

Curia aurea.

Cuinæ Tartarorum Imperator ſublimatus.

X. Electus & ſublimatus in trhronum videbatur XL. annorum, aut ad ſummum XLV. vir mediocris ſtaturæ, prudens, ſagax, & tantæ moderationis, & gravitatis tenax, ut raro, aut numquam riſerit, aut circumſpectæ maturitatis vultum principe dignum, vel ad minimum animi gratia depoſuerit. Dicitur indixiſſe bellum omnibus Chriſtianis, quantumvis Græci clerici, qui Curiam ejus incolebant, ſpondebant fore Chriſtianum; nec inane expectationis id ſignum fuerit, quod ante tentorium Collegium Sacerdotum divinis Officiis ex Græcæ Eccleſiæ conſuetudine vacantium, datis expenſis, fovebat. Hic acciti ſunt ad Imperatorem Fratres, ſcripta, & publice coram Imperatore, & Ducibus nomina recitavit Gingai prothonotarius; accerſiti, & alii nuncii, ſed pauci intra tentorium recepti. Primi inter reliquos Fratres ſtatuebantur, poſt eos Dux Geroſlaus. Hic invitatus a matre Imperatoris, veneno interiit. Poſſidet Ruſſiæ partem, quæ Suldal appellatur. Inde ad alium locum itum, ubi Imperator a matre ſua ſeparatus eſt; eidem denuo ſiſtuntur frater Joannes, & ſocii, ſed remiſſi ſunt per eum ad matrem, ne teſtes adeſſent, cum per eos dies bellum Occidenti indicerent: regreſſi ergo denuo ad Imperatorem Fratres, hæſerunt in Curia pene per menſem, quorum inediam aurifaber Ruthenus interim ſublevavit. Expenſæ porro, quæ ex parte Imperatoris aſsignabantur, vix per diem ſufficiebant, nec aliunde, deficiente foro, provideri quidpiam potuit. Vocati tamdem ab Imperatore per protonotarium, edixit, ut ſcriptis agerent, ſuamque mentem, ac negotia porrigerent. Id factum eſt. Interrogati deinde, an quiſpiam apud Pontificem fuerit characteris, ſeu Tartaricæ, Ruthenicæ, aut Arabicæ linguæ peritus. Cum talium linguarum uſum Pontificiis eſſe negarent Fratres, expedire tamen dixerunt, ut lingua Tartarica litteræ darentur, quas per Saracenos interpretatas transferrent ipſi Fratres in linguam Latinam, & utramque tam epiſtolam, quam interpretationem deferrent ad Pontificem. In feſto ſancti Martini, Kadach totius Imperii procurator Kingay, & Bala cum notariis acceſſerunt ad Fratrum hoſpitium, eiſque litteras Imperatoris de verbo ad verbum diligenter interpretati ſunt, clauſulam per clauſulam reddentes: Fratres autem in lingua Latina excipiebant, & ſingulas clau-

Ætas, & diſpoſitio Imperatoris.

Collegium Sacerdotum alebat.

Dux Geroſlaus veneno extinctus.

Scribitur ad Pōtificem.

Digitized by Google

clauſulas iterum reddebant ſaracenice, ſeu arabice, jubentibus Tartaris, ut experimentum fieret, ſi interpretatio fideliter, & ſine errore fieret. Unde inter Fratres fuiſſe, qui Saracenorum linguam callebat. tametſi eam forte non legeret, crediderim; alioquin non capio, quomodo a Saracenis interpretatam epiſtolam Latine exciperent, cum illi Latinam linguam non callebant.

Reſpuunt Fratres ob varias cauſas legationem a Tartaris ad Pontificem.

XI. Propoſuit Tartarus, ſuos etiam nuncios ad ſummum Pontificem una dirigere, ſi id Fratres poſtularent; ſed hi pluribus de cauſis id conſultum eſſe non putarunt. Primo, ne tantis Chriſtianorum viſis, & auditis diſcordiis, magis animarentur in Europam bellum movere. Secundo, timebatur, explorandi cauſa mitti, ſub prætextu legationis. Verebantur tertio ne, eis invitis, in itinere lapidarentur a turbis, ſuperiorum temporum, ac malorum acerbatis memoria; nam & duo ſervi Legati Germaniæ, quos ad eum Fratres cum litteris remittebant habitu Tartarico, vix mortem evaſerunt, nec progredi licuit, niſi mutata veſte. Nec alioquin operæ feciſſent, cum ſpecialia non deferrent mandata, præter ea, quæ litteris continebantur. Hiſce de cauſis non probabant Fratres eorumdem miſſionem; licet id Tartaris non inſinuarent; urgentibus tamen, ut Legatos ipſi ab Imperatore poſtularent; reſponderunt, hoc ſua non referre, ſed Imperatoris, ſi mittendos judicaret; ipſi ſalvum conductum præſtarent, quantum liceret, & cum Dei auxilio poſſent.

Dimiſſi Fratres regrediuntur.

Itineris difficultates.

Excepti Kioviæ & per totã Ruſſiam.

XII. Sic tamdem ſine Legatis dimiſſi ad Imperatoris Matrem, & ab illa donati ſinguli purpura una, & pellicea veſte obducta pellibus vulpinis, tota hyeme regreſſi, & ſæpius in aperto campo, & nivibus dormientes multa paſſi, vix tamdem in feſto Aſcenſionis Domini ad Bathi ducem pervenerunt, a quo conductum accipientes, cum aliud ſcribere nollet ad Pontificem, recedentes eo ſalutato, ſabbato infra octavam Pentecoſtes pervenerunt ad Montii Principem. Hic aſſumptis ſociis, ac ſervis, Cornіſam perrexerunt, qui eis comites aſſignavit duos Cumanos, qui ſexto die poſtquam Tartarorum noviſſima cuſtodia egreſſi ſunt, eos ſalvos duxerunt Kioviam IX. vel X. Junii. Eis occurrunt Kiovenſes cum maxima exultatione, tamquam a morte ſuſcitatis congratulantes, nec ſecus per Ruſſiam, Poloniam, Bohemiam recepti. Waſilico dux, & Daniel frater ejus ſolemni apparatu exceptos, octo diebus detinuerunt, quibus cum interim tractarunt, quæ ad abnuendum ſchiſma, & perfectam unionem ſpectarent, Rutheni autem confirmarunt, quod alias in ea materia per Legatum ſuum actum eſt, novoſque nuncios cum litteris ad Pontificem una cum Fratre Joanne, & ſociis deſtinarunt. Poſt duos annos MCCXLVII. regreſſus eſt frater Joannes, & ſocii ad Pontificem. Quo primum anno frater Aſcelinus, cum ſociis pervenit in exercitum Tartarorum in Perſide, feſto translationis ſancti Patris Dominici, ibique ſub variis vexationibus, & laboribus annum unum magna conſtantia, & patientia hæſit, mox dimiſſus, rediit cum litteris, & nunciis Barothonii Ducis, poſtquam tres annos & ſeptem menſes toto itinere conſumpſiſſet. Exemplar litterarum exſcripſit Vincentius capite 51. nihil aliud præter inſolentiam, & typum barbaricæ ſuperbiæ continent.

Legato Ruthenorum ſecũ conducunt.

Errores refutantur cujuſdã circa præſentem hiſtoriam.

XIII. Quidam modernus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptor huic legationi plures errores commiſcet, prætexens ex Vincentio, Antonino, Plato, & aliis (apud quos frequens eſt ejus memoria) narrationem excerpſiſſe, cum illi nihil minus ſcripſerint: inter reliqua aſſerit, Aſcelinum

Digitized by Google

linum ſociis fratre Joanne de Plano, ac Benedicto Minoritis, poſtquam in Tartarorum converſione non contemnendam operam poſuiſſet, in intima Perſidis penetraſſe, & legatione pro Chriſto functum, martyrio tamdem, ſimul cum iis duobus occubuiſſe. Cum utrique horum ſalvi ad Pontificem rediiſſent, & diverſis itineribus, ac regionibus fuerint diſſiti. Nec ipſi ejuſmodi legationis hiſtoriæ fructum converſorum paganorum ullum commemorant, quamvis ſingula pene occurrentia diligentiſſime adnotarint. Ideo verba Hieronymi Plati de fructu Franciſcanorum inter Tartaros, non ad Fratrem Joannem Planum, ac ſocios referenda ſunt. Legationis, non miſſionis titulo, ad eos tranſierunt, ſed ad alios qui miſſi ſunt ſuperioribus litteris, ut opus converſionis, & prædicationis inter ipſos perſeverantes, ac permanentes non intermitterent. Sic Platus: *Iidem*, ſupple Franciſcani, *etiam ad Tartaros, neque ſemel adierunt primum ab Innocentio IV. miſſi anno* MCCXLV. *quo tempore cum magnus hominum numerus Evangelium admiſiſſet; paulo poſt multo plures illuc operarii deſtinati, Monaſteria multa inſtituta, denique res Chriſtiana feliciter prorſus adminiſtrata*.

Hierony. Platus de bon. ſtat. rel. lib. 1. cap. 30.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ XIV. Paulus Panſa in vita Innocentii a ſe conſcripta refert, Joan-
„ nem hunc, Benedictum Polonum, & reliquos ſocios ad Pontificem an-
„ no MCCXLVII. regreſſos, narraſſe Imperatorem ab eis inſtructum, erga
„ fidem Catholicam valde propendiſſe, magnamque eis ſpem ingeſſiſſe
„ ejuſdem infra breve tempus amplectendæ, & vere poſtea amplexum
„ fuiſſe, paulo infra recenſet. Ab eo inſuper donaria, & veſtes pre-
„ tioſas dicit ad Innocentium tranſmiſſa, & Pontificem propter ejus le-
„ gationem ideo prudenter, & fœliciter peractam, eum ſecum per men-
„ ſes tres retinuiſſe, & Antiſtitem Antibarenſem inſtituiſſe, eaque
„ verba illi dixiſſe. Benedictus ſis a Domino, & a me ipſius Vicario,
„ video enim in te vere compleri vocem illam ſapientis: *Sicut frigus*
„ *nivis in die meſſis, ita Legatus fidelis ei, qui miſit eum: animam illius*
„ *requieſcere faciet. Euge ergo ſerve bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti*
„ *fidelis, ſupra multa te conſtituam*. Deinde narrat Joannem a Ponti-
„ fice miſſum ad ſanctum Ludovicum Regem, jam paratum ad expedi-
„ tionem Terræ ſanctæ, ut parumper transfretare differret, donec con-
„ ſtaret, quomodo Pontifex defendere ſe poſſet a minis, & feritate Fri-
„ derici Imperatoris propter recentes victorias contra Pontificios inſo-
„ leſcentis. Poſtremo addit, poſt Joannis hujus obitum, ſubſtitutum
„ ab Innocentio in Sede Antiborenſi fratrem Laurentium Minoritam;
„ fortaſſis illum ipſum Portugallenſem, quem paulo antea diximus ad
„ Tartaros ablegatum.

Joann. a Plano Carpini fit Archiepiſ. Antibaren.

Prov. 25. v. 13. Matth. 25. 23.

Succedit frater Laurentius.

XV. Neque ad Tartaros dumtaxat, prædicandi Evangelii cauſa, miſit Innocentius Franciſcani Inſtituti profeſſores, ſed etiam reducendo Regi, & populo Bulgarorum, qui ab antiquo quidem primo fidem a Sede Apoſtolica acceperunt; ſed mox ad ſchiſma, & errores Græcorum defecere, quibus ut recte deinceps, & ex vera ſententia ad gremium Eccleſiæ redeuntes, ſaperent, dedit Lugduni ſequentes; hortatus ſimiliter, ut ad Tartaros, alioſque infideles liber & ſecurus fieret tranſitus Franciſcanis.

Franciſcani in Bulgariam miſſi.

IN-

Digitized by Google

INNOCENTIUS &c.

Illuſtri Colomanno in Bulgaria imperanti Deum diligere & timere.

Litteræ ad Regem Bulgariæ. XVI. *CUm ſimus ſuper Apoſtolicæ Sedis ſpecula conſtituti, vehementer dolere cogimur, & turbari cum a capite membra quædam videamus eſſe diviſa, ſuæque diviſionis damnum, tamquam mortificata non plangere, nec ſentire. Nempe orthodoxorum neminem credimus, jam*
Unum Eccleſiæ caput. *latere, unum in terris caput eſſe tantummodo, ex quo totum corpus contexitur militantis Eccleſiæ, rerum id exigente natura, quæ corpus ſi habuerit duo capita, indicat monſtruoſum. Probat hoc idem ratio exemplaris æterni, juxta quod militantem Eccleſiam ſub utroque tempore diſponendam, per*
Heb. 8. 5. *inſtructionem Evangelicam didicit Legiſlator, Paulo Apoſtolo referente; vide, facito omnia juxta exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt, ubi divina diſpoſitione hierarchiæ per media, ultima, ipſaque per primam mediatori omnium convertuntur, quod imitandum fore neceſſario peregrinanti Eccleſiæ ſcriptura ſacra tam figuris, quam teſtimoniis aſſerit, atque pro-*
Variis notatur figuris. *bat. Unus Adam deputatus ad cuſtodiam Paradiſi, unam eſt ſortitus uxorem, unum Dominum Jeſum Chriſtum in juſtitia, & veritatis ſinceritate creatum, ejuſdemque unum in terris Vicarium, & unicam ejus ſponſam*
Eph. 5. 32. *Eccleſiam præfigurans, Doctore gentium atteſtante: ſacramentum hoc, inquit, magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſia. Lamech vero, quod humiliatum ſignificat, dum uxorem unam diviſit in duas, ſanguinarius eſt effectus, & virum in vulnus ſuum occidit, ad inſtar cujus, qui Eccleſiam ſcindunt occidunt animas parvulorum. Deinde ſalutis arcam tantum unam fuiſſe legimus, quæ cuncta vaſtante diluvio, ſuper unius Patriarchæ remigis potentatu paucas animas ſub perfectionis numero reſervavit. Facti*
1. Pet. 3. 20. *cujus myſterium paſtor Eccleſiæ Petrus Apoſtolus tangens ait: In arca Noe pauci, id eſt, octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam, quod & nos nunc ſimilis formæ ſalvos facit baptiſma. Ipſa etiam veritas gentium vocationem*
Joan. 10. 16. *prædicens aſſeruit, quod in ovili ſuo unus tantum debeat eſſe paſtor,* fiet, *inquiens*, unum ovile, & unus paſtor. *Ad hoc ovile Paulus ipſe divina clementia revocatus docet, & prædicat, unum caput eſſe tenendum fide pariter, & amore. Unde ſchiſmaticos, & ab unitate corporis Eccleſiæ per ino-*
Coloſ. 2. 18. *bedientiam recedentes notans, vitandoſque inſinuans, ait*: Nemo vos ſeducat volens, in humilitate, & religione, quam non vidit angelorum ambulans fruſtra, inflatus ſenſu carnis ſuæ, non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & conjunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum creſcit in augmentum Dei. *Nulli fideli venit in dubium, quin ipſe Chriſtus ſit paſtor Eccleſiæ, atque caput non tantum militantis, ſed etiam triumphantis, qui ſecundum carnis aſſumptæ naturam, mortem pro ſuis ovibus ſubiturus, & poſt reſurrectionem ad Patris dexteram aſcenſurus, ut quo caput ibat, membra ſe ire ſperarent, ne corpus peregrinantis Eccleſiæ, propter corporalem ipſius abſentiam, videretur acephalum remanere, ſibi*
Vicarius Chriſti Petrus. *ſucceſſorem ſubſtituit Vicarium ſpecialem, non quidem Jacobum, aut Joannem, qui columnæ videbantur eſſe, non Paulum legis ſcientia præditum & doctrina, ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus, ſed Simonem, quem & Petrum cognominavit. Hunc itaque ſuarum ovium Paſtorem ſubſtituens, univerſalem in terris earumdem paſcendarum curam indiſtincte commiſit, eidem tertio dicens:* Paſce oves meas, *cui ex prærogativa ſpeciali, ut no-*

bis

bis ipſum caput poſt ſe fore totius Eccleſiæ demonſtraret, promiſerat dicens:
Tu vocaberis Cephas, *quod interpretatur caput, ut ſicut in capite ſen-* *Joan.21.15.* *Joann.1.42.*
ſuum plenitudo conſiſtit, a quo ad ſingula membra occultis meatibus pars
aliqua, tamquam a fonte rivulus derivatur, ſic tres fidelium ordines in Pulchra ſimilitudo.
Eccleſia Noe, Daniel, & Job *Prælati videlicet, continentes, & conjugati* *Ezechiel 14.20.*
quos Ezechiel vidiſſe legitur in viſione ſalvandos, a Petro petra, ſuper quam Petrus a Petra. *Matt.16.18.*
non domum ſaltus Libani, non porticum columnarum, nec domum filiæ Pha-
raonis; ſed Eccleſiam ſuam ædificavit Dominus, fidelibus videlicet de omni
genere piſcium in ejus rete concluſis, tamquam a primate primatum, qui de
fonte Dominici pectoris fluenta potavit, & ſuæ ſalutis debent poſtulare re-
media, & cum omni patientia, & doctrina non contentioſe, vel ſuperbe in
aliquo reſiſtentes a mentis ſuæ tenebris dubietatis ſcrupulos removeri. Nam
etſi Paulus ex verbo Domini Petro, ceteriſque Apoſtolis univerſaliter ſic di-
centis: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum reti- *Joan.20.23.*
nueritis, retenta ſunt, *cum Petro fuit miniſterium dignitatis exercens,* Petrus ceteris prælatus.
fuit etiam ex verbis ejuſdem auctoritatis ſingulariter Petro propoſitis:
Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum, & in cœlis, & quod-
cumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis; *in Petro aucto-*
ritatis officium recognoſcens, & ideo ad eum tamquam Primatem, & Evan-
gelii Dominici fontem, venit Hieroſolymam, & poſtmodum cum ipſo & aliis *Galat.2.2.*
ſecundum revelationem contulit Evangelium, ne in vacuum curreret, vel
etiam cucurriſſet. Quæ Petri auctoritas ex ejuſdem Domini verbis expreſ-
ſius roboratur, cum ſibi ſoli dicitur ab eodem: duc in altum, *& poſtea* *Luc.5.4.*
ſubinfertur, laxate retia in capturam. *Si ergo Petrus per excellentiam*
fidei, qua in uno Chriſto duas naturas divinitus recognoſcens: cum dixit.
Tu es Chriſtus filius Dei vivi, *claves regni cæleſtis in terris ſolus accepit.* *Matth.16.*
Cum unum ſit caput Eccleſiæ militantis, reſtat, ut ad regimen generalis Ec-
cleſiæ, quam ipſe cum Paulo, & ceteris de gentibus congregavit, caput
ejuſdem, ſuumque Dominus per ea, quæ præmiſſa ſunt manifeſte oſtenderit
ſucceſſorem. Prævidens, autem Dominus, quod Eccleſia ſua conculcaretur
a Tyrannis, laniaretur ab hæreticis, & a ſchiſmaticis ſcinderetur, ait: Ego *Luc.22.32.*
pro te oravi Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus Omnis quæſtio ad Sedem Petri referenda.
confirma Fratres tuos. *Ex quo colligitur evidenter, quod ad Sedem Petri*
omnis ſit quæſtio referenda. Cui cum, Dei gratia diſponente, non noſtris
meritis præſideamus, nequaquam ſine dolore poſſumus intueri, a tanti ca-
pitis corpore membra quædam eſſe diviſa, videlicet Græcorum, & Bulgaro-
rum Eccleſiam; ſejuncta nempe per inobedientiam a ſuo capite, ſpeciali cor-
poris ſenſificationi nequaquam participant, cum ab ejus ſe ſubtraxerint
unitate. Igitur quia debitores ſumus, omnium ſalutem quærere, ſervus
ſervorum illius, qui neminem vult perire, non immerito circa te, &
ſubditos tuos miſericordiæ viſceribus affluentes, Pauli gentium Docto-
ris affectum induimus, qui ſciens, Creatorem omnium acceptionem
non facere perſonarum, confirmatus, infirmis, & omnibus omnia fa-
ctus, ut omnes Domino lucraretur. Rogamus, & obſecramus in Domino
Jeſu Chriſto, quod ad unitatem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ redire
non differas, nec reputes otioſum quod à nobis in hac parte, diebus iſtis, inſpi-
ratione divina, de Fratrum noſtrorum conſilio, ſitientium illuminationem
tuam, populique tibi ſubjecti, non ſine ſacrarum ſcripturarum eſt auctori-
tate proviſum. Non enim veſtra requirimus, ſed animarum veſtrarum cum Exhortatio ad unionem cum Eccleſia.
Jeſu Chriſto lucra ſitimus. Nihil de facultate veſtra ſubtrahere quærimus,
vel minuere de honore, ſed quantum cum Deo juſtè poſſumus provehere vos,
& am-

& ampliare potius affectamus. Erit proinde, dante Jeſu Chriſto noſtris affectibus incrementum, ſi tu, qui eſſe populi tui caput, & princeps diceris, per gratiam intellectus, quo à multitudine ſubjecta diſcerneris, propoſita tibi per pacis nuncios audieris patienter, ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ reverteris, ut efficiaris Chriſto primitiæ populi reverſuri. Etſi forte te excuſare volueris dicens, hæc nequaquam fieri poſſe ſine Concilio generali. Reſpondemus quod ad congregandum Concilium, ad requiſitionem tuam, & Græciæ & Bulgariæ Prælatorum offerimus nos benevolos, & paratos recipientes vos, veſtroſque procuratores, & nuncios cum honore, & cordis læ- [Luc. 15. 22.] *titia, & reſtituemus corpori Eccleſiæ ſua membra, proferentes ſtolam primam, occidemus vitulum ſaginatum, generale convivium faciemus univerſis* [Pſal. 127. 3.] *Chriſti fidelibus, & annunciabimus cum exultatione, & gaudio quod Eccleſia Catholica ſuo decore, ut à principio, eſt induta tamquam vitis abundans, cujus filii ſunt, ut novellæ olivarum in circuitu ſuæ menſæ, ſedentes expectando, ut occurrat Salvatori ſuo Domino Jeſu Chriſto. Quapropter tuam exhortamur induſtriam, ut tibi per Deum omnipotentem, & per Jeſum Chriſtum ejus filium, qui ſuo ſanguine nos redemit, injungimus, qua-* [Fratres Minores miſſi pre ceteris.] *tenus dilectos filios Fratres Ordinis Minorum latores præſentium, viros virtutis, quos diu ſub obſervantia regulari probatos, & in ſcripturis ſacris inſtructos inter alios præelegimus, quia utiliores tibi eos fore credimus, tamquam noſtri Salvatoris humilitatem ſequentes, ad te duximus tranſmittendos pro divina reverentia, & noſtra liberalitate, & benigne ſuſcipere, & honeſte tractare debeas; imo potius nos in ipſis, & diligenter audire, & credere firmiter quæcumque ex parte noſtra tibi duxerint proponenda. Nam ſi putaſſemus quod fructuoſiores & gratiores tibi exiſterent, vel aliquos Eccleſiaram Prælatos ad te, vel potentes alios miſiſſemus. Cum itaque ſuper prædictis, & ſpecialiter de iis quæ ad pacem pertinent, tractatum habeas fructuoſum, providebis eiſdem in eundo, & redeundo de ſecuro conductu, & aliis neceſſariis, ut ad Tartaros & alias gentes ulteriores tute valeant proficiſci, Datum Lugduni* XII. *Kalen. Aprilis anno* II.

XVII. Hujus etiam Miſſionis ac litterarum mentionem fecit Abrahamus Bzovius ſub anno præcedenti num. 2. *Hoc ipſo anno*, inquit, *Innocentius Colomanno in Bulgaria imperanti, ut ſchiſmaticos ad unitatem Eccleſiæ Romanæ, miſſis ad eos doctrina & pietate illuſtribus viris, reduceret, injunxit*. Allegat in margine epiſt. 10. quæ jam exſcripta eſt: verum nec Lugduni ubi data eſt, aut in Galiis XII. Kal. Aprilis anni ſuperioris potuit eſſe Pontifex, qui in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli triremes Genuenſium primum conſcendit apud Centum cellas; nec annus ſecundus Pontificatus qui ſubſcribitur, uſque ad octavum Kalendas Julias anni præſentis expiravit. Ingenue etiam perſonas expreſſiſſet, qui in Miſſionem dati ſunt, ſi forte per anguſtias & feſtinantiam ſummarii quod illic curſim efformat, liceret.

XVIII. Hoc eodem anno, dum ex ſuperiori inter Fratres controverſia circa regulæ intelligentiam, & obſervationem, plures in dies emergerent difficultates, ſua declaratione opportunum duxit iis Pontifex occurrere, quam in hanc formam XVIII. Kalendas Decembris promulgavit Lugduni.

IN-

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus, ac Cuſtodibus, ceteriſque Fratribus Ordinis Fratrum Minorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Declaratio regulæ Franciſcanæ.

ORdinem veſtrum illo proſequentes affectu, quod ipſum inter alios laudabilibus continue proficere incrementis ferventer optemus: libenter ea, per quę opportuni vigoris recipiat fulcimentum paterna ſollicitudine procuramus. Hinc eſt, quod cum quædam dubia, & obſcura quæ in veſtra Regula continentur, animos veſtros cujuſdam confuſione implicitatis involuant, & nodoſæ intricationis difficultate impediant intellectum; & felicis recordationis Gregorius Papa prædeceſſor noſter aliqua ex eis expoſuerit, & declaraverit ſemiplene: nos obſcuritatem ab illis perfectæ interpretationis declaratione omnino amovere volentes; & ambiguitatis ſcrupulum cura ipſa de veſtris cordibus plenioris expoſitionis certitudine penitus amputare: dicimus, quod per eamdem Regulam quoad obſervationem Evangelii, quam injungit, non niſi ad ea dumtaxat Evangelii conſilia tenemini: quæ in ipſa Regula præceptorie, vel inhibitione ſunt expreſſa. Licet autem Miniſtris Provincialibus, tam eorum Vicariis, quam aliis providis Fratribus venientium ad Ordinum receptionem pro ſuis Provinciis, de conſilio Fratrum committere diſcretorum: non tamen expedit converti volentes indifferenter admitti: ſed illos tantum, qui ſuffragantibus eis litteratura, & aliis laudabilibus circumſtantiis, poſſint utiles eſſe Ordini, ſibique per vitæ meritum, & aliis proficere per exemplum. Sic vero Miniſtri egreſſos ab Ordine, cum redierint ad ipſum recipiant, & ejiciant in certis caſibus ſecundum terminationem veſtri generalis Capituli jam receptos. Quamquam vero prædicta contineat Regula, quod Clerici faciant divinum Officium ſecundum Ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, excepto pſalterio, ex quo habere poterunt Breviaria: cum tamen divino interſunt Officio, cum aliis celebrantes, tunc eis illud ſufficit, & ad dicendum Officium proprium non tenentur. Et licet in eadem regula ſit probibitum, ne Fratres recipiant per ſe, vel per alios denarios, vel pecuniam ullo modo: poſſunt tamen ſi rem ſibi neceſſariam aut utilem velint emere, vel ſolutionem facere pro jam empta, vel nuncium ejus à quo res venditur, vel aliquem alium volentibus ſibi eleemoſynam facere, niſi eidem per ſe vel per proprios nuncios ſolvere maluerint, præſentare: & taliter præſentatus à Fratribus non eſt eorum nuncius, licet præſentetur ab ipſis: ſed illius potius cujus auctoritate ſolutionem facit ſeu recipientis eamdem: & ad ipſum (ſi ſoluto emptæ rei pretio de hujuſmodi eleemoſyna remaneat aliquid apud eum) poſſunt etiam Fratres pro ſuis neceſſitatibus, vel commodis, licite habere recurſum. Si vero pro aliis Fratrum neceſſitatibus, aut commodis nominetur aliquis, vel præſentetur ab eis: poteſt ille commiſſam ſibi eleemoſinam ſicut Dominus conſervare, vel apud ſpiritualem ſeu familiarem amicum Fratrum nominatum, vel non nominatum ab ipſis deponere, per eum loco, & tempore, pro ipſorum neceſſitatibus, vel commodis, ſicut Fratres expedire viderint, diſpenſandam: ſeu etiam ad perſonam vel loca alia transferendam. Ad quos etiam Fratres pro hujuſmodi neceſſitatibus, ſeu commodis ſana conſcientia recurrere poterunt: maxime ſi negligentes fuerint, vel neceſſitates, aut incommoda ignoraverint eorumdem.

Teneri Fratres ad obſervationem conſiliorum Evangelii, quæ in regula continentur ſub præcepto tantum.

Facultas admittendi ad ordinē novitios committi poteſt aliis.

De Officio divino celebrando.

Quomodo ſe habeant Fratres circa pecunias & denarios.

dem. Et taliter nominati, vel præſentati a Fratribus, non ſunt eorum nuncii, ſeu depoſitarii: ſed illorum a quibus eis pecunia, vel denarii committuntur: nec Fratres per ſe, vel per interpoſitas perſonas, denarios vel pecuniam recipiunt nominando, aut præſentando ſic aliquos, ſeu ad hujuſmodi nominatos, vel præſentatos taliter recurrendo; cum non ſit intentionis eorum, ut de ipſorum auctoritate hujuſmodi denarii, vel pecunia conſerventur, aut ab eis nomine depoſiti exigantur: licet nunciis, vel depoſitariis ipſis committantur pro neceſſitate, vel commodo eorumdem. Et cum in dicta Regula

De cura infirmorum, & induendi Fratres.

ſubjungatur, quod pro neceſſitatibus infirmorum, & aliis Fratribus induendis, per amicos ſpirituales Miniſtri tantum, & Cuſtodes ſollicitam curam gerant: *debent alii Fratres curam hujuſmodi, quæ præfatis Mini-*

Declaratur uſus rerum quarumlibet tantũ convenire Fratribus, ſecluſo dominio etiam in communi.

ſtris, & Cuſtodibus ex Regula præcipue incumbit, cum ſibi ab illis commiſſa fuerit, gerere diligenter. Dicimus inſuper, quod cum in ipſa contineatur expreſſe, quod Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: nec in communi, neque in ſpeciali debent proprietatem habere: ſed locorum & domorum, ac utenſilium, & librorum, & eorum mobilium, quæ licet habere, Ordo uſum habeat: & Fratres, ſecundum quod Generalis vel Provinciales Miniſtri diſponendum duxerint, eis utantur. Nec vendi debent loca, domus, vel mobilia hujuſmodi, ſeu extra Ordinem commutari, aut alienari quoquo modo, a quibuſcumque perſonis ad uſum Fratrum donata, vendita, permutata, ſeu quocumque juſto modo, vel translata ſunt, vel fuerint, niſi Apoſtolica Sedes, vel Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, qui pro tempore fuerit Ordinis gubernator, Generali ſeu Provincialibus Miniſtris auctoritatem ſuper hoc præbuerit vel aſſenſum: cum tam immobilium quam mobilium hujuſmodi jus, proprietas & dominium (illis ſolis exceptis, in quibus expreſſe donatores ſeu translatores ſibi proprietatem, & dominium re-

Dominium præfatum ad Sedem Apoſtolicã ſpectare.

ſervaſſe conſtiterit) nullo medio ad Eccleſiam ipſam ſpectent: cui domus & loca prædicta cum Eccleſiis, ceteriſque ſuis pertinentiis (quæ omnia in jus & proprietatem beati Petri ſuſcipimus) omnino tam in ſpiritualibus, quam temporalibus immediate ſubeſſe noſcuntur. De vilibus autem mobilibus, vel parum valentibus liceat Fratribus pietatis, ſeu devotionis intuitu, vel pro alia honeſta, & rationabili cauſa (obtenta prius ſuper hoc ſuperiorum ſuorum licentia) extra Ordinem aliis elargiri. Illud quoque Regulæ prædictæ capitulum ubi dicit: Ut ſi qui Fratrum, inſtigante humani generis inimico, mortaliter peccaverint, pro illis peccatis de quibus ordinatum fuerit inter Fratres, ut recurratur ad ſolos Miniſtros Provinciales, teneantur prædicti Fratres ad eos recurrere quam citius poterunt, ſine mora: *ad manifeſta tantum, & publica pertinet. Poſſunt tamen iidem Mi-*

In manifeſtis & publicis peccatis ſit tantum recurſus ad Miniſtros.

Inſtitutio Cuſtodis Cuſtodum ad Capitulum Generale qui vice aliorum ſuffragetur.

niſtri pro Fratrum laboribus & periculoſis diſcurſibus evitandis, ſi expedire viderint, Cuſtodibus & aliis diſcretis Fratribus presbyteris ſuper iis committere vices ſuas. Volumus autem ut ipſi Miniſtri conſtituant, vel conſtitui faciant tot per Provincias, quot ad hoc neceſſarios noverint, de maturioribus & diſcretioribus Fratribus ſacerdotibus, qui ſuper hujuſmodi peccatis, cum occulta vel privata fuerint, audiant pœnitentes, niſi Miniſtris, aut Cuſtodibus ſuis ad loca eorum declinantibus maluerint, confiteri. Ad hæc pro eo quod in Regula dicitur, ut decedente Generali Miniſtro, a Provincialibus Miniſtris & Cuſtodibus in capitulo Pentecoſtes fiat electio ſucceſſoris; *dicimus quod ſingularum Provinciarum Cuſtodes unum ex ſe conſtituant, quem cum ſuo Provinciali Miniſtro pro ipſis ad capitulum dirigant, voces ſuas committentes eidem. Et cum, juxta Regulæ præfatæ tenorem, nulli Fratrum* liceat populo prædicare, niſi a Miniſtro Generali fuerit exami-

natus,

Digitized by Google

natus, & approbatus, & ſibi officium prædicationis ab ipſo conceſſum: *poteſt idem Miniſter vices ſuas Miniſtris Provincialibus, & eorum Vicariis committere in hac parte: ita tamen ut ipſi Provinciales, vel iidem Vicarii in ipſorum Provincialium abſentia, una cum Diffinitoribus, in provincialibus capitulis Fratres ſuarum Provinciarum, qui examinatione indigere credunt, examinent, approbent: eiſque hujuſmodi officium, prout ſecundum Deum viderint expedire, concedant. Si qui vero examinari non egent: pro eo quod in Theologica facultate, & prædicationis officio ſunt inſtructi: ſi ætatis maturitas, & alia quæ requiruntur, in talibus conveniant in eiſdem, poſſunt de Generalis vel ſuorum Provincialium Miniſtrorum licentia, ſeu mandato, populo prædicare. Per id autem quod in eadem Regula continetur, quod* Fratres non ingrediantur Monaſteria Monacharum præter illos, quibus a Sede Apoſtolica conceſſa fuerit licentia ſpecialis; *dicimus ingreſſum in Monaſteria tantummodo Monialium incluſarum Ordinis Sancti Damiani prohibitum fore ipſis: ad quæ nemini licet ingredi, niſi ei a Sede Apoſtolica facultas ſuper hoc ſpecialiter tribuatur. Et nomine Monaſterii clauſtrum, domos & officinas interiores volumus comprehendi. Ad aliarum vero Cœnobia Monialium poſſunt, ſicut & alii religioſi, Fratres illi ad prædicandum vel petendum eleemoſynam, aut pro aliis honeſtis, & rationabilibus cauſis accedere, ac intrare, quibus id a ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate, vel idoneitate conceſſum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni* XVIII. *Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri anno* III.

De inſtitutione prædicatorum.

De ingreſſu Monaſteriorum Monialium.

XIX. Conceſſit facultatem Guardiano Conventus Cathalaun. abſolvendi a cenſuris latis a Metropolitano Rhemenſi contra Epiſcopum, Capitulum, & Clerum Diœceſanum, & diſpenſandi in irregularitate, ſi quam inde contraxerunt: lis porro inter Rhemenſem & ſuffraganeos ſuper juriſdictione pendebat, ille proceſſit ad cenſuras, velut in contumaces; illi vero interpoſuerunt appellationem, proteſtati de gravamine. Lis tandem ex utriuſque arbitrio terminata eſt in Curia; ad cautelam tamen data eſt prædicto Guardiano facultas abſolvendi, & diſpenſandi. Res in ipſius Pontificis litteris clarius patebit.

Facultas reconciliandi Clerum diœceſanum data Guardiano Cathalunenſis.

INNOCENTIUS &c.

Guardiano domus Fratrum Minorum Cathalaunen.

V*Enerabilibus Fratribus noſtris Rhemenſi Archiepiſcopo, ac Sueſſionenſi Tornacenſi, & Cathalaunenſi Epiſcopis in noſtra, & Fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis, idem Archiepiſcopus propoſuit coram nobis, quod cum ipſe Rhemenſis Provinciam, prout ad ejus officium pertinet, viſitaret, ipſique ac Venerabiles fratres noſtri Cameracenſis, Ambianenſis, Noviomanenſis, & Attrebatenſis Epiſcopi, ac quidam alii Prælati, Capitula, & Conventus ejuſdem Provinciæ ipſum ad viſitationem denegarent admittere, pro eorum libito voluntatis, alias ei graves injurias irrogando, idem Archiepiſcopus in eos ſententiam tulit, & in ipſos ex certis cauſis primo ſuſpenſionis, & interdicti, ac demum, creſcente contumacia, excommunicationis ſententias, auctoritate metropolita exigente juſtitia, promulgavit.*

Quare petebat a nobis ut ſententias ipſas habere firmitatis robur debitum, ac ſatisfieri ſibi de irrogatis injuriis, & ipſos nihilominus pœna plecti canonica faceremus. E contrario vero ex parte eorum, quorum procuratores aderant, fuit propoſitum, quod cum ab eodem Archiepiſcopo, pro eo quod quædam contra jus, & conſuetudinem Rhemenſis Provinciæ, in eorum, & Eccleſiarum eorumdem non modicum præjudicium, & gravamen, necnon Cleri totius Provinciæ attentabat, fuerit legitime ad Sedem Apoſtolicam appellatum, idem Archiepiſcopus, poſt appellationem eamdem hujuſmodi, & alias, hac occaſione, ſententias promulgavit. Quare petebant, ut eas denunciaremus, penitus non tenere, ac faceremus ipſas nihilominus ante litis ingreſſum ad cautelam, juxta conſtitutionem a nobis æditam, relaxari. Quia vero demum tam idem Archiepiſc. quam ipſi, ſuppoſuerunt ſpontanei ſuper præmiſſis omnibus, ac aliis quæſtionibus inter eos, & ipſum Archiepiſcopum quacumque cauſa, vel occaſione ſubortis, noſtro & Fratrum noſtrorum beneplacito, & mandato, prout in his ſuper hoc confectis plenius continetur. Nos de ipſorum Fratrum conſilio, perſonas eorum ab ejuſmodi ſententiis abſolvi fecimus ad cautelam, cum eis ſuper irregularitate, ſi quam contraxerunt, exinde diſpenſantes. Ceterum ut idem negotium valeat commodius terminari, tibi damus noſtris litteris in mandatis, ut Prælatos, Capitula, & Conventus, & quaſcumque perſonas Cathalaunen. Civitatis, & diœceſis in quos fuerunt ab ipſo Archiepiſcopo, vel ejus mandato hujuſmodi ſententiæ generaliter, ſeu ſpecialiter promulgatæ, poſtquam ordinationi tuæ ſimili modo per eorum patentes litteras ſe duxerint ſupponendos, ad cautelam abſolvas, & diſpenſes cum ipſis, vice noſtra ſuper irregularitate, ſi quam exinde contraxerunt, nobis litteras quas ab ipſis ſuper his receperis, fidelem nuncium quantocitius tranſmiſſurus. Non obſtante indulgentia, quæ Fratribus tui Ordinis a Sede Apoſtolica dicitur, eſſe conceſſa, ne de cauſis ab eadem Sede ſibi commiſſis cognoſcere teneantur inviti. Datum apud Cluniacum VII. *Kalendas Decembris anno* III.

XX. In eodem modo Guardiano Ordinis Minorum Sueſſionen. pro Prælatis, Capitulis, Conventibus, & quibuſcumque perſonis Sueſſionenſis Civitatis & diœceſis, in quos fuerunt ab ipſo Archiepiſcopo, vel ejus mandato hujuſmodi ſententiæ generaliter, ſeu ſpecialiter promulgatæ.

XXI. In eodem modo Guardiano domus Ordinis Fratrum Minorum Tornacen. pro Prælatis, Capitulis, & Conventibus, & quibuſcumque perſonis Tornacen. Civitatis & diœceſis.

B. Joannes Spirenſis. Chronicon. Saxoniæ MS. Marian. lib. 2. c. 17. Marc. 2. p. lib. 1. c. 36. Piſan. conf. octava.

XXII. Hoc anno obiit frater Joannes Spirenſis Guardianus: Hic fuerat Moguntiæ enutritus, ibidemque apud ſanctum Petrum Canonicus. Egerat is ſemper, Dei aſpirante gratia, vitam piam, devotam, atque caſtam. Tamdem Spiritus ſancti zelo correptus, ad perfectionem Evangelicam aſpirans, contemptis omnibus honoribus, dignitatibus, & deliciis, ſub Ordine Minorum Domino militare cœpit: in quo omnium virtutum, & gratiarum donis ita eſt auctus, ut & Deo, & hominibus eſſet dilectus. Hic puerum quemdam in Bruxella, aqua ſuffocatum, voto a parentibus emiſſo, ejus tumulum in Spira viſitandi, a mortuis ſuſcitavit. Decem & octo contractos ſanavit, duos cœcos illuminavit: paralyticos duos curavit &c. Lampas ſuper ſepulcrum ejus pendens, decem & octo vicibus extincta, ſine hominum miniſterio eſt accenſa.

XXIII. In

Digitized by Google

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FRIDERICI II. IMP. ANNO 35.	RELIGIONIS MINORUM ANNO 38.

XXIII. In eodem Conventu jacet frater Colinus Miniſter olim Argentinæ plurium miraculorum patrator .

XXIV. Eodem anno mortuus eſt frater Alexander Alenſis vita & ſcientia illuſtris , primus Franciſcanæ Religionis in Pariſienſi Academia Doctor , & primarius inter omnes , qui Theologiam ex ſcholaſtico ſtylo ediderunt . Ex eo , velut fonte , reliqui ſuas implevere lacunas . Merito ergo *Doctor Doctorum* paſſim appellatus : quin & *Fons vitæ* , *& Doctor irrefragabilis* ſalutatus , ea non ſolum ratione , qua reliquis copia & antiquitate præivit , ſed Scriptorum approbatione , & auctoritate , qua poſteros excelluit . Scripſit porro ſummam ex mandato ſummi Pontificis Innocentii IV. Eam ex mandato Alexandri IV. facultas Pariſienſis examinavit , & appenſis ſeptuaginta duorum Magiſtrorum ſigillis , ſignatis ſubſcriptionibus,approbavit,ac tamdem acceſſit ad plenum confirmationis ejus robur,ipſius Alexandri Pontificis promulgatum diploma.Sed vel in eo potiſſimum admirandus , quod ſanctitatis , & doctrinæ ſuæ ſectatores , ac diſcipulos reliquit DD. Thomam Aquinatem , ac Bonaventuram Fidantium a Balneo regio . Quoſdam tamen juniores male habet , quod communis magnorum virorum ſententia fert , D. Thomam Alenſis diſcipulum fuiſſe . Neſcio quid hoc opprobrii ſecum ferat , cum ipſi fateantur non infuſam dumtaxat a Deo , ſed in ſcholis , & ſub præceptoris diſciplina ſcientiam ab aliis ſtudioſe diſcendo hauſiſſe . Qui phyſicam , naturalemque ſcientiam (teſte Leandro Alberto) ex Petri Hibernici fontibus hauſit , indigne forte , & præter decorem primum ſui ſeculi Doctorem Alexandrum audiviſſet Theologum , aut eamdem cum ſancto Bonaventura ſcholam ſubiiſſet ? Prima illa ſanctitatis , & mutuæ caritatis plena tempora , haudquaquam ad præſentis ævi inſolidam levitatem , & faſtum ſunt reducenda , ſicut nec Sanctorum virtutem , & integritatem ex noſtra infirmitate metiri , aut conjicere licet , cum nullum aliunde ſuppetat argumentum adſtruendi , aut deſtruendi quod proponitur . Thomam Alenſis auditorem conſtituunt Auctor Firmamenti trium Ord. Sedulius in not. ad caput 3. vitæ ſancti Patris noſtri Franciſci . Rodulphus lib. 3. Willot. in Athenis verb. Alexander . Marcus 2. p. lib. 1. c.13. Gonzaga de Scriptoribus Religionis . Bellar. de ſcriptor. Poſſevinus in apparatu : Petrus Galecinus Protonotarius Apoſtolicus in vita ſancti Bonaventuræ cap.8. Franciſcus Franciſcius in initio ſummæ Alenſis,Joannes Pitzeus de Scriptoribus,Nicolaus Harpsfeldius in hiſtoria Anglic.ſec.13.cap.11.Frater Abrahamus Bzovius ad annum MCCL.num.11. „ Joannes de Matta Do- „ minicanus tom 3. Sermonum de Sanctis , ſerm. de ſancto Franciſco . „ Henricus Societatis Jeſu vir doctus in præfatione ad 1. p. ſancti Tho- „ mæ . „ Idem conſtat ex monumentis Pariſienſibus , nam ſuſpenſæ ad ejus memoriam ab antiquo tabellæ hoc inter reliqua inſcribitur diſtichon .

Alexander Alenſis .

Maria. c. 17. Marc. 2. p. lib. 1. c. 12. Willot . Poſſevin. Tritbem. Eyſſengrenius, & alii DD.

Bonaventura , & Thomas Aquinas diſcipuli Alenſis .

Leander Albertus . Anton. Senenſis.

Sedulius . Rodulph. Willot. Gonzaga . Bellar. Petrus Gallecinus . Franciſcus Franciſcius . Pitzeus . Harpsfeld. Bzovius .

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI . *Monumenta Pariſienſia.*

Quo duce præmonitus in prælia divus Aquinas
Quotquot & uſque legis fortius arma gerunt .

Hoc ipſum præfert ejuſdem Doctoris imago quædam vetuſtate exæſa , ad introitum capituli Conventus Pariſienſis depicta , in qua D. Bonaventura , ac ſanctus Thomas docentis Magiſtri verba excipiunt .

XXV. Ego Doctori Angelico nihil in hoc derogatum eſſe video , ſi jam ſenem juvenis audivit , quem ſenex præ reliquis aſſumpſit imitandum , & ſequendum . Hæc de eo Joannis Gerſonis verba ſubjungo in quadam ſua epiſtola laudantis doctrinam ſancti Bonaventuræ : Unde , inquit , & alle-

Joannes Gerſon.

Digitized by Google

allegat, Bonaventura ſcilicet, ad confirmationem doctrinæ ſuæ Pariſienſes articulos, quos per Guillelmum Pariſienſem, de conſilio, & aſſenſu magiſtrorum omnium, dicit fuiſſe damnatos, & excommunicatos, vivente tunc, & conſentiente fratre Alexandro de Ales, cujus doctrina quantæ ſit ubertatis, dici ſatis nequit. De qua fertur, reſpondiſſe ſanctus Thomas, dum inquireretur ab eo, quis eſſet optimus modus ſtudendi Theologiæ? Reſpondet, exercere ſe in uno Doctore præcipue: dum ultra peteretur quis eſſet talis Doctor? Alexander de Ales. *Teſtor* (inquit Gerſon) *me ita legiſſe pridem in tractatu quodam de viſione beata contra Joannem* XXII. *Teſtantur ſcripta ejuſdem ſancti Thomæ, maxime Secunda Secundæ, quam intimam ſibi fecerat, & familiarem, propter illum, quem laudabat Doctorem Aalexandrum.*

XXVI. Intelligit Gerſon Summam virtutum ſcriptam ab Alenſi familiarem potiſſimum fuiſſe ſancto Thomæ, ut quam verbotenus plene Secundæ Secundæ hujus inſertam excœpit. Nam quod Bellarminus de Scriptor. adnotavit, & ex eo libenter excepit Brovius obſer. 3. ad opera D. Thomæ, quod magna pars 1. 2. & 2. 2. inveniantur iiſdem verbis in primo, & 3. lib. Speculi moralis Vincentii, id omnino verum eſt, ſed ea Vincentius ex Alenſi tranſcripſit, qui antiquior fuit. Porro compilator fuit Vincentius ut in prologo idem de ſe ſic teſtatur c. 4. *Cum hoc opus meum*, ſupple Speculum, *ſimpliciter non ſit, ſed illorum, ex quorum dictis fere totum illud contexui, nam ex meo ingenio pauca, & quaſi nulla addidi. Ipſorum igitur eſt auctoritate, meum autem ſola partium ordinatione.* c. 7. & 8. ſe procedere ait, *ubique, per modum excerptoris, non auctoris*, & c. 3. plura excerpſiſſe, & abbreviaſſe teſtatur, ob aliorum ſtudiorum impedimenta, per amanuenſes. Mutuavit ergo illa ſuperius expreſſa ex Alenſi, qui primus eadem ſcripſit, quod hac ratione confirmo; nam ex prologo a cap. 15. uſque ad 20. feries operis in quatuor partes diſtribuit, quarum tertia eſt Speculum Morale: ſcripſit ergo ante Doctrinale, & Naturale: hoc primum locum inter reliqua tenet. Scriptum autem eſt anno Domini MCCL. ut ipſe Auctor lib. 32. cap. 102. his verbis fatetur: *Ecce*, inquit, *tempora ætatis ſuæ ſextæ uſque ad annum præſentem ſummatim perſtringendo, auxiliante Deo præſcripſimus, qui eſt annus ab Incarnatione Domini* MCCL.. Hæc Vincentius. Si ergo prima pars Speculi quinque poſt mortem Alenſis annis perfecta eſt, quid dicendum de tertia parte, in qua eadem, quam ſcripſit Alenſis doctrina exprimitur? Utique poſterius editam eſſe omnes fatebuntur. Sed dices forte, Vincentium tranſcripſiſſe ex ſancto Thoma. Demus hoc; ſed Alenſis ex ſancto Thoma aſſumere non potuit, ut qui mortuus, antequam cathedram conſcenderit Thomas, aut ullas ejuſmodi lucubrationes ediderit; quod ipſum de Vincentio aſſerit veritas; obiit enim anno MCCLVI. ſanctus Thomas MCCLXXIV. & Summam in fine vitæ hic edidit, quam proinde imperfectam reliquit.

Vincentius collector fuit non inventor.

Annus, quo perfectum eſt Speculum naturale.

XXVII. Fortaſſe quiſpiam negabit, Speculum morale eſſe Vincentii. Sed quo id fundamento? Legatur prologus totius operis, in quo Speculum morale præmittitur, juxta eamdem diſtributionem, argumentum, ſeu materiam, & ſtylum, quo exſcriptum eſt, & proculdubio ſcrupulus quicumque deponetur. Vel ergo totum Speculum non eſt Vincentii, vel certe Speculum morale eum vindicat auctorem. Unius porro ejuſdemque ingenii partus eſt, nihilque in ulla parte totius operis tractatur, quod jam in prologo non promiſſum: demas auctuarium, ſeu continua-

tio-

Digitized by Google

tionem Speculi hiſtorialis ab anno MCCXLIV. deinceps uſque in finem ſcilicet MCCXCIV. Quod ſi quis opinionem præferre vellet rationi, dicat, Speculum morale alicujus eſſe poſterioris, & Vincentio, & Thoma auctoribus; nihil ſalvat, nec huic accreſcit quod alteri ſurripitur, quia Summa virtutum Alenſis eſſe conſtat; utroque antiquioris, eſtque ipſius auctoris fide ſupplementum 3. partis juxta ea, quæ promiſit, de virtutibus eadem 3. p. q. 26. quæſt. 61. & 68. & nullibi niſi in ſumma virtutum exhibentur, cujus Auctor continuationem, & ordinem ejus ad 3. partem primis verbis ſic exprimit: *Habito ergo*, inquit, *de gratia gratum faciente, & gratis data ſermone, conſequenter dicendum eſt de virtute*.

XXVIII. Hæc præter ſtylum, & conſuetudinem extorſit cujuſdam junioris importuna altercatio, qui velut craſſum errorem a Scotiſtis fama vulgatum fingit. *Pio*, inquit, *ſed irrito conatu, ut minus a noſtro Aquinate in Theologicis Minoritæ abirent*, vim conjecturæ non capio. Nonne magis eſt recedere ab ipſo Magiſtro, quam a diſcipulo? Recedere Scotiſtæ ab ipſo Alexandro nihil minus animum induxerunt, quam ob ejus reverentiam adhærere Thomæ obſtantibus ratione, & auctoritate. Sed qui zelum contrariæ doctrinæ Scotiſtis ineſſe diceret, in D. Thomæ ſchola non mereretur fidem. Quid etiam magnopere ambiendum, aut comminiſcendum erat in hoc Scotiſtis, ſi luce clarius, & ſine controverſia datur, quod potiſſimum eſt, D. Thomam Alenſis ſectatorem eſſe, quantumvis non fuerit auditor. Longe porro glorioſius eſt, maturum etate & ſcientia ſtudioſum nanciſci imitatorem, quam in ſcholis docere juvenem. Deinde non ſoli in ea ſententia ſunt Scotiſtæ, aut Franciſcani: ſed alii Viri graviſſimi, quorum judicio, & induſtriæ nihil minus congruit, quam craſſus error, vel aſſentatio. Ceterum his rationibus craſſum hunc errorem impingit prædictus Auctor; quod cum Thomas deſtinatus ſit Pariſios, vix annum unum ſupervixerit Alexander, quod paulo poſt miſſus ſit idem Sanctus Coloniam, ut ſub Alberto magno audiret philoſophiam, & Theologiam, quaſi inde inferret, non fuiſſe tum idoneum Theologiæ, quam docebat Alexander; ac tamdem tertio, non defuiſse Pariſiis ſui Ordinis inſignes Doctores, quos domi audiret: quomodo ergo potuit eſse Alexandri diſcipulus? Verum hæc momento carent: nam & Pariſios ſtudiorum gratia miſsum fuiſse præclarum Juvenem, non eſt ambigendum; nec ita mature inde profectus; ſed poſtquam in curiam accerſitus, oblatam Caſſinenſis Monaſterii adminiſtrationem renuit, & clam curia dilapſus aufugit primum Coloniam, ut Auctor eſt Cantipratanus, qui tum vixit, & Thomam cognovit. Potuit ergo Alexandrum audiviſse quamdiu Pariſiis degit, illo ſuperſtite. Nec refert ſi diu, ſi parum, modo in ſcholis diſcendi ſtudio Alexandrum conveniens audivit. Minus urget quod ſecundo loco adducitur; nam Scriptores vitæ ſancti Thomæ aſserunt, D. Thomam in liberalibus diſciplinis, & naturali philoſophia primo inſtructum fuiſse, quam nomen Sodalitio Dominicano inſcripſerit: idoneus ergo fuit Theologiæ, antequam Pariſios venit. Quod etiam Patres Prædicatores tum domeſticis non carerent Theologis in confeſso nobis eſt; ea tamen Alenſis fama, & auctoritas fuit in alma univerſitate Pariſienſi, antequam monachatum indueret, ut omnes certatim ad eum confluxerint, nec quiſquam ſibi indignum judicaverit, ab eo diſcere; illam opinionem non minuit aſsumptum Inſtitutum, ſed auxit, attrahente primum ſcientia, nunc autem ſimul pietate, & ſcientia. Non videtur ergo hiſce rationibus quidpiam opinione dignum confici, quanto minus re-

Objectioni ſatiſfit.

Thom. Cantipratanus.

recepta gravium virorum ſententia craſſi erroris convinci, quam non convellunt inanes conjecturæ, niſi aliud ex tabulis, & monumentis adhibeatur teſtimonium. Nos interim funus Alexandri proſequamur.

XXIX. Obiit Alexander XII. Kalendas Septembris hujus anni, & ſepultus eſt in Eccleſia ex adverſo Crucifixi erecto monumento, in quo inſculptæ ipſius effigiei quidam hoc Epithaphium ſubjunxit, quod ſaxo inciſum erat:

Gonzag. 1. p. in Conventu Pariſ. Epitaphium.

Gloria Doctorum, decus, & flos philoſophorum,
Auctor Scriptorum, vir Alexander, variorum
Norma modernorum, fons veri, lux aliorum,
Inclytus Anglorum Archilevita, ſed horum
Spretor cunctorum, Fratrum collega Minorum
Factus egenorum, fit primus Doctor eorum.

In tabella quoque muro appenſa adſcripti ſunt hi verſus, quorum commemoratio omnibus ideo jucunda erit, quod illius ortum, vitam, magiſterium, Religionis ingreſſum, ſtudia, beatum denique finem comprehendat: eos de facili lector ad legem carminis revocabit, nos fidem hiſtorici colimus.

Quid tibi majorum repetis monumenta per orbem,
Patris Alexandri geſta viator, habe?
Hic placito Superum prognatus gente Britanna,
Protinus a puero flexit ad aſtra gradum.
Non Gazæ meminit, nec avorum rura licetur,
Pectore in eximio ſola Minerva ſedet.
Ergo freta emenſus, & vaſtos æquoris amnes,
Se totum ad ſtudium Pariſienſe tulit.
Quo vel Socraticos, vel ſummos quoque Platones.
Ingenio facile dexteriore præit.
Inde ſolum, & cælos, & quæ ſuper aſtra geruntur
Rimatus, didicit abdita fata Dei.
Sic tamdem, & meritis, & digna laude probatus,
Doctrinæ, & verbi fit ſator, atque pater.
Aſt ubi theologi pugnax ſententia venit,
Acciperet Minor ſigna magiſterii;
(Nullus enim ſacri Doctoris ſigna ferentem,
Ex grege Franciſci viderat orbis adhuc.)
Magnus Alexander, cui mens perſancta fuiſſet,
Ac devota diu, & religioſa Deo:
Ipſe ego (mox inquit) certamina litis iniquæ
Compeſcam, non erit cui ſuus obſtet amor.
It vir, & induitur palla vilente Minorum:
Quique magiſter erat, fit pius ecce Minor.
Nos quid obeſt (dixit) humilem geſtare togellam,
Qui pariter gerimus nomen onuſque patris?
Quid contra impediat ſublimi in nomine mentem
Cordigeros Fratres continuiſſe piam?
Diſcipulos Chriſti, quibus eſt luſtrare popellos,
Quis ferat ignaros, juſſa docere Dei?
Non tumet irrigua cæleſti flumine virtus:
Nec ſeſe extollit, cui Deus auctor adeſt.
Mens humilis purgata dolo, conſerva Deorum

Digitized by Google

Nec fama augeſcit, nec jacet, ima colens.
Nec jam primum poſthac Doctor fraterculus ibo
Veſte ſub hac minimus, parta trophæa gerens.
Dixerat, hinc patuit Franciſci ſemper alumnis,
Laurea Doctorum, qui tot, ut aſtra, micant.
Tum demum ex ſuperis captum geminare talentum
Ne torperet iners providus inſtituit.
At ſchola Sacrorum quia nil ſatis ordine norat;
(Cuncta quidem incertis ſparſa fuere locis)
Hic prudens opifex multa celeberrimus arte,
Compage & nervis conſolidavit opus.
Primus in articulos divina volumina duxit:
Artis, & in morem retulit acta ſenum.
Quo duce præmonitus in prælia divus Aquinas,
Quotquot & uſque legis fortius arma gerunt.
Nec quiſquam adveniet, quamvis ars creſcit in horas;
Tam mente integra qui ſenis orſa latret.
Hauriet hinc potius veluti de fonte liquorem:
Et tamquam exemplar præferet uſque virum.
Hæc brevibus dixi: quæ cetera multa ſuperſunt,
Non vacat ut noris, qui citus ire pergas.
Clauditur hoc ſaxo, famam ſortitus abunde
Doctor Alexander junctus in axe Deo.
Si quis honos meritis, ſi qui virtute coluntur;
Hunc animo præfer, hunc venerare patrem.
Ne ſorde & culpa pigritere per otia deſes
Nanciſci ſtudio, quæ Minor iſte refert.

XXX. Hoc anno potior pars Conventus Compendienſis, liberalitate ſancti Ludovici, extructa eſt in diœceſi Sveſſionenſi; reliqua vero pars, temporum ſucceſſu, probatiſſimorum Patrum, qui quondam ibi floruerunt, zelo & ſagaci economia perfecta manet. Cum litteris præfati ſancti Ludovici in ſacriſtia diligenter incluſis, cuſtoditur Innocentii Papæ IV. breve, quo ſancti Franciſci ſacra proles ubique terrarum degens, poſſit, ſubmiſſa voce tamen, in ſuis Eccleſiis, clauſis januis, non pulſatis campanis, excluſis etiam quibuslibet excommunicatis, divina Officia celebrare tempore generalis interdicti. Sancto Joanni Baptiſtæ titulari Eccleſia hujus Conventus eſt conſecrata, ab anno Domini MCCCXLIII. a R. P. I. Matthæo Ordinis Minorum, divino nutu Orgenchenſi Epiſcopo, permiſſione R. Guillelmi Sveſſionenſis Epiſcopi. *Conventus Compendien.*

XXXI. Eodem ipſo anno, teſte Gonzaga, initium habuit in Ingolſtadii Civitate Bavariæ frequenti Academia admodum nobili, ejus ſodalitii Collegium, munificentia Ludovici, & Annæ a Polonia, Bavariæ ducum. Hi namque Heroes, de R. Hildeprandi Aichſtadiani Epiſcopi (cujus ea partes erant) conſenſu, Minoriticum Monaſterium, non longe a præfatæ Civitatis mœnibus, anno MCCXLV. conſtrui curarunt, tanti interim operis executorem conſtituentes perdevotum Vibrordum Rorbarchium Ingolſtadienſium judicem, atque præfectum, qui infra breviſſimi temporis ſpatium magnifice ſatis abſolvi fecit, Fratribuſque tradidit. Subjacuit tamen hujuſmodi Conventus ad annum uſque Domini MCCCCLXVI. Conventualibus Patribus: ſed iis, præſtantiſſimi Principis, atque Bavariæ Ducis Ludovici opera, alio tranſlatis, ad Fratres hujus Pro- *Conventus Ingolſtadienſis. Gonzaga Prov. Argent. Conv. 2.*

Digitized by Google

Provinciæ Obſervantes declinavit. Erectionem hujus Conventus ſtatuit MS. Chronicon Saxoniæ in annum MCCLXXV. quod potius ſequendum putem; ad Obſervantes autem ex eodem tranſivit anno MCCCCLXVI.

ADDITIO ALIORUM.

Ex Archivo Provinciæ Bavar.

„ Hujus MS. Chronicon, quod ſæpe ſæpius a Waddingo allegatur, au-
„ thenticum extat in Archivo Provinciæ Bavariæ exemplar a Patre Ni-
„ colao Glaſperger exaratum, cujus Meliſſanus ad annum MCCCCIV.
„ meminit.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Convent. Corduben.

Gonzaga in Prov. Granat. Con. 1.

„ XXXII. Hoc item anno, vel paulo ante ex eodem Gonzaga, pla-
„ num eſt Cordubæ in Hiſpania Bætica, Senecæ, & Lucani natalitiis
„ celeberrimæ, Minores domicilium obtinuiſſe; quippe verbatim refert
„ inſtrumentum Fraternitatis initæ inter Canonicos, & Fratres Cordu-
„ benſes, a Samuele Provinciæ Caſtellæ Miniſtro ſubſcriptum anno
„ ſequenti; cujus exemplar hic exhibemus.

„ *UNiverſis in Chriſto Fratribus, ad quos iſtæ litteræ pervenerint,*
„ *frater Samuel Miniſter, & ſervus Fratrum Minorum in Caſtella,*
„ *ſalutem, & pacem in Domino Noſtro Jeſu Chriſto. Præſentis vobis ſcri-*
„ *pti ſerie notum fiat, me ad inſtantiam, & devotam petitionem Venera-*
„ *bilium Canonicorum Capituli ſanctæ Mariæ de Corduba conceſſiſſe eiſdem*
„ *omnimodam ſocietatem, & familiaritatem, omniumque bonorum plena-*
„ *riam participationem, quæ per Ordinem noſtrum ubique terrarum Do-*
„ *minus dignabitur operari. Volo etiam, & mando ſpecialiter Fratribus*
„ *apud Cordubam commorantibus, ut cum continget aliquem ſupradictorum*
„ *Canonicorum viam univerſæ carnis ingredi ex hoc mundo, teneantur*
„ *pro eo, ſicut pro uno fratre divinum Domino Officium exhibere: & pro-*
„ *pter hoc aliqui de ipſis Fratribus interſint exequiis, cum a dictis Canoni-*
„ *cis defunctus debeat ſepeliri. Si qui vero ex prædictis Canonicis dominis;*
„ *& amicis ſepulturæ Fratris noſtri defuncti voluerint intereſſe, cedant*
„ *eis Fratres in Officio Miſſæ, ſi ipſi voluerint in hoc Domino deſervire.*
„ *Ut autem hæc noſtra conceſſio robur obtineat, firmitatis ſigilli Provinciæ*
„ *noſtræ feci munimine confirmari. Valete in Domino, & orate pro me.*
„ *Datis Cordubæ anno Domini* MCCXLVI. *menſe Julii ultima die Dominicæ*
„ *ejuſdem.*

„ XXXIII. Hæc porro ſocietas, & alterna fraternitatis conventio in
„ hunc uſque diem firmiter perſeverat. Fundum in quo Cœnobium
„ erectum eſt, liberaliter donarunt Julianus Piretius, & Maria Piretia
„ cives Cordubenſes, uti ex litteris in clauſtro inferiori inciſis appa-
„ ret. Præter unum, aut alterum Leonis X. & Clementis VII. diplo-
„ ma, ſervantur hic alia duo Alphonſi X. Regis Caſtellæ data annis
„ MCCLXIV. & MCCLXVI. quibus huic Cœnobio ſcaturientis aquæ venas
„ conceſſit. Sunt qui dicant hic requieſcere corpora Beatorum Marty-
„ rum Joannis Cetinæ, & Petri de Duennas a Mauris Granatæ occiſorum
„ anno MCCCXCVII. Sed ipſi ædis incolæ nihil certum, neque locum ſa-
„ cri Depoſiti poſſunt monſtrare.

Conventus Cervariæ.

Gonza. Prov. Cathaloniæ Con. 14.

XXXIV. Eodemque anno jacta ſunt prima fundamenta Conventus ſanctæ Mariæ de Jeſu Cervariæ oppidi Vicenſis diœceſis in Provincia Cathaloniæ. Fundum conceſſit Jacobus I. Aragonum Rex; fabrica autem piorum oppidanorum expenſis ſurrexit, deſtructus poſtea bello, circa annum MCCCCLX. mox præcepto Regis Joannis Aragoniæ, aliud intra oppidi muros extructum habitaculum, mandatum Regis exequentibus

tibus

Digitized by Google

tibus Joanna Regina , & Cancellario R gni S. R. E. Cardinali a Cardona, anno MDLXVII. quod auctoritate Pii V. tranſivit ad Fratres Obſervantes. Reſarcitum eſt denique MDXVI. induſtria fratris Bartholomæi a Perpiniano reg. Obſer. præconis verbi divini diſertiſſimi .

Conventus Pompilonenſis .

XXXV. Non hoc primum anno reſederunt Fratres Pompeopoli, ſeu Pamplonæ citerioris Hiſpaniæ Civitate , ampla , atque munita quondam Regum Navarræ Curia : ſed inſalubritate , & incommodis priſtinæ habitationis oppreſſis , commodior oblatus eſt locus, hortus ſcilicet Stephani quondam ac Navarri de Sparza Fratrum , cum aliis adjacentibus extra portam ſancti Laurentii ejuſdem urbis ; hoc vero anno oblationem eam confirmavit Pontifex , ac ſimul Fratribus illuc commigrandi fecit poteſtatem , ſcriptis Lugduni litteris VII. Idus Novembris anno III. ad Miniſtrum Provincialem , & Fratres . Incipiunt : *Patriæ cœleſtis allecti gloria* &c. Extructum ergo eo loci amplum Monaſterium ſub invocatione ſancti Franciſci , quod juſſu Imperatoris Caroli V. periculo , quod Civitatati a Joanne Rege quondam depoſito imminebat , cavens Comes Mirandæ Gubernator , demolitus eſt , Fratribus intra mœnia receptis . Quorum damno occurrens pius Imperator, turrim intra muros cum contiguo ærario conceſſit anno MDXXIII. iiſdem Religioſis , ut ſub antiqua appellatione , & titulo novum Conventum ædificarent , qui talibus auſpiciis , ac populi devotione brevi extructus , Provinciæ Aragoniæ , & Patribus Conventualibus ceſſit , mox ſub Pio V. inſcriptum Provinciæ Cantabriæ , ac Fratribus familiæ Obſervantiæ . Hæc translatio , quas turbas invexit ſuo loco referemus anno ſequenti .

Regeſt. epiſt. 257. 3.

Gonz. Prov. Cantab. Conv. 5.

Additio Patris Lucæ Waddingi.

,, XXXVI. Hoc tempore Fr res Aſculi in Piceno habitaſſe colligi-
,, tur ex Pontificis diplomate , q curam , & regimen Monaſterii Cla-
,, riſſarum Aſculani committit Min tro Fratrum Minorum , ut inquit ,
,, Aſculano . Extra conſtitutum domicilium , intra urbem translatum
,, fuiſſe ſub Alexandro IV. intra limites Parochiæ ſanctæ Mariæ inter
,, vineas , in vico , qui *Scadya* nuncupatur ; conſtat ex variis Bullis ejuſ-
,, dem , quibus translationis , vendendi primum habitaculum , & conſe-
,, crandi primarium lapidem per Epiſcopum Recinetenſem facultatem
,, concedit . Jactus eſt primus lapis anno MCCLVIII. ſuperatis difficul-
,, tatibus , & ſopitis controverſiis a quibuſdam contra hanc translatio-
,, nem excitatis , de quibus compeſcendis non ſemel Pontifex ſcripſit .
,, Eccleſia , quæ primis urbis Templis comparari , ſi non præferri queat,
,, habet pleraſque res inſignes , atque inter has pulchram portionem
,, ſanctæ Crucis , ampullam ſanguinis ſancti Franciſci , & integrum cin-
,, gulum ejuſdem a Nicolao IV. Pontifice Aſculano Minorita dono ex
,, Urbe tranſmiſſa ; ac corpus beati Conradi Minoritæ Aſculani , de
,, quo ſuo loco agemus . Præ foribus habet lapideam ſtatuam Julii II. &
,, Æneam Gregorii XIII. Celebrata ſunt hic Comitia generalia Patrum
,, Conventualium anno MDLXXXVII. in quibus enumeratis 2754.
,, Fratribus , electus eſt Magiſter Generalis Evangeliſta Pelleus , Civis
,, Aſculanus de Fortio , poſtea Epiſcopus Agathenſis . Prodierunt ex
,, hoc loco tales , tamque inſignes viri , quales ex nullo Ordinis noſtri
,, Cœnobio ; videlicet duo Pontifices maximi, Nicolaus IV. & Sixtus V,
,, ac demum Felix Cardinalis Centinus adhuc ſuperſtes .

XXXVII. Non defuerunt, qui ſpecioſa ſimulatione, ſeu miſſionis, ſeu prædicandæ crucis , ſeu inquiſitionis , ſeu majorum Prælatorum , ut Cardinalium , ac Sedis Apoſtolicæ Legatorum obſequiis , & familiæ ſe aſſeren-

rentes diſciplinæ, & oculis Prælatorum vitam ſubducerent, exemptionemque prætenderent, de quibus Thomæ Cantipratani hujus ævi ſcriptoris exſcripſimus ſuperius querelam. Hic ergo cum frequenter, excuſſo Prælatorum timore, licentius injuncta obibant, quam profeſſi ſtatus humilitatem deceret, & præſumptam quoquo jure exemptionem converterent in laxioris vitæ profanam, & noxiam impunitatem, neque idoneos, vita & moribus, ut ſolet, ad ejuſmodi functiones aſpirare, & magis favore quam meritis exigentibus, interdum obtrudi quoſdam contingeret, iis incommodis hoc anno Pontifex ex parte appoſuit, quod plenius ſequenti anno præſcripſit. Mandavit ergo, VIII. Kalendas Octobris promulgato diplomate, ne ullus Prælatus ſine Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, aſſumere poſſit in ſocium quempiam noſtri Inſtituti profeſſorem. Incipiunt litteræ: *Vobis per Apoſtolica* &c. Datum VIII. Kalendas Octobris anno III. Item dum quies & tranquillitas Fratrum per curam Monaſteriorum ſanctæ Claræ interpellaretur aliquando, ipſis invitis, virtute mandati legatorum, protectorum Ordinis, ſeu Brevis Apoſtolici, prohibuit id deinceps fieri, aut ullum ſimili curæ, ſine proprio conſenſu emancipari poſſe, qui alias ab eodem liber extitit. Incipit decretalis: *Paci & tranquillitati veſtræ* &c. Datum Lugduni XVI. Kalendas Auguſti anno III. Ceterum hoc indultum effectum non habuit, recurrentibus ad Sedem Apoſtolicam Monialibus Clariſſis, quæ eouſque litem deduxerunt, ut cura earum Generali, & Provincialibus neceſſario ſuſcipienda fuerit ex præcepto Pontificis, quod ſequentibus exprimitur.

Indulta Fratrũ. *Regeſt. ep. 118. 3. Specul. 2. tract. idem eodem tenore Alex. IV.*

Specul. tract. 2. fol. 124.

INNOCENTIUS &c.

Generali, & univerſis Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum.

Epiſt. 822. 3.

P*Aci & ſaluti dilectarum in Chriſto filiarum Monialium incluſarum Ordinis ſancti Damiani paterna ſollicitudine providere volentes præcipiendo mandamus, quatenus eis, tam in capite, quam in membris per vos ipſos, vel alios Ordinis veſtri Fratres providos & diſcretos auctoritate noſtra, quoties expedire videritis, viſitationis, correctionis, & reformationis officium impendatis, informetis diſciplinis regularibus, & prædicatione verbi Dei confortetis eaſdem. Confeſſiones audiatis ipſarum, eiſque Miſſarum ſolemnia, & alia divina celebretis Officia, & exhibeatis Eccleſiaſtica Sacramenta, & cum neceſſe fuerit, vel propter ipſarum graves ægritudines, ſeu obitus, aut propter viſitationem, ſeu altarium, vel Monialium conſecrationes, aut alias juſtas & honeſtas cauſas, aſſociatis vobis tot idoneis Fratribus veſtri Ordinis, quot ad hoc noveritis opportunos, Monaſteria ingrediamini earumdem. Proviſo quod Frater Presbyter unum, & Viſitator, qui pro tempore fuerit, duos Fratres idoneos pro exequendis, quæ ad ipſorum ſpectant officium, juxta tenorem, qui in earum vitæ formula contineri noſcitur, ſecum ducant. Ad hæc, ut ad prætacta Monaſteria in ſpecialibus feſtis ipſorum, & Monialium obitu earumdem, ad celebrandum in eis divinum Officium, ac proponendum verbum Dei populo, qui tunc, aliiſque temporibus ibidem convenerit, nec non pro aliis honeſtis, & rationabilibus cauſis, ac ad portas, crates, & locutoria Monaſteriorum ipſorum, cum expedire videritis, accedere, & Fratres veſtri Ordinis deſtinare poſſitis aucto-*

Digitized by Google

auctoritate vobis præſentium duximus concedendum . Datum Lugduni XVII. *Kalendas Novembris anno* III.

XXXVIII. Item XVII. Kalendas Auguſti mandavit Archiepiſcopis ,
Epiſcopis , aliiſque Prælatis , ut deinceps pluribus in Fratres abſtinerent
gravaminibus , quæ in ipſis litteris exprimuntur : Incipit : *Nimis iniqua* Reg.epiſt.538.3.
directa eſt etiam alia in univerſum ad omnia Regna, ordinatis conſervato- Epiſt.539.3.
ribus , qui eam exequerentur . Inititium : *Nimis iniqua* . Item XIII. Ka-
lendas Septembris conceſſit auctoritatem Miniſtro Generali , & Provin-
cialibus inſtituendi ſyndicos , ſeu procuratores , qui oblatas eleemoſy-
nas in Religioſorum uſum neceſſarium diſpenſarent , & inſtitutos abro-
gandi . Incipit : *Quanto ſtudioſius* &c. Item XIII. Kalendas Octobris Specul. tract. 2.
præcepit Archiepiſcopis , ac Prælatis , ut benigne Fratres exciperent , Vide ſub ann. 5.
& miniſteria & functiones eorum apud populum ſollicite promoverent . ex reg. ep. 111.
Incipit : *Quoniam abundavit iniquitas* . Ejuſdem tenoris litteras dedit *Idem Specul.* habentur ſub Gregorio ſicut & ſequentes .
Gregorius IX. ut ſupra commemoratum eſt . Eodem anno III. Kalendas
Novembris conceſſit Fratribus licentiam celebrandi in Oratoriis , & al-
tari portatili . Incipit : *Nos attendentes* &c.

XXXIX. Idibus Novembris confirmavit formulam vivendi , quam
Gregorius IX. in inferiori gradu degens præſcripſit Clariſſis , eamque
ad verbum ſuis inſerit , quam nos ſuperius exhibuimus . Incipit : *Solet* Indult. Clariſſ. regeſt. epiſt.290. 3.
annuere Sedes Apoſtolica &c. Abbatiſſæ, & Conventui ſanctæ Mariæ Magda-
lenæ apud Nurſiam diœceſis Spoletanæ præſentibus , & futuris plura con-
ceſſit dato diplomate , cui tam ipſe , quam omnes Cardinales ſubſcripſit ,
XVII. Kalendas Junii Pontificatus anno II. Indictione III. Incarnationis
MCCXLV. per manum Magiſtri Marini S. R. E. Vicecancellarii . Hæc om-
nia ex ipſa decretali liquent . Incipit : *Religioſam vitam eligentibus* &c. Regeſt.epiſt.610. 2.
Similis formæ privilegium conceſſum Clariſſis Monaſterii ſancti Antonii
Barchinone x. Kalendas Auguſti . Item Monaſterio ſanctæ Mariæ Sala- Ibid.23.3.
manticenſi XIV. Kalendas Octobris anno III. Pontificatus . Item Mona-
ſterio beatæ Mariæ Magdalenæ Alexandriæ , diœceſis Mediolanenſis , & 131.3.
ejuſdem Inſtituti II. Nonas Octobris anno III. Item Monaſterio incluſa-
rum Civitatis Roderiguez in Hiſpania Idibus Octobris , & eodem anno .
Item Conventui , & Monaſterio Offidano Firmanenſis diœceſis x. Kalen- 181. 3.
das Novembris anno III. Pontificatus XII. Kalendas Novembris anno III.
conceſſit licentiam admittendi intra Clauſurum Miniſtros in certis caſibus 134. 3.
miniſterii neceſſarii : initium : *Veſtris piis ſupplicationibus* &c. Item XIV.
Kalendas Octobris Conventum & Monaſterium ſanctæ Mariæ , ſeu * ſan- * Forte Engratiæ .
ctæ Gratiæ Pampilonenſis diœceſis in protectionem Sedis Apoſtolicæ ſu- 627.
ſcepit , idque in omnibus tam ſpiritualibus , quam temporalibus , exce-
ptis iis juribus , quæ ſibi reſervavit Epiſcopus , nempe conſecrationis 256. 3.
altarium , miniſtrandi Sacramenta , benedicendi Moniales &c. Incipiunt
litteræ : *Cum mortuæ mundo* &c. Conceſſit etiam viſitantibus devote 256.3.
ipſum Monaſterium Indulgentias quadraginta dierum XVI. Kalendas
Octobris. Monaſterio item incluſarum ſancti Franciſci de Offida concedit
exemptionem omnem , tam in ſpiritualibus , quam temporalibus (ſup- Epiſt.263.3.
plens conſenſum Abbatis Farfen.) qua reliqua gaudent ejus Inſtituti
Monaſteria III. Idus Octobris anno III. Incipiunt . *Si a Sede Apoſtoli-* 334.
ca &c.

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Fridericus deponitur.

Concilium generale Lugduni.

,, I. ATer hic annus eſt ob depoſitionem ab imperio Friderici II.
,, factam ab Innocentio in Concilio generali coacto Lugduni
,, in Gallia, quam in Franciſcanos ſevere ultus eſt Fridericus in Regno
,, Siciliæ, Neapolitano, & in Germania: in Italia etiam per Eccelinum,
,, ut notavit Waddingus; Intereà verò ſummus Pontifex ad eos reprimendos, qui ſuæ vocationis immemores ab Ordine fugiebant, non
,, tantum eiſdem ſuperioribus, ſed etiam ſubditis, eos ligandi, atquè
,, carceribus mancipandi auctoritatem fecit, dato his deſuper diplomate
,, tenoris, qui ſequitur.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Dilectis filiis Generali & Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus ceteriſque Fratribus Ordinis Minorum Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Specul. tr. 2. fol. 43. auth. eſt in Conv. Rothomagen.

Facultas Pontif. contra apoſtatas.

,, *PRoviſionis noſtræ cupimus prævenire ſubſidiis, ut sempèr in meliùs*
,, *(Deo propitiante) proficiat, & ſi quid obſtare dignoſcitur corrigatur. Vos itaquè quos in divini nomine amoris vigiles delectat extirpare*
,, *vitia, & plantare virtutes, ut apoſtatas, vel inſolentes veſtri Ordinis,*
,, *niſi veſtris ſalutaribus monitis acquieſcant, excommunicare, ligare, capere, carcerare, mancipare (ſi videbitur expediens) poſſitis, auctoritate*
,, *præſentium, concedimus facultatem. Nulli ergò &c. Datum Lugduni* VII. *idus Februarii Pontificatus noſtri anno* III.

Indicul. ex Vatic.

Ex Vatic.

Ex Oderic. fol. 597. fol. 606. fol. 15.

,, II. Præter etiam recenſita in Annalibus, prò diverſis Monaſteriis
,, Monialium indulgentias conceſſit, *Quoniam ut ait &c.* VII. idus Januarii. Fratribus etiam de pœnitentia prò tempore interdicti providit
,, *Intentos cultui &c.* Idibus Martii; Et religioſos ſibi emere poſſe neceſſaria cenſenſit. *Paupertas voluntaria &c.* X. Kalendas Junii; In Fridericum ſcribens, de Terra Sancta ſingularitèr egit *Sacro præſente &c.*
,, Kalendis Auguſti: Et pro eadem Magiſtro militiæ Sancti Jacobi epiſtolas dedit *Cum ſicut intimantibus &c.* VIII. Kalendas Octobris: &
,, ad ſubveniendos Terræ Sanctæ Chriſticolas, ceteros quoquè admonuit, diplomate expedito *Cum poſt latas &c.* X. Kalendas Junii.

B. Bonitius obit Bononiæ.

A. S. P. Franciſco eligitur in ſocium.

,, III. Intereà Bononiæ ſupremam vitæ mortalis periodum batus Bonizus, qui etiam Bonitius dicitur, glorioſiſſimè clauſit XVI. Kalendas Septembris. Erat ex eadem Civitate oriundus, religioni a ſancto
,, Franciſco acquiſitus, cùm anno MCCXX. Bononiam appulſus, ibidem
,, miro populorum applauſu, & cum magno animarum fructu concionaretur: ſub tanti Patris & Magiſtri diſciplina uſquè adeò profecit, ut
,, in magnum paupertatis evangelicæ ſectatorem & amatorem evaſerit:
,, nullum virtutis iter cum deterrens ad gravia negotia obeunda intrepidus, eaquè reſolvenda expeditus erat: quamobrem a Sancto Patre
,, in rebus præcipuis in ſocium aſſumebatur: cum eo fuit in Monte Raynerii, quando Regulam a Chriſto accepit, & durè increpavit Miniſtros, qui eamdem nolebant admittere, Domino aperta & clara voce ejus ſermonem & Inſtitutum confirmante; Poſt mortem Vir ſan-

ctus

„ ctus huic Bonitio apparuit in veſte fulgidiſſima, eiquè ſua vulnera „ palpanda & oſculanda porrexit. Obiit, ut dictum eſt, Bononiæ, ſepultus apud ſuos. Poſt multos demum annos oblivioni traditus, donec translatis indè Fratribus, propter loci inſalubritatem, & refecto Monaſterio in clauſuram Monialium, dùm aperiendis fundamentis foſſores diligentiùs incumberent, in tria veneranda corpora ex inſperato inciderunt, videlicet BB. Nicolai, Bonitii hujus, & Guillelmi a Cortemilio, ſancti Franciſci etiam ſocii, quibus appoſita erant epitaphia.

Apparet ei S. P.

Ipſius corpus reperitur cum illis BB. Nicolai, & Guillelmi.

„ *Nicolaus primus nomine* — *Alter verò Bonizius*
„ *Cæco lumen obtinuit,* — *Franciſci Patris extitit*
„ *Et mortuis reſtituit* — *Conſors, dum Verbis Domini*
„ *Vitam, devotis precibus.* — *Sacram conſcripſit regulam.*
„ *Guillelmus alter nomine.*
„ *Sacro pollens eloquio*
„ *Urbis iſtius incolas*
„ *In viam traxit Domini.*

„ De hoc beato Bonitio poſt plures ſcripſit Waddingus, & poſt eum Arturus, qui in ſuo martyrologio Franciſcano complures alios auctores citat, qui de eodem commendabilem memoriam habuerunt.

Wadd. ad ann. 1220. n. 11. Artur. in Martyr. ad diem 17. Auguſti. Theatr. Bajard MSS.

ARGUMENTUM.

Electus Henricus Lantgravius Thuringiæ in Regem Romanorum; mandatur Franciſcanis, ut ſtrenue partes ejus foveant. Miſſi etiam plures in Africam, conſecrato fratre Lupo viro ſancto in Epiſcopum Marrochitanum. Moritur ſancta Humiliana. Regimen Monialium ſanctæ Claræ demandatur Miniſtris. Fratri Simoni de Alverna demandatur negotium inquirendi in Rosbyldenſem, & Othonienſem Epiſcopos. Clariſſis temperatur votum paupertatis. Ædificantur aliqui Conventus. Conceduntur etiam quædam Indulta Apoſtolica.

I. Depoſito Friderico, urſit Innocentius Principes Electores Imperii ad electionem alterius, qui partes Eccleſiæ contra rebellem tueretur. Electus eſt Henricus Lantgravius Thuringiæ, qui poſt annum obiit, eidem ſucceſſit Guillelmus Holandiæ Comes, & nepos Ducis Brabantiæ. Mirum quam a ſe invicem diſcrepent Auctores circa tempus. Nobis ea placet ſententia, quæ hoc anno conſtituit electum Lantgravium v. Auguſti in die ſancti Oſualdi; Guillelmus vero inauguratus eſt anno Domini MCCXLVIII. Kalendis Novembris Aquiſgranii, celebrata primum ejus electione Coloniæ. Novem annis regnavit, neuter eorum, obſtante Friderico ſuperſtite ac filiis, diadema Imperii ſumpſit; ideo a quibuſdam in ſerie Imperatorum prætereuntur, vacationem Imperii uſque ad Rodulphum protrahentibus; & quamvis id in rigore ſubſiſtat, illius ævi conſuetudine, & lege: tamen quia electio celebrata eſt, non videntur nobis expungendi ex eo, quod temporum caſu impedita ſit tam inauguratio, quam legitima aſſumptio; atque acceptatio juris titulo, ſummotoque impedimento conceſſiſſe videbatur. Hinc ergo exauctorati per Eccleſiam Friderici memoriam expungentes, eoſdem in ſerie annorum, ſervata temporis ratione, ſubſtituimus.

Electio ſucceſſoris Friderici.

II. Octa-

Digitized by Google

Facultas inſtituendi, ac deſtituendi Inquiſitores, & Prædicatores crucis.

II. Octavo Kalendas Octobris ſuperioris anni Innocentius Pontifex viam obſtruxit iis, qui diſciplinæ, & Prælatorum oculis ſe ſubducere tentabant, quod efficacius hoc anno adhibuit per ſequentem decretalem, concedens Miniſtris plenam in prædicatores Crucis, & Inquiſitores poteſtatem, eos inſtituendi ac deſtituendi.

INNOCENTIUS &c.

Generali, ac Provincialibus Miniſtris, ac ceteris Fratribus Ordinis Fratrum Minorum.

Reg. ep. 625.

ODore ſuavi Ordinis veſtri continue recreati, cum non immerito favore ſpeciali proſequimur: & ipſius exaltationem plenis deſideriis affectamus; quietem ei, & alia diligenti procurare ſolertia intendentes: per quæ ſemper optatum, auctore Domino, ſuſcipere valeat incrementum. Hinc eſt, quod nos veſtris ſupplicationibus annuentes, ut tu fili Generalis Miniſter, tuique ſucceſſores Fratres tui Ordinis, qui ad prædicandum crucem, vel inquirendum contra pravitatem hæreticam, ſeu ad alia bujuſmodi negotia ſunt, vel fuerint ubicumque a Sede Apoſtolica deputati, removere, ſeu revocare, penitus transferre, ipſiſque quod ſuperſedeant injungere, alioſque ſubſtituere cum expedire videretis, licite, & libere valeatis: & in eos, ſi contravenerint, cenſuram Eccleſiaſticam exercere: ac quilibet Miniſter Provincialis ejuſdem Ordinis, id ipſum in ſua Provincia circa Fratres ipſius Ordinis, quibus in illa ſimilia contigerit ab eadem Sede committi, facere poſſit, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni Idibus Januarii Pontificatus noſtri anno III.

Poteſtas caſtigãdi Fratres morantes in obſequiis Prælatorũ.

III. Adjunxit & ſequentem quo ad illos, qui aliorum obſequiis inhærebant, facultatem concedens eos caſtigandi, amovendi, alioſque eis ſubſtituendi cum moderatione expreſſa in decretali.

INNOCENTIUS &c.

Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

Specul. 2. tract.

IV. *CUm ſicut a te accepimus intimante, nonnulli ex Fratribus tui Ordinis, qui de ſuperioris licentia, in aliorum obſequiis commorantur, exemptos ſe a tua juriſdictione credentes, talia plerumque perpetrant, per quæ detrabitur Ordini, & ſcandalum inde generatur. Nos tuis ſupplicationibus inclinati, præſentium tibi auctoritate concedimus, ut univerſos Fratres, qui morantur in obſequiis aliorum (illis dumtaxat exceptis, qui ſunt vel fuerint ad Legatorum Apoſtolicæ Sedis ſervitia deputati) libere valeas viſitare, corrigere, amovere, ac alios eis ſubſtituere, prout ſecundum Deum videris expedire, non obſtantibus quibuſcumque litteris, ſeu indulgentiis Sedis Apoſtolicæ, per quas id valeat impediri. Contradictores vero per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Lugduni* XVII. *Kalendas Septembris Pontificatus noſtri anno* IV.

V. Scri-

Digitized by Google

V. Scripſit etiam Pontifex ad omnes Fratres per Teutoniam, ut electionem novi Regis Romanorum, deſtituto Friderico II. publice & privatim ſuis concionibus, & conſiliis foverent. Eligendi Regis Romanorū mandatur defenſio, & promotio.

INNOCENTIUS &c.

Univerſis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum per Teutoniam conſtitutis.

Cum Ordinem veſtrum, inter alios Apoſtolica Sedes ſpeciali proſequatur affectu, ipſumque pluribus honoraverit privilegiis, & multiplici ſemper intendat communire favore: tanto pleniorem de vobis gerit fiduciam, quanto vos, inter Religioſos ceteros, majori erga ſe ſperat devotione fervere. Hinc eſt, quod univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente, quatenus poſtquam electio de Romanorum Rege in Imperatorem poſtmodum promovendo exſtiterit celebrata, Chriſti fideles per Teutoniam conſtitutos, quoties opportunitatem habueritis, attentis exhortationibus, juxta datam vobis a Deo prudentiam, tam in occulto, quam in publico inducatis in remiſſionem ipſis peccaminum injungentes, ut ei, qui electus fuerit, fideliter, & efficaciter intendant, ac aſſiſtant viriliter, & conſtanter. Datum Lugduni x. Kalendas Maii anno III. Regeſt. Vatic.

VI. Hoc etiam anno, quidam Franciſcanus a Soldano ad Pontificem litteras detulit, reſpondentes iis, quæ alias ad eumdem a Pontifice datæ ſunt. Familiare enim tum erat Pontificibus, miſſis Franciſcanis, ſuas ad infideles Principes dare, eoſque ad fidem invitare, ut excuſationem non haberent, qui vocem paſtoris non audierunt. Gregorius IX. ſcripſit ad Soldanum Damaſci, Innocentius ad Principes Tartarorum, & hoc anno ad Reges quoſdam Africanos per eoſdem Franciſcanos ſcripſit. Stadenſis, Crantzius, & Bzovius arbitrantur, quod eumdem ab amicitia, & fœdere, quod cum Friderico iniit, avocare Innocentius hac arte ſtuduit; ſed nec ex litteris, ad quas præfati reſpiciunt ea conjectura probatur, nec veriſimilitudinem præ ſe fert; ad fidem ſe invitatum fatetur Soldanus, prædicato Chriſto. Tunc ergo homini pagano, cujus converſio tentabatur, importune diſcordia inferretur, aut mentio violandæ pacis; cum id, & Evangelicæ ſimplicitati, & caritati repugnaret, Regiſque pacifici Chriſti inſtituto. Deinde hæc clauſula ipſius epiſtolæ dubium aufert; *& de hoc*, inquit, *quod dicitis vos, deſiderare tranquillitatem, & quietem, & habere materiam convocandi populos ad pacem, ſimiliter nos deſideramus, &c.* Hæc, inquam clauſula non cohæret cum eo quod Soldanum ad bellum, ſeu pacis abolitionem Pontifex invitaret. Nec obſtat quod ſubjungit Soldanus, ſe non poſſe ſine conſenſu Imperatoris tractatum cum Chriſtianis habere: quinimo hoc ipſum confirmat, Innocentium non ſuaſiſſe ab Imperatore diſcedere, ſed pacem dumtaxat cum Chriſtianis in Oriente, quos miſſis groſſonis, pridem vexavit, capta Hieroſolyma, deletiſque fidelibus, quod ſuperioribus annis contigit. Epiſtola miſſa eſt a Soldano Babyloniæ, quo cum Fridericus decennio pacem in Oriente ſtabilivit, adverſantibus Chriſtianis, qui fœdas initæ pacis conditiones verecundabantur, inter quas præfata eſſe potuit in ultionem Templariorum, aliorumque, qui conatibus Friderici minus ſtudebant, Eccleſiam, & Gregorium Pontificem ſequuti.

Matthæus Paris. Stadenſis. Crantzius. Lib. 8. metropo. Bzovius ex illo.

Rejicitur maligna interpretatio.

Digitized by Google

Matthæus Paris.

VII. Argumentum epiſtolæ rectius in hæc verba propoſuit Paris tum ſcribens : *Temporibus quoque ſub iiſdem , Domino Papæ petenti pacem , vel ſaltem treugas inter Chriſtianos , & Saracenos a Soldano Babyloniæ , donec videlicet per regnum Francorum ſperata proſperitas reſpiraret , reſcripſit idem Soldanus in hunc modum , &c.* Placet autem ipſius epiſtolæ ſubjicere exemplar in gratiam curioſi lectoris , & ut dignoſcatur quæ tum auctoritas , & fama fuerit Pontificis , etiam inter Saracenos , quantuſque eorum opinione inter Chriſtianos ea ætate fiebat .

Litteræ Soldani miſſæ ad D. Papam :

Regeſti index. Litteræ Soldani Babyloniæ ad Innocentium.

P*Ræſentiæ Papæ nobilis , magni , ſpiritalis , affectuoſi , ſancti tertiidecimi Apoſtolorum , univerſalis loquelæ Chriſtianorum manutenentis , adoratoris Crucis , Judicis populi Chriſtiani , ductoris filiorum baptiſmatis , ſummi Pontificis Chriſtianorum , confirmet eum Deus , & det ſibi felicitatem. A Soldano potentiſſimo regnante ſuper colla nationum , continente duas virtutes gladii , & calami , poſſidente duo præcellentia ſcilicet doctrinam , & judicium , Rege duorum marium , dominatore Auſtri , & Septemtrionis , Rege regionis Ægypti , & Syriæ , & Meſopotamiæ , & Mediæ , & Idumææ , & Ephir , Rege Salech , Belſet , Ayob , filio Soldani Treimel Hebmeuaffar Nehamed , filii Soldani Regis Haelel Boheore , filii Ayob , cujus Regnum Deus diligit . In nomine Dei miſericordis , & miſeratoris præſentatæ ſunt ſcripturæ Papæ nobilis , magni , ſpiritalis , affectuoſi , ſancti , tertiidecimi Apoſtolorum , univerſalis loquelæ Chriſtianorum manutenentis , adoratoris Crucis , judicis populi Chriſtiani , ſummi Pontificis filiorum baptiſmatis , faciat eum Deus de affectantibus bonum , & facientibus illud , & volentibus pacem , & perſeverantibus in cauſis ejus , & adjuvet eum Deus in iis , quæ decentia ſunt , ad illos , qui ſunt ſui cultus , ſive ritus , & ad alios . Et reſpeximus dictas ſcripturas ſtudioſe , & intelleximus capitula , quæ in eis inſerta erant , & earum continentia nobis placuit , & delectatus eſt auditus noſter in relatu eorum ; & Nuntius venit ad nos , quem miſit ſanctus Papa , & ipſum prævenimus cum honore , & dilectione , cum devotione , & reverentia , ipſumque convocavimus ad conſpectum noſtrum , ſibi inclinantes ; intendimus aurem verbis ejus , & fidem adhibuimus ei , nuntianti nobis de Chriſto , ſuper quem ſit ſalus , de quo Chriſto plus ſcimus , quam vos ſciatis , & magnificamus eum plus quam vos magnificetis , & de hoc , quod dicitis deſiderare tranquillitatem , & quietem , & habere materiam convocandi populos ad pacem , ſimiliter nos deſideramus , nec volumus contraire , & hoc ſemper voluimus , & deſideravimus . Sed Papa , quem Deus confirmet , ſcit quod inter nos , & Imperatorem jam dudum fuit familiaritas , & dilectio mutua , & concordia perfecta a tempore Soldani patris noſtri , quem Deus ponat in claritate , ut inter nos , & Imperatorem prædictum eſt , ſicut ſcitis. Unde non licet nobis aliqua componere cum Chriſtianis , niſi prius habuerimus ſuper his conſilium , & aſſenſum , & nos ſcripſimus Nuntio noſtro , qui eſt in Curia Imperatoris , pro cauſis quas detulit Nuntius Papæ , nuntiantes ei capitula , & propoſita Nuntii veſtri , ipſe Nuntius noſter veniet ad præſentiam veſtram , & loquetur vobis , & renunciabit vobis , & poſtquam renunciaverit , faciemus juxta tenorem reſponſi , nec diſcrepabimus ab eo , quod videbitur utile univerſis , ita quod poſſimus habere meritum a Deo . Hæc vobis nuntiamus , & bonum ampliabitur in poſterum , Deo dante . Hoc fuit ſcriptum in ſeptima die menſis Maharrani , quæ fuit lunatio Auguſti .*

Laus

Digitized by Google

Laus Deo ſoli, & benedictio ejus ſuper Dominum noſtrum Mahumetum, & ſuper genus ipſius, ipſe ſit pax noſtra.

VIII. Inepte ſatis marginator Stadenſis Chronici, hæreticus ad hæc epiſtolæ verba; *Papæ nobilis, ſancti, tertiidecimi Apoſtolorum, univerſalis loquelæ Chriſtianorum manutenentis, adoratoris Crucis, Judicis Chriſtianorum, ſummi Pontificis filiorum baptiſmatis, &c.* Inepte inquam & fraudulenter ſuggerit, an interpretis, vel librarii hic aliquod τὸ σφάλμα ſeu error deprehendatur, quod eum male habuerit Pontificiam auctoritatem prædicari ab infideli. Eadem porro ſine mutatione verba leguntur in regeſto, atque apud Matthæum Paris coævum, apud Crantzium, qui eadem ex Stadenſi excœpit. Subindicat Paris, Fridericum in ſuſpicionem veniſse Innocentio, tamquam ejus artibus pacis mentio fuerit rejecta, aut retardata. *Fraus deprehenſa.*

IX. Scripſit Pontifex Miniſtro Provinciali Angliæ Ordinis Minorum, ut Prædicatores per univerſum Regnum inſtitueret, collectionem facturos in ſubſidium Imperii Conſtantinopolitani. Conceſſit eis facultatem, in eum uſum convertendi per uſuras, aut aliter male acquiſita; item relicta a teſtatis in pios uſus diſtribuenda, quæ per voluntatem teſtatoris certis locis, aut perſonis, vel alias applicata non fuerunt ex arbitrio exequutorum; item quæ ab omni obligationis eſsent debito libera. Hæc non ſine invidia inculcat Matthæus Paris, ut ſolet, corruptus vitio affectus, vel falſarii. Nec ſecus in calumniam vertit, quod Epiſcopus Lincolinenſis ſancte, & ex præſcripto canonum inſtituerit ſuæ diœceſis, & Cleri reformationem, inſtigantibus Dominicanis, ac Franciſcanis. *Paris.* *Malignus Paris, vel corruptus.*

X. Conqueſtus eſt apud Innocentium Pontificem Rex Daciæ de perfidia, & proditione Epiſcopi Roskyldenſis Cancellarii ſui, quod Regi inſidias ſtruxerit, Fiſcum defraudaverit, & tamdem metuens ſcelerum conſcientia, alio in remotas partes clam fuerit dilapſus. Pontifex autem rei inquiſitionem fratri Simoni de Alvernia Ordinis Fratrum Minorum commiſit, ſcriptis ſequentibus. *Inquiſitio in Roskylden. commiſſa.*

INNOCENTIUS &c.

Fratri Simoni de Alvernia Ordinis Fratrum Minorum.

QUanto Fratres, & Coepiſcopos, qui nobiſcum ſunt in partem ſollicitudinis evocati, ſinceriori caritate diligimus, tanto majori dolore turbamur, quoties de ipſorum operibus, quæ pontificali derogant honeſtati, ad noſtram audientiam perferuntur. Sicut enim ex parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Illuſtris Regis Daciæ fuit propoſitum coram nobis, cum idem Rex ven. fratrem noſtrum Epiſcopum Roskylden. Regni ſui Cancellariæ officio, aliis prætuliſſet, ac ei, utpote quem privilegio amoris præcipui ceteris honorabat, cordis ſui propalaſſet ſecreta; ipſe perceptarum ab eo immemor gratiarum, & adverſus eum loquens mala pro bonis, & odium pro dilectione ſua, fel pro melle, & pro pane lapidem, & pro ovo retribuit Scorpionem, dum vitæ dicti Regis inſidiator occultus, & Regni, ac bonorum ſuorum ſpoliator tacitus dicitur extitiſſe, cum quibuſdam complicibus, & ſibi conſanguinitate conjunctis, ſuper his contra eum conſpirando nequiter, & ſe juramenti vinculo aſtringendo. Et quia concepta nequitia, divina eam revelante *Reg. epiſt. 194.*

Digitized by Google

clementia, non potuit prodire in partum, dictus Epiſcopus, ut his ſe oſtenderet non immunem, tamquam ſibi male conſcius, extra prætactum Regnum ad partes transſtulit ſe remotas. Quia vero hæc, ſi vera ſunt, non debent indiſcuſſa relinqui, volentes deſcendere, ac videre, utrum præmiſſa præfatus Epiſcopus impleverit actione, mandamus, quatenus inquiſita ſuper his diligentius veritate, quæ inveneris fideliter redigere in ſcriptis procures, ac ea ſub tuo ſigillo ad noſtram præſentiam ſtudeas deſtinare, ut ex tua relatione ſufficienter inſtructi, procedamus exinde, prout ſecundum Deum viderimus, procedendum. Datum Lugduni XII. *Kalendas Auguſti anno* IV.

XI. Hæc Pontifex ad Simonem de Alvernia, qui etiam ab Urbano IV. (ut ſuo loco dicetur) miſsus eſt cum aliis ejuſdem Inſtituti Franciſcani Apocriſarius ad reducendos Græcos anno MCCLXIV.

XII. Scripſit etiam Pontifex ad eumdem fratrem Simonem de Alvernia, ut inquireret in vitam, & facinora Epiſcopi Othonienſis, de quo plura, eaque enormia deponebantur, ut quod ſui electionem, & conſecrationem in manu violenta extorſerit metu; quod focariam publice tenuerit, emendatione & pudore ſepoſitis, aliaque id genus, quæ commiſſi gregis ruinam procurabant.

INNOCENTIUS &c.

Fratri Simoni de Alvernia Ordinis Fratrum Minorum:

266. 4. Ad eumdem ut inquirat in Othonienſem varie infamatum:

AD audientiam noſtram noveris perveniſſe, quod olim Othonien. Eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta N. Epiſcopus, tunc Præpoſitus Othonien. introducta in Capitulum ipſius Eccleſiæ multitudine laicorum, ſe a Conventu Monachorum ipſius Eccleſiæ, poſt multiplices minas, & terrores non modicos incuſſos, ſeipſum in Epiſcopum eligi procuravit, cujus electio cum Venerabili fratri noſtro N. Lindin. Archiepiſcopo, loci metropolitano, præſentata fuiſſet, idem, licet ipſam ſciret, de concubinario manifeſto per ſecularem potentiam fuiſſe minus canonice celebratam, minis tamen, & territoribus perterritus, confirmavit eamdem, & dicto N. munus conſecrationis impendit, qui ſuæ ſalutis, & famæ prodigus, pontificalis modeſtiæ abjecto pudore, focariam publice detinere præſumit, & alias ea committere non veretur, quæ ipſum apud homines contemptibilem, abominabilem vero conſtituunt apud humani generis Redemptorem; unde ſe dignum tot mortibus effecit, quot ad ſubditos perditionis exempla tranſmittit: diverſis quoque criminibus maculatus, ſubditorum ſuorum non audet errata corrigere, cum tacite ſibi ipſe reſpondeat, eadem ſe quæ corrigit commiſiſſe, quinimo iidem ſubditi, nec ab eo volunt ſumere pabulum verbi Dei, nec etiam, ipſo celebrante, Miſſarum ſolemniis intereſſe. Ideoque mandamus, quatenus perſonaliter accedens ad locum, & habens præ oculis ſolum Deum, diligenter inquiras, an ſuper præmiſſis ſit idem Epiſcopus adeo graviter infamatus, quod clamor aſcendens nequeat diutius diſſimulari ſine ſcandalo, vel abſque periculo tolerari, & quod circa hoc inveneris, nobis per tuas litteras fideliter intimare procures. Datum Lugduni V. *Idus Novembris anno* IV.

Inſtituitur miſſio Franciſcanorum in Affricam conſecrato frat. Lupo Epiſcopo Marrochiorum.

XIII. Hoc anno pro converſione Affricanorum ſolemnis Franciſcanorum miſsio inſtituta: Sedes namque Epiſcopalis Marrochii in Africa vacavit ſubſidio paſtoris per mortem fratris Agnelli Ordinis Minorum. Ad eamdem ergo promovit Innocentius virum ſanctum fratrem Lupum Fer-

Ferdinandum Dain ejuſdem Ordinis, de cujus promotione, & ſanctitate ſcribit Gonzaga in Conventum, ſub invocatione ſancti Franciſci erectum Cæſarauguſtæ, in Regno, & Provincia Aragoniæ. Dum enim vetus Conventus, in quo jacebat frater Lupus, & frater Bernardus Viridans Viri ſancti ex conſenſu Fratrum cederet Auguſtinianis, anno MCCLXXXVI. translata ſunt pignora ſacra ad novum Conventum, qui a Fratribus noſtris etiamnum incolitur. Verba Gonzagæ refero: *Ne* Provinc. Aragon. Conv. 2. *vero beatorum Patrum Agni, atque Bernardi a Viridante corpora ibidem ſepulta, a ſe derelicta viderentur, ea ad novi Monaſterii Eccleſiam in feſto Apoſtolorum Philippi, atque Jacobi ejuſdem anni MCCLXXXVI. maxima cum ſolemnitate, atque nobili proceſſione translata fuere. Quo quidem die, toto circumſtante populo, eorum beatorum patrum meritis, & mulieri, quæ a L. annis oculorum viſum amiſerat, lumen extitit reſtitutum, & altera mulier cocles oculi rectitudinem aſſecuta eſt. Horum alter vocabatur frater Agnus, qui primus omnium, cum eſſet genere nobilis, atque dignitate Canonicus, vocareturque Lupus Ferdinandus Dain, ſpretis hujuſmodi honoribus, Franciſcanæ Religionis habitum Cæſarauguſtæ ſuſcepit, atque pauperculis Fratribus adjunctus eſt. Hic denique a Miniſtro ejus Provinciali Romano ad Gregorium IX. ſummum Pontificem ob quædam negotia Religionis ſtatum concernentia, miſſus, tanta tum apud ipſum ſummum Pontificem, tum quoque apud Illuſtres Cardinales ſanctitatis opinione polluit, ut & ab omnibus maxima in veneratione habitus ſit, & Hieroſolymam accedendi facultatem a ſummo ipſo Paſtore petens, id quod ſequitur, reſponſum retulerit: Vade fili, concedo tibi quod poſtulas, dum tamen non ut Lupus, ſed ut Agnus pergas. A quo etiam tempore non frater Lupus, ſed frater Agnus dici voluit. Præfata tamen facultate gaudere nequivit. Cum enim per id tempus Marrochiorum Antiſtes vita functus eſſet, pluresque eam dignitatem ſibi conferri ſupplicarent, reſpondit ſummus Pontifex: certe jam eſt alterius, quem nuper de lupo fecimus agnum, & ideo dignum eſt, ut de agno faciamus paſtorem luporum. Et merito: nam Marrochiani ipſis lupis in Chriſtianos ſæviores ſunt. Hiſque dictis ſummus ipſe Pontifex patrem Agnum ad Marrochiorum Epiſcopatum promovit. Quam ille, licet invitus, dignitatem acceptans, relicta interim Hieroſolymorum peregrinatione, ad oves ſibi commiſſas ex tempore perrexit: quibus per aliquot annos ſanctiſſime, & non abſque fructu, inſuper gratiſſimus adeo, ut illud Eſaiæ:* Habitat lupus cum agno, & puer parvulus minabit eos, *de ipſis verificari potuerit, præfuit. Sed cum his hujuſmodi Marrochianos obſtinatiſſimos in abominabili ſua ſecta, atque vitiis irretitos plus æquo cerneret, nec eos ab hujuſmodi peſte ad ſalutis ſemitam revocare poſſet, tædio affectus, atque Franciſcanam paupertatem anhelans, a ſummo Pontifice tunc ſedente, ut Epiſcopatui valedicere, Hieroſolymam petere, atque propriam Provinciam repetere poſſet, ſupplex petiit. Voti igitur compos effectus, poſt plurimos exantlatos, in hujuſmodi peregrinatione labores, alteram ex coſtis, atque quoddam os ſancti Matthiæ Apoſtoli, Caput unius ex SS. Innocentibus, aliquotque alias SS. reliquias, quas & loco contulit, ſecum deferens, ad antiquiorem Minorum Conventum Cæſarauguſtæ erectum, (de quo in hujus Provinciæ proœmio) ſe tranſtulit: ubi & quam diu ſibi comes vita fuit, ſancte commoratus, atque ſanctius vita functus eſt. Ejus corpus Fratres honeſto loco tumulandum curarunt. Unde & ad præſens Monaſterium, ut diximus, translatum extitit.* In hoc errat tamen Auctor præfatus, quod a Gregorio IX. promotum referat fratrem Lupum Romæ, cum id contigerit Lugduni ab

In-

Innocentio hoc ipſo anno. Nominis etiam mutationem, firmius ex Pontificis inſtituto adhæſiſſe, non probo, cum ipſius litteræ contrarium deſignent; non negaverim tamen nomen in contrariam dictionem ex claris virtutibus, & meritis ſancti Viri tranſiſſe, vel tum etiam notiori appellatione uſus eſt Pontifex, licet aliam commendarit, & induxerit, ſecurius tamen conjicio eam nominis alluſionem referendam ad fratris Agnelli inſtitutionem factam a Gregorio, cum & nomen & perſonæ concordent; eam ignoravit Gonzaga promotionem fratris Lupi Chriſtianis in diœceſi Marrochitana ſignificavit in litteris Pontifex.

INNOCENTIUS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus per Marrochitan. diœceſim conſtitutis.

247. 4. Intimatur fratris Lupi electio.

XIV. I*N eminenti ſpecula licet immeriti, diſponente Domino, conſtituti, etſi curam, & ſollicitam diligentiam habere de univerſis, & ſingulis Eccleſiis ex ſuſceptæ adminiſtrationis officio teneamur: illis tamen quæ Sedi Apoſtolicæ immediate pertinere noſcuntur, in mundi finibus conſtitutis inter diſcolas nationes pronis animi viribus, promptiſque præſidiis favorabiliter convenit nos adeſſe. Sane Marrochitana Eccleſia ſola & unica in partibus ipſis filia Romanæ Eccleſiæ, ſpecialis Paſtoris ſolatio deſtituta, verentes ne propter ipſius diutinam in vos ſub fide catholica militantes, ac in ſeipſam pateretur in ſpiritualibus & temporalibus læſionem, quamquam Ordo Fratrum Minorum ſit Eccleſiæ Romanæ novella plantatio, quia virtuoſe apud militantem, & triumphantem Eccleſiam meritis proficit, & exemplis, & in fervore Religionis ipſius habetur quodammodo quædam ſpecies paradiſi, de ipſo arbor fructifera eſt excerpta, frater videlicet Lupus, vir utique Deum timens, inſignis virtutibus, ſcientia decoratus, providus in temporalibus, & ſpiritualibus circumſpectus, de cujus perſona eidem Eccleſiæ, auctoritate Sedis Apoſtolicæ favorabiliter, & utiliter eſt proviſum. Verum, cum ſit nobis fiducia, quod de partibus ipſis, per circumſpectionem ejus, & ſcientiam ſibi datam a Domino, prava in directa, & in vias planas aſpera convertantur, evellantur vitia, inſerantur virtutes, deſtruantur nociva, plantentur ſalubria, amplietur fides, & cultus divini nominis augeatur. Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur, attente mandantes, quatenus ipſum ad prædictam Eccleſiam, cum plenitudine noſtræ gratiæ accedentem honorifice, ſicut decet devotionis filios, tamquam animarum veſtrarum Epiſcopum, & Paſtorem recipientes, hilariter, & libenter habeatis ipſum, & commiſſam ſibi Eccleſiam pro divina, & Apoſtolicæ Sedis reverentia propenſius commendatum, ipſique tamquam Patri, & paſtori animarum veſtrarum plene, ac humiliter intendatis, exhibentes ei obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam, ejuſque ſalubria monita, & mandata ſuſcipiendo devote, ac humiliter obſervando. Ex hoc enim dignos honoris augmento, & palma perennis gloriæ apud æternum Judicem vos reddetis. Alioquin ſententias quas idem Epiſcopus proprer hoc rite tulerit in rebelles, ratas habebimus, & faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam, inviolabiliter obſervari. Datum Lugduni* II. *Kalendas Novembris anno* IV.

Commendatur fr. Lupus.

XV. Scripſit etiam ad Regem Marrochiorum Saracenum eum ad veritatis lumen invitans, & prædictum Epiſcopum, ac comites Franciſca-

ſcanos, qui ad miniſterium fidelium, atque infidelium converſionem deſtinabantur, ei impenſe commendavit.

INNOCENTIUS &c.

Illuſtri Regi Marrochitarum, & mandatis ejus humiliter obedire.

146. 4. Epiſtola ad Regem Marrochii.

XVI. G*Audemus in Domino, tibique non modicum congaudemus, quod ſicut Venerabili fratri noſtro Marrochitano Epiſcopo nobis innotuit, exponente, tu Catholicorum Principum, ac tibi inhærendo, & prædeceſſorum tuorum imitando veſtigia, qui Marrochitanam Eccleſiam multis libertatis privilegiis munierunt, plurimorumque bonorum largitione dotarunt, non ſolum eam a conatibus, & incurſibus malignorum, & contrariorum Chriſtianæ fidei hactenus defendiſti, ſed munificentia tua eidem immunitates, & libertates non modicas contemplatione divini nominis* [illegible] *contulit liberali, & Chriſtianos in terram tuam per dictos prædeceſſores tuos, introductos extuliſti præſidiis, & foviſti beneficiis oportunis, propter quod probabili præſumptione tenemus, quod pia loca, & Chriſtianæ fidei ſectatores in ditione tua poſitos, geris in propoſito augmentare, & dignum eſt hoc a te ferventi diligi, & ſollicite obſervari, ut in te progenitorum tuorum præclarum nomen effulgeat, & virtuoſis Regibus, te Regem ſimilem mundus agnoſcat. Hæc quidem provenire clariori præſagio de cæleſti colligimus voluntate, ac ex hoc providentiam Salvatoris magnifice, & mirifice dirigere greſſus tuos, dum invocantibus nomen Chriſti adjutus, adverſariorum tuorum inſultus, & violentiæ impetus potenter hactenus repuliſti, & per virtutem virium ipſorum lucrifeciſti tibi de bonis plurimis eorumdem. O utinam ad arcem contemplationis aſcenderes, & modicum de dulcedine divinæ ſapientiæ prægustares! Ibi colligeres per te ipſum quam dulcis eſt Dominus, & quam jucundum ſit ſibi debitum reddere famulatum. O ſi proprium cor intrares, & in ſecretiori mentis thalamo, quæ ſupra te ſunt, nitereris perſpicue indagare, quam magna ſunt illa, quam ineffabilia, quæ nomen Chriſti ſuſcipientibus, & colentibus promittuntur! Non ambigimus quin ſi recte ſaperes, promiſſiones acceptares eaſdem, & effecereris ſubito de cultoribus unus, quia partem eligeres potiorem. Nos quidem de iis, quæ circa te ſunt ſollicitius penſaremus recipiendo te inter magnificos Principes ſpecialem, & terram tuam ſub ſpeciali protectione, ac defenſione Apoſtolicæ Sedis, & noſtra, nec permitteremus per potentiam Eccleſiæ collatam divinitus, te ab adverſariis tuis aliquando moleſtari. O ſi ad cor altum accederes, & ſubtili meditatione penſares in ſpeculo rationis, quantum in te poſſet nomen Altiſſimi exaltari, dum ad te revertens, faceres quod te Dominum ſequeretur ad fidem innumera populi multitudo! Nec aliquatenus hæſitamus, quin ſi regalis excellentia Deo vivo ſe habilitare curaret, ipſe pinguedine terræ, ac rore cœli terram tuæ mentis e veſtigio illuſtraret. Sed in hoc te tibi duximus totaliter relinquendum. Verum cum duros hoſtes, & nequitia plenos habere dicaris, qui non minus verſutiis, machinationibuſque, quam manu valida terram tuam infeſtare nituntur, ipſi Chriſtiani attendentes, quod non in exercitus multitudine, ſed de cœlo recipitur fortitudo in defenſione catholicæ fidei, & Eccleſiæ, tuique Regni ſubſidium contra eos inſurgant viriliter, & potenter ſæpius de hoſtibus triumphando, verendum eſt, ne dictorum adverſariorum aſtutia improviſa, ac feſtinata, & inopinata invaſio eos inveniat imparatos, & ſi, quod abſit,*

Beneficia Chriſtianis collata.

Exhortatio ad fidem.

abſit, prout de ipſis in pluribus partibus terræ tuæ ſtrages non modica eſt ſubſecuta, ſicut te ignorare non credimus, finaliter de virtute virium triumpharet, ipſorum rebus, & perſonis eorum periculum, tibique, terræque tuæ diſcrimen irreparabile obveniret. Expedit igitur, ut futuro periculo feſtino, & congruo remedio ſuccurratur. Quare Serenitatem regiam rogamus, monemus, & in Domino eam præſentibus litteris excitantes, quatenus aliqua loca munita in terra tua, in quibus neceſſitatis tempore dicti Chriſtiani ſe receptare valeant, & cuſtodiam aliquorum portuum, per quos ſi urgeret neceſſitas, & ſuaderet utilitas valerent terram egredi, & reintrare cum feſtinato ſubſidio pro defenſione perſonarum, & rerum, retento tibi principali dominio, conſignare procures. Hoc autem non minus utilitati Regiæ, quam eorum profectui credimus expedire, quia non magis eis in ſubſidium provenit, quam tibi, & terræ tuæ proficit in augmentum. Prædictum vero Epiſcopum, & ſui Ordinis Fratres, ac Chriſtianos ſub tuo degentes Imperio pro divina, & Apoſtolicæ Sedis reverentia, in his, & aliis, pro quibus ad te recurſum habuerint, habeas taliter commendatos, quod hic tibi dierum longitudo ſervetur, & per hæc, & alia bona quæ feceris, ad lucem venire valeas veritatis. Super iis autem, quæ dictus Epiſcopus tibi ex parte noſtra dixerit, quæ ſalutem animæ tuæ proſpiciant, illam indubitatam fidem adhibeas, ac ſi tibi ore proprio loqueremur. Datum Lugduni II. *Kalendas Novembris anno* IV.

Marian. lib. 2. cap. 1. Marc. 2. p. l. 1. c. 22. Chron. antiq.

XVII. Per hæc forte tempora contigit illud, quod Marianus, Marcus, & alii referunt. Rex porro Marrochiorum, & alius Rex Saracenus de finibus, aliiſque cauſis certantes, ad arma cucurrerunt, ſub quibus hinc inde Chriſtiani militabant; alter ad pacis conditiones, & tractatum non æque deſcendebat. Ceterum tum Marrochii tres Fratres Minores ſe Regi pacis internuncios obtulerunt, ne Chriſtianorum pernicie bellum quaqua verſum, declinante victoria, ſæviret, quibus itineris comites Marrochianus conceſſit. Sed alium Deus adjunxit obvium in eremo leonem, qui velut cicurus Dei ſervis famulatus 25. Saracenos graſſatores, qui ſub ſpe prædæ inſultum tentarunt, fugavit, & ſecuros, ac ſalvos perduxit comites ad regiam Civitatem: verum ibidem in multitudinem Saracenorum armatorum, qui ad portas objiciebantur incurrere verentes, utpote ignoti, ſubſtiterunt. Leo autem divino nutu equos, & milites rugiens diſiecit, donec, via patefacta, Legati ad Regem pervenerunt, qui audito ſucceſſu, & divinæ erga ſervos ſuos providentiæ ſollicitudine, facilis pacem admiſit.

XVIII. Sequentes etiam dedit Innocentius ad Regem Tuneti, rogans ut Franciſcanos, quos ad Regem Tunetanum mitteret prædictus Epiſcopus, foveret, & ob reverentiam Sedis Apoſtolicæ reciperet, & ſicut alias conſueverunt, ibidem libere permitteret converſari.

INNOCENTIUS &c.

Illuſtri Regi Tuneti Deum timere, & diligere.

243. 4. Commendantur Franciſcani Regi Tuneti.

P*Ater ſpirituum Dominus Jeſus Chriſtus ſpirituales ad capiendos homines faciens piſcatores, qui de lacu miſeriæ, & luto fæcis eductos in divinorum concluſos retibus præceptorum illi obedire faciant, cui eſt ſervire, regnare ipſos, vel ad loca tranſire, in quibus poſſint mitti retia in capturam,* ad

Digitized by Google

ad educendam hominum multitudinem, de hujus mundi voragine ruinoſa, in redemptoris omnium ſervitutem. Cum igitur ſicut accepimus, ſub potentatus magnifici tui ſceptro plures permaneant Chriſtiani, & illuc accedant quam plurimi pro ſuis mercimoniis exercendis, qui contra periculoſos animarum morbos fomentis indigeant conſilii ſalutaris, ne languentium pereat multitudo, ſi medicinalis operatio illi deſit, ſed potius in lecto jacentes ægritudinis, quorum ſtratus in infirmitate verſatur, ex medicorum præſentia reſpirent in propoſitam ſpem ſalutis. Celſitudinem Regiam rogandam duximus attentius, & monendam, quatenus venerabilem fratrem noſtrum Marrochitan. Epiſcopum, & dilectos filios noſtros Fratres Minores, quos idem Epiſcopus pro ſalute talium, ad tui Regni gloriam duxerit tranſmittendos, ob divinam, & Apoſtolicæ Sedis reverentiam clementi pietate recipiens, ipſos cum Chriſtianis, ſicut conſueverunt, ibidem permittas libero converſari. Datum Lugduni VIII. *Kalendas Novembris anno* IV.

XIX. In eumdem modum ſcriptum eſt Illuſtri Regi Capſæ, & Regi Bugiæ: Commendavit ſimiliter omnibus fidelibus per oram maritimam Hiſpaniæ conſtitutis, atque in remiſſionem peccatorum injunxit, quatenus eidem Epiſcopo ad Dei cultum amplificandum omni auxilio aſſiſterent.

INNOCENTIUS &c.

Univerſis Chriſtifidelibus per maritimam Hiſpaniæ conſtitutis.

Epiſt. 144. anno 4.

Commendatur fidelibus res Africana promovenda.

Fideles proprio ſigno fidei vivificæ inſigniti, illud debent procul in nationibus, ad profeſſionem Chriſtiani augmentandam nominis elevare, ut æterni Regis gloria in confitentium numeroſa multitudine tanto glorioſius prædicetur, quanto in omnem terram ſonus diffuſus credentium, in unius labii eorumdem ſermonum pari concordia vocem laudis, & gratiarum perſonent actionem. Sane, cum ſicut accepimus, ad confeſſionis divinæ ſalutarem gratiam in Marrochio dilatandam, ſit neceſſaria veſtra diligentia ſtudioſa, ut cæleſtis plantatio radicata, ibidem veſtro in ſua teneritudinis novitate confortata miniſterio, & propagata conſilio, favore, & auxilio ſalutari ad promotionem Catholicæ fidei, & exaltationem Eccleſiæ ſanctæ Dei glorioſis proficere debeant incrementis. Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur in Domino, & in remiſſionem veſtrorum injungimus peccatorum devotioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus venerabili fratri noſtro Marrochitan. Epiſcopo ad cultum divini nominis ampliandum, ob divinam, & Apoſtolicæ Sedis reverentiam tam diligenter, quam viriliter aſſiſtatis, cum per ipſum, vel ſuos nuncios ſuper hoc fueritis requiſiti, tamquam orthodoxæ fidei fervidi zelatores. Datum Lugduni XV. *Kalendas Novembris anno* IV.

XX. In eumdem modum ſcriptum eſt Archiepiſcopo, & Conſilio Terraconen. Archiepiſcopo, & Conſilio Majoricarum, Archiepiſcopo, & Conſilio Valentin. Archiepiſcopo, & Conſilio Narbonen. Epiſcopo Bujonen. & populo ſibi commiſſo; Epiſcopo, & Conſilio Barchinonen. Archiepiſcopo Januen. & populo ſibi commiſſo; Epiſcopo Maſſilien. & populo ſibi commiſſo; Epiſcopo, & Conſilio Portugalen. Epiſcopo ſancti Emeterii Burgen. diœc. Conſilio ſancti Sebaſtiani Pampilonen. diœc.

Conſilio de Laredo Burgen. diœc. Conſilio Caſtri de Odiales Burgen. diœc. Epiſcopo Ulyſſipponen. & populo ſibi commiſſo.

Scripſit etiam epiſtolas ſimilis argumenti ad Regem Aragoniæ.

INNOCENTIUS &c.

Illuſtri Regi Aragoniæ.

Similis argumēti ad Regem Aragoniæ.

XXI. *ATtendentes quod ex favore intuitu pietatis impenſo Religioſis, & præſertim iis, qui fungentes Pontificatus officio in Saracenorum terris ſunt conſtituti, & temporalis proſperitas, & æterna felicitas procuratur digne, pro venerab. fratre noſtro Epiſcopo Marrochitan. ſerenitatem tuam rogamus, & monemus attente, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatenus ipſum, & Fratres, ac alios qui eum pro Marrochitanæ Eccleſiæ negotiis comitantur, ob divinam reverentiam, & Apoſtolicæ Sedis, ac noſtram habens propenſius commendatos, impendas eis conſilium, auxilium, vel favorem, ac facias in ſecuro conductu, & aliis quæ ſibi neceſſaria fuerint, cum ab eis requiſitus fueris provideri; ita quod propitiationem divinam exinde aſſequaris, & nos ſinceritatis tuæ zelum poſſimus merito commendare. Datum Lugduni x. Kalendas Novembris anno* IV.

In eumdem modum ſcriptum eſt Illuſtri Regi Navarræ, Illuſtri Regi Caſtellæ, Illuſtri Regi Portugalliæ, & ad omnes Chriſti fideles per Africam conſtitutos.

XXII. Alias dedit ad univerſum Ordinem, ut prædictam miſſionem Epiſcopum, ac ſocios ſtrenue, & omni conſilio, ac favore promoverent.

INNOCENTIUS &c.

Miniſtris Cuſtodibus, & Guardianis Ordinis Fratrum Minorum.

Epiſt. 254. 4.

SEcundum Apoſtolum quique fideles ſua debent ad invicem onera ſupportare, ut adimpleant legem Chriſti, multo fortius Fratres ſuæ profeſſionis Fratrum oneribus tenentur ſupponere humeros ad portandum, cum Frater, qui adjuvatur a Fratre *Salomone teſtante*, quaſi firma Civitas *cenſeatur. Hinc eſt, quod univerſitatem veſtram monendam duximus attentius, & hortandam, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus venerabili fratri noſtro Marrochitan. Epiſcopo, & ſociis ſuis, ac aliis, quos ab eo pro ſuis, & Eccleſiæ Marrochitanæ negotiis mitti contigerit, in omnibus quibus poteritis, commode impendatis conſilium, auxilium, & favorem, ita quod mutuam in vobis ipſis caritatem continuam vos habere operum exhibitione monſtretis, ut a Deo, & hominibus poſſitis merito commendari. Datum ut ſupra.*

Prov. 18. 19.

XXIII. Scripſit etiam ad Magiſtrum, & Fratres militiæ ſancti Jacobi ſeq.

INNOCENTIUS &c.

Magiſtro, & Fratribus militiæ ſancti Jacobi.

Epiſt. 255. 4. Ejuſdem argumenti ad militiam ſancti Jacobi.

CIrca opera pietatis vos non credimus invenire difficiles, ad quæ tam exemplo, quam opere etiam alios tenemini invitare. Cum itaque venerabilis frater noſter Marrochitan. Epiſcopus Domino cupiat populum reddere

Digitized by Google

dere acceptabilem, nec non ad exaltationem intendat viriliter nominis Chriſtiani, cum noſcatur nunc eſſe ibidem plurimum opportuuum, nec ad hoc per ſe ipſum ſufficiat, niſi eidem a Chriſtifidelibus ſubſidium impendatur. Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, mandantes, in remiſſionem vobis peccaminum injungendo, quatenus cum ab eodem Epiſcopo ſuper præmiſſis fueritis requiſiti, eidem ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & noſtram, impendatis auxilium, conſilium, & favorem, ita quod propitiationem divinam exinde mereamini, & nos devotionem veſtram poſſimus non immerito commendare. Datum Lugduni III. *Kalendas Novembris anno* IV.

In eumdem modum Magiſtro, & Fratribus Ordinis Calatravæ.

XXIV. Eamdem curam, & poteſtatem ſuper univerſos Africæ fideles delegavit Pontifex fratri Lupo, qua gaudebat ejus prædeceſſor. frater Angelus, ſcriptis ſequentibus.

Concedit poteſtaté ſuper omnes in Africa fideles.

INNOCENTIUS &c.

Univerſis Chriſtianis in Africanis partibus conſtitutis.

Cum, ſicut intelleximus, animarum veſtrarum cura bonæ memoriæ Agnello Epiſcopo Marrochitano fuerit ab Apoſtolica Sede commiſſa, nos qui de univerſis Chriſtifidelibus ex ſuſceptæ adminiſtrationis officio curam tenemur gerere, de ſalute veſtra ſolliciti, volentes ut Ven. frater noſter Epiſcopus Marrochitanus ſucceſſor ejus in hujuſmodi ſibi cura ſuccedat, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus ipſi Epiſcopo tamquam patri, & paſtori animarum veſtrarum plene, & humiliter intendatis, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiendo devote, ac inviolabiliter obſervando. Datum Lugduni XIV. *Kalendas Januarii anno* IV.

XXV. Eidem indulſit, ne per decennium viſitare teneretur limina Apoſtolorum, cum navigare ex Africa non licuerit niſi de licentia Saracenorum, in quorum dominio verſabatur. Incipiunt litteræ. *Fidei tuæ* &c. Datum III. Idus Novembris anno IV. Conceſſit etiam eidem facultatem abſolvendi in certis caſibus, & diſpenſandi ſuper irregularitate contracta ex celebratione miſſæ, aut receptione Sacramentorum, cum juris ignoratione. Incipit: *Ut in adventu tuo*, &c. Datum Lugduni VIII. Kalendas Novembris anno IV. „ Epiſcopum Æſinum creavit fratrem Gual-
„ terum Minoritam ſacræ Theologiæ Lectorem repudiato Harmanno a
„ Capitularibus electo, ſed exigentibus demeritis, excommunicato. Ita
„ habet Reg. Vaticanum.

Indulta quædam eidem facta.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Fr. Gualter. Epiſc. Æſinus.

XXVI. Menſe Majo, die XIX. hujus anni migravit ad Dominum beata Humiliana, tertii Ordinis ſancti Patris noſtri Franciſci, ætate tenera, ſed meritis, & virtutibus matura. Progenitorem habuit Oliverium Cerchium antiquæ, nobiliſque familiæ Florentiæ. Fuit beata Humiliana a teneris annis vas Deo conſecratum, unde in paterna domo animum a laſcivia, & vanitate abſtractum totum Deo conſervavit, nihil reprehenſibile admittens in ſermone, aut opere: crevit enim cum ea pietas, ſtudium orationis, contemptus mundi, abſtinentia, & humilitas. Pertingens annum decimum ſextum ætatis, matrimonio collocata eſt præter genium, patri obſequuta, viro genere, & divitiis pari, inferiori tamen religione, & diſciplina, ut qui uſuris & lucro ſordide inhiaret. Ceterum

B. Humiliana.

Marian. lib. 2. Marcus. Rodulph. Volaterr. Silva. in vit. SS. Etruriæ, & alii.

Matrimonio collocata.

inter negotiatores Deus non dereliquit ſolam ſine conſorte, quæ ſimul jugum duceret, & in via Domini ſine offenſa perinde ambularet: in eadem porro domo cohabitavit mariti frater, cujus uxor, dicta Ravenna, non minus divina affectabat, quam Humiliana. Hæc ſocia fuit ad orationem, ad opera pietatis, ad Eccleſiam, aliaque pia opera. Quinque annis marito convixit, a cujus latere ſurgens ſummo mane orationi incumbebat, & reliquum tempus piis operibus uſque ad meridiem; pomeridianum vero tempus manuum operibus, reique domeſticæ impendebat, non tam commodo, quam pietati ſtudens, quo liberalius in egenos erogandi copia ſuppeteret; quibus non modo ſuperflua, ſed etiam neceſſaria, ſuiſque uſibus ſubtrahebat, mariti proinde indignationem, & offenſam ſæpius incurrit. Hæc tamen, & alias perſecutiones libenter paſſa eſt, ut Chriſtum in ſuis pauperibus exciperet. Ab illa tamdem ſervitute in libertatem vindicata eſt, conſortis morte, qui cum ad extrema duceretur; beata Humiliana periculi miſerta, obtulit hæredibus ſuam dotem, modo uſuras reſtituerent, malens hic in paupertate ſeipſam, quam illic in pœnis animam mariti degere. Duas filias ex eo genuit, quas in paterna domo reliquit, optans, ut in tenera ætate, & innocentiæ ſtola ad ſuum auctorem vocarentur, antequam malitia perverterentur. Ipſa, mortuo marito, ad patrem regreſſa eſt, proponens firmiter continentiam ſervare, & ſoli Deo adhærere, quantumcumque pater, & fratres ad ſecundas nuptias eam fruſtra urgerent. Voluit Inſtitutum ſanctæ Claræ in Monaſterio Montis cœli aſſumere: ſed a Deo ad exemplum Viduarum, & aliorum vocata, propoſito ceſſit, aſſumens habitum tertii Ordinis Pœnitentium ſancti Patris noſtri Franciſci. In paterna domo rigorem monaſticum privatæ vitæ conjunxit. Videns tamen non defuiſſe in patris familia, quibus virtus, & diſciplina gravis fuerit, ſubtraxit ſe invito conſortio, & cuidam paternæ domus turri ſe incluſit, in qua ab omni ſtrepitu ſemota, in pœnitentia, & orationibus, velut columba, paſſerque, ſolitaria gemebat. Ei pater ſervam unam, cum neceſſariis expenſis aſſignavit. Tempus matutinum orationibus, miſſis, & concionibus audiendis, viſitationi infirmorum, eleemoſynis diſtribuendis tranſigebat, de reliquo incluſa manens, die noctuque inſiſtebat contemplationi.

Ravenna ſocia Humilianæ.

Sollicitudo ſalutis mariti.

Servat cœlibatum in viduitate.

Sumpſit habitum pœnitentiũ tertii Ordinis Franciſcani.

Exercitia ejus.

XXVII. Patrem ſubit cupido recuperandæ dotis; Sed cum invincibile filiæ propoſitum nequierit ſuperare, cumque id jure, ſine ipſius conſenſu, nequierit, hac arte eam repente aggreſſus circumvenit: advocatis porro teſtibus & Notario, prætexuit neceſſitatem, poſtulavit conſenſum, ut dotem ab hæredibus defuncti repeteret, & filia in paternum ſinum omnia ſua jura ſecura remitteret. Illa doli ignara, id reverentia patris libere permiſit; noluit tamen juramento firmare: mox deluſam ſe agnoſcens, indoluit patris perfidiam, pauperibuſque ſubtractas facultates, quibus eas ipſa potiſſimum reſervabat. Ceterum eam majoris profectus occaſionem Deus permiſit, quo Humiliana a cura, & ſollicitudine miniſterii revocata, ſtudium contemplationis ſecurius, & ſine diſtractione proſequeretur. Subtracta igitur ea exterius converſandi occupatione, ſe totam ſacræ lectioni, & rebus divinis contemplandis dedit, Inſtitutum mutavit, & normam: nam, quod alias non conſuevit, prima nocte maturius ſe quieti dabat, ut media nocte vigilans, & ſponſum expectans, exurgeret cum Pſalmiſta ad confitendum Domino. Poſt primum ergo ſomnum expergefacta ſurgebat, & deinceps orationi incumbens, lectum non repetebat. Sæpius a terra ſuſpenſa, & elevata in oratione videbatur

Decepta a patre.

Se totã contemplationi dat.

Digitized by Google

tur in aere, ut plures potiſſimum beatus vir frater Michael de Albertis confeſſor ejus, & frater Vigor de Cortona Ordinis Minorum ſe vidiſſe teſtati ſunt. Sæpius etiam malignus hoſtis, aſſumptis variis figuris, & terribilibus phantaſmatibus ejus quietem interpellabat; ſed illa, facto ſigno Crucis, umbras hujuſmodi ſtatim diſcutiebat. Semel duas filias, amicam etiam Ravennam, velut in lecto defunctas, objecto phantaſmamate repræſentavit, quo eam caræ prolis, & parentis ſorte, vel minimum turbaret. Apparuit ei aliquoties in forma infantis, aliquando Abbatis, aliquando ſerpentis; aliumque verum ſerpentem, & horridum in cubiculum intulit, qui majorem timorem Sanctæ incuſſit, ſed invocato nomine Chriſti, præcepit angui, ut ſe in circulum torqueret, & dicto citius obſequentem apprehendit, extra feneſtellam extulit, mandans, ne ulterius quietem ejus interturbaret, qui amplius non comparuit. Apprehenſam ſemel Dæmon ita cecidit, denteſque tam atrociter concuſſit, ut per quindecim dies præ dolore vix quidquam potuerit mandere. Sæpiſſime exceſſum mentis paſſa, noctes totas inſomnes ducebat, altiſſimis abſorpta contemplationibus, & velut Paulus an in corpore, an extra corpus, neſciebat; cujus rei teſtimonio plures perhibuerunt teſtimonium, ut ſoror ejus Sibilia, Cecilia uxor fratris, Ghiſola, Compinta, Scotta, Dialta, & Jacoba, & Altobene. Germani, & parentes divinæ conſolationis, & dulcedinis parum experti, verentes ne deliquio, aut cuipiam ſimili ex corporali paſſione infirmitati ſuccumberet, experimentum adhibebant, dentes ei ſecantes; illa vero hiſce moleſtiis quandoque in ſe reverſa, amariſſime flebat, conqueſta, a felici ſtatu ad miſeriam revocatam eſſe.

Illuſio dæmonis.

Serpentem expulit.

Rapta, & extaſes paſſa.

XXVIII. Magnæ fuit abſtinentiæ: quatuor modicis panibus tota hebdomada ſuſtentabatur, obſonio abſtinebat, vel certe vili uſa eſt ad fomentum ſtomachi, ex quo laborabat, non ad delicias. Jejunabat plures quadragenas (in ea autem, quæ Reſurrectionis dicitur, abſtinebat vino) feria 2. 4. 6. & Sabbato cujuſque hebdomadæ, quandoque etiam tertia, ſemel in die cibum ſumebat. Perſeverantiam Deo ſemper cum continuis lacrymis, & orationibus commendabat; ſculptam Beatiſsimæ Virginis viva memoria imaginem verſabatur, cujus præſens in omni angore ſubſidium eſt experta; cilicium ſub rudi tunica geſtabat, donec ex præcepto Confeſſoris, ob ventriculi infirmitatem, illud depoſuerit; nervis, duriſſimiſque flagellis ſubjiciebat corpus. Solitudinis præ ceteris, & ſilentii, maxime poſt ſanctiſsimam myſteriorum communionem, amans, fugiebat congreſſum aliorum, Deo ſibique vacans; ſi quando colloquium admittebat, prius admoneri curabat, ne de alio quam de Deo, diviniſque fieret, quod ſi intus, aut extra domum aliquod verbum audiebat minus congrue prolatum, aures obturabat, ne intus hauriret quod mox hoſti cederet in expugnationis munimentum, muſcaſque excitaret, quæ meditationis dulcedinem inſipidam redderent, aut aciem contemplantis moleſte obvolitarent. Fœdus cum oculis pepigit, ne ad vana vel tantum reſpicerent; ſanctæ tantum converſationis homines admittebat, & admirabatur, quorum converſatio utilis eſſe poſſet. Neque quæ exterius fiebant plurimum jam moleſtiæ inferre poterant, animo utilioribus occupato, & paſsionem ſui Salvatoris continuo volventi, non ſine exceſſu doloris, ac lacrymarum: unde accenſum patiendi pro Chriſto deſiderium enaſcebatur, cum ſtudio martyrii, ſi occaſio fieret. Dono lacrymarum prædita fuit, animique ſerena quadam, & ſecura teneritudine: qua

Ejus abſtinentia.

Amor ſolitudinis & ſilentii.

Meditatio paſſionis Chriſti.

per

per tempus ad probationem ſubtracta, inconſiderato amoris fervore, lacrymas, calce viva pupillæ admota, provocare eſt enisa, non fine cecitatis periculo. Indiſcretam ſollicitudinem increpavit Confeſſor, admiratus tamen fervorem interrogavit, unde maxime in via Domini progreſſum habuerit: reſpondit a pietate, cura pauperum, quod ſe ſemper vilipenſam contempſerit, & humiliter de ſe ſenſerit, nihilque præ Deo ſolo curaverit. Egregium ſane tirocinium ſanctitatis, quod aliis tectum eſt totius ædificii ſpiritualis, & terminus profectus.

Fundamentum converſionis B. Humilianæ.

XXIX. Non defuerunt etiam famulæ Dei in fine perſecutiones; nam & pater domum mutavit, filiamque ſimul migrare juſſit, ſed illa noluit eum locum deſerere, in quo divinæ viſitationi, & dulcedini jam aſſuefacta, in dies virtutum incrementa ſuſcepit. Non defuerunt qui id verterent in pertinaciam, neſcientes ſecreta Sanctorum, & divini conſilii arcanum, de quibus mundus ſemper perperam judicat. Voluit Sancta, quæ ſub paternæ pietatis umbra delituit, tamquam delicata, deinceps experiri aliena viſcera, & quod ſuperfuit, velut in alieno tecto peregrina, extra paternam domum decertare. Plura inde parens in eam machinatus eſt ex indignatione, plura hinc conſobrinus ejus Galganus, qui in domo ipſi ſucceſſit, & ſanctam hoſpitem abhorrebat; *Nulla enim converſatio lucis ad tenebras*, quinimo ſanctuarium illud Humilianæ divinis jam revelationibus, & frequenti viſitatione ſanctificatum, profano ſuo, uxoriſque illato thoro voluit polluere. Hæc illa libentiſſime ſuſtinuit, non ſuſtinuit tamen Sanctorum ſuorum, & innocentum ultor Deus; nam & utrumque de medio brevi ſubtraxit, & mox poſt varias conſolationes, etiam Humilianam ad bravium, quod tanto anhelavit fervore, vocitavit.

Perſecutionem paſſa.

Joan. 1. 2.

Deus perſecutores ulcus.

XXX. Correpta eſt menſe Januario hujus anni gravi febre, cujus vehementiam illa ſuperans longanimitate, uſque ad menſem Martium diſſimulavit; ſed tum toto corpore infirmata, & vehementioribus per ſingula membra doloribus cruciata, plene decubuit, angorem ſpe præmii, & inſtantis reſolutionis ſuæ conſolata. Eidem etiam aſſiſtebant viri probatiſſimi Beatus Frater Michaël ejus confeſſor, & Frater Bonamicus ejuſdem Inſtituti, eamque confirmantes, interrogarunt, quid de ſua ſalute expectaret? reſpondit finem adeſſe laborum; nullam ſupereſſe ſpem ſalutis corporalis; firmam eſſe animæ, ut nec Angelo aliud prædicanti crederet. Quod amplius eſt, aſſiſtenti tum ancillæ mandavit, ut calceos, & tibialia mortuam indueret, ſubindicans, & præveniens honeſtatis cultrix honores, quos devotus populus jam defunctæ delaturus erat, oſculando pedes, ne nudi apparerent. Prædixit, Fratrem Michaëlem brevi ſubſecuturum. Quadraginta duobus diebus vixit fine cibo, utens raro ſorbitiuncula diſtillata, idque contigit tantum per XVIII. dies, dinceps aqua pura.

Ejus infirmitas.

Ejus de ſalute certitudo.

Futura prædixit.

XXXI. Non defuit hoſtis extremo illo tempore eam vexare, conatus, ut ex verbis & geſtis ejus erat intelligere: ſed applicata per aſſiſtentes ad pectus ejus cruce, tentator evanuit: in ſe autem reverſa dixit; Gratias tibi ago Domine Deus quia liberaſti *me de laqueo venantium, & de operantibus iniquitatem*. Poſt hæc quievit tota prima nocte Sabbati, & mane, perceptis Sacramentis, fine ſingultibus, aut tædio ſuaviter emiſit ſpiritum. In duobus, quæ ipſa Domino ſollicitius commendabat, exaudita, ut nempe extra paternam domum nullo paternæ familiæ præſente, moreretur, & ob reverentiam, & devotionem Virginis glorioſæ, in die

Mors.

Digitized by Google

in die Sabbati. Mortua eſt ætatis XXVI. decimo ſexto nupſit, quinque annis permanſit nupta, quinque annis vidua.

XXXII. Longum eſſet, dona & virtutes quibus eam Deus cumulavit deſcribere. Frequentiſſime fuit viſibiliter viſitata ab Angelis, Sanctis, ipſo Salvatore, & ſanctiſsima ejus Matre, ut ſpeciatim vitæ ejus continet hiſtoria apud Marianum & alios. Frequentiſſimas extaſes, etiam per biduum patiebatur. Semel oranti & contemplanti Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium tres Soles apparuerunt, qui in unum mox cojerunt; alias oranti & extincta lucerna, apparuit candidiſsima columba ferens roſam rubeam in ore, quæ mox in lucidiſsimum ſolem converſa, diſparuit. Alia nocte, extincta caſu lucerna, apparuit manus ignem ferens, quæ eamdem accendit. Alias febricitanti, dum non eſſet qui, profunde dormitante ancilla, miniſtraret, converſa ad Dominum, poſtulavit opem, & mox apparuit quædam Virgo comitata Angelis, quæ ſedulo miniſtravit neceſſaria.

Ejus dona & virtutes.

Myſterium Trinitatis in figura oſtenſum.

XXXIII. Donum habuit prophetiæ, mortem beati fratris Michaëlis prædixit, ſic etiam cujuſdam ſuæ parentis, fratris etiam mariti ſui, & Galgani conſobrini ſui, quin etiam gravem patris infirmitatem, aliaque multa.

XXXIV. Miraculis ante & poſt mortem claruit, quæ frater Hippolytus Florentinus Ordinis Minorum triennio poſt ejus mortem, anno ſcilicet milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono, fideliter collegit, & probata ſunt, examinatis teſtibus. Dæmones expellebat, tentatis ſubveniebat; pueri cujuſdam infirmitatem precibus, ſanato puero in ſeipſam tranſtulit, a qua etiam miraculoſe fuit liberata. Dominam Beatricem de populo ſancti Miniati in monte, ægram curavit. Seipſam a gravi vulnere quod petulans ancilla, projecto urceolo impreſsit, facto ſigno crucis, ſanavit, deleta omni cicatrice. Filiam ſuam, quæ mortua etiam videbatur, facto eodem ſigno, liberavit. Sororis ſuæ Sibiliæ ſiccum, & debilitatum brachium vigoravit, & animavit. Deficiente oleo, lucernam aqua impletam accendit. Fratrem Galganum Ordinis Minorum ſub mortem a fiſtula, quam paſſus eſt, ſanavit.

Frater Hippolytus collegit ejus miracula.

XXXV. Sed poſt mortem etiam Deus per famulæ ſuæ merita multa ſigna edidit. Undecim a magnis, & variis infirmitatibus curavit. Duobus cæcis lumen reſtituit. Muto loquelam, paralytico ſalutem. Unum ab iliaca paſsione, ſex a podagra, & chyragra, quinque contractos membris, diverſos a variis periculis liberavit. Hæc, & plura ex Legenda ejus conſtant, quam ſcripſit frater Vitus de Cortona diſcipulus Sancti Patris noſtri Franciſci & quondam Miniſter Provinciæ Romanæ, eam abbreviavit, & politiore ſtylo comprehendit Raphaël Volaterranus. Sepulta eſt ſancta Humiliana in Conventu Sanctæ Crucis Florentiæ Ordinis Minorum; poſtquam vero Deus ſigna, & miracula ad ſepulcrum per interceſſionem ejus multiplicavit VII. die menſis Auguſti ſequentis, communi decreto, inde elata, & ad ſcalas, qua ad pulpitum itur, decentiori loco ſepulturam accepit, quo die plura miracula perpetravit. Sed poſtea anno MCCCXIV. facta eſt tranſlatio ejus menſe Novembris, in die Sancti Vitalis in ſacrarium, ubi reliquiæ ejus in capſula lignea habentur in maxima veneratione, ejuſque ab incolis patrocinium invocatur hoc hymno.

Alia miracula poſt mortem.

Scriptor vitæ.

Ave luce meridiana humilis Humiliana,
Exaltata de hac vana valle ad Cæli montana,

No-

Digitized by Google

Noſtræ peſtis plagas ſana, aſpera ponens in plana,
Contemplatrix & humana, pia, dulcis, & ſpontana
Salve regina Chriſtiana. Amen.

Multis poſt mortem viris probatis apparuit, quam mox ſequutus eſt ejus Confeſſor Frater Michaël, de quo nos obiter pauca ſuperius ſcripſimus, quæ hic præterimus repetenda. Plures alii ſanctitate & miraculis hoc anno floruerunt, ſed eos in ſequentes annos brevitatis ſtudio referemus.

Conventus Peronæ.

Gonzag. Prov. Franc. Conventi. 13.

Fundatores Conventus.

XXXVI. Peronæ urbe Galliæ munitiſſima in finibus Picardiæ in Diœceſi Noviomenſi eſt erectus Conventus Sodalitio Minoritano, juxta portam ſancti Salvatoris, cujus Eccleſiam hoc anno conſecravit R. Odo Præſul Tuſculanus, Apoſtolicæ Sedis legatus, ſub titulo & invocatione ſancti Patris noſtri Franciſci. Conceſſit indulgentias quadraginta dierum devote frequentantibus dictam Eccleſiam infra ſuæ dedicationis octavam. Hæc conſtant ex inſtrumento ſuper hoc confecto, quod fundaverunt Conventum præcipue heroës Longe vallis, & Haplin curiæ, quorum alter ſolum proprio comparavit ære, alter majorem ædificiorum partem dedit pietatis intuitu. Fama eſt, hunc Conventum incoluiſſe quemdam ſancti Patris noſtri Socium miraculis clarum, qui interventu Dominorum Canonicorum ſepulturam honeſtiſſimam accepit in primaria æde D. Turſæo ſacra. Ex eodem Conventu prodiit Ven. P. Fr. Jacobus de Montier Doctor Theologiæ, & Miniſter Provinciæ Franciæ, & Guardianus Pariſienſis. Anno tamdem MDXXXVI. Conventus eſt exciſus totus, mandato Ducis Vandomiæ, ob periculum, quod inde bellorum tempore Civitati imminebat. Mox Fratres in ipſam Civitatem migrarunt, ædificata ibidem congrua habitatione.

Convent. Rothomagenſis.

Gonzag. in Prov. Franc. Pariſ. Con. 3.

XXXVII. Circa Minoritici Inſtituti initia, aliquot ejus Fratres Rothomagum Provinciæ Normanniæ metropolim, & nobiliſſimum Galliæ emporium, applicuere, ubi & perbenigne ſuſcepti, in clauſtro divi Marci Evangeliſtæ, & ejus Eccleſia per aliquot annos in magna ſanctitate, & regulari obſervantia moram traxere. Ex quo tamdem loco R. Odonis Archiepiſcopi Rothomagenſis ſuaſu, & aſſenſu egreſsi, ad Eccleſiam Divi Clementis prope viam Templariorum ſitam anno Domini MCCXLVI. convolarunt. Quia vero ea erat parochialis Eccleſia, R. Fr. Odo Rigaldus Minorita, qui prædicto Archiepiſcopo Odoni in Archiepiſcopatu ſucceſſerat, parochianis per proximas ſancti Stephani & ſancti Martini prope pontem parochiales Eccleſias diſtributis, illis Eccleſiam omnino dimiſit. Cui quoque Nicolaus de Lunda auratus eques, ad quem patronatus ejus Eccleſiæ jus pertinebat, ex animo ſubſcripſit: idque approbantibus ſereniſsima Blancha Francorum Regina, & divo Ludovico ejus filio, eorumdemque Francorum Rege. Succeſſu vero temporis, faventibus ſibi præfatis Regina Blancha, ejuſque filio divo Ludovico, qui perennem fontem Monaſterio conceſſere, ac Mecthilde de Stonteville, quæ tres domos, & proximam plateam, addita ſufficienti eleemoſyna, liberaliſsime contulit: & nobili heroë Guillermo Camerario Francavillæ, plurimiſque aliis pientiſsimis viris; præcipue vero R. P. F. Odone Rigault Ordinis Franciſcani alumno, atque Rothomagenſi Archiepiſcopo, præfati Fratres celeberrimum hunc Conventum ſibi coædificarunt. Cui & Chriſtianiſs. Francorum Reges Philippus Valeſius, Joannes hujus nominis primus, & Carolus V. omnimodam immunitatem conceſſerunt. Præfata Eccleſia, multis annis ante Ordinis Minorum inſtitutionem, ad Dei & Sancti Clementis Papæ, & martyris honorem, dedicata fuerat.

Lo-

Digitized by Google

Locus hic abſolutiſsimus eſt, & omni ex parte perfectus, ſive ejus ſtructuram, ſive dormitoria, ſive bibliothecam, ſive clauſtrum, ſive duo capitula, ſive etiam refectorium, ceteraſque officinas ſpectes: quapropter LXX. Fratribus ejus accolis commodiſsimum præbet hoſpitium. Hic denique Conventus ab Obſervantibus Franciſcanis ad Patres ejuſdem Inſtituti Conventuales, anno Domini MCDLX. devolutus eſt: ſed anno MDI. ex mandato Alexandri VI. Summi Pontificis, opera tamen illuſtriſsimi Georgii ab Ambaſia S. R. E. Cardinalis, Rothomagenſiſque Archiepiſcopi, ac Apoſtolicæ Sedis per univerſam Galliam a latere Legati, ab iſtis ad eoſdem Obſervantes, annuente Ludovico XI. Francorum Rege, rediit. Ex hoc Conventu prodiere R. P. F. Odo Rigault, qui, propter egregias ejus virtutes, ad Archiepiſcopatum Rothomagenſem evectus fuit, & R. P. F. Franciſcus Lotharingus Sidonienſis Epiſcopus, virque doctiſsimus: & V. P. F. Nicolaus de Niiſe pietate ac ſcientia illuſtris, qui poſt plurima Ordinis munia, quibus diligentiſsime functus eſt, hoc in eodem loco XVIII. menſis Maii, anno Domini MDIX. non abſque ſanctitatis nota, diem clauſit extremum, ſepultus in medio capitulo: qui & aliqua edidit opuſcula, quæ ſuo loco recenſebimus.

F. Odo Rigault.

Fr. Franciſcus Lotharingus.

Fr. Nicolaus de Niiſe.

XXXVIII. Jacca Civitas Aragoniæ in convallibus Pyreneorum, qui diſterminant Aragoniam a Gallia Aquitanica, Sedes eſt Epiſcopalis. Ante hunc annum Franciſcanos admiſit, ut argumento eſt bulla Innocentii hoc anno data in favorem ædificii. Locum acceperunt Fratres ibidem in quadam parochiali Eccleſia ſancto Paulo Apoſtolo dicata, ut traditio fert, & quædam antiquitatis monumenta teſtantur, potiſſimum ſepulcrum, quod in clauſtro ejus loci hodie videtur cum hac inſcriptione idiomate vulgari inciſa. (*Eſtas ſepulturas ſon de Moſſon Anobren de Arto Cavallero, ſeñor de Arto y Varagna. Murio año de* MCCXVII. id eſt, Hæc ſunt ſepulcra (ut verbum verbo reddamus) Moſſoni Andebren ex Arto nobilis, Domini de Arto, & Varagna. Mortuus anno MCCXVII. duobus annis antequam fieret miſſio in Hiſpaniam, quæ incidit in annum MCCXIX. Conventus neceſſariis officinis per omnia integer eſt. Eccleſia antiqua, ſed apparata altaribus, ſacellis, & iconibus ſacris Divorum. Capella major ſplendidæ, & novæ ſtructuræ complectitur, Dominorum de Gabin, & Varipollara familiæ illuſtris Abaricarum, ex ſtirpe Regia. Domini Sarcii Abarca ſepulcrum. Item ſepulcrum aliud exurgit cameratum familiæ de Hecrue & Vinearum nobilis, & antiquæ proſapiæ. Natalitius Seraphici Doctoris Bonaventuræ dies, atque etiam dies ſacris beati patris Franciſci ſtigmatibus dicatus, tum univerſo matricis Eccleſiæ Jaccenſis Canonicorum collegio, tum laico Senatui, tum quoque ceteris Civibus ex ſolemni voto, feſtivi, celeberrimique ſunt. Imo & omnes iſti a præfata matrice Eccleſia ad hunc uſque locum prædictis diebus per ſingulos annos proceſſionaliter procedere, ſolemnemque Miſſam ibidem audire, atque Sacerdoti ſacrificanti duos cereos offerre tenentur. Idque, quòd conflagrante univerſa Jaccenſium Civitate, in beati patris Bonaventuræ feſto, emiſſo hujuſmodi voto, ſtatim incendium ceſſaverit. Præterea quod pereuntibus ſingulis annis, ob grandinum tempeſtates, Jaccenſium ſegetibus, a tanta clade, emiſſo ſimili voto, liberati ſunt.

Conventus Jaccenſis.

Prov. Aragon. Conv. 8.

Relatio Prov.

Relatio Prov.

Feſtum S. Bonaventuræ, & ſtigmatum S. Patris Franciſci Jaccéſibus ſolemne.

XXXIX. Conventus etiam Palentiæ Provinciæ Conceptionis in Hiſpania notitiam huc referre lubet, ex bulla Innocentii data hoc anno, licet ſupponat, jam antiquiorem eſſe. Frequens eſt ſexaginta Fratrum habitatio: a doctis & gravioris notæ Patribus regitur. In eo ut plurimum

Digitized by Google

Comitia Provinciæ celebrantur, capta loci & expenſarum, quæ ibi gratis [*Conz. Prov. Concept. Conv. 2.*] & liberaliter fiunt, congruitate. In eo ſepultus jacet religione, & meritis magnus vir P. Alphonſus a Spina. Hic, cum eſſet inſignis concionator, [*Relatio Provinciæ.*] animarumque ſalutem ſupra modum ſitiret, in id maxime incumbebat, ut aliquos Chriſto lucrifaceret. Cumque ex melancholica imaginatione ſubtriſtior quadam die effectus, puteo juxta Minoritici Conventus Valiſoletani (de quo ſupra) ſacrarium hæreret, anxius cogitaret, num frequentiſſimis ſuis concionibus aliquem fructum feciſſet: vocemque e ſublimi delatam ſibi præcipientem, ut ſitulam ex trochlea pendentem in puteum demitteret, aquamque hauriret, audivit. Cui cum obtemperaſſet, XXIV. ſubalbos lapillos Jeſu nomine inſignitos, juxta XXIV. ſermones, quos paucis ante diebus ad populum Valiſoletanum de ſanctiſſimo nomine Jeſu habuerat, in ſitulæ fundo invenit. Ex quo demum eventu confirmatus, omnibus nervis prædicationis officio inpoſterum incubuit, atque doctiſſimum libellum, cui Fortalitium fidei titulus eſt, edidit, typiſque mandavit. Horum lapillorum XII. argenteæ cruci præinſerti in præcedenti Conventus ſacrario aſſervantur; reliqui vero XII. a Catholica Hiſpaniarum Regina Eliſabetha Granatam delati ſunt. Referre non gravabor (ut interim addiſcant mortales Chriſti Vicariorum dictis audire) quod Fromeſtæ, quæ Palentinæ diœceſis oppidum eſt, ſub anno MCDLXXXXIII. acciderit. Præceperat Sixtus IV. Pontifex Maximus idque anno MCDLXXVI. ut natalitius Seraphici patris Franciſci dies feſtive a fidelibus tranſigeretur: cumque ruſticus quidam avaritia ductus, tantoque præcepto longe poſthabito, nihil minus curaret, ſeque increpanti reſpondiſſet: num mihi Franciſcus neceſſaria ſubminiſtrabit, an potius manus iſtæ? famulum in agrum præmiſit, eumque poſtmodum ſequutus, terram aratro proſcindere cœpit. Et ecce dum famulus caput fortuito voluit, miſerum herum terræ hærentem, imbecillem omnino effectum, mutum, ac fere exanimem videt. Quem tamdem domum curru deductum, ab ejus familia paucos poſt elapſos dies ſepulturam ac- [*Idem in Prov. Saxoniæ ſanctæ Crucis.*] cepit.) Eodem anno Conventus Gothenſis in Saxonia exædificatus eſt in [Conventus Gothenſis.] Provincia Saxoniæ ſanctæ Crucis „ ubi remanſerunt Fratres per [ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.] „ aliquot annos, deinde certis ex cauſis, uti referunt Annales Montis „ Sancti Petri Erfurten. MSS. de Gotha, receſſerunt; & in Arenſſtedte „ locum habitationis ſibi conſtituerunt: qui circa annum MCDLX. ad Ob- „ ſervantes translatus eſt. Item Conventus montis Florum in quo flo- [Conv. Mont. florum.] ruit Frater Gentilis Doctor Pariſienſis qui, meritis exigentibus, ad Cardinalatus apicem eſt vocatus.

[*Rodulph. lib. 2. fo. 256. p. 1.* Perſecutio in Fratres Pampilonlæ.] XL. Licet ſuperiori anno ex auctoritate Pontificia commigrarint Fratres ad novum locum ipſis ad portam Sancti Laurentii, ut vulgo dicitur, Pamplonæ, metropolis regni Navarræ. Ceterum ea commigratio nec ſecura ſine turbis, nec inulta fuit, vindicantibus eam Canonicis, Priore menſæ, & Archidiacono, quod ut clarius eluceſcat ſubjiciam litteras quas Innocentius in eo caſu ſcripſit Epiſcopo Cæſarauguſtano.

INNOCENTIUS &c.

Epiſcopo Cæſarauguſtano.

[*Reg. ep. 256. 4.*] L*Ecta coram nobis, & Fratribus noſtris dilectorum filiorum Miniſtri, & Conventus Fratrum Minorum Pampilonen. petitio continebat, quod Prior, & Archidiaconus menſæ, & quidam alii Canonici Pampilonen. minus*

nus provide attendentes, quod prædicti Fratres de loco ſancti Petri de Ripis, in quo morabantur hactenus, ad locum extra portam ſancti Laurentii Pampilonen. a Doato, & hæredibus quondam Stephani, & Navarri de Oparza fratrum civibus Pampilonen. eis pia liberalitate conceſſum, auctoritate noſtra curaverint ſe transferre, quia ſine ipſorum licentia hoc egerunt, commoti graviter contra eos, poſt appellationem ad nos interpoſitam, eos affecerunt injuriis, & jacturis non modicis afflixerunt, in mortuorum exequiis, Confraternitatibus populi, & ubicumque Chriſtifideles conveniebant ad aliqua exercenda, per Civitatem, & diœceſim ipſos auctoritate Venerabilis fratris noſtri Pampilonen. Epiſcopi denunciari excommunicatos publice facientes. Et quia per hoc ſuam intentionem conſequi nequierunt, eos, & benefactores ipſorum, & qui ab eis horas audirent canonicas, vel loquerentur cum illis, aut manus eis porrigerent pietatis, cujuſcumque conditionis exiſterent, generaliter, vel ſpecialiter, quoſdam diebus ſolemnibus, pulſatis campanis, & candelis accenſis, anathematizare, quantum in eis eſt, temere præſumpſerunt. Nec adhuc his contenti finibus, in prædicationibus publicis, ad quas tam in Civitate, quam diœceſi faciebant populum convocari, non ut eos factis inſtruerent, ac exemplis, ſed ut afflictis afflictionem adderent, ſub pœna ſubtractionis Euchariſtiæ, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ ipſis interdicebant expreſſe, ne ullus ad eorum prædicationes accederet, vel confiteretur eiſdem, & quod eſt inhumanius & abominabilius apud Deum ipſum, bullæ noſtræ falſarios, hæreticos, nequiores Judæis, Saracenis, & gravioribus irretitos criminibus publice aſſerebant. Et quia in his eis populus non favebat, ad iracundiam concitati, cum quibuſdam perditionum filiis ad locum ſancti Petri præfatum, in quo adhuc major pars Conventus remanſerat, accedentes, portis Eccleſiæ, ac omnium officinarum deſtructis, Cuſtodem, & lectorem locum intrare volentes, graviter percuſſerunt, & alios Fratres inventos ibidem in panis, & aquæ penuria, profligata clericali modeſtia, tenuerunt, ſacrilego auſu per triduum, quaſi captos; libros inſuper tam Eccleſiaſticos, quam ſcholaſticos, ſanorum, & ægrotantium veſtimenta, ceteraque utenſilia eorum, & coquinæ uſui deputata, fecerunt exinde pro ſuæ voluntatis arbitrio aſportari.

XLI. Et ut in fine conceptam tyrannidem exercerent, & gravibus adderent graviora, Vicarium Guardiani, & quoſdam alios Fratres uſque ad effuſionem ſanguinis verberantes, ipſos & alios per manus, & pedes diſtractos, de loco ipſo inhumaniter ejecerunt, in non modicam contumeliam Creatoris, & gravem Apoſtolicæ Sedis injuriam, ſub cujus ſpeciali protectione conſiſtunt, & in ipſius Ordinis opprobrium, & gravamen. Et licet per venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Terraconen. & te frater Epiſcope conſervatores a nobis ipſis Fratribus deputati, dicti Prior, & Archidiaconus, & omnes illi, qui Fratres taliter impediebant prædictos, eſſent propter hoc vinculo excommunicationis aſtricti, non potuit adhuc eſſe poſſibile Dei, & hominis intuitu, vel alicujus peccaminis interventu, eoſdem Epiſcopum, Priorem, & Archidiaconum, ac Canonicos invenire flexibiles, ut ab inconſultæ voluntatis arbitrio, ad conſultæ rationis judicium recurrentes, a gravaminibus ipſorum, quorum ſunt perſecutores effecti, deſiſtere procurarent. Verum ſi dicti Epiſcopus, Prior, & Archidiaconus, & Canonici oculis cordis inſpicerent diligenter mutationem loci dictorum Fratrum, auctoritate Apoſtolica factam, ægre ferre nullatenus debuiſſent, ſed magis eoſdem brachiis dilectionis amplecti, & opportuno ſubſidio conſolari; ad officium namque ipſorum pertinere noſcitur pia loca, & perſonas famulantes

in eis, opportuno, cum expedit, patrocinio defenſare, ut ſic ipſi bonus Chriſti odor exiſtant, & divinæ benedictionis præmium acquirentes, laudis humanæ valeant præconium obtinere. Et quidem cum Ordo dictorum Fratrum ſit Romanæ Eccleſiæ novella plantatio, ſanctorum operum fructu fœcunda, & apud Deum, & generalem Eccleſiam meritis proficiat, & exemplis, & inter alios Ordines prærogativa favoris, ac defenſionis Apoſtolicæ Sedis gaudeat ſpeciali, pro eo quod in paupertate Chriſti pauperis veſtigia imitantur, mundi blanditiis derelictis, ipſorum Epiſcopi, Prioris, Archidiaconi, & Canonicorum famæ nullatenus expediret, quod ipſis Fratribus inferrent aliqua nocumenta.

XLII. *Nos igitur attendentes, quod ſi prædicti exceſſus remanerent inulti, tranſirent aliis in exemplum, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta, in virtute obedientiæ, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus cum prætacta in partibus illis non poſſint non eſſe notoria, perſonaliter ad locum accedens, per Eccleſias Civitatis, & diœceſis Pampilonen. denuncies, & facias publice denunciari prædictas ſententias per Priorem, Archidiaconum, & alios ejuſdem Epiſcopi auctoritate in contemptum Apoſtolicæ Sedis, & noſtrum, poſt appellationem ad nos interjectam, prolatas penitus nullas eſſe. Sed tu ipſis Fratribus ad famam integram prædicationes exercendas, confeſſiones audiendas, & alia plenarie reſtitutis, in omnes illos, qui bona prætacta eorum per violentiam occuparunt, niſi infra certum terminum, præfigendum a te, ipſis Fratribus ſatisfacere procurarint, proferas excommunicationis ſententiam generalem. Eos vero qui auſu ſacrilego in ipſos Fratres manus injecerunt temere violentas, & quorum mandato factum eſt, tam diu excommunicatos publice nunties, & facias ab omnibus arctius evitari, donec paſsis injuriam ſatisfecerint competenter, & cum tuarum teſtimonio litterarum ad Sedem veniant Apoſtolicam abſolvendi. Populum nihilominus inducens, ut ad devotionem Fratrum revertatur ipſorum, & juxta conſuetum morem, pro divina, & Apoſtolicæ Sedis reverentia eis ſubventionis dexteram porrigant liberalem, ad quæ tanto promptiores, tantoque ferventiores ſe debent ipſis Fratribus exhibere, quanto iidem inter ipſos ſic afflicti exemplum eis majoris patientiæ præſtiterant. Datum Lugduni Idibus Octobris anno* IV.

XLIII. Hæc Innocentius contra contemptores, ſed & datis litteris
Reg. epi. 257. 4. ad Miniſtrum, & Fratres, locum denuo, & conceſſionem ejus ipſis con-
Alia in eadem cauſa ſcripta. firmavit. Incipiunt: *Solet annuere Sedes Apoſtolica*. Dat. XIII. Kalendas Novembris anno IV. Pontificatus. Super eadem conceſſione ſcripſit
258. 4. alias Cæſarauguſtano, ut eam conſervaret adverſus invaſores. Incipiunt: *Quia jam non tam militia quam malitia*. Dat. ut ſupra. Scripſit & juratis, communitati, ac populo Pampilonenſi contra detractores in Fratrum commendationem, rogans ut eis in omnibus aſſiſterent, ob re-
259. 4. verentiam Sedis Apoſtolicæ, & ſuam. Incipit: *Veſtra ſemper ad hoc dirigi debet intentio*. Dat. XIV. Kalendas Novembris. Grimaldum de la Mota, & Oropeſam uxorem cives Pampilonenſes confirmavit in voto quo Eccleſiam Fratribus in ſancti Patris noſtri Franciſci honorem erigere ſtuduerunt, eoſque ſub Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepit. Inci-
260. 4. piunt litteræ: *Statum inſtabilem humanæ propaginis*. Dat. II. Kalendas Novembris. Miniſtro Fratrum Minorum Navarræ ſcripſit, ut eidem Grimaldo, probata veritate, ſcrupulum relaxaret, quem ex converſatione, & communicatione (in menſa tantum, & non in Religione) olim

cum

Digitized by Google

cum hæreticis Lombardiæ concepit, eumque immunem ab hæreſis nota auctoritate Pontificia declararet. Incipit: *Ex confeſſione*. Dat. III. Kalendas Octobris. Conceſſit, ut Fratres adeuntes terras interdicto ſuppoſitas, poſſint celebrare divina januis clauſis, niſi contrarium fuerit ſpecialiter interdictum. Incipit: *Eis qui ſanandis animarum morbis*. Dat. Lugduni Idibus Januarii anno III. Item VII. Idus Februarii anno III. conceſſit poteſtatem ligandi, & incarcerandi apoſtatas. Incipit: *Proviſionis noſtræ* &c. Dat. Lugduni. Item Fratres ab Ordine ejectos, aut propria ſponte egreſſos non poſſe audire confeſſiones, prædicare, aut docere, niſi de ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, aut Prælatorum, tranſeant ad aliam Religionem. Incipit. *Juſtis petentium deſideriis*. Datum Lugduni XVII. Kalendas Septembris anno IV. Renovavit V. Idus Septembris datam facultatem inſtituendi procuratores. Item Generali, & Provinciali Marchiæ Anconitanæ præcipit, ut curam & miniſterium ſuſcipiant incluſarum Clariſſarum Monaſterii ſancti Angeli Eſculan. diœceſis. Incipit: *Cum ſicut ex parte dilectarum* &c. Datum Lugduni IV. Nonas Junii. In eamdem formam Provinciali Salamanticenſi, quoad Monaſterium ſanctæ Euphemiæ Midinæ campi incluſarum; Provinciali Burgen. pro Monaſterio ſanctæ Marinæ Burgenſi; Provinciali Burdegalenſi, quoad Monaſterium ſancti Franciſci incluſarum; Provinciali Marchiæ Anconitanæ, quoad Monaſterium ſanctæ Mariæ de Caſtanea incluſarum Firmanen. diœceſis; eidem quoad Monaſterium incluſarum dictum ſancti Franciſci de Offida, Clariſſarum ejus diœceſis. Eodem modo reſpective ad Provinciales, quoad Monaſteria Clariſſarum Samorenſe tituli ſancti Franciſci diœc. Samorenſis, ſanctæ Mariæ de Virginibus Firmanen. diœc. ſanctæ Mariæ Magdalenæ extra Nurſiam Spoletanæ diœc. ſanctæ Mariæ de Campo Martio Veronen. diœc. in Lombardia. Hæc eadem conceſſio, ſeu præceptum, quoad Monaſterium ſancti Angeli Eſculan. diœc. emanavit denuo XV. Kalendas Octobris. Præſcripſit, & modum regendi Monaſteria commiſſa incluſarum. Incipit: *Licet olim*. Datum Lugduni IV. Idus Julii anno IV. Clariſſas cum Monaſterio ſancti Angeli diœc. Eſculan. commendat devotioni & caritati fidelium VII. Idus Januarii anno III. Incipiunt litteræ: *Quoniam ut ait Apoſtolus* &c. In eumdem modum Clariſſas Monaſterii ſancti Franciſci de Offida. Item ſanctæ Mariæ de Virginibus Firman. diœc. Item ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Nurſia. Item ſancti Franciſci Burdegalen. diœc. Item conceſſit univerſim, ut Clariſſæ a nullo conveniri poſſint per litteras Apoſtolicas. Incipiunt. *Perſonis quæ mundo relicto*. Datum Lugduni Idibus Maii anno III. Abbatiſſæ, & Conventui incluſarum Monaſterii ſancti Angeli Eſculanen. ſupplicantibus, ut Miniſtro Generali, & Provincialibus regimen animarum, & ſui Monaſterii demandaretur, ſequentes dedit, quantumlibet anno ſuperiori XVI. Kalendas Auguſti Fratres ab ea cura, & moleſtia liberavit.

Indulta Apoſtolica. — Specul. tract. 2. reg. epiſt. 611. 3. — Ibidem. Regeſt. ep. 888. 4. — Reg. ep. 146. 3. — Reg. ep. 887. — Spec. tract. 1. — Indulta Clariſſis. — Reg. ep. 335. 3. — Epiſt. 555. 4.

INNOCENTIUS &c.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Angeli Eſculanenſis Ordinis ſancti Damiani.

Cum, *ſicut ex parte veſtra, fuit propoſitum coram nobis, vos incluſæ corpore in caſtris clauſtralibus, mente tamen libera devote Domino famulantes, Generali Ordinis, & Provinciali Fratrum Minorum Eſculan. Mi-*

Reg. ep. 611. 3. — Cura Clariſſarum demandata Religioni.

Miniſtris deſideretis, pro veſtra ſalute committi. Nos pium veſtrum propoſitum in Domino commendantes, devotionis veſtræ precibus inclinati, vos & Monaſterium veſtrum auctoritate præſentium Generali, & Provinciali Miniſtris committimus ſupraſcriptis, eadem auctoritate nihilominus ſtatuentes, ut ſub magiſterio, & doctrina Miniſtrorum Generalis, & Provincialis Fratrum Minorum Provinciæ prætactæ, qui pro tempore fuerint, de cetero maneatis, illis gaudentibus privilegiis, quæ Ordini prætacto Fratrum ipſorum ab Apoſtolica Sede conceſſa ſunt, vel in poſterum concedentur, ipſique Generalis, & Provincialis Miniſtri animarum veſtrarum ſollicitudinem gerentes, & curam eidem Monaſterio per ſe, vel alios Fratres ſui Ordinis, quos ad hoc viderint idoneos, quoties expedierit, officium viſitationis impendant, corrigendo, & reformando ibidem, tam in capite, quam membris, quæ correctionis, ſeu reformationis officio noverint indigere, & nihilominus inſtituant, & deſtituant, mutent, & ordinent, prout ſecundum Deum viderint expedire. Electio tamen Abbatiſſæ libere pertineat ad Conventum. Confeſſiones autem veſtras audiant, & miniſtrent vobis Eccleſiaſtica ſacramenta. Et ne pro eo quod in Monaſterio veſtro ipſius Ordinis Fratres reſidere continue non tenentur, pro defectu Sacerdotis poſſit periculum imminere, præfati Generalis, & Provincialis Miniſtri ad confeſſiones in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda ſacramenta prætacta, nec non divina Officia celebranda, vobis deputent aliquos diſcretos, & providos Capellanos. Ad hæc liceat vobis redditus, & poſſeſſiones recipere, ac ea libere retinere. Non obſtantibus contraria conſuetudine, ſeu ſtatuto veſtri Ordinis, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, aut quacumque firmitate alia roborato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ commiſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni IV. *Nonas Junii anno* III.

Communicatio privilegiorum.

Electio Abbatiſſæ ad Conventum ſpectat.

Diſpenſatio in paupertate.

Eædem litteræ ad alios Conventus in ſimili forma datæ.

XLIV. In eumdem modum ſcripſit Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Euſemiæ de Medina Campi Salamantin. diœceſis. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Marinæ Burgen. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Franciſci Burdegallen. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Mariæ de Caſtanea Firman. diœceſis Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Franciſci de Ripatranſonis ejuſdem diœc. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Thomæ de monte ſancto ejuſdem diœc. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Michaelis Auximan. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Franciſci Zamoren. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Franciſci de Offida Firman. diœc. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Mariæ de Virginibus Firman. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ extra Nurſiam Spoletan. diœc. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Mariæ de Campo-Martio Veronen. Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ Alexandrin.

XLV. Hinc & ex ſuperioribus conſtat unde cura Monialium primum Ordini demandata eſt, nempe ex mandato Innocentii ad inſtantiam ipſarum Monialium, quantumlibet alias quorumdam Monaſteriorum regimen ad Fratres ſpectabat ex ſpeciali mandato, vel Protectoris, vel Prælatorum, vel Sedis Apoſtolicæ, vel particulari quorumdam locorum conſuetudine. Abbatiſſam, & Clariſſas incluſas Monaſterii ſancti Fran-

Digitized by Google

Franciſci Burdegalæ a quorumdam potentiorum tyrannide, qui ad receptionem ſeu Sororum, ſeu Converſarum eas compellebant, incipiunt; *Devotionis veſtræ precibus*. Dat. Lugdun. Non. Juni anno III. Abbatiſsæ, & Conventui ſanctæ Catarinæ Cæſarauguſtanæ diœc. jam conceſsa confirmat, & nova denuo privilegia concedit. Incipit; *Religioſam vitam eligentibus*. Dat. Lugd. IV. Non. Octobris anno IV. & ſubſcriptum ab omnibus Cardinalibus. Item Abbatiſsæ, & Conventui ſanctæ Gratiæ Pampilonenſis diœc. indulſit ut quæcumque Converſæ, emiſsa profeſſione, ſine licentia Abbatiſsæ, Conventum deſererent, per viſitatorem, promulgatis in eas cenſuris, revocari poſsent. Incipit; *Ex parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum*. Datum III. Nonas Octobris anno IV. Confirmat Monaſterio incluſarum Offidano licentiam, quam eis olim conceſſit R. Cardinalis Legatus commigrandi in ipſum caſtrum, ob periculum quod imminebat foris extra vallum, & munitiones permanendi ingruentibus hoſtibus. Incipit conceſſio: *Juſtis petentium*, &c. Datum Lugduni Idibus Decembris anno IV. ,, Fratribus tertii Ordinis in Italia, & Re-
,, gno Siciliæ viſitatores dedit Fratres Minores. *Vota devotorum*.

Reg. ep. 614. 3. 4. 140. 4.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

,, I. DEpoſito Friderico ab Imperio, urgente Pontifice, electores — Henricus eligitur Imperator.
,, elegerunt Henricum Lantgravium Thuringiæ, dictum Hen-
,, ricum VII. cui facit locum in Imperatorum numero noſter Annaliſta
,, ob electionem, licet Imperii diadema non ſumpſerit, Friderico, &
,, ejus filio armis obſtantibus, ut idem ipſe notavit.
,, II. Interea præter in Annalibus relata, licet in contrarium juſſi — FF. Minores a Ciſtercienſibus recepti.
,, Ciſtercienſes, non tantum Fratres profeſsos, & ab Ordine profugos
,, recipiebant, ſed etiam alios ex Minoritico ſinu recipere affectantes,
,, neſcio quibus artibus ad ſe trahebant, quod quidem erat contra ea,
,, quæ, Gregorius IX. jam alias ordinaverat: Hoc ſeminarium litis inter
,, diverſarum Religionum aſseclas tollere, atque extirpare volens ſum-
,, mus Pontifex, ſequentis tenoris conſtitutionem edidit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Abbatibus, & Conventibus Ciſtercienſis Ordinis &c.

,, I. *CUm olim fere Gregorius Papa prædeceſſor noſter de Religioſorum*
,, *finibus omnis perturbationis materiam amputare deſiderans vobis* — Conſtitutio Pontif. contra hanc receptionem.
,, *in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandaverit, prout in regiſtro*
,, *ipſius prædeceſſoris continetur expreſſe, ut nullum de Ordine Fratrum*
,, *Minorum, prætextu alicujus Indulgentiæ, niſi prius Sedis Apoſtolicæ,*
,, *vel Miniſtri ſui petita licentia, & obtenta, in veſtrum admitteretis*
,, *conſortium, & receptos a vobis ad ſui reſumptionem habitus remittere*
,, *curaretis: Vos, ſicut accepimus, non ſolum admiſſos reſtituere contempſi-*
,, *ſtis ad plenum, verum & plures poſtmodum ex ipſis Fratribus, præter*
,, *formam a dicto prædeceſſore noſtro vobis impoſitam, non abſque inobedien-*
,, *tiæ vitio recepiſtis.*
,, II. *Volentes igitur ut ejuſdem prædeceſſoris noſtri mandatum, utpote*
,, *pluribus ſalutiferum, & ſeminarium pacis, firmiter obſervetur a vobis,*
,, *univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta, præſentium auctoritate, man-*
damus

Digitized by Google

,, *damus, quatenus omnes, quos de Ordine prædicto, vos vel anteceſſores*
,, *veſtri contra mandatum hujuſmodi recepiſtis, ad Miniſtros ipſorum ſine*
,, *difficultatis obice remittentes, ſtudeatis a receptione talium, propter*
,, *quietem Ordinis utriuſque de cetero abſtinere: alioquin, ne hoc per ali-*
,, *quorum inſolentiam impediri contingat, venerabilibus Fratribus noſtris*
,, *Archiepiſcopis, & Epiſcopis locorum veſtrorum Diœceſanis noſtris, da-*
,, *mus litteras cum mandatis, ut eos, qui ex vobis hujuſcemodi mandato*
,, *Apoſtolico noluerint humiliter obedire, ad id, monitione præmiſſa, per*
,, *cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellant, indulgentia*
,, *Sedis Apoſtolicæ non obſtante. Dat.* II. *Kalendas Junii Pontificatus noſtri*
,, *anno* IV.

,, III. Non tantum autem nonnulli ex Ordine ad Ciſtercienſes, ut ho-
,, neſte refugium per ea tempora quærerent, ſed etiam alii magis inve-
,, recunde, ſuæ profeſſionis immemores, retro aſpicientes, manum-
,, que ab Evangelico aratro retrahentes, religione dimiſſa, vel ad pro-
,, pria quibus renuntiaverant, revertebantur, vel vagi & profugi,
,, pœnam Cain ſubjentes, huc atque illuc, nemine eorum audaciam
,, reprimente, impune & ſine frœno diſcurrebant; & nulla, qua ſe te-
,, gere poſsent licentia fulciti, in ſcandaloſum Religionis detrimentum
,, vivebant. His vero ad ſummum Pontificem rite relatis, ab ejuſdem
,, paſtorali vigilantia decretum tenoris, qui ſequitur, exiit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Decanis, & aliis Eccleſiæ Prælatis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

,, I. *Fratrum Minorum continent inſtituta, ut ad profeſſionem ſui Or-*
Alias contra Deſertores Ordinis. ,, *dinis, niſi per annum in probatione fuerit, nullus admittatur, ne forte*
,, *altiora ſe quærens, retro tamdem reſpiciat, tamquam in commotionem*
,, *dederit pedem ſuum: ſed & nulli ejuſdem Ordinis Fratrum poſt factam*
,, *profeſſionem, licet Ordinem ipſum relinquere, nec relinquentem alicui*
,, *retinere: Noſque Miniſtris, & Cuſtodibus Fratrum ipſorum conceſſimus,*
,, *ut in diſcedentes, donec reſipuerint, eccleſiaſticam exercerent cenſuram:*
Indiculus. Roder. ſol. 17. & alii. ,, *quia cum probati fuerint, nullus locus eſt pœnitudinis, quam alias poſſet*
,, *levitatis occaſio excuſare.*
,, II. *Nunc autem, non ſine admiratione referimus, quod ſicut relatum*
,, *eſt nobis, cum prædictos Miniſtros, & Cuſtodes taliter diſcedentes ex-*
,, *communicationi ſubjiciunt, hos aliqui veſtrum tamquam excommunica-*
,, *tos vitare non curant: unde illis magis obſtinatis, contingit, & dicto-*
,, *rum Fratrum Ordinem, & Religionem infamari.*
,, III. *Quia vero, & ſi univerſis liberum ſit arbitrium in vovendo, nec*
,, *neceſsitas in voto locum habeat, ſed voluntas: eiſque adeo tamen ſolutio eſt*
,, *neceſſaria poſt votum, ut ſine propriæ ſalutis diſpendio, alicui reſilire non*
,, *liceat ab his quæ ſponte, vel ſolemniter repromiſit: quare nemo mittens*
,, *manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei; Ananias,*
,, *& Saphira: qui abjere retrorſum, ſancto Spiritu mentientes, a conſpectu*
,, *Apoſtolorum Principis, mortui ſcribuntur ſucceſsive delati.*

IV. *Uni-*

Digitized by Google

,, IV. *Univerſitatem veſtram autem monemus, & exhortamur in Domino*
,, *per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes , quatenus ne quis veſtrum , unde*
,, *quis in peccatis moriatur , & Ordo hujuſmodi detractioni ſubjaceat , ſit*
,, *occaſio : diſcedentes poſt profeſſionem factam ab eis , ſecundum prædicta*
,, *illius Ordinis inſtituta , præſertim excommunicatione notatos , ab ipſis*
,, *evitetis omnino , quos etiam , cum ab eiſdem Miniſtris , & Cuſtodibus fue-*
,, *ritis requiſiti , excommunicatos nunciare curetis , ut cum demum ſe cogno-*
,, *verint inter homines , ac humano carere ſolatio , ad reddere Deo votum ,*
,, *quod in ejus ſuſceptione devoverant , revertantur . Dat. Lugduni* VIII. *Ka-*
,, *lendas Maii Pontificatus noſtri anno* IV.

,, V. Non eſt autem , quod iis diebus , quibus Minoriticus Ordo
,, numero plurimum creſcebat , & ad miraculum dilatabatur , ſæva Fri-
,, derici perſecutione non obſtante , hujuſmodi ſuorum votorum imme-
,, morum Fratrum excreviſſet adeo multitudo , ut probos , ſanctoſ-
,, que Viros ejuſdem Inſtituti ſuperaret , vel eorum meritis , ſanæ do-
,, ctrinæ , & virtutum exemplis vel quidquam detraheret ; Etenim hi
,, ſuperabundantes eorum malitiam , ſeu damnabilem vecordiam vita ,
,, voce , & æqui ſuperiores , debitis pœnis coercebant , candidoque
,, Religionis fulgore omnes , etiam Reges (ſi Fridericum excipias cum
,, ſuis) in ſui admirationem attrahebant : at diritas temporum , armo-
,, rum ſtrepitu , hæreſumque confuſione , indevotis nonnullis , vel rela-
,, xandi proprii Inſtituti habenas , vel etiam apoſtatandi occaſionem
,, plurimum ingratam præbebat .
,, VI. Libet hic Sancium hujus nominis II. Portugalliæ Regem com- Sancius II. Rex
,, memorare , id enim ejus in Minoriticam Religionem devotio expo-
,, ſtulat ; Hic major natu Alphonſi II. Regis , & Reginæ Urracæ ejus
,, conjugis filius , Conimbricæ anno ſalutis MCCVII. ortus . Menciam Lo-
,, petiam de Haro , viduam Alvarii Peretii de Caſtro , & ſuam conſo-
,, brinam duxit : Egregia fama ſanctorum Franciſci atque Antonii , nec
,, non exemplo Religioſorum , qui Ulyſſippone morabantur allectus , Ducit uxorem
,, adeo in eorum devotionem exarſit , ut de eorum numero voluiſſet Lop.
,, fieri : ſed obſtabant regnum, mulier , & aula , quæ nihilominus, omnia
,, viciſſe viſus eſt , cum Religionis habitum , veluti paludamentum
,, regale geſtaret : quamobrem , & vivens ab eodem habitu cognomina- Ejus devotio in
,, tus eſt *Capellus* , ideſt Capuccius : cum regnaſſet annis viginti duobus Ord.
,, ob naturalem quamdam , quam patiebatur , impotentiam , abactus , *Bern. Juſt. in*
,, Toleti moritur hoc anno MCCXLVI. ubi in propria Eccleſia ſepulturam *hiſt. Hiſpan. l.3.*
,, accepit , ut notavit in ſua hiſtoria generali Hiſpaniarum Bernardus *fol. 112. de Reg. Port.*
,, Juſtinianus . Ceterum præfatum Sancium a regno expulſum , occaſione Habitum FF. Mi-
,, cujuſdam commiſſionis Apoſtolicæ incidentaliter commemorat Wad- nor. geſtat .
,, dingus ſub anno ſequenti MCCXLVIII. licet in argumento videatur Moritur Toleti . *Wadd. ad an.*
,, aliquid velle de eo principaliter dicere . 1248. *n.* 1.

ARGUMENTUM.

Comitia Ordinis, convocante Pontifice, celebrantur Avenione. Creſcentius officio abſolutus, ſucceſſorem accepit fratrem Joannem Parmenſem virum ſanctum. Regina Hungariæ, internunciis Franciſcanis, agit cum Pontifice pro reductione Uatacii Principis Bulgarorum. Variæ Pontificis epiſtolæ ad fratrem Laurentium ſuum in Oriente univerſo cum ampla poteſtate Legatum exhibentur: item ad alios, qui colligendis ſubſidiis, & prædicandæ crucis præfuerunt, alia ejus mandata feruntur. Clariſſarum Regula immutatur, & temperatur. Hujus rationes variæ aſſignantur; eriguntur aliquot Conventus, & conceduntur privilegia.

Cap. Generale. *lib. 2. c. 20. 2. p. l. 1. c. 37. l. 2. de Gen. fra. Joan. Par. fol. 179. & tit. de Cap. Gen. 238. De elect. fr. Joa. Parm. de Gener. Creſc.*

Refutatur error.

I. Marianus, Marcus Ulyſſipponenſis, Rodulphus, Auctor Memorialis Ordinis, capitulum generale, in quo depoſitus eſt Creſcentius, ſtatuunt anno ſequenti videlicet MCCXLVIII. Errorem illum frater Peregrinus de Bononia vetus auctor primus docuit, ab hoc reliqui mutuarunt. Lapſus eſt autem Peregrinus, quod tempus ſuperioris Capituli Genuenſis prorogaverit, plus æquo unum annum: Nam inter omnes conſtat, regimen Creſcentii fuiſſe dumtaxat triennale; hoc triennium computat ille ab anno MCCXLV. quo celebratum putavit Capitulum Genuæ. Sed dubium aufert ſequens decretalis convocationis Capituli.

INNOCENTIUS &c.

Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

Regeſtũ ep. 872. 4.

Convocatur Comitia generalia. Miniſter Generalis.

Illius dilectionis affectus, quem piæ conſiderationis intuitu ad tuum Ordinem gerimus, nos excitat, & inducit, ut eo propenſiori cura ipſius profectibus intendamus, quo attentiori deſiderio inter ceteros Ordines ſpecialis favoris, & gratiæ beneficiis cupimus ampliare. Sane cum credamus univerſitati Fratrum dicti Ordinis multipliciter expedire, ut generale Capitulum his diebus in noſtra præſentia celebretur, nos ipſorum promotioni adeſſe paterna ſollicitudine cupientes, mandamus, quatenus ad noſtram præſentiam feſtinus accedas, cum noſtræ benedictionis plenitudine dictum Capitulum proſecuturus ex more, quod III. *Idus Julii proxime venturi, auctore Deo, ubicumque nos adeſſe contigerit, providimus celebrandum, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quod ſtatuto de non equitando tui Ordinis non obſtante, vecturæ quam magis diſpoſitioni tuæ cenſebis accomodam, libere utaris auxilio, ut noſtro te conſpectui cito, ac propere valeas exhibere. Datum Lugduni* VI. *Idus Maii anno* IV.

II. Scripſit Innocentius etiam ſequentem ad univerſos Miniſtros Provinciales, & Cuſtodes, quorum intererat, comitiis intervenire mandans, ut III. Idus Julii ad ea quæ in ſua præſentia edixit, celebranda, convenirent, non obſtante cujuſcumque alterius ſuper aſſignatione loci præcepto.

IN-

Digitized by Google

INNOCENTIUS &c.

Univerſis Miniſtris Provincialibus, Cuſtodibus, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum in generali Capitulo congregandis.

Epiſt. 873. anno 4.

Cõvocatio Provincialium & aliorum.

ILlius dilectionis affectus, quem piæ conſiderationis intuitu ad veſtrum Ordinem gerimus, nos excitat, & inducit, ut eo promptiori cura ipſius profectibus intendamus, quo attentiori deſiderio inter ceteros Ordines ſpecialis favoris, & gratiæ beneficiis cupimus ampliare. Sane cum credamus univerſitati veſtri Ordinis multipliciter expedire, ut generale Capitulum his diebus in noſtra præſentia celebretur, vos ipſorum promotioni adeſſe paterna ſollicitudine cupientes, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus non obſtante præcepto aliquo, cujuſcumque edito ſuper aſsignatione loci, ſeu temporis Capituli ſupradicti, ad locum Capituli accedatis ejuſdem, quod in tertio Idus Julii proximo venturi, ubicumque tunc nos eſſe contigerit, auctore Deo, providimus celebrandum, ita tamen quod die proxima præcedente dictum terminum, & non prius, ingrediamini locum Capituli memorati. Proviſo nihilominus, vos dilecti filii Miniſtri, ne aliquis veſtrum ultra duos ſocios ſecum ducat. Datum ut in alia.

Excuſatio Generalis.

III. Certum locum non præſcripſit Innocentius Congregationi, quod rerum, & temporum perturbatio locum determinare non permiſerit. Ceterum contigit Avinionem tum Curiam tranſiiſse. Quo reliquis Ordinis convenientibus Patribus excuſavit frater Creſcentius Generalis ætatem, & inſufficientiam, defectum potiſſimum cauſatus eloquentiæ, qua ex cauſa ſe etiam Concilio nuper Lugduni habito ſubtraxit; amandavit tamen ad utrumque tam Concilium, quam Comitia Vicarium ſuum fratrem Bonaventuram de Æſio, virum prudentem, & diſcretum. Creſcentii inſufficentia, ſeu ut aliis placet, demeritis probatis, ab officio abſolutus eſt, vel ut illi dicunt, ſententiam depoſitionis accepit. Non defuerunt porro qui hominem traducerent, & inutilem bono communi probarent, ſeu defectu ætatis, & negligentiæ, ſeu proprio exemplo, & malorum non modo tolerantia, ſed inductione; ortæ ſubinde controverſiæ, & crebræ querelæ moverunt Pontificem ut in Curia, & coram ſe fieri comitia mandarit:

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

IV. Depoſito Creſcentio, ſucceſſit communi ſuffragio Frater Joannes Parmenſis „ : antiqua & illuſtri Familia, Patre Petro Burrallo, Provinciæ Bononiæ, qui tum Pariſiis ſcholæ Theologicæ præfuit, Vir ſanctus, & diſciplinæ regularis ardens propugnator, & ſectator, cujus electio pacem Ordini reſtituit, tantaque de ea omnium fuit exultatio, ut beati patris Franciſci ſpiritum revixiſſe aſſererent; potiſſimum beati Patris Socii tum ſuperſtites. Ægidius ut eum primum ſalutavit; (*Bene veniſti*, inquit, *Pater, ſed tarde*) innuens multa irrepſiſſe, quæ remedium non haberent. Aſſumptus primum reſtaurandæ paci, ac diſciplinæ incubuit; amandatos in exilium Regulæ zelatores, Viros ſanctos, ſcriptis litteris, paterne eſt conſolatus; zelum & ſtudium obſervantiæ laudavit; prædeceſſoris ſententiam relaxans ad propriam quemque Provinciam revocavit: Ordinem univerſum tribus primis annis viſitavit pedes, uno interdum, duobus ad ſummum, contentus ſociis, unaque tunica, tam humilis incedebat, ut in multis Conventibus per plures dies ignotus, vi-

Salutatio Ægidii ad Parmenſem.

Revocati zelatores ab exilio.

Digitized by Google

vitam, & converſationem Fratrum intus, & extra ſecure, & ſine ſuſpicione exploraret; tum ſeipſum prodebat, cum nihil minus, quam Generalem Miniſtrum adeſſe exiſtimarent Fratres. Si quid autem inveniebat caſtigatione, aut alias reprehenſione dignum, haudquaquam diſſimulabat, reliqua omnia ad normam & priſtinum ſtatum revocabat, amotis nonnumquam Prælatis, qui minus invigilabant, etiamque amotis Fratribus, qui offenſionem cauſabant; & præcavebat ne adventus ſui, aut officii fama præcurreret, antequam ſtatum rerum ipſe præſens fuiſſet expertus. Horas canonicas, quantumvis ab itinere ſæpe laſſus, beatum Patrem imitatus, erectus, nudoque capite perſolvebat. Nullum admiſit ciborum delectum, ſed, ut verum decet pauperem, nihil in deliciis habens, quidquid primum offerebatur, cum gratiarum actione, in neceſſariam ſuſtentationem referebat. Numquam auditus eſt otioſe locutus, ut ſub mortem confeſſus ſit, magis ſilentii, quam ſermonis reddendæ rationi obnoxium ſe eſse.

Ejus humilitas, induſtria & ſanctitas.

V. Non eſt prætereundum quod auctuarium Mariani ſcribit divinæ protectionis paratum ſubſidium iis, qui cum fiducia opem ejus in anguſtiis implorant. Cum ſanctus Generalis viſitaret ultramontanas Provincias, contigit, brumali tempore, eum errore itineris tota die deviaſſe, atque in deſertum, mediiſque ſilvis ingruentem noctem ſuſtinuiſſe: unde Socii de periculo, & labore eum admonuerunt, ſeu potius anxie interrogarunt, quid erat faciendum? Reſpondit ſecurus, ad divinum auxilium eſſe confugiendum, ſecure confiderent, Deum numquam ſperantibus in ſe defuiſſe, implorandam eſſe Virginem, ac beatum patrem Franciſcum. Primus ergo incepit antiphonam: *Benedicta tu*. Reſpondentibus Sociis, proſequutus eſt tres pſalmos primi nocturni Officii Beatæ Virginis, verſiculi loco ſubjecit: *Ave Maria gratia* &c. mox orationem Dominicam, abſolutionem & reliqua, niſi quod lectionum loco recitaverit illa: *Sancta Maria Virgo Virginum* &c. ſubinde: *Te Deum laudamus* &c. *Ave Regina cœlorum* &c. Cum eodem verſu, & oratione: *Gratiam tuam* &c. His finitis, ad Beatum patrem Franciſcum converſus præcinit pſal. *Voce mea ad Dominum clamavi* &c. cum antiphona: *Salve ſancte Pater* &c. verſu & oratione conſuetis, adjecit: *Benedicamus Domino*: *Te decet laus, te decet hymnus*. Quibus dictis, audierunt pulſari campanam, quo excitati magis in divinas laudes ad ſonitum perrexerunt, via lutulenta, & difficili, donec ad vicinam pervenerint abbatiam, pulſato oſtio, præſto obviam fiunt quaſi ex condicto expectantes plures Monachi, qui promptè receperunt hoſpites, ducunt ad ignem, lavant pedes, exſiccant veſtimenta, apponunt cænam, & ſternunt lectos, omnia miniſtrant neceſſaria, ut videbatur, magna alacritate, poſt primam vigiliam ſurrexit Generalis ad orationem, & audita campana, qua nocte ad laudes divinas convocantur Monachi, ad chorum cum ipſis convenit, relictis ſociis, qui ſomno, & fatigatione detinebantur. Officium incepturus Hebdomadarius nec conſueta uſus eſt ceremonia, nec ordine, nec verſiculo *Domine labia*: ſed abruptim, & cum turbatione incepit illo verſu pſal. *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem*. Reſpondit chorus: *Expulſi ſunt nec potuerunt ſtare*. Tertio id ipſum repetitum, quod ſuſpicionem ingeſſit fratri Joanni. Præcepit igitur in virtute paſſionis Chriſti, & ſanctiſſimi nominis ejus, ut ocius edicerent quinam eſſent. Reſpondit qui Abbatis loco videbatur præeſſe, omnes eſſe angelos tenebrarum, qui ex divino præcepto inviti miſſi ſunt ad miniſtrandum ea nocte ipſi & ſociis,

Providentia Dei erga ſanctum & ſocios.

Exceptus hoſpitio a Dæmonibus Deo præcipiente.

Eorum confuſio. Pſal. 35. 13.

pre-

Digitized by Google

precibus, inquit, matris Dei & illius vexilliferi Patris veſtri: quibus dictis totum evanuit quod ibidem extructum cernebatur, ſe autem cum ſociis nemoroſo antro, atque in nuda humo invenit Generalis, excitatis ſociis in laudibus divinis reliquam noctem uſque ad auroram, quæ jam inſtabat, vigiles duxerunt, & ſurgentes, iter progreſſi, ad Conventum Ordinis pervenerunt. Sed ſanctus Generalis eaſdem orationes ſub nomine *Benedictæ* ab Antiphona appellationem tribuens, per univerſum Ordinem divulgavit ad honorem Beatiſſimæ Virginis; præcepit ut diebus ferialibus poſt completorium eas in choro perſolverent Fratres, adjecto pſalmo *Deus miſereatur noſtri*. Verſu & oratione pro Miniſtro, & congregatione ſibi commiſſa. Quod Officium etiamnum retinuit nomen Benedictæ, & laudabili conſuetudine multis in locis perſolvitur. Simile quid contigit in meritum obedientiæ duobus Fratribus apud Peruſium miſſis, &c.

Origo pſalmodii quę retinuit nomen Benedictæ.

Pſalm.66.

VI. Frater Creſcentius officio abſolutus, vixit deinceps in prima humilitatis vocatione, electum ferunt Epiſcopum Aſſiſiatem, ſed electionem quaſſatam per Innocentium, ſubſtituto ſuo confeſſario fratre Nicolao Britone ejuſdem Inſtituti. Alii ceſſiſſe ferunt laboris, & ſollicitudinis cura territum, in declivi jam ætate, ſed varia ſui Inſtituti judicia expertus eſt. ,, Vere rerum viciſſitudines, & poteſtatum inter ſe diſſen-
,, ſiones huic opinionum varietati cauſam præbuere. Exauctoratus
,, enim & a Fratrum remotus regimine, electus eſt in Epiſcopum Aſſi-
,, ſiatem a P. S. Euſtachii Cardinale Diacono ſedis Apoſtolicæ Legato,
,, tamen Pontifex non probavit, dum Fratrem Nicolaum Britonem Con-
,, feſſarium, & Sacellanum ſuum, ad eamdem dignitatem evexit: uti ex
,, tribus Bullis rem hanc concernentibus, quas damus in Regeſto, ap-
,, parebit. Creſcentius verò ab Epiſcopatu deturbatus, noluit amplius
,, fortunæ ludos experiri; ſed in tutum religionis aſylum Pontificis in-
,, dulto ſe recepit, ubi quiete & pie reliquam vitam tranſegit. Fuiſſe
,, etiam hoc tempore alium hujus Inſtituti Epiſcopum in Gallia Eccleſiæ
,, Ruthenen. Sub Archiepiſcopo Bituricenſi nomine Vivianum, ſcribit
,, Claudius Roberti, & hoc anno, condito teſtamento, apud Franci-
,, ſcanos ſepulturam elegiſſe. In Hiſpania alterum circa hunc annum
,, electum, & in Curia ab ipſo Summo Pontifice conſecratum Epiſcopum
,, Carthaginenſem, primum poſt receptum a Mauris regnum Murcia-
,, num per Alphonſum primogenitum Ferdinandi Regis Caſtellæ, An-
,, no MCCXLI. pacifice arces tradente, & mites conditiones poſtulante
,, Rege Mauro Abeno Hudiele, teſtatur ſeries Epiſcoporum, ab illius
,, Eccleſiæ Antiſtite digniſſimo, fratre Antonio a Trejo, mihi colendiſ-
,, ſimo, tranſmiſſa; & a Sancio d'Avila, & Toleto Epiſcopo, in aula
,, Pontificia deſcripta. Is fuit Frater Petrus Gallecus prædicti Princi-
,, pis Alphonſi Confeſſarius, uti diplomata de hac re, & de dotanda no-
,, va Eccleſia Cathedrali ad Principem, Regem, & Reginam Joannam
,, miſſa, & a me in Regeſto tranſcripta commemorant. Errat itaque
,, Alphonſus Rodericus de Almela, dum in ſuis Chronicis rerum Hi-
,, ſpanicarum aſſerit Inſtituto Dominicanum, dum Pontifex aperte aſſe-
,, rit fuiſſe Minoritam.

Auth. chron. 24. Generalis Creſcentius electus Epiſc. Aſſiſias.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Frater Creſcent. Epiſc. Aſſiſis. Et Fr. Nicolaus Brito.

Frater Vivianus Ruthenen.

Frater Petrus Carthagin.

VII. Regina Hungariæ, miſſis ad Sedem Apoſtolicam Fratre Jacobo Miniſtro Hungariæ, & Fratre Romano Ordinis Minorum, egit ſedulo pro reductione Joannis Aſſani principis Bulgarorum, & populi ſibi commiſſi ad Sedis Apoſtolicæ obedientiam. Cui in hanc formam per eoſdem Pontifex reſpondit.

Regina Hungariæ miſſis Minoribus agit pro reconciliatione Bulgarorum.

I N-

INNOCENTIUS &c.

Reginæ Ungariæ Illuſtri.

Reg. ep. 39. 4. *QUod Dominum Jeſum Chriſtum, & proximum tuum diligas, ac ſanctam Eccleſiam matrem tuam certis probatur rationibus, & conſtat evidentiſſimis argumentis, & evidentia facti docet; dum totis quæris affectibus ut ii ad Eccleſiæ gremium revertantur, eorum cordibus intelligentia veri luminis illuſtratis, qui ab ipſius unitate, ſeducti a tenebrarum Principe, receſſerunt. Sane referentibus dilectis filiis Fratribus Jacobo Miniſtro Provinciali, & Romano Ordinis Fratrum Minorum Ungariæ, quos ad Sedem Apoſtolicam deſtinaſti, exultantes accepimus, & referimus gloriantes, quod pro tuis inſiſtis viribus, & laboras, ut ad ſinum matris Eccleſiæ redeat Vatacius, & gens ejus, ex quo tanto tibi majores actiones referimus gratiarum, quanto magis id ad laudem cedit, & gloriam Jeſu Chriſti, exaltationem contingit, & commodum ſponſæ ſuæ, noſtram, & tuam utilitatem reſpicit pariter & honorem. Ut igitur cariſſima in Chriſto filia, effectus hujuſmodi negotii facilius ſubſequatur, excellentiam tuam requirimus, & rogamus, quatenus aliquot nuntios viros providos, & diſcretos ad præfatum Vatacium non differas deſtinare, quorum diligentia, ſtudio, & ſollicitudinis induſtria, prædictus Vatacius ad unitatem matris Eccleſiæ revertatur. Nos enim ob tui gratiam, & amorem quicquid cum honore Dei, & Eccleſiæ, ac ſalute ipſius animæ fieri poterit, ſcire te volumus nos facturos. Datum Lugduni* III. *Kalendas Februarii anno* IV.

VIII. Scripſit etiam alias ad Regem, quibus eum adhortatus eſt in ſimilem curam. Hujus tenoris ſunt.

INNOCENTIUS &c.

Regi Hungariæ Illuſtri.

Epiſt. 38. 4. *DEbent terræ Principes ſua comprimere potentia, & virtute domare colla ſuperbientium contra Deum, & erigentium erroris propugnaculum contra ſanctam Romanam Eccleſiam in ſubverſione fidei Chriſtianæ. Cum igitur Regis æterni fervore ſuccenſus ad Boſnen. hæreſes confutandas te accinxeris ex animo, & ex corde hujuſmodi negotium proſequaris, ex quo gratia divina te tanto conſtituit digniorem, quanto ipſius in hac parte ſpecialius cauſam geris. Serenitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, quatenus ob reverentiam Regis Regum, honorem Eccleſiæ, ac exaltationem fidei Chriſtianæ proſecutione præfati negotii, donec ea efficacia, & conſtantia potentiæ tuæ cures, quod præter æternæ mercedis præmia, quæ proinde conſequeris, tibi laudis & honoris accreſcat apud Deum, & homines, cumulus meritorum. Sciturus pro certo quod ſuper facto terræ Boſnen. nil penitus ſtatuemus, niſi de tuo conſilio & aſſenſu. Dat. Lugduni* III. *Kalend. Februarii anno* IV.

Fr. Laurentius Sedis Apoſtolicæ per totum Orientem legatus.

IX. Fratrem Laurentium Ordinis Minorum Legatum ſuum in Orientem per Græciam, Armeniam, Iconium, Turchiam, ad Græcos omnes tam in Regno Cypri, quam in Patriarchatibus Antiocheno, & Hieroſolymi-

Digitized by Google

lymitano ad Maronitas, Jacobitas, N. ſtorianos, cum pleno legationis officio pridem inſtituit, nunc officii admonet maxime, ut Græcos univerſim a Latinorum gravaminibus defendat.

INNOCENTIUS &c.

Fratri Laurentio de Ordine Minorum Pœnitentiario noſtro.

QUia corporali præſentia non poſſumus locis ſingulis imminere, illius exemplo, qui pro ſalute humani generis de ſupremo cœlorum ad ima mundi deſcendens, diſcipulos, quos elegit in univerſum mundum, tranſmiſit omni creaturæ Evangelium prædicare, nonnumquam perſonas providas, & diſcretas in partem ſollicitudinis deſtinamus, pro negotiorum urgentium qualitate, quæ prava in directa, & aſpera convertentes in vias planas, rectas faciant ſemitas Dei noſtri, populumque acceptabilem ſibi reddant. Sane de circumſpectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, te ad partes tranſmarinas, tamquam pacis angelum, commiſſo tibi in Armenia, Iconio, Turchia, Græcia, & Regno Babyloniæ, ac ſuper omnes Græcos, tam in Antiocheno, & Hieroſolymitano Patriarchatibus, quam Regno Cypri morantes, nec non ſuper Jacobitas, Maronitas, & Neſtorianos plenæ legationis officio, ut juxta datam tibi a Deo prudentiam, evellas, & diſſipes, ædifices, & plantes, duximus dirigendum. Ideoque monemus, quatenus Græcos illarum partium, quocumque nomine cenſeantur, auctoritate Apoſtolica protegens, turbari eos moleſtiis, vel quibuſcumque violentiis non permittas, injurias quaslibet, & offenſas a Latinis illatas, eiſdem plenarie faciens emendari, & Latinis ipſis diſtricte præcipiens, ut a ſimilibus de cetero penitus conquieſcant: Contradictores, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus ſi aliquibus Latinorum ipſorum a Sede Apoſtolica eſt indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint ſine ſpeciali mandato Sedis ejuſdem, faciente de Indulgentia hujuſmodi mentionem, & quibuſcumque aliis indulgentiis Apoſtolicis, per quas præmiſſa impediri poſſint, vel etiam retardari. Datum Lugduni, Nonis Junii anno IV.

Reg. ep. 131.

Iſai. 40. 4.

Jer. 1. 10.

Demandatur ei cura protegendi Græcos.

X. Scripſit, & alias ad Prælatos Orientis tam Græcos, quam Latinos, mandans, ut quaſcumque ſententias a dicto fratre Laurentio ad commiſsi muneris executionem ſpectantes promulgatas, haberent ratas, & firmas, atque in ſuis Civitatibus, & diœceſibus promulgari facerent.

INNOCENTIUS &c.

Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, tam Latinis, quam Græcis in partibus Orientis &c.

CEnſuram Eccleſiaſticam debitum ubique robur obtinere volentes, præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus ſi dilectus filius frater Laurentius de Ordine Fratrum Minorum, Pœnitentiarius noſter, Apoſtolicæ Sedis Legatus, auctoritate legationis ſuæ aliquas contra Latinos, exceptis tamen Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, pro evidentibus injuriis, ſeu moleſtiis, quas indigne Græcis inferunt, & debitam ſuper illis ſa-

Reg. ep. 45.

Digitized by Google

ſatisfactionem præſtare renuerint, moniti diligenter, aut in Græcos eoſdem pro ipſorum exceſſibus manifeſtis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aut excommunicationis ſententias duxerit promulgandas, ſinguli veſtrum in ſuis Civitatibus, & diœceſibus ad requiſitionem ipſius faciatis eaſdem uſque ad ſatiſfactionem condignam auctoritate noſtra inviolabiliter obſervari. Datum Lugduni III. *Nonas Auguſti anno* V.

XI. Conqueſtus eſt Patriarcha Hieroſolymitanus Græcos, ſibi alias ſubditos, ex prætextu facultatis pro eorum defenſione fratri Laurentio commiſſæ, rebelles factos eſſe, & exemptionem omnimodam a priſtina, & ordinaria juriſdictione prætendere; qua ex cauſa ante ſuperiores epiſtolas ſequentem dedit Pontifex II. Nonis Junii hujus anni, præcipiens, ut ſi ita res ſe habuerit, nulla ratione præjudicium inferret juriſdictioni Patriarchali.

INNOCENTIUS &c.

Fratri Laurentio de Ordine Minorum Pœnitentiario noſtro Apoſtolicæ Sedis Legato.

Reg. ep. 747. 4. *Satis exiſteret inboneſtum, ſi nos, qui ſumus omnibus ex ſuſceptæ ſervitutis officio in juſtitia debitores, aliquibus defenſionis clypeum donaremus in ſubverſionem virium aliarum. Sane ſignificante venerabili fratre noſtro Patriarcha Hieroſolymitano Apoſtolicæ Sedis Legato, nos noveris accepiſſe, quod cum nos in commiſſo tibi in Armeniæ, Tconii, Turchiæ, Græciæ, & Regni Babiloniæ, ac ſuper omnes Græcos, tam in Antiochen. & Hieroſolymitan. Patriarchatibus, quam in Regno Cypri morantes, plenæ legationis officio, inter cetera tibi duxerimus injungendum, ut Græcos partium prædictarum defenſans ab injuriis, & moleſtiis Latinorum, ſatisfieri ſibi per eos faceres, de damnis, & injuriis jam illatis; Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Tu Patriarchæ inhibuiſti prædicto, ne de Græcis ſibi ſubjectis, ſe aliquatenus intromittat, propter quod dicti Græci ab ejuſdem Patriarchæ juriſdictione ſe aſſerentes exemptos, ſibi in nullo obedire, ac reſpondere de juribus, in quibus tenentur, eidem penitus contradicunt, in ipſius contumelioſam injuriam, & non modicum detrimentum. Cum igitur intentionis noſtræ non fuerit ex hujuſmodi gratia dictis Græcis exhibita, eos ab ipſius Patriarchæ juriſdictione eximere, quam in ipſis obtinuit ab antiquo, ſed defenſari ab incurſibus malignorum, diſcretioni tuæ mandamus, quatenus, ſi ita eſt, ſuper hujuſmodi juriſdictione dicti Patriarchæ deinceps nullatenus te opponas. Datum Lugduni* II. *Nonas Junii anno* IV.

XII. Egit frater Laurentius ex injuncti officii ratione pro Græcorum Patriarchæ, & ſubjectorum Epiſcoporum reductione: laudavit conatum Innocentius, qua tamen cautela, & prudentia res graviſsima tractari deberet, admonuit ſcriptis ſequentibus.

IN-

Digitized by Google

INNOCENTIUS &c.

Fratri Laurentio de Ordine Fratrum Minorum Pœnitentiario noſtro Apoſtolicæ Sedis Legato.

JUxta deſiderium noſtrum, & fiduciam de tua ſinceritate conceptam, ad hoc diceris omni fuiſſe virtute ſollicitus, quod Venerabilis frater noſter Patriarcha Græcorum, ejuſque ſuffraganei redirent ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ unitatem. Cum autem in hujuſmodi proſecutione negotii ſit procedendum ſollicitudine diligenti, ita quod ex hoc gloria Deo, & honor Eccleſiæ proveniat, ac injurioſum, ſeu præjudiciale alicui non exiſtat; volumus, & per Apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus mentem habens ad cuncta vigilem, quæ rectitudinem in hac parte contineant, & ſapiant honeſtatem, de Prælatis Græcis ad devotionem, & reverentiam ipſius Eccleſiæ redire volentibus ſic provideas, & diſponas, ut illic ex eis, qui Antiochen. ſeu Patriarchæ Hieroſolymitan. qui fuere pro tempore, aut aliis Prælatis Latinis olim ſubjecti fuiſſe noſcuntur, ipſi aſtricti ad debitam obedientiam, & reverentiam teneantur. Illos autem, quos eiſdem Patriarchis, ſeu Prælatis noveris non fuiſſe ſubjectos, ad obedientiam Eccleſiæ Romanæ recipias, aliorum per omnia jure ſalvo. Ceterum prædicto Patriarchæ Græcorum ex noſtra parte ſuadeas diligenter, ut prævio ſalutis Angelo, Apoſtolicam Sedem adeat in ejus unitatem, & plenam gratiam admittendus, ita ut ſi nobis conſtiterit, eum alicui Patriarcharum, & Prælatorum ipſorum ſubjectione aliqua non teneri, ipſe cum ſuis ſuffraganeis, qui fruuntur libertate ſimili, Sedi Apoſtolicæ, nullo medio ſint ſubjecti, ſi vero ipſe noſtram perſonaliter nequiverit adire præſentiam, perſonas idoneas pro ipſo, & ſuffraganeis memoratis, ſufficiens in hac parte mandatum habentes, ad Sedem tranſmittat eamdem; & ſi forte ipſe, vel alii ad hoc pro expenſarum defectu extiterint impotentes, tu ipſis expenſas neceſſarias de bonis noſtræ Cameræ largiaris. Datum Lugduni VII. *Idus Auguſti anno* V.

XIII. Non modo pro Græcorum, ſed reliquorum etiam reductione laboravit Innocentius, miſſis epiſtolis & nunciis. Hoc exemplar epiſtolæ Patriarchæ Orientis, qui ſe Catholicum appellat, in qua non modo Primatum Petri agnoſcit, ſed etiam Innocentium Imperatori conciliari ſtudet, & ſubjectos Græcos Latinis tutandos ſerio commendat. Scripſit per fratrem Andream, & ſocios Domini Papæ nuncios. Habentur litteræ in regeſt.

Litteræ tranſmiſſæ ad D. Papam ex parte Catholicon.

AD præſentiam Papæ magnifici ex parte illius, qui petit orationes ejus in ſubſidium debilitatis ſuæ, Raban Ara vicarii Orientis adorantis inter manus ejus patri Patrum, decori Paſtorum, miſericordiæ, vitæ fonti, pietatis, & indulgentiæ, intercedenti pro populo Domini, perfecto in divinis, excellenti in ſpiritualibus, Soli juſtitiæ, cujus lux oritur ſuper quatuor mundi climata, qui lucet, & ſplendet in Eccleſiis Catholicis ſanctis, Cherubin corporeo, & Seraphin carneo, tenenti Sedem beati Petri, Domino meo S. Papæ vobis Romæ, & omnium climatum mundi, coram Deo ſic vita ejus temporibus longis, quouſque ceſſet mundus iſte admiratione ſua, oratio-

Litteræ Catholicon ad Innocentium. Confitetur primatum Pontificis.

tionibus Prophetarum, & Apoſtolorum ſociorum ejus, & nos confidimus ejus
orationibus adjuvari, Amen. Pervenit ad nos epiſtola veſtra elegans, quæ
ex ore veſtro ſancto prodiit, & mandato veſtro excelſo conſcripta eſt, &
ſuſcepimus eam manibus noſtris debilibus, & eam ſuper oculos noſtros po-
ſuimus, & ſicut Simeon ſenex, qui portavit Dominum noſtrum Jeſum Chri-
Luc. 2. 27. *ſtum in ulnis ſuis, ſic diximus, quia viderunt oculi noſtri pietatem veſtram*
immenſam. Nunc igitur Domine mi, dimitte ſervo veſtro peccata ſua, ſicut
poſita eſt in manibus veſtris poteſtas ligandi, & abſolvendi, & omnium
myſteriorum. Legimus eam ſiquidem cum lætitia, & intelleximus quod
in ea ſcriptum eſt cum gaudio, & mandatum veſtrum attendimus, & non
habemus os, quod ſufficiat ad commendationem veſtram, neque linguam,
quæ poſſit exprimere gloriam veſtram, & nos contremiſcimus excellentiam
Intercedit pro Imperatore. *veſtram; quia Dominus magnificavit vos. Inſuper audivimus de anathema-*
te, quo anathematizaſtis Imperatorem, & intelleximus, hoc factum eſſe
propter tranſgreſſionem ejus, & peccatum. Noſtis tamen, quod Dominus
noſter Jeſus Chriſtus præcepit, & dixit: ſi peccaverit in te frater tuus,
dimitte ei. *Et iterum dixit*: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabun-
Matth. 18. 15. Idem 5. 9. Idem 18. 21. & 22. tur. *Et in alio loco dixit Simon Petrus*, Domine uſque ſepties? ſed uſque
ſeptuageſies ſepties. *Sic præcepit fundamento Eccleſiæ, ut dimitteret*
fratri ſuo ignorantiam ſuam, & non recordaretur peccatorum ſuorum. Et
nunc peto, Domine mi, a ſanctitate veſtra, & a Patribus Patriarchis,
Epiſcopis, & Regibus ſubditis baculo paternitatis veſtræ, ut dimittatis Do-
Cauſæ interceſſionis. *mino Imperatori peccatum ſuum, & delicta ſua, & hoc tribus de cauſis,*
Damna Illata per Groſſenos. *propter ſtragem, & captivitatem Fratrum noſtrorum Chriſtianorum, &*
propter deſtructionem Civitatis ſanctæ, & propter tentationem, quæ accidit
in conculcationem ſepulcri Domini noſtri Jeſu Chriſti, qualis ab initio non
eſt audita. Propter hæc igitur porreximus petitionem noſtram hanc, & ex
zelo, quem habemus propter Deum, & ex dolore cordis ſcripſimus hæc, quia
neceſſitas urget nos, ut ſimus ſolliciti pro Eccleſiis Jeſu Chriſti; opporteret au-
tem ut omnes Eccleſiæ Jeſu Chriſti, & Monaſteria, & omnes fideles, qui
ſunt in Oriente, & Occidente induerent ſe ciliciis, & ſederent in dolore,
& plangerent ſuper Hieruſalem, ſuper iis, quæ acciderunt in ea, in diebus
Commendat nũcios fratrem Andream & ſocios. *noſtris. Intimavimus hæc ſiquidem dominationi veſtræ. Nunc autem iſti*
Fratres filii veſtri, ſpeciales Religioſi, virtuoſi in omnibus operibus ſuis,
Matt. 25. 21. 23. *quos opportet honorari ab omnibus hominibus, qui ſunt digni audire, quod*
dixit os vivificantis. Euge ſerve bone & fidelis &c. *ipſi, inquam, miſſi*
a vobis Andreas, & ſocius ejus conſervati a Domino, notificabunt vobis ore
ad os, quæ viderunt, & audiverunt apud nos, & cum hoc præſentabunt ſa-
lutationem debilitatis noſtræ, & univerſis Patribus, & ſacerdotibus, &
Monachis, & Regibus ſubditis Sedi D. V. pariter, & omnibus Chriſtianis
obedientibus Paternitati veſtræ. Miſimus autem vobis per manus dictorum
Fratrum nuntiorum veſtrorum libellum, quem attulimus de pectore Orien-
tis, ſcilicet de terra Sin, & libellum alium de fide ex parte Archiepiſcopi
Neſibini, cui ſubſcripſerunt alii duo Archiepiſcopi, & tres Epiſcopi, & nos
una cum eis, in ſpiritu petimus iterum a Paternitate veſtra petitionem ſe-
cundam pro I. Archiepiſcopo Hieroſolymitano, qui eſt de gente noſtra, &
pro Fratribus noſtris Chriſtianis Orientalibus, qui ſunt Antiochiæ, Tri-
polis, & Accon, & in aliis terris veſtris, ut recommendetis eos, ne aliquis
eos offendat, & ſint apud vos ſicut dixit Dominus noſter Jeſus Chriſtus.
Matth. 25. 40. Quodcumque uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, *& quod vultis*
ut faciant vobis homines, hoc facite illis. Hæc ſufficiant. Gratia autem
di-

Digitized by Google

divina reſidens in habitaculo cordis veſtri, quæ operatur virtutes, & curationes in omni hora per manus veſtras ſanctas, cuſtodiat vos per virtutem Apoſtolorum ſociorum veſtrorum, die & nocte uſque in ſempiternum. Amen.

Scripſit & per eoſdem Patriarcha Jacobitarum ad Pontificem adjiciens fidei ſuæ ſcriptam profeſſionem.

Litteræ Patriarchæ Jacobitarum qui Primatū Pontificis confitetur.

XIV. *ILli generi ſupremo conſtitutivo omnium ſpecierum, quod ita vocatur genus, quod non contingit ipſum vocari ſpeciem, Patri Patrum, S. Innocentio tenenti Sedem beati Petri Principis Apoſtolorum, glorificato a Chriſto Deo, qui credidit beato Petro claves Regni cælorum, & poſuit eum fundamentum Eccleſiæ, ſervus ſervorum Chriſti? Ignatius debilis, cui creditum eſt a Spiritu ſancto, ut ſit Paſtor Syriæ, & totius Orientis populo Jacobitarum, adorationem ſinceram in ſpiritu, & corpore. Innoteſcat ſancti Patris communis, poſt Patrem cæleſtem, & Domini communis poſt Deum cæleſtem, quod pervenit ad nos epiſtola veſtra ſancta per manus fratris ſancti, ſapientis, omnibus virtutibus ornati Andreæ, & levavi eam ſuper capita noſtra, & benedictionem recepimus ab ipſa, ſicut a ſimilitudine imaginis Jeſu Chriſti. Quod autem mandaſtis de pace, & caritate communi; & quis eſt, qui non gaudeat de concordia? Cum autem ſimus paci perfectæ obedientes, primo oſtendamus veritatem fidei noſtræ quam confitemur, & Deus teſtis eſt nobis, quod illud quod credimus corde, confitemur ore, & exaramus ſcriptura.*

Confeſſio fidei.

Dicimus igitur, quod nos Chriſtiani Orientales vocati Jacobitæ, credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum unam naturam, tres hypoſtaſes, tres perſonas, & cum Pater ſit principium Filii, & Spiritus ſancti; principium Filii generativi, & Spiritus ſancti principium ſpiritativi.

Subindicatur error Græcorum de proceſſione Spiritus ſancti.

At ut quia una eſt natura Divinitatis non opportet nos confiteri unam hypoſtaſim, & unam perſonam. Nec iterum, quia ſunt tres hypoſtaſes, & tres perſonæ perfectæ, opportet nos confiteri tres naturas eſſe, ſed unam naturam, unam potentiam, unam voluntatem, unum actum naturalem Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: & iterum confitemur, quod Deus, verbum, unigenitus Patris de voluntate Patris, & Spiritus ſancti deſcendit, & habitavit in utero Virginis Mariæ, & natus eſt ex ea nativitate ſecunda, cum natus ſit a Patre nativitate æterna, & factus eſt ex ea homo perfectus, animatus anima rationali intellectiva, ſimilis nobis in omnibus, præter peccatum; & ipſe eſt perfectus Deus, & perfectus homo, ſine mixtione, ſine confuſione; & ipſe eſt unus Deus, unus Chriſtus, una perſona, ſicut dicit Athanaſius, & Cyrillus, quod Deo verbo eſt una natura incarnata.

Maria mater Dei

Et propter hoc confitemur, quod Maria eſt mater Dei in veritate quia ipſa peperit Deum incarnatum, qui natus eſt pro ſalute noſtra, & crevit in dimenſionibus humanis, & complevit gubernationem, & paſſus eſt, & mortuus ſecundum carnem, & ſurrexit tertia die, & cum impleret divina, erat in veritate perfectus Deus, & perfectus homo; & iterum cum operaretur humana, erat perfectus Deus, & perfectus homo, unus poſt unionem. Non recepimus igitur eos, qui confitentur Divinitatem diviſivam unitatis, nec iterum eos, qui confitentur mixtionem, & confuſionem, ſicut Eutyches excommunicatus, ſed recipimus omnes, qui ſequuntur fidem beati Petri Principis Apoſtolorum, & incedunt per viam Niceni Concilii, quicumque ſint illi de Doctoribus Eccleſiæ ſanctæ, quorum veritas nota eſt apud excelſum Deum.

XV. *Item damnamus, & excommunicamus omnem deviantem a fide bea-*

beati Petri, & Concilii Niceni, & corrumpentem rectitudinem fidei Chriſtianæ, a tempore Simonis Magi uſque ad diem hanc, quicumque ſint illi, & ipſi noti ſunt apud Deum. Hæc eſt igitur fides noſtra, & confeſſio noſtra, & nobiſcum Ægyptii, & Armeni, & Lybii, & Æthiopes. Confitemur iterum, quod Sacroſancta Eccleſia Romana eſt mater, & caput omnium Eccleſiarum, & ipſa eſt, in qua ſunt repoſita corpora Beatorum Petri, & Pauli. Hæc autem oſtendimus magnificentiæ veſtræ breviter & ſuccincte, ne afficiamus vos tædio in prolixitate, & hoc, quia ſcimus, quod ex paucis intelligimus plura. Cum autem poſtuletis unitatem, & concordiam, & quis eſt, qui hæc renuat? quæ appropinquare faciunt Deo excelſo? ſed in firmamentum pacis, & concordiæ petimus a ſanctitate veſtra primo, quod Patriarcha noſtro mortuo, congregentur Archiepiſcopi, & ſtatuant ſibi ſecundum canonem, & ſecundum ſortem Apoſtolorum quem elegerit Spiritus ſanctus, & hoc ſecundum canones, & conſuetudines noſtras. Secundo, quod Patriarcha, & Archiepiſcopi, & Epiſcopi Latini, qui ſunt in partibus noſtris non judicent ſuper Patriarchas, & Archiepiſcopos noſtros, ſed ſicut eſt præceptum veſtrum, ſuper Patriarchas, & Archiepiſcopos Latinos, ita & ſit ſuper nos, & iterum ſicut recipiunt ſententias, & judicia veſtra, ita & nos. Tertio, quod Patriarchæ, & Archiepiſcopi, & Epiſcopi Latini non accipiant cenſum de Eccleſiis, & Monaſteriis, quæ habemus in terris ipſorum, ſed communicent nobis libertates Eccleſiæ, ſicut filiis in honore, & nos ſemper exhibeamus eis reverentiam, & honorem. Alioquin, non erit decens, quod illa, quæ cum magno labore habemus, contra libertatem Eccleſiæ concupiſcant. Quarto, quod illi de gente noſtra, qui contrahunt cum Latinis, non compellantur ad confirmationem ſervandam, cum ſint inſigniti charactere baptiſmali, & confirmati fuerunt una vice. Cum pace igitur & concordia tollatur hæc confirmatio. Iterum notificamus Sanctitati veſtræ, quod ex quo fratres veſtri Latini benedicti egreſſi ſunt, & venerunt ad partes noſtras, populus noſter dilexit eos, & pro poſſe ſuo aſtitit eis in omnibus neceſſitatibus ſuis, ſicut in liberatione Sclavorum, & captivorum, & conſimilium. Nunc igitur petimus a S. V. ut remuneretis nos in caritate, quæ ſuper omnia aſſimilat nos Deo, & oretis pro debilitate noſtra, ſicut incumbit nobis ex miſeria noſtra.

Conditiones unionis propoſitæ.

Hic fuit error Novati, & Armenorum.

Acceſſit & alia Primatis Jacobitarum hujus tenoris.

XVI. *Dico ego Joannes debilis Primas Jacobitarum Orientalium, quod confeſſio mea, & fides mea eſt de Domino Jeſu Chriſto verbo Dei æterno, ſcilicet perſona Filii æterni, nati ex Patre ante ſecula, quod ipſe deſcendit de excelſo cælorum habitaculo ex volantate ſua, & Patris ſui, & Spiritus ſancti, & non receſſit a dominatione majeſtatis ſuæ, & habitavit eſſentialiter in Maria Virgine ancilla ſua, & recepit ex ea corpus animatum anima rationali intellectiva, & unitus eſt ei mediante anima prædicta, unione vero inſeparabili; & non dicimus quod prius fuerit formatus homo, & poſt habitavit in eo Divinitas, ſed dicimus, quod non prodiit ad eſſe aliqua pars humanitatis ejus, quin Divinitas eſſet unita ſine mixtione, ſine confuſione, unione inquam perpetua, inſeparabili, indiviſibili; & propter hoc confitemur, quod ipſe eſt Deus unus incarnatus, filius unus natus ex Patre primo nativitate æterna, & ex Maria Virgine poſtremo nativitate temporali; una perſona, una ſubſtantia, ex duabus ſubſtantiis, non quod Divinitas converſa ſit in humanitatem, aut humanitas*

in

Digitized by Google

in Divinitatem, nec quod compoſita ſit ex his duabus ſubſtantiis ſubſtantia tertia, ſed eſt unita ſecundum normam unionis vitæ, non accidentalis; & licet unio excludat dualitatem, tamen indicia duarum naturarum, & proprietates earum permanent in ipſo, & diſcernuntur ſolo intellectu; & non attribuimus miracula, & opera magnifica Divinitati abſtractæ ab humanitate; ſed dicimus, quod fecit miracula ex virtute Divinitatis, & ipſe tamen unus Filius Dei, & hominis, nec attribuimus naturalia, & opera infirma humanitati abſtractæ a Divinitate; ſed dicimus quod quando ſuſcepit paſſionem & mortem voluntariam, quia natura humanitatis, & ipſe tamen unus filius Dei, & hominis: & dicimus quod quando ſuſcepit paſſionem, & mortem voluntariam propter ſalutem creaturæ ſuæ, Divinitas ejus non eſt ſeparata a corpore ſuo in hora mortis, ſed ſemper fuit unita, & corpori quod ſuſceperat paſſionem, & animæ ſeparatæ, nec attingit eam paſſio, cum ſubſtantia divina, propter excellentiam ſui, immunis ſit ab omni accidente, & paſſione ſimiliter. Cum autem quælibet trium perſonarum nominatur Deus, & conſtat quod Filius eſt una trium perſonarum & nominatur Deus, opportet ut nominemus virginem Mariam matrem ejus genitricem Dei. Et ſi dicat nobis aliquis, quod hoc nomen Deus nomen eſt commune tribus perſonis, & ita forte tranſibit dictum ad perſonam aliam, vel ad tres ſimul; dicimus quod hoc nomen eſt commune, niſi ſit aliquid diſtinctivum & perpetuum. Si ſit aliquid diſtinctivum, quia quælibet trium perſonarum habet propriam notionem, quæ diſtinguitur ab aliis, & hoc quia Pater paternitate diſtinguitur a Filio, & Spiritu ſancto, & Filius filiatione a Patre & a Spiritu ſancto, & Spiritus ſanctus proceſſione a Patre & Filio. Si igitur nominemus Patrem Deum, & notificemus paternitatem, non ſequitur, quod tranſeat ad Filium, & Spiritum ſanctum. Similiter de Filio, & Spiritu ſancto. Igitur, cum dicimus, Maria Virgo peperit Deum, intelligitur tantum de Filio, quia reſtringitur hoc nomen per notionem nativitatis, & filiationis, nec opportet quod tranſeat dictum ad alium. Et ſi dixerit nobis aliquis, quare non ſufficit eam vocari genitricem Chriſti? reſpondemus, quod hoc nomen non ſufficit ad notificationem veritatis eſſentiæ genitrici, cum ſit nomen derivatum ab unctione, & indigeat longa expoſitione, & exeat a ſua prima expoſitione, & æſtimabit forte inſipiens, quod vocatus hoc nomine ſit ſicut David, & ſicut Saul, aut hujuſmodi; ſed ſi eſſet nomen derivatum a Divinitate, & humanitate ſufficeret breviter dicere, Mariam matrem Chriſti. Cum igitur natus de ea in veritate ſit Deus, vocamus eam genitricem Dei, & in hoc imitamur veſtigia ſanctorum Patrum.

Item confeſſio Neſtorianorum adjuncta eſt in hanc formam.

XVII. *Dico ego Critoaib Archiepiſcopus de Naſabin, quod fides mea de Domino Jeſu Chriſto, quod ipſe eſt perfectus Deus & perfectus homo unius filius ſcilicet Dei & hominis, una perſona & ipſe non fuit prius homo purus, & poſt unitus Deitati, ſed quælibet pars humanitatis ejus non extitit, niſi unita Deitati, & quod Maria Virgo peperit perfectum Deum, & perfectum hominem filium unum, qui eſt Dominus Jeſus, & hæc unio non fuit accidentalis poſſibilis ſeparari. Sed permanens, & perpetua; & quod proprietates divinæ naturæ, & humanæ inſunt Chriſto. Mortuus eſt autem ſecundum humanitatem unitam, & non deſiit in eo unio ſed permanſit, eo exiſtente in cruce, & in ſepulcro, & eſt ſeparata anima a carne* Confeſſio Neſtorianorum.

in

in morte, nec tamen Deitas ab humanitate, ſed permanſit unio Deitatis ad animam ſeparatam a corpore, & ad corpus quod ſuſcepit paſſionem. Initium autem unionis fuit ex quo nunciavit Angelus Beatæ Mariæ, & ipſa conſenſit ei, & credidit verbis ejus, & dixit; fiat mihi ſecundum verbum tuum, & factum eſt unio inter F. dei fiat & in dei tuum. Et in hoc quod dicimus Maria peperit Chriſtum, intelligitur, quod ipſa peperit Deum filium, unam trium perſonarum unitam homini uni, de quo dicitur in Evangelio, quod ipſe eſt filius David, & filius Abraham, & eſt filius Mariæ Virginis, & Dei patris. Et in hoc quod dicimus: Maria peperit Chriſtum, intelligitur, quod ipſa peperit Deum, tali tamen conditione, quod ipſe eſt Deus filius, unitus humanitati. Sunt autem voces intellectuum, & hæc vox Chriſtus ſignificat perfectum Deum & perfectum hominem. Hæc autem vox Deus ſignificat de pari Sanctam Trinitatem, & ſupponit pro Patre, & ſupponit pro Filio, & ſupponit pro Spiritu Sancto. Et cum dicitur, Maria peperit Deum, exiſtimabit fortè inſipiens, quod ipſa peperit, aut Sanctam Trinitatem, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum Sanctum, niſi exponatur, Deum filium unicum. Cum igitur indigeat expoſitione, & Deus filius unitus ipſe ſit Chriſtus, ſub uno vocabulo erit cum dicimus, Maria peperit Chriſtum verbum unum breviter comprehendes Divinitatem, & humanitatem. Eſt igitur unus Chriſtus, unus filius, res duarum naturarum Divinitatis & humanitatis, unum individuum, una perſona.

Hæc eſt confeſſio Ven. P. Ignatii Patriarchæ Chriſtianorum Orientalium qui vocantur Jacobitæ pro ſe, & pro populo ſua ſibi commiſſo.

Confeſſio Patriarchæ Jacobitani Ignatii.

Accipit Spiritus a filio procedendo.

XVIII. Credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, ſcilicet unam naturam, & tres perſonas. Pater eſt gignens, Filius genitus ab eo, & Spiritus Sanctus procedens a Patre, accipiens a filio. In ultimis autem temporibus ex voluntate Patris, & Spiritus Sancti Verbum æternum deſcendit de cælo, & habitavit in utero Virginis, & natum eſt ex ea nativitate ſecunda, & conſervavit ei virginitatem ſuam: quadraginta diebus mundo apparuit, ut verificaret reſurrectionem ſuam. Aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram patris, inde venturus eſt judicare vivos, & mortuos, & ipſe in veritate eſt perfectus Deus, & perfectus homo; unus Chriſtus ex duabus naturis, divina & humana, & eſt divina natura conſervata in ſancta eſſentia, & in ſuis proprietatibus, & facta unio inter ipſas, ſine confuſione, ſine mixtione, ſine corruptione. Concordamus ſiquidem cum Beato Petro, & confitemur, eum fundamentum eſſe Eccleſiæ, ſicut nominavit eum Chriſtus petram, dicens: ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & ideo Eccleſia, in qua eſt corpus ejus repoſitum, eſt mater omnium Eccleſiarum in univerſo mundo, & dicimus, & prædicamus, quod illa eſt lampas lucens, ex qua omnes aliæ lampades ſuccenduntur. Dicimus etiam, quod animæ juſtorum qui voluntatem Dei impleverint, quando ſeparantur a corpore requieſcunt in Regno cælorum. Peccatores qui moriuntur ſine confeſſione, flagellantur in inferno. Illi vero qui peccaverunt, tamen confeſſi ſunt peccata ſua, ſed non compleverunt pænitentiam, affligentur uſque ad pænitentiæ complementum. Dicimus ſiquidem, quod opportet Chriſtianum diſcipulum Jeſu Chriſti diligere Chriſtianum fratrem ſuum, ſicut Chriſtus dilexit nos, & poſuit animam ſuam pro nobis, Chriſtianus vero qui odit fratrem ſuum non eſt Chriſtianus, quia eſt prævaricator mandatorum Jeſu Chriſti, ſed eſt diſcipulus illius qui invidit Adæ, & odivit eum. Hæc autem

Petrus fundamentum Eccleſiæ.

Romana mater, & lampas unde aliæ Eccleſiæ accenduntur.

Digitized by Google

autem ſunt quæ breviter diximus ad oſtenſionem fidei noſtræ. Hactenus confeſſiones Orientalium quas inſerviſſe placuit ob profeſſam Apoſtolicæ Sedis auctoritatem, & ut videatur minus forte ſubſiſtere quod plures de hæreſibus Orientalium in multis ſcripſere ſi hic adeſt fraus.

XIX. Facultatem hoc anno conceſſit Innocentius fratri Bonæfidei abſolvendi populum & clerum Beneventanæ Diœceſis a cenſuris, quas partes Friderici, licet inviti, ſequuti, incurrerunt, & in abſentia indulſit, ut duos vel tres ſui Ordinis Fratres cum eadem auctoritate ſibi ſubſtitueret, qui pœnitentiam, & Eccleſiaſtica ſacramenta populo miniſtrarent. Facultas abſolvendi Beneventanos.

INNOCENTIUS &c.

NOſtræ mentis oculis præſentantes anguſtias, quibus dilecti filii Clerus, & populus Beneventan. Eccleſiæ Romanæ fideles, per ipſius hoſtes nequiter affliguntur, conſolationem quam digne poſſumus libenter ipſorum cordibus procuramus. Cum itaque ipſi pro eo quod Friderico quondam Imperatori, & officialibus, ac nunciis ejus, licet inviti, communicant & intendunt, excommunicationis laqueo ſunt aſtricti, & aſtringi quaſi quotidie propter communionem hujuſmodi compellantur, nos eorum piis deſideriis annuentes, præſentium tibi auctoritate committimus, ut eiſdem Clero & populo, cum propter hoc ad te duxerint humiliter recurrendum, abſolutionis beneficium, juxta formam Eccleſiæ largiaris, & pænitentiam ſalutarem injungat, ac Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtres. Ceterum ſi te abeſſe forte contigerit duobus vel tribus Fratribus tui Ordinis diſcretis, & providis ſuper hoc vices tuas eadem auctoritate committas. Datum Lugduni v. *Kalendas Auguſti anno* v. Epiſt. 48. ſ.

XX. Item fratri Blanco, qui colligendo pro Sede Apoſtolica ſubſidio præfuit, ſcripſit ut collectam in Eccleſia, & Clero Avenionenſi (qui de gravamine conquerebantur) pro rata facultatum inſtitueret, gravamine ſepoſito.

INNOCENTIUS &c.

Fratri Blanco de Ordine Fratrum Minorum Nuncio noſtro.

CUm ſicut ex parte Venerabilis fratris noſtri Epiſcopi, & dilectorum filiorum Cleri tam Civitatis quam diœceſis Avenionenſis fuit propoſitum coram nobis, quod pro ſubſidio Apoſtolicæ Sedis illud onus eis impoſueris, in pecunia perſolvenda, ad quod poſſibilitates ipſorum nullatenus ſe extendunt, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus conſideratis facultatibus eorumdem, illam eis quantitatem pecuniæ moderaris, quam pro rata bonorum ſuorum aliis circumpoſitis Epiſcopatibus imponere curaviſti, ita quod juſtam propter hoc non habeant ad nos materiam recurrendi. Dat. Lugduni Kalendis Julii anno IV. Reg. ep. 110.

XXI. Comes Toloſanus inſtitit, ut pater defunctus (quia variis excommunicationibus innodatus decedens, ſepultura caruit Eccleſiaſtica, licet pœnitentiæ ſigna monſtraverit) abſolutione conceſſa, reſtitueretur loco ſacro; veritatis examen commiſit Pontifex Epiſcopo Lodonen. & fra- Facultas abſolvendi a cenſuris Comitem Toloſanum defunctũ.

Digitized by Google

Reg. 436. 4. fratri Raymundo Ordinis Fratrum Prædicatorum, & fratri Willelmo de Brina Ordinis Minorum. Initium litterarum: *Sua nobis dilectus vir*, &c. Dat. Lugduni Kalendis Martii anno IV. Controverſia quæ inter Fratres, & Clerum Pampilonenſem ſuperiori anno eſerbuit, ſopita eſt ſequeſtro Guillelmo Epiſcopo Cardinali Sabinenſi; cujus arbitrium confirmavit Pontifex IV. Nonas Septembris, Pontificatus anno V. incipit; *Plantatus olim in agro Eccleſiæ*, &c. Is qui ad infidelium partes maxime tranſmarinas mittebantur a Sede Apoſtolica, facultas recipiendi ad Ordinem novitios, inſtituendi Provincias, fundandi Conventus dabatur, ceterum ne hoc in detrimentum ex incuria, & incircumſpectione emergeret, Pontifex ad inſtantiam Prælatorum eam conceſſionem revocavit VII. Kalendas Septembris anno V. incipit; *Quibuſdam ex Fratribus veſtri Ordinis*.

Sopita controverſia Pampilonenſis.

Reg. 206. 5. Revocatum quoddi privilegium.

XXII. Sequentes dedit ad Archiepiſcopum Caſſalen. Laonen. & Liſmoren. Epiſcopos in Hibernia, ut electionem Eccleſiæ Clonerenſis (quæ alias Corcagienſis dicitur) in perſona fratris Danielis Ordinis Minorum ad eamdem ſedem factam examinarent, eaque rite, & ex præſcripto canonum inventa, auctoritate Sedis Apoſtolicæ approbarent, & dictum fratrem Danielem in remiſſionem peccaminum, ad conſenſum electionis factæ, & abſolutum a miniſtri obedientia, inducerent.

Frater Daniel electus Antiſtes Clonerenſis.

INNOCENTIUS &c.

Archiepiſcopo Caſſalen., & Laonen. ac Liſmorenſi Epiſcopis.

Reg. ep. 281. 5. *DIlecti filii Procuratores Capituli Cloneren. Eccleſiæ in noſtra præſentia conſtituti, nobis humiliter ſupplicarunt, ut poſtulationem nuper in in Eccleſia ipſa, paſtoris ſolatio deſtituta, concorditer factam ab ipſo Capitulo, de dilecto filio fratre Daniele Ordinis Fratrum Minorum admittere curaremus. Verum quia nobis de proceſſu ſuper hoc habito, per eoſdem Procuratores non potuerit fieri plena fides, fraternitati veſtræ mandamus, quatenus, inquiſita de modo poſtulationis, ſtudiis poſtulantium, & poſtulati meritis ſollicite veritate, ſi poſtulationem ipſam inveneritis de perſona idonea rite factam, auctoritate noſtra, eadem admiſſa, & ipſo Fratre abſoluto a miniſtri ſui obedientia, injungatis in remiſſionem peccaminum dicto Fratri, ut ad præfatam Eccleſiam Cloneren. accedat, acturus curam ejus ita fideliter, & prudenter, quod dignam Deo exinde valeat reddere rationem, eique faciatis a ſubditis ſuis obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam exhiberi. Contradictores, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, cui tu frater Archiepiſcope, adjuncto tibi legitimo Epiſcoporum numero, munus conſecrationis impendas. Datum Lugduni IV. Idus Octobris anno V.*

XXIII. Raynaldus Dominus Bagiaci crucem accepit a Miniſtro Burgundiæ ad transfretandum contra infideles in Terram ſanctam; petiit ut fratrem Guillelmum de Roy deſignatum ſibi a Pontifice confeſſarium, cum idoneo ſocio ſecum duceret, & præceptum Regulæ, quo equitare Fratribus Minoribus inhibetur, quo ad illos in præfato itinere relaxaretur: cum alioquin armatos equites aliter comitari non poſſint, qua in re ſequentes ad Miniſtrum Burgundiæ dedit Pontifex.

IN-

Digitized by Google

INNOCENTIUS &c.

Miniſtro Fratrum Minorum de Burgundia.

Reg. ep. 411. 5. Litt. ad Miniſtrum Burgundiæ.

CUm dilectus filius nobilis vir Raynaldus Dominus Bagiaci, qui zelo fidei, ac devotionis accenſus ſuſcepit de manibus veſtris ſignum Crucis, dilectum filium fratrem Willelmum dictum de Roi, de Ordine, ac adminiſtratione tuis, quem ſicut aſſerit, in confeſſorem ſibi, & ad transfretandum cum eo conceſſimus cum uno ſocio dicti Ordinis, in ſuam habere familiam, & eos ſecum equites ducere cupiat, ſperans, per ipſum fratrem Willelmum poſſe inter eum, & ejus diſcordes pacis fœdera provenire, ac ejuſdem conſiliis, & exemplis ſpiritualibus, & temporalibus, auctore Domino, proficere incrementis. Devotionem tuam rogamus, & monemus attente, mandantes, quatenus eidem Fratri, & alio dicti Ordinis ad hoc idoneo accedendi ad præfatum nobilem, & morandi, ac equitandi cum eo licentiam largiaris. Datum Lugduni XVII. *Kalendas Decembris anno* V.

Matthæus Paris maligne exagitat collectores.

XXIV. Exagitat Paris plus æquo collectores ſummi Pontificis in Angliam miſſos, qui, de conſenſu etiam Regis, piam ſubventionem, juxta Concilii decretum, hinc inde a Prælatis & Clero expoſcebant, quaſi novum, aut præter ordinem doctrinæ Evangelicæ, Sedes Apoſtolica a particularibus Eccleſiis ſubſidium reciperet, aut etiam peteret, quibus ipſa fidem & lucem Evangelii contulit. Quamquam autem reliquæ omnes, maxime tamen Anglicana, Romanæ Eccleſiæ eſt ſpecialis filia, a qua fidem & ordinationem recepit ſub Gregorio, miſſo Auguſtino, & ſociis prædicatoribus ſanctis, ad gentis converſionem. Imperium Latinorum jam Conſtantinopoli expirabat, victoribus ſchiſmaticis; res Orientis prope deſperatæ; Fridericus depoſitus; nihil præter vindicias, atque affectati dominatus retentionem agitabat; vindicandi ab ejus tyrannide populi, qui partes Eccleſiæ in Italia, objectis rebus, corporibuſque ſuis defenſabant; Tartari inhiabant toti Occidenti, quibus objiciendi erant cruce ſignati; Conradus res Imperii in Germania ſerio miſcebat. In hiſce non precario dumtaxat agendum, ſed armis obviam ire licuit. Pontifex, conſentiente, & decernente generali Concilio, in genere ſubſidium poſcens, reliquas Eccleſias in partem ſollicitudinis, & oneris invitavit. Si periculum ſpectetur, commune fuit præſens, atque præ oculis. Quid magis congruum juſtitiæ, quam membra capiti cohærere, totius corporis ſubmovere proprio labore angorem? Si intentio ſpectetur eorum, qui Eccleſias a principio dotarunt, non ea fuit, ut beneficiati totum in ſe, & familiam ſuperflue aliquando, & prodige converterent, periclitante in univerſum Eccleſia; alioquin nec juſta, nec pia, nec conducens ea foret voluntas. Si domeſticam neceſſitatem cauſaveris, permitto; ſed pietas non in ſuperfluis tantum verſatur, ſed ipſi neceſſitati certum, & tolerabilem limitem ſtatuit, minorem majori poſtponit indigentiæ, particularem communi; neque ego tamen in hoc excuſare velim miniſtrorum exceſſus, ſed invidiam facti, quod uſquequaque priorum exemplo, potiſſimum Pauli Apoſtoli (qui collectas ad ſubventionem Sanctorum in Judæa per Eccleſias inſtituebat) communique conſenſu fuit confirmatum Eccleſiæ, a quo Anglicana excuſari non debuit.

Neceſſitas Eccleſiæ, & cauſæ exigendi ſubſidii.

XXV. Hujuſmodi collectores fuere frater Joannes, & frater Ale-

Delentur calumniæ. xander Ordinis noſtri, quibus plura idem Auctor imponit, non modo præter ſui ſtatus decentiam, ſed etiam contra ſubſtantiam profeſſionis; ei tamen neque in Pontificem, neque in Regem, neque in Cardinales, neque in Prædicatores & Minores, neque univerſim in Gallos, dum lis cum Anglis pendet, fidendum: quamvis plura attingat hiſtoriæ commoda, in quibus facile affectus a vero ſecernitur. Frater Joannes Anglicus horum unus, religione, & ſcientia notiſſimus tum fuit, magnus ſui inſtituti zelator, & multis in Religione functionibus per varias Provincias deſtinatus. De eo vetus auctor Chronici Saxonici anno MCCXXIX. hæc ſcribit: *Frater Joannes Anglicus primus viſitator in Teutoniam eſt miſſus, vir tranquillus, caritativus valde, qui mirifice Fratres ad virtutes colendas inflammavit.* *Frater Joannes Anglicus qualis fuerit.* Quin etiam eumdem poſtea frater Joannes Parens, ex eodem Auctore, præfecit Miniſtrum Provincialem Saxoniæ, ad inſtantiam Cuſtodis illius Provinciæ & Fratrum, ſucceſſitque fratri Simoni Anglicæ nationis defuncto circa annum MCCXXXII. mox ſucceſſu temporis translatus in Angliam, præfuit hoc anno & ſuperiore, regimini Fratrum. Non eſt ergo veroſimile, hominem vanum, ſuperbum, aſperum, ſuique Inſtituti tranſgreſſorem, ut ſcribit Paris, in tam varias curas & officia ab externis expoſci, aut ultro a ſuperioribus Viris ſanctis oblatum fuiſſe; nec ignotæ alioquin probitatis argumentum, quod cum Pontifex huic curæ idoneum præ reliquis cenſens in Anglia, Hibernia, ac Scotia præpoſuit. Virum ſanctum fuiſſe teſtatur Bernardus a Beſſa, & Marcus.

XXVI. Paris male habet, quod ſancti Albani Abbatem ad præfixam collectam ſolvendam urſerit, cum de ſpeciali Pontificis decreto id præciperetur, quod & ipſe Paris libenter admittit, & facile ex ſequentibus Innocentii ad Abbatem ſancti Albani liquet ſuperiori anno datis.

INNOCENTIUS &c.

Dilecto filio ſuo I. Abbati ſancti Albani, Lincolnienſis diœceſis.

Paris. *Quotidiana perſecutionis inſtantia ſecularis ſua nos acerbitate compellit, ut pro ſubventione Apoſtolicæ Sedis reſiſtentes eidem, neceſſario recurramus ad auxilia ſubditorum. Quocirca diſcretionem tuam de Fratrum noſtrorum conſilio, rogamus, hortamur, & monemus attente, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus his quæ dilectus filius noſter frater Joannes Anglicus, Miniſter Provincialis Fratrum Minorum Provinciæ Saxoniæ, lator præſentium, nuncius noſter, ex parte noſtra ſuper ſubſidio Sedis ipſius tibi proponet, adhibeas plenam fidem, & diligenter attendens, quod Eccleſia taliter reſiſtendo, generale omnium Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum virorum proſequitur intereſſe, liberaliter & libenter ea ſtudeas adimplere, ita quod id nobis & Fratribus noſtris eſſe poſſit acceptum, & tuæ devotionis affectus per exhibitionem, quæ teſtimonium eſt credibile veritatis, pateat actionum. Datum Lugduni IV. Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno IV.*

XXVII. Appellationem Abbatis frater Joannes bis admiſit, remque coram ſua Sanctitate in curia componendam dimiſit, bona Monaſterii, ſeu grangias & cellas, ut vocant, & prioratus Monachorum per varias diœceſes injuſte ab Epiſcopis gravatas defendit, quod benigni ſyncerique in Abbatem, & Monachos animi ſpecimen præbet non vulgare. Non recte ergo omnia in contrarium ſiniſtra interpretatione trahit præfatus Auctor.

XXVIII.

Digitized by Google

Idem auctor. Rarum S. Ludovici exemplum.

XXVIII. Hoc anno ſanctus Ludovicus, antequam peregrinationem tranſmarinam iniret, miſſis Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus per univerſum Franciæ Regnum, indixit, ut quiſque ſuo jure defraudatus, ſatisfactionem recepturus ex fiſco compareret, modo injuriam, ſeu debitum legitime probaret: quod ſancti Regis propoſitum, inquirentibus diligenter præfatis Fratribus, effectum citra perſonarum habuit acceptationem.

Immutat Regulam S. Claræ.

XXIX. Octavo Idus Auguſti, antequam vivendi formulam Clariſſarum immutarit, & quæ ante ſub titulo & invocatione S. P. Benedicti data fuit a Gregorio IX. (dum Protector ageret Cardinalis Oſtienſis) confirmata ab Honorio III. a Gregorio, & a ſeipſo, eam, mutatis mutandis, conceſſit ſub invocatione & Regula ſancti Patris Franciſci, quam ipſis, quoad tria dumtaxat vota ſubſtantialia, tradidit obſervandam, temperata paupertate, volens ad particularem tantum eas obligare, profeſſionis præſcripſit formam. Item modum jejunandi variavit, Generali & Provincialibus Miniſtris tam in capite, quam in membris eas ſubjecit, hiſque plenum eorum regimen impoſuit, cum alias ad Cardinalem Ordinis Protectorem ſpectabat. In reliquo pene communicat utraque forma, etiam in verbis. Incipit: *Cum omnis vera religio* &c. quia prolixa eſt ad calcem libri cum reliquis eam rejicio, cauſas immutatæ formulæ, ſcriptis ſequentibus, reddit, quibus eam in univerſum obſervari mandat, altera antiquata.

I N N O C E N T I U S &c.

Univerſis Abbatiſſis, & Monialibus incluſis Ordinis ſancti Damiani.

Quoties a nobis petitur, quod fluctuantibus animis tranquillitatem parit, honeſtati conſulit, & ſaluti, & ad id promptis anhelamus affectibus, & quod debitis incrementis hæc proficiant, vigilanti animo procuramus. Cum igitur nuper Regulam veſtram, & vivendi formam, ob cujus difficultatem nimiam conſcientiæ veſtræ ambiguitatis ſcrupulo premebantur, & intolerabile perſonis diſpendium imminebat, conſiderato præcipue, quod multæ jam, & diverſæ diſpenſationum formæ factæ fuerint circa ipſam, propter quod non una, ſed multiplex videbatur profeſſio, duxerimus corrigendam, vobis certam Regulam, ac vivendi formam de novo largientes præſentium auctoritate ſtatuimus, & regulam, & vivendi formam de novo correctam, quam univerſitati veſtræ ſub bulla noſtra dirigimus, tam vos quam illę quę vobis ſucceſſerint, diligenter perpetuis temporibus obſervetis, ad aliud, quam in ipſa correcta ſit Regula, & vivendi forma, decernentes, vos de cetero non teneri, nullis præcepto, vel voto, ſeu litteris obſtantibus, ſuper hoc a Sede Apoſtolica impetratis. Nulli ergo noſtræ conſtitutionis &c. Datum Lugduni x. *Kalendas Septembris anno* v.

Obſervatur hæc Regula etiamnum a Monaſteriis, ut fertur, Aquitaniæ, & rigorem primi Inſtituti temperavit in aliquo.

Conventus ſancti Eduardi Burdegalæ.

Gonzaga Prov. Aquitan. antiquioris Conv. 3.

XXX. Cum Burdegalenſis Senatus Monaſterium, ſimul atque Eccleſiam tumultuario opere, anno Domini MCCXXX. Franciſcanis Fratribus Burdegalæ ædificaſſet: nec iſta adventantem populum, ob ſui anguſtias, capere poſſet, devotus quidam Petrus ex eadem Civitate oriundus, tantum terræ ſpatium a Canonicis, ac cetero Matricis Eccleſiæ ſancti Andreæ Capitulo ſuis ſumptibus, anno Domini MCCXLVII. emit, quantum ædificando magnifico Templo, atque adjacenti cœmeterio ſat eſſet.

Poſt elapſos vero aliquot annos, Angliæ Reges, qui Burdegalenſibus tunc principabantur, & ipſam Eccleſiam, prout nunc eſt, in honorem ſancti Eduardi Anglorum Regis conſtruendam, & plurimis imaginibus, atque ſacellis ornandam curarunt. Quod vero ad præfati Monaſterii perfectionem deſiderabatur, id totum tum ex publicis, tum quoque ex privatis Burdegalenſium eleemoſynis antiquiori ædificio adjectum extitit. Floruit hic locus, quem frequentius XL. Fratres inhabitant, tum ſub Patribus Franciſcanis Conventualibus, quibus ab admiſſis redditibus uſque ad annum MDXXII. ſubfuit, tum quoque ſub ejuſdem Inſtituti Obſervantibus, quibus ab eo tempore, idque ex Leonis X. Pont. Max. auctoritate, impræſentiarum uſque pro voto deſervivit.

Conv. Clavarenſis. 2. p. Prov. Gen. Conv. 8.

XXXI. Conventum Clavarenſem ſub hoc Pontifice ædificatum ſtatuit Gonzaga 2. p. in Prov. Genuæ Conv. 8. incertum quo anno (niſi error ſit impreſſoris ſubſtituentis numerum pro numero, atque adeo Innocentium IV. pro III.) male rationem temporis inivit. Conventum aſſerit fundatum a beato Patre Franciſco ex beneplacito Innocentii IV. Pontificis, cujus pontificatum non vidit, longe ante mortuus, atque in Divos relatus. Si illud ergo verum eſt, ſcribendus eſt Innocentius III. pro IV. ſub quo is perluſtravit Liguriam: ceterum conſecratio Eccleſiæ ſub titulo & invocatione ſancti Franciſci poſterius tempus deſignat. Plurimum etiam deceptus eſt idem Auctor 3. parte Provinciæ Cathaloniæ, Conv. 2. aſſerens, Eccleſiam ejus hoc anno conſecratam fuiſſe a ſancto Ludovico Epiſcopo Toloſano, non minus viginti ſex annis & ſex menſibus antequam natus ſit: mortuus nempe eſt ætatis vigeſimo tertio anno, ſexto menſe, anno Domini MCCXCVII.

Error rejicitur.

Hic expuncta Conventus Brugenſis repetita, minuſque vera narratio, ut monet Auctor ad ann. 1258. num. 21.

Reg. epiſt. 70. 5.

Conventus Angliacenſis.

XXXII. Conventus villæ ſancti Joannis Angliacenſis dioec. Xantonenſis ad hunc annum ſpectare videtur, de quo ſolum reperio litteras Innocentii, quibus hoc anno confirmavit factam conventionem ſuper loco Monaſterii, & pertinentibus cum Abbate, & Conventu ejuſdem loci, ſit ne ille quem Piſanus appellat ſancti Joannis, neſcio.

Epiſt. 454. 4.

Poteſtas diſpenſandi ſuper defectu natalium.

XXXIII. Fratri Lupo Epiſcopo Marrochitano fecit poteſtatem diſpenſandi cum fratre Bernardo, ſibi aſſignato ſocio ad cautelam, ſuper ſcrupulo de natalium defectu, quatenus rite in perceptis bona fide Ordinibus miniſtrare poſſet, & ad dignitatem in partibus Africanis promoveri, ſi contingeret ipſum alias rite electum eſſe. Initium epiſtolæ; *Ex parte tua*. Datum Lugduni VII. Idus Martii anno IV. Eidem fratri Lupo dedit auctoritatem, Indulgentias proficiſcentibus in terram ſanctam conceſſas, elargiendi iis Laicis, qui ad obſequium Eccleſiæ ſuæ ſecum remanere vellent, aut ad illum transfretare. Tenor litterarum.

INNOCENTIUS &c.

Epiſcopo Marrochitano.

Epiſt. 517. 4.

CUm Laicorum obſequiis ad procuranda Eccleſiæ tuæ negotia te aſſeras quamplurimum indigere, ut tu eos ad hoc valeas facilius inclinare, ac ipſi obſequendo tibi, & eidem Eccleſiæ fructum qui non perit, uberius mereantur, Fraternitati tuæ auctoritate præſentium concedimus facultatem, ut Laicis, qui, de tua familia exiſtentes, tecum ad partes acceſſerint Africanas, & tecum ibidem commorati fuerint, illam ſuorum peccaminum, de quibus vere confeſſi fuerint, & contriti, veniam valeat elargiri, quæ proficiſcen-

Digitized by Google

ſcentibus in Terræ ſanctæ ſubſidium in generali Concilio eſt conceſſa . *Datum Lugduni* III. *Nonas Aprilis anno* IV.

XXXIV. Statuit ne ullus Prælatus, aut Legatus, niſi de latere, Fratres ad ſua obſequia cujuſcumque indulti (quod ſpecialem de hoc non facit mentionem) prætextu aſſumere poſſit ſine ſpeciali licentia Prælatorum Ordinis. Incipiunt litteræ *Petitionibus veſtris* &c. Dat. Idibus Auguſti anno V. „ Scripſit Epiſcopo Anagnino, ut inhiberet Sedis Apoſtolicæ „ auctoritate, quibuſdam Prælatis Campaniæ, Maritimæ, & Romanæ „ Urbis diſtrictus, ne Fratres injuriis afficerent, aut a prædicando, „ vel celebrando in Altari portatili impedirent. *Non debent Eccleſiarum Prælati* XV. Kal. Novembris. „ Fratri Adulpho Anglico conceſſit facultatem diſpenſandi cum Henrico de Batonia, ut duo beneficia acquirere & retinere poſſet. Incipit *Apoſtolicæ Sedis* &c. Dat. Lugd. XIV. Kalendas Januarii anno V. Prohibuit recipi Novitios ante probationis expletum annum ad profeſſionem. Incipit *Cum ſecundum Concilium* &c. Dat. Lug. VI. Kalendas Junii anno IV. Eadem ad verbum inhibitio habetur anno V. Honorii promulgata. Pridie Kalendas Junii inhibuit Ciſtertienſibus noſtrorum Fratrum receptionem, & ſecus facientes mandavit diœceſanis, eos compellere ad reſtitutionem. Incipit conſtitutio *Cum olim* &c. Conventui ſanctæ Mariæ Magdalenæ incluſarum Alexandriæ conceſſit, ut per quinque annos perciperent cenſum alias a Civibus Eccleſiæ Romanæ ſolitum numerari. Initium litterarum *Veſtræ devotionis*, &c. Datum VI. Idus Iunii anno IV. Conventui ſancti Franciſci de Offida Firman diœc. & ejuſdem Ordinis confirmavit conceſſionem Philippi Epiſcopi Firman. Incipit *Solet annuere Sedes Apoſtolica*. Datum Lugduni Non. Januarii anno IV. Confirmavit & aliam facultatem, quam præfatus Epiſcopus conceſſit eiſdem transferendi Monaſterium intra caſtrum, ob pericula bellorum. Incipit *Juſtis petentem*, &c. Datum Lugduni XII. Kalendas Januarii anno V. Monaſterio, & Conventui ſanctæ Mariæ de Virginibus Ordinis ſancti Damiani diœc. Faventinæ, confirmavit conceſſionem Epiſcopi ſuper exemptione factam, renuente Capitulo conſenſum, quem Pontifex de plenitudine poteſtatis ſupplet. Incipit *Solet annuere*. &c. Datum Lugduni VII. Kalendas Septembris anno V.

Indulta Fratrum. Reg. ep. 112. 5.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Epiſt. 446. 5. Specul. tract. 2.

Idem. Tract. 1. Indulta Clariſſarum. Reg. ep. 848. 4.

858. 4.

859. 5.

242. 5.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. HOc anno ſummus Pontifex inter cetera ſollicitudinis paſtora-
„ lis, fratri Laurentio Minoritæ ſuo Pœnitentiario, & Sedis
„ Apoſtolicæ Legato, in partibus Armeniæ, Iconii, Turcarum, Babilo-
„ niæ, & ſuper omnes Græcos, litteras Apoſtolicas pro negotiorum
„ varietate direxit, quas affert Wadding. . At præter duas recenſitas ab
„ eo, eſt etiam tertia, quam Petrus de Alva, & Aſtorga indicat, eidem
„ directa: *De protegendis per te &c.* VII. Idus Auguſti. Conceſſit etiam
„ facultatem corrigendi Fratres tertii Ordinis ſancti P. Franciſci: *Vota*
„ *devotorum &c.* Nonis Auguſti, eoſque ab excommunicatione abſol-
„ vendi *Cupientes &c.* VIII. Kalendas Septembris; Inſuper voluit,
„ Miniſtrum Generalem Monaſteriorum, quæ ſunt in Francia curam
„ habere *Paci, & ſaluti &c.* III. Nonas Julii: Et fratri Rodulpho An-
„ glico data executoriali *Apoſtolicæ Sedis &c.* Kalendis Januarii ſcripſit
„ indultum pro Minoribus ad Epiſcopum Anagninum *Non debent &c.*

Fr. Laur. Pæn., & Leg. Apoſt.

Wadd. ad an. 1247. *n.* 8.

Tria dipl. recipit.

Indic. ex Vatic.

Indic. ex fir. fol. 98.

Pont. committit curam Mon. Gen.

Ex arch. SS. Apoſt.

Ex Vatic.

Ex Arch. S. Iſidori.

XV.

Digitized by Google

,, XV. Kalendas Novembris, & Indulgentiam pro Conventu Campa-
,, gnan. Nepeſin. *Quoniam ut ait &c.* conceſſit.

Conv. Cæn. memor.

Wadd. ad ann. 1227. n. 20.

Mirac. SS. Sacram.

,, II. In eo Conventu ſanctiſſimæ Annunciationis Urbis Cænomanæ
,, ad Sartam fluvium ſitæ in Gallia Lugdunenſi, ſub Archiepiſcopo Tu-
,, ronen., & Provinciæ Turoniæ, de quo egit Wadding. monumenta
,, noviſſima referunt hoc anno præclarum contigiſſe miraculum, quod
,, præterire nefas eſſe putamus: cum ad magnificandam bonitatem Dei,
,, & extollendam ejuſdem clementiam, noſter omnis labor ſit omnino
,, directus. Dum pius quidam Religioſus devote, ac attente ſacra ad
,, altare perageret, tantoque myſterio tota mente incumberet, poſt
,, conſecrationem calicis, ecce in eum ex alto immanis aranea cecidit:
,, Id ut vidit pius Sacerdos non exhorruit, aut expavit, ſed nil penitus
,, commotus, actionem ſacram continuans, conſummaturus myſterium,
,, una cum ſanguine araneam ſumpſit, nec vel minimam læſionem paſſus
,, eſt. Innotuit caſus, & in populo divulgatus tantam devotionem erga
,, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in omnium cordibus excitavit,
,, ut ſubinde Confraternitas devotiſſima, ſub invocatione ſacratiſſimi
,, Corporis Chriſti in Eccleſia illius Conventus excitata, & conſtabilita
,, fuerit. Tantam vero hujus celebris miraculi antiquitatem, ejuſdem-
,, que veritatem, authenticum inſtrumentum vetuſtiſſimum, a ſexagin-
,, ta civibus ſubſignatum, & in archivo ejuſdem Conventus cuſtoditum,
,, comprobat, pietatemque omnium renovat.

Mon. MS. Prov. Turmajo ann. 1680.

Ex quo Confrat. SS. Sacram. ibid. erecta eſt.

Vide infr. ad annum 1609.

,, III. Interea vero duo Fratres Minores Gerardus, & Marquildus
,, pro fide Chriſti, poſt varia tormenta a Tartaris crudeliſſime occiſi
,, ſunt in Civitate *Crementz* in Volchinio, & apud ſuos ſepulti: prodi-
,, giis martyrium eorum ſequentibus, ut Martinus Baronius Jaroſla-
,, vienſis teſtatur. In Comitiis, eodem tempore, Provincialibus Pro-
,, vinciæ Bohemiæ, & Poloniæ apud Znoimam oppidum ad Teyam am-
,, nem in Moraviæ finibus electus fuit in Miniſtrum frater Boguslaus,
,, vir magnæ manſuetudinis, & modeſtiæ, ſub cujus gubernio Glacium
,, *Glatz* germanis, in confinibus Sileſiæ oppidum non vulgare Bohemiæ
,, a Znoima in Septemtriones recedens Leucis XXV. regionis, ad flu-
,, violum, qui inde excurrit in Oderam, ſitum, Minoritas exoptavit,
,, & habuit: ſicut etiam Inſulæ *Beiſſow*, ubi per Tobiam præpoſitum
,, domus ædificatur; qui poſtea Religionem ingreſſus, ibidem an-
,, no MCCL. mortuus, & tumulatus fuit in medio Chori. De Boguslao
,, autem præfato vide infra ad ann. MCCXCIX. n. 3.

Fr. Ger., & Marq. a Tart. occ.

Caſimir. Biern. art. 18. n. 11. mar. Bar. in Cat. 5. fol. 90.

Fr. Bogus. fit Miniſt.

Vide infr. ad annum 1281. n. 3.

Recipit Conv. duo.

Caſ. Bier. cit. art. 18. n. 11.

AR.

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Sancio Regi Luſitano adempta Regni adminiſtratio, transfertur in fratrem Alphonſum. Fratri Deſiderio Pœnitentiario negotium datur componendi cum Clero Braccarenſi, & Conimbricenſi ſuper taxato ſubſidio a Cuſtode Ulyſſipponenſi; item declarandi, nullas eſſe cenſuras, quas Braccarenſis, & Conimbricenſis promulgarunt contra Alphonſum Caſtellæ infantem. Subjiciuntur plurium ad Ordinem ſingulares vocationes, & contemnentium caſtigatio. Eriguntur Conventus aliquot. Emanant nonnulla indulta.

I. CApitulum, Clerus, Abbates, & Priores diœc. Braccarenſis in Regno Portugalliæ, cum ex officio frater Joannes Martini Cuſtos Fratrum Minorum Ulyſſipponenſis ab iis exigeret, juxta formam ſuæ commiſſionis, ſubſidium, quod ex præſcripto Concilii Lugdunenſis colligebatur, ad Innocentium recurrerunt, inopiam, & perturbationes Regni cauſantes, quorum precibus ille inclinatus, ſequentes ſcripſit fratri Deſiderio Pœnitentiario ſuo. Fr. Jo: Martini collector in Portugallia.

INNOCENTIUS &c.

Fratri Deſiderio de Ordine Fratrum Minorum Pœnitentiario noſtro.

LIcet a nobis dudum mandatum generale proceſſerit, ut a Clericis univerſis certa pars proventuum, juxta diverſitatem caſuum noſtræ conſtitutionis pro Imperii Romani ſubſidio ſolveretur, tamen dilecti filii Capitulum Braccaren. Abbates, Priores, & Clerus Braccaren. Civitatis & Diœc. ex litteris dilecti filii fratris Joannis Martini Cuſtodis Fratrum Minorum Ulyſippouen. ſe de novo juxta formam a nobis illi traditam, mandatum aſſerunt recepiſſe, ut ſibi pro anno præſenti, & duobus præteritis, partem ſolverent antedictam. Cum autem pro rerum inopia, & gravi ſtatu Regni Portugalliæ, ſicut dicunt, facultatem ſolutionis hujuſmodi non habentes, propter hoc duxerint ad benignitatem Apoſtolicæ Sedis recurrendum. Nos eorum precibus inclinati, mandamus, quatenus ſi pro eo quod olim ipſam partem non ſolverunt, cum ſuper hoc, prout aſſerunt, non fuerint requiſiti, ſint excommunicationis aſtricti ſententia, ipſam auctoritate noſtra relaxes, & eos denuncies abſolutos, dummodo prius ſufficientem præbeant cautionem, quod medietatem dicti ſubſidii prædictorum annorum in proximo futuro feſto Beati Michaëlis, & aliam in eodem feſto ſequentis anni perſolvant. Datum Lugduni v. Kalendas Februarii anno v. Reg. epiſt. 511. 5.

In eumdem modum eidem ſcriptum eſt pro Capitulo Conimbricen. Abbatibus, Prioribus, & Clero Civitatis & Diœc. Conimbricen. Ibidem.

II. Sancius Rex Portugalliæ ſocordiæ, & reipub. male adminiſtratæ reus, procerum incurrit offenſam; proinde cum Innocentii Pontificis Legatis Braccarenſi & Conimbricenſi Præſulibus ſerio pro ejus abrogatione agentes, id tantum obtinuerunt, ut Alphonſus frater, Comes Boloniæ adminiſtrationem, & tutelam Regni capeſceret. Ingreſſus ergo infeſtis armis, dum cuncta in ſuam poteſtatem redigeret, Sancius ad Alphonſum Caſtellæ confugit, uterque apud Pontificem de violentia Comitis conqueſti. Sed is rei examen fratri Deſiderio Pœnitentiario Franciſcano commiſit, cujus Inſtitutum ignoraſſe videtur Abrahamus Error detegitur.

Bro-

Bzovius ſub priori anno, narrationem anticipans num. 14. niſi eum forte putavit quem adverſa pagina Ordinis Prædicatorii hujus nominis conſtituit ſocium legationis, cum Epiſcopo Camerino ad Jacobum Aragoniæ Regem diris devotum, ob prohibitos, & adulterinos Theraſiæ complexus. Ceterum Mariana, quem ad verbum tranſcripſit, Deſiderii presbyteri dumtaxat, non Ordinis prædicatorii, aut alterius meminit. Quidquid ſit, Alphonſus Caſtellæ pulſum Sancium in Regnum conatus eſt reducere. Braccarenſis, & Conimbricenſis in eum, & fautores ſententiam excommunicationis, auctoritate, ut prætendebant, Apoſtolica, promulgarunt. Extat commiſſio iiſdem data lib. 6. de ſupplenda negligentia Prælatorum cap. 2. qua mandatum eſt, ut adminiſtrationem Regni Alphonſo, etiam latis cenſuris, tutarent; in Alphonſum Caſtellæ infantem exercuerunt auctoritatem, licet Pontificiis litteris præmunitum. Quapropter ſequentes ſcripſit Innocentius ad fratrem Deſiderium.

Sexto de ſupplenda neg. Prælat. c. 2.

INNOCENTIUS &c.

Fratri Deſiderio de Ordine Minorum Pœnitentiario noſtro.

Reg. epiſt. 525.

I*Ntelleximus nuper, quod venerabilis frater noſter Braccaren. Archiepiſcopus innuebat dilectum filium, nobilem virum Alphonſum cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtriſſimi Regis Caſtellæ primogenitum, & illos qui ſecum, vel ejus obtentu Regnum Portugalliæ intraverant, fore per ipſum & bonæ memoriæ Conimbricen. Epiſcopum excommunicationis vinculo innodatos. Propter quod poſtmodum nonnulli ex eis deceſſerint, ipſorum corpora non fuerunt in Eccleſiæ cæmeteriis tumulata, & ſuperſtites adhuc in certis locis tamquam excommunicati vitantur. Verum quia eidem Alphonſo dudum indulſimus, ut auctoritate litterarum noſtrarum ſuper Regni præfati negotio ad eoſdem Archiepiſcopum & Epiſcopum directarum, excommunicationis ſententia innodari non poſſet, & a nobis poſtmodum mandatum contrarium non manavit, volumus, & diſcretioni tuæ mandamus, quatenus ipſum denuncies excommunicationis ſententia, ſi qua per eoſdem Archiepiſcopum & Epiſcopum litterarum ipſarum prætextu lata extitit, non teneri; reliquis vero, ſi tibi conſtiterit, inſpectis litteris ipſis, quas tibi exhiberi facias. Contradictores auctoritate noſtra, ſi neceſſe fuerit, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ipſos per prædictos Archiepiſcopum, & Epiſcopum, vel auctoritate litterarum ipſarum, ſi tamen ad eos auctoritas hujuſmodi extendi poterat, vel etiam ordinaria excommunicatione fuiſſe ligatos, beneficium, juxta formam Eccleſiæ, abſolutionis impendens, nobis mandata propter hoc eis facienda reſerves. Illorum autem, qui ex eis obierunt, corpora, ſi ſigna pœnitentiæ apparuerunt in ipſis, tradi facias, abſolutione præmiſſa, prout fieri conſuevit, Eccleſiaſticæ ſepulturæ, alioquin denunties, ipſos non fuiſſe in hac parte per memoratos Archiepiſcopum, & Epiſcopum excommunicationis laqueo irretitos, & defunctorum corpora libere in Eccleſiæ facias cæmeterio tumulari. Proviſo, ut eis denunciatio hujuſmodi tantum fiat, alias enim ſi forſan generaliter fieret, præfati Regni negotio, pro quo illuc ſe direxit, poſſet parere nocumentum, nec exinde ſaluti magis accreſceret meritorum. Datum Lugduni* III. *Kalendas Februarii anno* V.

Mandat declarari Alphonſū Caſtellæ immunem a cenſuris.

Digitized by Google

Eidem.

III. *Cum ſicut intelleximus, nuper ven. fr. noſter Archiepiſcopus Bracaren. innuit, dilectum filium nobilem virum Alphonſum cariſſimi in Chriſto filii noſtri illuſtriſſimi Regis Caſtellæ primogenitum, & illos qui ſecum, vel ejus obtentu Regnum Portugalliæ intraverunt, fore per ipſum & bo. me. Conimbrien. Epiſcopum excommunicationis vinculo innodatos, & poſtmodum nonnulli ex eis viam ſint univerſæ carnis ingreſſi, mandamus, quatenus illorum corpora, ſi ſigna pœnitentiæ apparuerunt in ipſis, tradi facias, abſolutione præmiſſa, prout convenit, Eccleſiaſticæ ſepulturæ circa tumulationem aliorum, qui ſic repente fuere mortui; quod ſi hujuſmodi ſigna oſtendere nequiverunt, ages prout videris expedire. Datum Lugduni* VIII. *Kalendas Februarii anno* V. Epiſt. 516. 5. Aliæ ejuſdem argumenti.

IV. Precibus Duciſſæ Auſtriæ ſcriptis ſequentibus, dedit facultatem fratri Franco ejuſdem & familiæ confeſſiones audire, impenſa Duciſſæ & mulieribus, ſi neceſſe fuerit, abſolutione in caſibus reſervatis Sedi Apoſtolicæ. Fr. Francus.

INNOCENTIUS &c.

Fratri Franco de Ordine Fratrum Minorum.

Devotis dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Duciſſæ Auſtriæ precibus inclinati, præſentium tibi auctoritate concedimus, ut ejus, & aliorum de familia ſua tam virorum, quam mulierum confeſſiones, quoties opportunum fuerit, audias, & eis pro commiſſis injungas pœnitentiam ſalutarem, impenſo ipſius Duciſſæ, ac mulieribus, ſi neceſſe fuerit, abſolutionis beneficio vice noſtra, præſentibus poſt annum minime valituris. Datum Lugduni x. *Kalendas Februarii anno* V.

In eumdem modum ſcriptum eſt eidem pro nobili viro Conrado Comite de Handele & . . . . uxore ſua.

V. Frater Joannes Miniſter Provincialis Angliæ, qui colligendo in Regnis Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ ſubſidio, præpoſitus fuit, amandavit in Scotiam fratrem Guillelmum de Baſinches ejuſdem Ordinis, a Rege devote, & cum veneratione ſuſceptus, negotium proſecutus eſt. Ceterum ne privilegiis Regni ea ejus receptio gratuita officeret, Pontifex a Rege poſtulatus, ſequentes dedit.

INNOCENTIUS &c.

Regi Scotiæ illuſtri.

Fidei puritas, devotionis fervor, & conſtantiæ firmitas, quibus apud Deum inter ceteros Principes orbis amabilis, penes Apoſtolicam Sedem acceptus, & magnæ laudis præconio commendabilis redderis, ſic te divinæ majeſtatis gratia Sedis ejuſdem favere, ac claræ famæ prærogativa dignum officium, ut habeas Regem Regum, ſicut ſperamus firmiter, ſpeciali opitulatione propitium, Romanam Eccleſiam prompto patrocinio aſſiſtricem, & in terris præcipue commendationis extollentia nomen grande, unde nos de tam fideli, devoto & conſtanti matris Eccleſiæ filio ingenti gaudio exultantes

Digitized by Google

tes in Domino, attentis inſiſtimus ſupplicationibus apud eum, ut repulſo cujuslibet adverſitatis eventu, proſperitas tibi ſemper votiva ſuccedat, vobiſque tribuat ex alto virtutem, ut tui honoris augmentum providere, juxta veſtri deſiderii plenitudinem, valeamus. Sane fuit ex parte tua propoſitum coram nobis, quod frater Joannes de Ordine Minorum, cui ſubſidium pro Romana Eccleſia in partibus Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ commiſimus colligendum, fratrem Willelmum de Baſinches, ejuſdem Ordinis in Regnum tuum, ut ibi hujuſmodi colligeret ſubſidium deſtinavit, tuque præfatum fratrem Willelmum dictæ Eccleſiæ neceſſitatibus affectuoſe compatiens, filiali affectu non ſolum libenter, & hilariter admiſiſti, verumetiam ad colligendum nominatum ſubſidium præſtitiſti eidem auxilium, conſilium, & favorem. Unde nobis humiliter ſupplicaſti, ut cum claræ memoriæ Willelmo Regi Scotiæ patri tuo, & dicto Regno fuerit ab Apoſtolica Sede indultum, ut nullus in ipſo Regno poſſit legationis officium exercere, niſi de latere Romani Pontificis illuc ſpecialiter, & per ſpeciales litteras deſtinetur, providere ſuper hoc tibi, & ipſi Regno paterna diligentia curaremus. Nos celſitudini Regiæ gratiarum actiones multimodas exolventes, ac nolentes quod ex hujuſmodi prædicti fratris Willelmi admiſſione aliquod ſentias detrimentum, tuis ſupplicationibus inclinati, ut per admiſſionem eamdem nullum ſuper indultis tibi, & Regno ipſi a Sede præfata præjudicium generetur, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Datum Lugduni ii. Idus Martii anno v.

VI. Depoſuit Conradus Comes de Wazerbruir contra Conradum militem de Sebrubee diœceſis Friſingenſis, & contra miniſteriales ſuos cives de Hœchnowe, quod ad vomitum redeuntes, hoſtibus Eccleſiæ denuo, contemptis clavibus, ſubvenirent. Quapropter fratri Henrico de Arbrusbergo, fratri Hermanno de Rotenbrunen, & Vicedomino Ratiſponenſi, ut contra protervos ad congruam ſatisfactionem uſque procederent, mandavit.

INNOCENTIUS &c.

Dilectis filiis Fratribus Henrico de Arbrusbergo, & Hermanno de Rotenbrunen. Ordinis Fratrum Minorum, & Vicedomino Ratiſponen.

Epiſt. 813. 5.

FF. Henricus & Hermannus.

Dilectus filius nobilis vir Conradus Comes de Wazerbruir propoſuit coram nobis, quod licet Cives de Hæchnowe miniſteriales ſui, & uxores, ac filii eorumdem, necnon & Conradus de Sebrubee Friſingenſis diœceſis ab excommunicationis ſententia, quam per Sedem Apoſtolicam in omnes adhærentes Friderico quondam Imperatori, latam incurrerant, olim fuerint per dilectum filium Electum Ferrarien. tunc Apoſtolicæ Sedis legatum, juxta formam Eccleſiæ, abſoluti, præſtito ab eis de perſeverando in fidei puritate, ac Eccleſiæ devotione, corporaliter juramento; nihilominus ipſi tamquam canes ad vomitum redeuntes, inimicis Eccleſiæ aſſiſtere animoſius ſolito, ſibique ipſorum Domino rebellare, in ſuarum animarum periculum non verentur. Ne igitur iidem de ingratitudinis, & infidelitatis vitio ſe reportaſſe commodum glorientur, mandamus, quatenus niſi prædicti, & alii in hoc eis ſimiles ad cor reverſi, ad mandatum Eccleſiæ, cum ſatisfactione ſuper hoc edita, infra feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis proxime ven-

Digitized by Google

venturum redire curaverint, ex tunc excommunicationis ſententiæ ſubjiciatis eoſdem, & faciatis excommunicatos per loca, in quibus expedire videritis, ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, uſque ad ſatisfactionem condignam, nunciari ſolemniter. Si vero protervitas exegerit eorumdem, terras ipſorum ſupponatis diſtrictiſſimo interdicto Eccleſiaſtico, ita quod, præter pœnitentias morientium, & baptiſmata parvulorum, tam per ſeculares, quam regulares clericos, nullam in eis divinum celebretur Officium, aut exhibeatur Eccleſiaſticum ſacramentum. Et ut eis forte vexatio tribuat intellectum, ipſos omnibus legitimis actibus, & feudis, quæ ab Eccleſiis tenent, denuncietis auctoritate noſtra, privatos, conceſſa illorum dominis diſponendi de ipſis libera facultate, contradictores & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante indulgentia, qua Ordini Fratrum Minorum &c. Quod ſi non omnes &c. Datum Lugduni IV. *Nonas Maii anno* V.

VII. Miniſtro Provinciali Marchiæ præcepit, ut Monaſterium ſancti Proculi Æſinenſis regendum cum ceteris exemptis, ſuſciperet.

INNOCENTIUS &c.

Miniſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum Marchiæ Anconitan.

C*Um ſicut ex parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ, & Conventus Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Proculi Æſinenſis fuit propoſitum coram nobis, eodem Monaſterio de conſilio Fratrum Minorum conſtructo, ipſæ habitum Ordinis ſancti Damiani aſſumpſerint, & fuerint hactenus per Fratres tui Ordinis viſitatæ, mandamus, quatenus de prædicto Monaſterio cum aſſeratur exemptum, ſicut de aliis Monaſteriis tuæ adminiſtrationis præfati Ordinis ſancti Damiani curam gerens, eas viſites & informes ſecundum Deum, & ipſius Ordinis inſtituta. Datum Lugduni* VI. *Kalendas Junii anno* V. Regeſt. 853. 5.

Hinc videtur colligi Monaſteria dumtaxat, quæ exemptionem ſuam ab Ordinariis obtinuerunt, Fratrum curæ demandata eſſe.

VIII. Hoc tempore non deſivit Deus variis modis ad Religionem per ſeipſum, & ſanctos, vocare miraculoſe alumnos. Horum unus frater Gunterius de Barbaria in Provincia Colonienſi ſanctæ, & integræ converſationis fuit, vocatus hoc oſtenſo, ut frater Bernardus de Beiſſa in hunc modum deponit apud Marianum. Fuit primum Ordinis ſancti Patris Benedicti profeſſus Monachus, qui optata quiete fruſtratus in ſuo Monaſterio, miſſionem ad aliud procuravit; nec ibi tamen deſiderii compos, totum ſe dedit piis exercitiis, & orationi, qua deſideratam ſpiritus pacem impetraret, & voluntatem domini noſſe daretur. Poſt plures dies, in ſomniis apparuit ei beatus Pater Franciſcus, apertum tenens Evangelium, & ſuperpoſitam ſui Inſtituti approbatam formulam. Admiratus Monachus, interrogavit, cur Evangelio ſuperponeretur Regula Franciſcana? Reſpondit Sanctus, quia in eo fundata conſurgit. Sic diſparuit: inſtantius autem oranti, & de ſua vocatione ad eum ſtatum adhuc incerto, eadem viſio tertia vice exhibita, eumque beatus Pater Franciſcus tamdem vocavit, præcipiens, ut eum ſtatum aſſumeret. Gunterius autem replicans; non credent, inquit, Fratres; ſed penitus in con-

Vocatio fratris Gunterii.

Marian. lib. 2. cap. 16. Chron. antiq. ſub hoc Generali.

confirmationem vocationis, & apparitionis ſanata tibia, ex qua graviſſime laborabat, eum dimiſit; ille mox exhibuit ſigni fidem, & receptus eſt.

Vocatio fratris Antonij.

IX. Scribit idem, in Guaſconia floruiſſe ſimilis vocationis fratrem Antonium natione Hiſpanum, qui primo dictus eſt Gonſalvus, oriundum Segovia Civitate in Regno Caſtellæ. Hic aſſumpſit primo Inſtitutum Ciſtercienſium in Portugallia, in quo magna ſanctitatis opinione floruit, ſæpiuſque in oratione cœleſtis dulcedinis, & revelationum particeps effectus, nihil tum de Ordine, aut Regula Franciſcana audivit. Oranti apparuit virgo quædam ignota, forma & ornatu ſpectabilis, alliciens eum, ut ſe uxorem duceret; ille myſterii ignarus, votum & amorem caſtitatis opponens, renuit. At illa; quin imo, inquit, & me uxorem accipies, quæ in typo Religionis Fratrum Minorum, qui vili tunica, & chorda, ſpreto mundo, cinguntur, apparui, eoſque hic brevi videbis. His dictis evanuit. Alias vidit beatum Patrem Franciſcum, ſocio fratre Guillelmo ab Anglia miraculis claro, qui pulcherrimum, ut videbatur, ſancto Patri lectum ſternebat, interrogatus a Gonſalvo cujus eſſet? reſpondit Franciſci, & ego, inquit, eum affecto, jam tum quod futurum erat, ignarus præſagiens.

X. Operiebat interim Domini voluntatem, & ecce Fratres Minores in Portugalliam tranſeuntes, ut vidit in eo, qui per viſum monſtratus eſt, habitu, admiratus, & confirmatus, Inſtitutum, repugnantibus Monachis, qui eumdem in Abbatem, & patrem poſcebant, aſſumpſit. Mota tamen in Romana Curia lite, eum repetebant, & cum primæ profeſſionis rigorem opponerent, accitus ille, reſpondit, quod fatigatus, pedes & mendicans ad curiam acceſſerit, illi non ita. Pontifex autem eum in ſua vocatione confirmavit. Regreſſus ergo a curia, voluit in Guaſconia hoſpes, & advena perſeverare, ne quid terreni affectus in patria, & inter amicos, & notos contraheret, quod oblatæ divinitus ſponſæ, ac Evangelicæ puritatis oculos offenderet. Multis virtutis, & ſanctitatis exemplis eluxit. Eam cordis teneritudinem aſſecutus eſt, ut lacrymæ volenti nolenti, ubertim defluerent, nec eas turbæ, aut oblatum quodcumque pacis & quietis impediret obſtaculum. Non modo otioſa verba ſubterfugiebat, ſed ab aliis prolata non patiebatur ſine fructu excidere: unde cum quidam in medium proferret vulpis, ſeu veram, ſeu fictam ſagacitatem, quæ pulices excutit ſenſim, ſe in aquam mergens donec illi ad frigus excitati, in roſtrum quod extat ſe recipiant, merſoque ſenſim roſtro in aquæ ſuperficie, derelinquit: frater Antonius hoc audiens, cum fervore ſubjunxit; vulpes, inquit, de qua loqueris plena pulicibus, peccator eſt criminibus oneratus, qui cum ſcelera ſua paulatim in amaritudine cordis, ut ea confiteatur, recogitat uſque ad roſtrum pulices nigras humectando effugat, per confeſſionem autem ſinceram, & puram inviſis, roſtrum ſenſim ſubducit, eos in pœnitentiæ aquis ſubmergens. Frequens ei de Deo colloquium, plenumque ſpiritu, ut nonnumquam ebrius videretur, qui tamen nec vinum, niſi in ſacrificio, nec aliud quod inebriare poſſet, guſtabat. Nempe muſto madere putant, ut Eccleſia canit, quos Spiritus repleverat; ita olim Judæi Apoſtolos Spiritu ſancto repletos, ebrios exiſtimabant: inceſſanter prædicationi, & audiendis confeſſionibus peccatorum inſiſtebat, magno animarum zelo, ut dicere ſoleret, ſi Paradiſum ingreſſus eſſet, ſe pedem elaturum, ut unius peccatoris confeſſionem exciperet. Tria potiſſimum inſtruebat, vide-

Manet in Guaſconia.

Donum lacrymarum.

Pulchra applicatio.

Memorabile dictum fratris Antonii.

Digitized by Google

delicet confiteri pure, ferventer orare, abſtinere otioſis verbis, & ſic facile ad perfectionem, cumulumque meritorum perveniri poſſe. Aquam in vinum mutavit, cujus monumentum extat fons, qui etiamnum ſancti Antonii, in miraculi memoriam appellatur. Alia etiam ſuæ virtutis oſtenſa per eum Deus manifeſtavit. Mortuus eſt in Conventu Aquenſi Vaſconiæ Provinciæ Aquitaniæ, cuſtodiæ Bajonæ, cujus corpus inventum eſt poſtea integrum.

XI. Quidam juvenis Pariſiis magni in ſcholis nominis, a Religionis tamen ingreſſu abhorrens, vidit in area palatii quemdam, quem vox cœlitus miſſa deſignabat, fore antichriſtum, ad quam ille compunctus ad meliorem frugem, audivit aliam, quæ Religionis ingreſſum ſuadebat, interrogavit ille anxius cujus? reſponſum eſt, ingredere Ordinem Minorum; ille vero ſtatim obſequutus, in Religione ſancte perſeveravit. *Alius vocatus terrore.*

XII. Alius etiam in eadem univerſitate ſcholaris clericus, vita tamen lubricus, & minus honeſtus, ſcientia, & ingenio, quæ minus fructuoſe collocabat, notus, tactus manu Domini, decubuit infirmus, & cum ſalutis vix ulla ſupereſſet expectatio, ſocii hominem Chriſtiano more ad pœnitentiam inducebant, & ſuadebant confeſſionem: ille induratus reſpuit. Vocatus ad eum quidam ſanctitatis, & perfectionis opinione probatus frater Minor, qui ab infirmo jam deſperato repulſus, ad Conventum regreditur, totuſque ad Deum coram Crucifixo proſtratus, fit ſupplex pro anima illa deſperata, cujus preces Deus exaudiens, infirmum hac viſione ad pœnitentiam communivit. Ad ſpondam namque lecti terra, ut ipſi videbatur, repentino hiatu abſorpta, flammam evomuit, & erumpens mox draco ignitus, infirmum deglutire tentabat, ad cujus aſpectum ille territus, oculos ad cœlum elevavit, atque Chriſtum, velut in cruce pendentem vidit, ante quem prædictus Frater ſollicite pro ſalute infirmi orabat, cui Chriſtus; confiteatur, inquit, peccata, & ſalvabitur. Ad hæc ille interius emollitus, atque ad ſe rediens, ſtatim curavit præfatum Fratrem accerſiri, eique ſua peccata integre confeſſus, abſolvi meruit, & ocyus convaleſcens Religionem ingreſſus, cujus converſatio deinceps extitit laudabilis, multiſque proficua. *Alius ſimiliter terrore vocatus.* *Terribilis viſio.*

XIII. In Comitatu Toloſano erant duo germani Fratres notiſſimi prædones, quorum alter mitioris ingenii ad pœnitentiam converſus, habitum Fratrum Minorum aſſumpſit; alter rapinis inhians, peccata peccatis cumulavit, donec tamdem, iis exigentibus, infirmatus ad mortem, deceſſit impœnitens. Antequam occumberet, præſentes eum ad pœnitentiam, & confeſſionem adhortabantur, ille renuit confiteri cuiquam, niſi ſuo fratri, qui alioquin conſcius erat, & teſtis quomdam ſuorum ſcelerum: vocatus frater, invenit infirmum jam expirantem, confugit ergo cum lacrymis ad Dei miſericordiam, invocata beatiſſima Virgine: qui autem defunctus jacebat, clamavit erecto capite, væ mihi. Perſeveravit nihilominus frater in oratione: defunctus ſecunda vice cum terrore altius clamavit; væ mihi. Inſtitit ferventius orationi germanus, donec tertia tamdem vice defunctus reſuſcitatus, exiliit laudans Deum. Affirmavit cum prima vice clamavit, præparatas ſibi pœnas vidiſſe. Secundum autem clamorem ajebat, conſpectum & terrorem judicis extorſiſſe, dum ſententiam proferre vellet; ſed apparuiſſe quemdam fratri ſuo ſimillimum, qui ante glorioſam Virginem in oratione proſtratus orabat; ad preces autem beatiſſimæ Matris, datas eſſe octo dierum inducias ad *Alius vocatus, & reſuſcitatus miraculoſe a morte.*

pœ-

Digitized by Google

pœnitendum. Gratias ergo, inquit, Deo, beatiſſimæ Matri, & tibi frater; feſtinemus damna reſarcire, & tempus quod conceſſum eſt, redimere. Veſtiri ſe popoſcit habitu Ordinis, & totos octo dies in lacrymis, & pœnitentia tranſigens, in pace quievit, inter Fratres ſepultus.

Alii varie vocati.

XIV. Quidam etiam Anglus ſcholaris, Joannes dictus, orans ante Crucifixum vocatus eſt. Alius ſolitarius Monachus videns Beatum Patrem Franciſcum cum pluribus Fratribus Minoribus pro anima cujuſdam defuncti Fratris, velut in proceſſione, ſolemni ritu incedere, rogavit, ut in ſocietatem admitteretur: reſpondit ſanctus Pater, fore ut admitteretur, ſi habitum, & Inſtitutum aſſumeret. Ita ille complevit, & ſancte in Religione vixit. Alios etiam per terrores Deus vocare dignatus eſt oſtenſione ſuæ juſtitiæ. Frater Joannes Angliæ Provincialis (de quo ſuperiori anno) auctor eſt apud Marianum, in Aquitania quemdam Abbatem, & alium Archidiaconum deliciis carnis plus æquo intentos, in conſuetudinem traxiſſe ſingulis annis, fervente canicula, ſimul ad montes conſcendere, ubi liberiori aura æſtum temperantes, venationibus, aliiſque exercitiis, cum familia magis vacabant, quam ſuæ curæ, & vocationi. Cum ergo ad conſuetum refrigerium ſimul progrederentur, obviam habentes Eccleſiam dirutam, in ea pernoctarunt. Archidiaconus ſpeciali in ſanctum Patrem Franciſcum cultu ferebatur, & cuidam Fratri Minori confitebatur. Vix ſtrato ſe committens, occurrit talis ſeu viſio ſeu ſomnium. Raptus eſt ad judicium, in quo boni ſeparati a malis, dexteram Judicis tenebant; reprobi ſiniſtram, inter quos ſe & ſocium cum ſervis conſtitutos videns, alioſque multos ſibi notos, inhorruit. Timorem auxit, quod jam Abbatem cum duobus ſervis raptum ad ſupplicia vidit. Ipſum tamdem invadunt dæmones, quem unus apprehenſo ventre obeſo raptabat extra lectum; ſed Confeſſarius ejus, ut videbatur, eum liberavit. At pre horrore evigilans, ſeipſum extra ſtratum jacere invenit. Iterum rediens ad lectum, eodem modo ſe eſſe raptatum ſomniavit, ſed a Confeſſore mox, ſicut prius, liberatum. Evigilavit, & ſicut primo, humi ſtratum, & extra lectum ſe offendit. Exterritus, familiam clamoribus excitavit: vocate, inquit, Abbatem, hic locus ſecurus non eſt, patet infeſtationibus dæmonum. Inventus eſt Abbas mortuus, cum duobus quos pridem rapi a dæmonibus vidit. Archidiaconus perpendens rei eventum verius, quam per ſomnium, contigiſſe, diſtributo in pauperes patrimonio, ad Religionem confugit, & manifeſtata viſione, quos ad ſiniſtram Judicis vidit, adhortatus eſt ad pœnitentiam, inter quos nullus unum annum ſupervixit, quin omnes, vel atroci, vel ſubitanea morte perierint. Duo autem ſervi ipſius Archidiaconi de peculio contendentes, gladiis in rixam exarſi, ſe miſere jugularunt; ſic multorum oſtenſa perditio uni ad ſalutem fuit per viam pœnitentiæ ſtimulus, & exemplum. Simile quid accidit cuidam in Apulia Abbati qui fratris ſui Epiſcopi munitus potentia, Fratres Minores indigne perſecutus eſt, illatis quibus potuit injuriis: nam & obvios inhumane lacerabat, tunicas ad clunes, & crura ridicule ſecabat, aliquando ſeminudos, aliquando abſtracto caputio, & curtis manicis dimittebat, viſcera fidelium iis occludebat, mendicare neceſſaria prohibebat, & quidquid malus genius, aut rancor ſuggerebat, in eorum perniciem moliebatur. Donec tamdem precibus ſervorum Dei, quas pro perſecutore fundebant auditis, tali oſtento corripitur perſecutor. Se cum duobus ſervis, & præfato Epiſcopo ad judicium vocatum, & omnes inter reprobos collocari

Raptus ad judicium a confeſſore liberatur.

Perſecutor Fratrum Minorum.

Digitized by Google

cari ut videt, vidit etiam ſtatim a dextera venientes duos Franciſcanos fautores acceſſiſſe, qui eum ad dexteram, invitis dæmonibns, trahebant, & aſſerebant, nobiſcum ſalvaberis. In hoc conflictu evigilans, ſe extra lectum offendit, mane, abjecta diuturniori mora, diſtribuit ſua pauperibus, & habitum Ordinis aſſumens, viam pœnitentiæ cum admiratione omnium, indignatione autem ſui Fratris, & ſervorum eſt ingreſſus, qui hominem illuſione ſeductum irridentes, miſere perierunt; duo ſervi, duoque nepotes ſe mutuis vulneribus interfecerunt: Epiſcopus ſubita morte expiravit.

XV. Per eumdem modum contigit in Alemannia quibuſdam Præpoſitis, quorum duo expirarunt, & tertius per interceſſionem ſancti Patris liber Sodalitio nomen dedit. Referebat frater Raymundus Epiſcopus Venenenſis in Bohemia, quemdam ibidem Præpoſitum maximum Ordinis perſecutorem fuiſſe, qui in ſomno, ut ſibi videbatur, tribunali ſiſtitur, cum tribus aliis ejuſdem dignitatis, & qui in crimine participabant, duobus primis per ordinem vocatis, datum eſt certum pœnitentiæ ſpatium, tertius ſententia Judicis decollatur. Eamdem ſententiam accepit quartus qui ſomnium vidit; ſed interveniens S. P. Franciſcus, oravit pro perſecutore, cujus precibus inclinatus Judex, eidem ſex menſium inducias, ceu terminum præfixit, quo Minorum Inſtitutum aſſumeret, alioquin perituro. Evigilans, ſuique impos familiam evocavit, ſomnium refert, explorari præcepit quid agebat tertius, quem vidit decollari, atque ea nocte convivam domi habebat, inventus eſt ille mortuus, & vulneris cicatricem in collo circumferens. Ceterum hic fratrum odio prolongare voluit converſionem, nec aliis quidquam indicare, donec expleto termino, quod vidit in aliis, effectum habuit; his non obſtantibus ad ultimam diem uſque converſionem differens, cum amplius cunctandum, aut certam divini judicii ſententiam expectandam eſſe minus ſecurum eſſe arbitraretur, rancorem priſtinum excuſſit, & ſupplex factus habitum Inſtituti poſtulavit, in quo deinceps ad labores Religionis, (quos maxime omnium homo obæſus, & delicatus abhorruit) ita aſſuefactus profecit, ut eo ipſo die, quo hæc Epiſcopo de ſe retulit XXVIII. milliaria pedes confecerit, & vitam tamdem feliciter conſummavit. Troilus etiam quidam nobilis terrore dæmonum factus eſt Minorita, in cujus morte dæmones per ſilvam Conventui vicinam, editis gemitibus, conquerebantur, quod eis fuerit ereptus Troilus quondam cliens.

Alii perſecutores Ordinis ad pœnitentiam vocati.

Troilus Frater Minor timore fit.

XVI. Non prætereundum quod in regione Pedemontana, in monte Vici contigit. Quidam ibi Præpoſitus Eccleſiæ maximo affectu, & reverentia beatum Patrem Franciſcum, atque alumnos proſequebatur; ejus tamen famulus lucro ſuo per hoc detractum putans, ſpiritu maligno agitatus, ita herum improbe pervertit, ut de amico tranſierit in perſecutorem: illi ad conſueta orationum ſuffragia confugientes, in Domino ſpem ſuam poſuerunt. Interim Præpoſitus in viſione ad judicium cum famulo raptus, primum hic excuſationem non habens, adjudicatus eſt pœnis; Præpoſitus autem per interceſſionem S. P. Franciſci liberatus evigilavit, & famulum offendit jam expiraſſe. Territus, veniam a Fratribus humiliter, & ſuæ converſationis tunicam rogavit, abdicatis tam Eccleſia, quam temporali poſſeſſione.

Vocatio cujuſdam Præpoſiti.

XVII. Alios etiam Deus ſevere ultus eſt quod, vocatione contempta, ſeculum prætulerint Religioni. Frater Joannes Beccanus apud eumdem

Ultio divinâ in cõtemptores vocationis.

dem Marianum refert, quemdam Pariſiis ſcholarem clericum, promiſſo ingreſſu religionis Franciſcanæ, ſubſtitiſſe in ſeculo: eo enim die quo ſe Monaſterio includebat, ſupervenit ex patria nuncius, qui ejus promotionem ad Canonicatum detulit. Ille obvertens dorſum monaſticæ diſciplinæ evolat ſtatim ad beneficium. Non impune tamen contempſit vocantem, nam vix medio anno fructus collegit, qui ei damnationis æternæ pœnam repoſuere; infirmatus deceſſit, deſperatus, & ſine Sacramentis. Cum Fratres Minores vocati ad ejus conſolationem Dei miſericordiam inculcarent, reſpondit, eam ſibi jam occluſam eſſe; nam raptum ante Judicem ſententiam mortis pridem ſe accepiſſe confeſſus eſt, illo improperante; *vocavi te & noluiſti, ideo in pœnas quas theſaurizaſti tibi rapitor*: his dictis, expiravit.

XVIII. Alius etiam, extincto ſpiritu, vocationis pertæſus, eo ipſo die, quo Religionem induere voluit, reſilivit a propoſito, ſed nocte ſequente raptus a dæmone, ut ſibi videbatur, ante tribunal Judicis miſericordiam inclamavit, promittens correctionem novi erroris, prioriſque propoſiti firmam ſequelam, & ſic liberatus evigilavit, ſe totum in anguſtiis, & ſudore afflictum reperiens, ſequutus eſt primam vocationem.

XIX. In Provincia, quidam Baro Arnaldus de Aſſeduno prolis expers, ſi meritis S. P. Franciſci filius ei naſceretur Religioni, & Inſtituto Minoritano ex tunc eum jam devovit. Voti compos, diſtulit adimplere congruo tempore quod promiſit; filius ergo graviſſime infirmatus obiit; pater autem ægerrime ferens, non tam pueri mortem, quam voti tranſgreſsionem, & commiſſæ in patronum quem colebat, ingratitudinis pertæſus, funus ad Eccleſiam proſecutus, plenus fide, votum denuo emiſit ſi ſancti Patris meritis reſuſcitaretur, fore ut prompta ejus oblatione prioris negligentiæ moras caſtigaret. Reſuſcitatur defunctus, & ibidem veſtitur abſque ulla cunctatione. Idem per omnia contigit cuidam nobili viro in Marchia;

Voti tranſgreſſio vindicata.

XX. Quidam Ulyſippone juvenis a teneris annis B. P. Franciſcum, ejuſque Inſtitutum coluit; ei nomen daturus, ſi per parentes liceret, qui teneram filii diſpoſitionem experti viribus imparem judicarunt, humano quidem errore, ſed qui piis etiam parentibus, & Deum timentibus prolis amore furtim obrepit. Ingreſſus eſt de parentum licentia Ordinem Prædicatorum prioris vocationis tenax, poſtmodum ſtatim infirmatur, & confeſſus ſuo inſtructori, ſeu, ut ex uſu Religionis vocamus, magiſtro novitiorum, unum tantum ſuæ conſolationi deeſſe affirmat, ſi modo poſſit adimpleri; & rogatus quid eſſet? reſpondit, ſi pro voto ſaltim in habitu Franciſcano liceret ſepeliri. Conſolatus eum inſtructor, aſſeruit, ut erat, non eſſe conſuetudinis inter Religioſos, ut alieno a ſui Inſtituti habitu ſepeliantur. Mortuus tamdem juvenis traditur ſepulturæ, & poſt duos annos aperto eodem ſepulcro, invenerunt defunctum Franciſcano habitu veſtitum: admirati caſum, nec recolentes quando ibi quiſpiam Frater Minor fuerit ſepultus, ſciſcitantur quid hoc eſſet? ſuperveniens tamdem inſtructor, qui rem hactenus occuluit, deſiderium juvenis Deo non ingratum manifeſtavit. Simile quid in Civitate Eboræ in eodem Regno evenit: nam quidam ſecularis Juvenis Religioni devotus in eodem deſiderio ſine effectu tamen, deceſſit, qui poſt aliquot annos inventus eſt habitu Ordinis indutus in ſepulcro.

Votum devoti juvenis a morte completum.

Gonzag. Prov. Franc. con. 1.

XXI. Cum Franciſcanos in Galliam prædicandæ Cruci contra Saracenos amandaſſet Gregorius IX., Theobaldus hujus nominis IV. dictus poſthu-

poſthumus, Campaniæ ac Bryæ Comes XIII. Palatinus, ac Rex Navarræ, eos benigne excipiens, in loco extra, attamen prope, muros Civitatis Trecenſis, quæ tunc dicebatur Cæſaris, qui quidem locus hodie ſanctæ Trinitatis nuncupatur, collocavit: ubi manſerunt circiter viginti annos, eo quod locum de Brocia intra Civitatis mœnia a præfato Rege, & Comite (qui utriuſque loci dominio gaudebat) ſibi amore Chriſti collatum ædificare prohiberentur a Decano, & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ ſancti Stephani, & a quibuſdam aliis Sacerdotibus, ob annuos redditus a poſſeſſoribus domorum illic exiſtentium ſibi debitos, ut videre eſt ex litteris Officialis Trecenſis anno Domini MCCXLVIII. probe ſigillatis, & fratris Joannis tunc Guardiani, totiuſque Conventus anno Domini MCCL. confectis. Verum prædicti Theobaldi Regis, & Comitis filius, & ſucceſſor inclytus Theobaldus hujus nominis V. anno Domini MCCLIX. per Cives, quos pro Fratribus procuratores inſtituit, omnes domos illas, cum adjacente ſolo, propriis comparavit pecuniis, ubi Conventum ædificare cœpit a ponte Sequanæ fluvii, juxta Thermas quas Mulierum vocant, ad turrim regiam, uſque ad vicum, cui nomen eſt veteris Romæ, ut videre eſt ex litteris non paucis probe ſigillatis ab eiſdem officiali Decano, & Capitulo emanatis. Porro hanc loci de Brocia emptionem, & donationem (ubi antea morabantur Judæi) nec non præfati Conventus erectionem, ac manutentionem probarunt, & confirmarunt patentibus ſuis litteris, quibus etiam majora ſuorum inſignium ſigilla appendi juſſerunt, ſubſcripti Reges Henricus ſuperioris Theobaldi frater, Rex Navarræ, Campaniæ, & Bryæ, Comes Palatinus, anno Domini MCCLXXI. menſe Septembris Trecis: Philippus Pulcher Francorum Rex, qui præfati Henrici unicam filiam nomine Joannam duxit uxorem, anno Domini MCCXCIX die Mercurii poſt Epiphaniam apud Caſtrum novum ſuper Ligerim. Ludovicus Huttinus ejus filius, & ſucceſſor, Trecis decima die Septembris anno Domini MCCCXII. & Pontiſaræ VII. Maii MCCCXVI. quo anno obiit Carolus V. Francorum Rex, ſapiens cognominatus, die XVII. Septembris, anno MCCCLXXVIII. plateam horti, & viam tempore belli factam inter Conventum, & turrim regiam, totumque ſpatium uſque ad fundum ejuſdem turris reſtitui fecit. Carolus VI. ſuperioris filius, & ſucceſſor eoſdem Fratres exemptos eſſe voluit ab omnibus exactionibus in introitu portarum Civitatis Trecenſis, per quas empta, vel ſibi per eleemoſynam data vina tranſirent ad Conventum pro ſe, ſuiſque famulis tantum: imo præcepit ſuis Officiariis, ut reddi curarent quædam vaſa argentea Eccleſiaſtica, quæ nonnulli exactores ab eis quaſi pro regio jure ſolvendo, abſtulerant, eoſdemque Fratres pro hujuſmodi ſolutione vexari, aut perturbari numquam paterentur. Datæ litteræ Trecis anno Domini MCCCLXXXV. menſe Novembri, regni ſui anno VI. Carolus VII. hujus filius, & hæres prædicta ratificavit, ac annuum cenſum ſolidorum 7. ex horto Conventus ſibi debitum remiſit, per litteras datas Turonibus, in Januario, anno MCCCCXXXV. Regni ſui anno XIV. Franciſcus Valeſius, hujus nominis I. annuum cenſum 40. ſolidorum pro parte horti Conventus debitum remiſit, ac de rationibus, ſeu computis regiis deleri fecit, ſolo pietatis intuitu motus; litteras etiam manu propria ſignavit in caſtro de Fontainebleau menſe Auguſto, anno MDXIX. & regni ſui V. Eccleſia hujus Venerabilis Conventus, numeris omnibus abſolutiſſimi, nec non ſtudio Theoſophiæ cœleſtis inſigniti, ædificata cernitur, primo

Conventus Trecenſis.

Fundatores ejus.

Varia eidem Conventui Reges Galliæ concedunt.

Digitized by Google

Primum ejus lapidem conſecravit Alexander IV.

cura Alexandri Papæ IV. ut videre eſt ex Bulla ejuſdem data Anagniæ, etiam ſub plumbo, decimo quarto Junii, anno ſalutis reſtitutæ MCCLIX. Pontificatus ſui anno v. ad Epiſcopum Trecenſem directa his verbis: *Cum primarium lapidem pro Eccleſia Fratrum Minorum de Civitate Trecenſi propriis manibus benedixerimus, fraternitatem tuam rogamus, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus ipſum lapidem in Eccleſia ipſa honorifice, ſicut decet, ſine obſtaculo difficultatis apponas: & omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, die appoſitionis ejus, ad eamdem Eccleſiam convenientibus, unius anni & 40. dierum, auctoritate noſtra largiaris Indulgentiam.* Hoc mandatum eodem anno MCCLIX. explevit Nicolaus LXIV.

Reliquiæ SS. tutelarium.

Epiſcopus Trecenſis. Præfata hæc Eccleſia (fragmento non parvo Dominicæ Crucis, nec non venerabilibus reliquiis ſancti Joannis Evangeliſtæ, ſancti Ludovici Epiſcopi, ſancti Bernardini, ſanctarum Catarinæ, & Barbaræ, atque Margaretæ Virginis & martyris, & aliorum plurimorum Sanctorum inſignis) divino cultui conſecrata, ab hæreticis intacta manet, præſidio diſcipuli a Chriſto Domino dilecti ſancti Joannis Evangeliſtæ, & ſanctæ Mariæ Magdalenæ titularium ejus.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ Sunt in hac Eccleſia
„ multa virorum illuſtrium ſepulcra, præſertim quæ hic recenſeo. Ad
„ dexteram altaris prope cathedras Odei in concavo muro conſpiciuntur
„ duo Simulacra lapidea militis armati, & nobilis fœminæ genuflexo-
„ rum, crate ferrea occluſa, hac addita inſcriptione. *Ici giſſent noble*
„ *homme Michael Juvenal des Urſins Eſcuyer Seigneur de la Cappelle,*
„ *Monſsire Gauthier de Bone en Brie, & Darmentieres, Conſeiller du*
„ *Roy noſtre Sire, & ſon Baillis a Troyes, qui treſpaſſa audit lieu de*
„ *Troyes, l'an de grace mil quatre cens ſoixante & deux le treiſieſme jour*
„ *d'Auril veille de Paſques: & Damoiſelle Toland de Monteberon ſa femme*
„ *que trepaſſa, &c.* Michael hic ortus eſt nobiliſſima familia Urſinorum
„ Romanorum, quæ dum Regum Gallorum partes in Italia fovit, viciſ-
„ ſim honeſtata eſt ampliſſimis honoribus, & muneribus in Campania.
„ Hujus abnepos fuit Marchio de Triangulo, Ludovici XIII. ad Pau-
„ lum V. Orator. Secundum ſepulcrum in Sacello pulcherrimo Paſſio-
„ nis Dominicæ eſt Petri Pithæi viri eruditiſſimi, cujus iſtud legitur
„ epitaphium. *Petri Pithæi P. F. J. C. bene de ſua, bene de poſtera ætate*
„ *meriti corpus majorum ſepulcro conditum, reſurrectionem, & immorta-*
„ *litatem hic expectat. Vixit annos* LVII. *obiit natali ſuo magnorum viro-*
„ *rum fato Kalendas Novembris* CIↃ. IↃ. XC. VI. Tertium eſt prope co-
„ lumnas cupreas ad altare majus, contectum lapide, cui inſculpta eſt
„ effigies viri Franciſcani librum manu geſtantis, cui inſcripta hæc ver-
„ ba: *In principio erat Verbum*. Ex una parte lapidis leguntur iſta: *Vir*
„ *ſimplex, & rectus, ac timens Deum*: & ex altera: *In lege Domini fuit*
„ *voluntas ejus die ac nocte*: & in circuitu lapidis omni ex parte: *Hic*
„ *jacet frater Joannes de Antiſsiodoro ſacræ Theologiæ Doctor egregius,*
„ *& verbi divini Prædicator eximius, qui obiit anno Domini* MCCCXXXIX.
„ *undecima menſis Julii, cujus anima requieſcat in pace*. Ad levam chori
„ videtur epitaphium fratris Joannis Pulchri Silvanutenſis Doctoris
„ Theologi, Provinciæ Franciæ Miniſtri, Epiſcopi Tegitan. Suffraganei
„ Jacobi Raguier Epiſcopi Trecenſis, his verſibus conceptum.
„ *Hic jacet immenſo cumulandus honore Joannes,*
„ *Quem Silvanecti nutriit Ordo Minor.*
„ *Pariſios adiens Doctoris præmia nactus*
„ *Campanæ gentis mite Trecenſe genus*

Te-

Digitized by Google

„ *Tegit. Præſulio tamdem dotatus honore,*
„ *Præmia promeruit nullo abolenda die.*
„ *Nunc fera mors rapuit, quem deflent corda Minorum,*
„ *Hunc habeat celſæ gloria magna domus.*
„ Floruerunt hac in æde multi viri præclari, litteris & virtute conſpi-
„ cui, de quibus per ſingulas ætates nobis erit agendum opportunius.

XXII. In Suburbio, & pro foribus ſancti Nicolai Civitatis Meldenſis, quæ eſt Comitatus Bryæ, ac ſupra Matronam flumen ædificata, habetur Conventus Fratrum Minorum Eccleſia prægandi, clauſtro, dormitoriis, nonnulliſque aliis neceſſariis officinis plene completus ab anno Chriſti Domini MCCXLVIII. prout liquido conſtat ex diplomatibus Apoſtolicis in archivis conſervatis, ſumptibus primo (ut traditione vetuſtiorum dicti Conventus fertur) municipis cujuſdam Meldenſis, cœleſti benedictione opulentiſſimi, nomine Joannis Roze: ſecundo inſigni pietate ſanctiſſimæ Blanchæ, ſancti Ludovici Francorum Regis matris, ſuaſu probatiſſimi patris fratris Adriani, qui ei erat a confeſſionibus. Hujus Conventus Eccleſia, cum duobus Sacellis dedicata tenetur ſub patronatu beatæ Mariæ Magdalenæ, cujus imago in læva ſummi altaris pie colitur. Inter varia diverſorum diplomatum tranſumpta habetur illic breve plumbatum Alexandri IV. quo centum dies Indulgentiarum conceduntur Chriſticolis omnibus corde devoto, largaque manu præfatam Eccleſiam viſitantibus, in præcipuis feſtivitatibus Sanctorum SeraphiciOrdinis.

Conventus Meldenſis.

Gonz. ubi ſupra Convent. 17.

Fundatores. Confeſſor Blanchæ Reginæ.

XXIII. Supra muros, & juxta Biſiacas fores urbis Vernonis, Neuſtriæ Ducatus, & Ebroicenſis diœc. admiſſi ſunt Franciſci filii Fratres Minores, anno a partu Virgineo, MCCXLVIII. ubi, in totius Franciſcani Ordinis favorem, extructus fuit Conventus, ſtructura quidem lapidum excellens, ſed vita exemplari, doctrinaque ſalutari Fratrum in eo commorantium multo excellentior: id vero multiplicium latomorum ſolerti œconomia, & zelo chriſtianiſſimo, regiaque liberalitate ſanctiſſimi Ludovici Gallorum Regis invictiſſimi, prout quiſque ex ſequentibus facile perpendere poterit. Siquidem ex vetuſtioribus chartis, ſicuti in nulla ſui parte vitiatis, ita fideli diligentia in ſacrario conſervatis, hæc conſtant luce clariora. Et quia neminem iſta (perpetua recordatione digniſſima) volumus latere, unam formam actorum publicorum liberalitatis præcipuorum hujus Conventus fundatorum in medium adducere nequaquam pigebit: *Univerſis præſentes litteras inſpecturis, vel audituris, Joannes de Sarceio armiger ſalutem in Domino. Noveritis, quod ego penitus dimiſi 60. ſolidos Pariſienſes annui redditus, quos percipiebam ſupra domum, quæ fuit magiſtri de Sarcophagis, ubi nunc Fratres Minores habitant in municipio Vernonenſi: ita quod nec ego, nec aliquis hæredum meorum poterimus aliquid in dicto reddita, qualitercumque de cetero reclamare, pro qua relaxatione recepi viginti quinque libras Pariſienſes, quas fel. rec. Ludovicus Rex Francorum dederat ad hoc ſpecialiter faciendum. Datum anno Domini* MCCLXXI. Philippus hujus ſanctiſſimi Ludovici ſucceſſor, nedum Regni, ſed & pietatis verus hæres, liberalitati paternæ ſubſcribens, in favorem dictorum Fratrum Minorum multo plura dedit, ut videre eſt duplici inſtrumento Regiæ ſuæ majeſtatis magno ſigillo in cera viridi filis ſericis appenſo, roborato, facto, & dato anno MCCLXXXVI. Et quia, ut a priſcis dictum fuit *Regis ad exemplum totus componitur orbis*, nobiles non pauci tantorum Monarcharum liberalitatem æmulati, in ſuſtentationem præfatorum Fratrum, temporalia miſericorditer erogarunt, ut

Idem. Convent. 17.

Fundatores.

Varia piorum dona.

ut æterna metere mererentur. Horum unus fuit illuſtris heros Matthæus de Crepecordio miles ſtrenuus, qui concurrente aſſenſu Mileſendis conjugis ſuæ cariſſimæ, & Joannis Richardi fratris, dedit dicto Conventui in augmentum eleemoſynæ, quam prius erogarat Iſabella mater ejus defuncta, jugerem terræ, perpetuo in manu mortua tenendum, quod ratum iri voluit inſtrumento quinque ſigillis in cera appenſis, dato anno Redemptionis æternæ MCCXLVIII. Alter fuit laudabilis memoriæ Joannes de Pormor Veronicus municeps, qui annuente Eremburgi uxore ſua dilectiſſima, ceteriſque ſuis hæredibus, dedit unam domum jure hæreditario in perpetuum poſſidendam, quod firmum fieri apud quoſcumque juſſit litteris publicis duplici ſigillo roboratis, actis, & datis anno Virginei partus MCCLX. Ceteros benefactores nominatim recenſere tædium pareret. Relatu antiquorum fertur, primum fundatorem beatum Ludovicum eo extitiſſe animo erga Fratres, quod propriam domum in præfatum Conventum commutarit: in caſtro enim Conventui vicino ſæpius moram trahens, per porticum deambulatorium, tum die, cum noctu divinis aderat officiis. Inter prætacta inſtrumenta Regum habetur, cum multiplicibus tranſumptis privilegiorum, toti Ordini a diverſis ſummis Pontificibus conceſſum, quorum originaria in multis aliis Conventibus ſervantur, breve Apoſtolicum Alexandri IV. quo Chriſticolis pœnitentibus & confeſſis, ex miſericordia omnipotentis Dei, cum auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli de injuncta ſibi pœnitentia centum dies miſericorditer relaxantur, modo pio corde & liberali manu in diebus feſtivis Sanctorum Ordinis Franciſcani Eccleſiam hujus Conventus, ſancto Eligio Pontifice patrono dedicatam, viſitaverint.

Conventus Nivellenſis.

Idem. Prov. Fland. Conven. 6.

XXIV. Conventus Nivellæ, quæ Brabantiæ ducatus oppidum eſt, anno Domini MCCXLVIII. ut ex quibuſdam litteris in hujus loci archivo aſſervatis conſtat, erectus extitit. Pertinuit autem ad Conventuales Franciſcanos Patres a ſui erectione, uſque ad annum Dominicæ Incarnationis MDXXIV. quoad inſtantiam Sereniſſimæ Margaretæ, amitæ Caroli V. Imperatoris invictiſſimi, Flandriæ Gubernatricis, quæ propriis ſumptibus magnifice ſatis hujus loci Eccleſiam, Conceptioni Virginis dicatam, exædificavit, ad ejuſdem Ordinis Obſervantes translatus eſt. Commorabantur hoc in Conventu, in quo ſtudium Theologicum ac Philoſophicum vigebat, 50. Fratres, quorum 30. Sacerdotes, & ex his 20. Concionatores erant. Attamen anno Domini MDLXXIX. in feſto Converſionis ſancti Pauli ſeditioſi hæretici oppidum Nivellenſe proditorie occupantes, Conventum omnibus bonis ſpoliarunt, ipſumque, dempta Eccleſia, quam abominationibus inenarrabilibus prophanarunt, penitus demoliti ſunt. Cum autem infeliciſſimum oppidum ſpatio duorum annorum ab ipſis quater captum, & ſpoliatum fuerit; tamdem anno Domini MDLXXX. a Sereniſſimo Principe Parmenſi, & exercitu Catholici Regis Philippi II. e manibus illorum ereptum fuit. Dum Conventus reſarcitur 7. Fratres noſtri in domo cujuſdam perdevoti Nivellenſis commorantur, divinum Officium in Conventus Eccleſia perſolventes, ex quorum conſortio magnos fructus Nivellenſes reportant. Hic ſtatus fuit ejus Conventus quando Gonzaga turbulentiſſimo tempore ſcribebat; ceterum jam ad priſtinum decorem pervenit ſub auſpiciis Sereniſſimorum Principum bonæ memoriæ Alberti, & ſuperſtitis adhuc Iſabellæ Archiducum Auſtriæ, rebus in melius mutatis, religione, ſtudio,

Conceptioni dicatum templum.

& Fra-

Digitized by Google

& Fratribus frequens eſt. Incolunt eum ſtrictæ obſervantiæ Patres.

Conventus Tarraconenſis.

Idem. Prov. Cathaloniæ Conv. 4.

XXV. Circa hæc tempora fratres Tarraconæ (quam alii Tubal, alii Scipionum opus ferunt) recepti, ædiculam ſancti Salvatoris ad muros Urbis, ex dono R. Vicentis Epiſcopi, & Capituli in Monaſterium ornarunt, quod ad Obſervant. circa an. Domini MDLXVII. auctoritate Apoſtolica eſt translatum. Ceterum Tarraconenſium ad Seraphicum P. Franciſcum, ob innumera miracula, quæ Deus optimus maximus ejus meritis apud eos operari dignatus eſt, in dieſque operatur, devotio incredibilis eſt: inter quæ, quæ ſequuntur, non ultimum locum tenent: ut enim Dominus oſtenderet hoſpitalitatem, qua pientiſſimus Onufrius Baz hujus Civitatis alumnus Minoritas Obſer. proſequebatur, gratiſſimam ſibi eſſe effecit, ut eo perdicem manducante, & partem illius quartam inter duos paropſides collocante, hoc fine, ut illam P. fratri Joanni Falconi Cathaloniæ Cuſtodi, qui eo acceſſerat cum ſocio, ut ab eo hoſpitio reciperetur, dum cæna parabatur, miniſtraret, apertis catinis integra, mirabiliter inveniretur. Cumque is morti appropinquaſſet, Angelus Domini, famuli illius aſſumpta forma, P. fratrem Joannem Riccardum Guardianum Redenſem, qui poſtea primus hujus Provinciæ Miniſter Provincialis fuit, evocavit, ut illius obitui intereſſet: idipſum in ultima infirmitate Hieronymi, & Ludovici Baz ejus fratrum præſtitit. Jacobus Vidal hujus etiam Civitatis alumnus, meritis & precibus beati Patris Franciſci, cui additiſſimus erat, anno Domini MDLXXXI. a rivo inundante, cui immerſus fuerat, liber evaſit.

Pietas fidelium in Franciſcanos divinitus remunerata.

Conventus Pinciarum.

Idem. Prov. Concept. convent. 1.

XXVI. Cum Sereniſſima Regina Berenguela, Ferdinandi Regis ſancti mater maxima in Minoritas ferretur benevolentia, illis Conventum Seraphico patri Franciſco dicatum ad mille paſſus a Pinciis veteris Caſtellæ oppido, ſub anno Domini MCCXLVIII. ædificandum curavit. Cumque is locus inſalubris omnino, ob ſibi adjacentes aquas evaſiſſet, Fratrumque ſaluti maxime adverſaretur, ab iis derelictus, aliuſque (de quo impræſentiarum) a pientiſſima Regina Violante Alphonſi cognomine ſapientis, Caſtellæ Regis uxore, non longe a præfati oppidi mœnibus (licet modo illis claudatur, obtineatque præcipuam, atque nobiliorem ipſius oppidi partem) ſub anno Domini MCCLXVII. eodem titulo conſtructus extitit. Qui poſtmodum a beato Patre Petro a Sanctoio, circa annum Domini MCCCCXL. reformatus, atque ultramontanæ Cuſtodiæ adjectus fuit. Merito ſane huic Conventui primus aſsignatur locus. Nam ceteros omnes & magnitudine, & elegantia, & Fratrum, qui 90. numerum frequentius excedunt, numeroſitate, & omnium neceſſariorum copia, & florentiſsimo ſacræ Theologiæ ſtudio antecellit. Præterea ejus Eccleſia religioſorum quorumdam Patrum funeribus honeſtatur. Et primo quidem tumulo B. P. Petri a Sanctojo. Deinde ſepulcro religioſiſsimi P. Joannis a ſancta Cruce viri utique mirabili abſtinentia, oratione, atque caritate præditi. Qui cum poſt XXX. continuos annos vicariatus officium, in nobili, atque regio Clariſſarum Monaſterio Tordeſyllano hoc in loco qui XV. millibus paſſuum ab eo diſtat, ex Superiorum mandato, moram ibidem traheret, quædam Monialis, nomine Conſtantia, ceteris noctu in refectorio agentibus, animam in cubiculo ageret, ab Angelo præmonitus fuit, ut ſumpto de ſacrario venerabili Sacramento, ſecum pergeret: dumque nihil minus cogitaret, ad agonizantis oſtium appulit. Cumque ſibi & pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſacramenta miniſtraſſet, atque ad ani-

Quando reformatus.

Quidam viri celebres in eo tumulati.

P. Joan. a ſancta Cruce.

Translatus ab Angelo ut aſſiſteret morienti.

mæ

Digitized by Google

mæ uſque exhalationem adfuiſſet, per eumdem Angelum in locum, unde
aſſumptus fuerat, mirabiliter ſub noctis ſilentio relatus extitit. Id au-
tem tum apud Fratres, tum quoque apud Moniales, ita certum eſt, ut
piaculum ſit inexpiabile vel minimum circa ejus veritatem dubitare.

Franciſcus a Vera.

Huic tanto Patri adjiciendus venit pater Franciſcus a Vera, paupertatis,
orationis, humilitatis, obedientiæ, atque omnium denique virtutum
amantiſsimus, diligentiſsimuſque cultor, qui ex graviſsima quadam
infirmitate, quam & patientiſsime tulit, hoc in loco, anno Domini
MDLVI. e medio ſublatus, maximam poſt ſe ſanctitatis famam reliquit.
Præcedentibus duobus Patribus nec in minimo abſimilis fuit Pater

Fr. Hieronymus Olivarius.

Hieronymus Olivarius, vir ſane doctiſsimus, ac omni virtutum genere
ornatus, ad cujus funus, quod contigit hoc in ipſo loco XXIX. Auguſti
anno Domini MDLXXX. univerſum oppidum, ob ejus ſanctitatem, ac-
currit: illeque feliciſsimus ſe exiſtimavit, qui vel tantillum habitus,
aut chordæ ipſius habere potuit. Honeſtatur præterea præfata hujus loci
Eccleſia ſepulcro reverendiſsimi P. fratris Antonii a Guevara Mendo-

Fr. Antonius a Guevara, Epiſcopus Mendonienſis.

nienſis (vulgo de Mondonedo) Epiſcopi, qui Carolo V. Germanorum
Imperarori, Hiſpaniæque Regi, a ſacris concionibus, & a Chronicis
fuit. Hic doctiſſimus, atque tum in humanis, tum quoque in divinis lit-
teris verſatiſsimus extitit: inſuper & plura opuſcula omni laude di-
gniſſima vernaculo ſermone edidit: ac tamdem huic ſeculo nequam, an-
no Domini MDXLV. valedicto, in Sacello a ſe affabre hoc in Conventu
conſtructo ſepeliri voluit. Non minorem profecto ſplendorem hujus
Monaſterii Eccleſiæ affert mauſoleum Reverendiſſimi Patris fratris Fran-

Fr. Franciſcus Orantii Epiſcopus Ovetenſis.

ciſci Orantii Ovetenſis Epiſcopi, atque hujus Provinciæ alumni, qui
unus ex ſacri Tridentini Concilii Patribus fuit, acutiſſimeque contra
Calvinum hæreſiarcham ſcripſit, atque poſt plurima munia, quibus feli-
ciſsime functus eſt, ergaſtulo carnis ſolutus, juxta infimum ſummi Alta-
ris gradum tumulatus extitit. Famoſis his ſepulturis adjicienda veniunt
nobiliſsima duo mauſolea, hoc in eodem loco erecta, alterum Infantis
Henrici Sereniſsimæ Berenguelæ Caſtellæ Reginæ, atque præſentis Mo-
naſterii fundatricis ex filio nepotis: alterum vero honeſtiſsimæ Leonoræ

Henricus Infans ibid. ſepultus. Leonora Inſanta. F. Joan. a Zuazo martyr.

Henrici ejuſdem Caſtellæ Regis filiæ. Hujus denique Conventus alum-
nus fuit, imo & hinc exivit religioſiſsimus Pater Joannes a Zuazo, qui in
Ægyptum uſque penetrans, dum Memphis (vulgo Cairo) tum coram
ejus præfecto, tum quoque coram ceteris Saracenis fidem prædicare
nititur, glorioſo martyrio hanc mortalem vitam terminavit.

XXVII. Conventus montis Florentini circa hunc annum ædificatus

Cōventus montis Florentini.

eſt in Provincia Marchiæ, ut conſtat ex bulla Innocentii data Avenione
IV. Octobris MCCXLVIII. quæ facultatem fecit ædificandi eo loci Conven-

Idem Prov. Marc. Conv. 55.

tum. Varii ſunt incolæ circa locum & tempus. Ex ambigua traditione nihil
tute diſſeritur. Locus eſt capax viginti Fratrum. Plura non occurrunt

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

hujus anni indulta præter ea quæ præmiſſa ſunt. „ Unum apud ſe ſer-
„ vant Clariſſæ urbis Placentinæ Italicæ, datum hoc anno XV. Kalen-
„ das Junii, quo Pontifex largitur facultatem Monaſterii ſervis, & fa-
„ mulabus licentiam audiendi ſacra tempore interdicti, clauſis Templi
„ januis. Monaſterium hoc extra urbis muros extructum ante annum
„ MCCXXXV. docet Petrus Maria Campi, noſter amicus, in hiſtoria
„ Placentina propediem edenda, ex teſtamento Palmerii Anditi, quo
„ ſub illo anno legat Monaſterio ſolidos decem. Alexander IV. anno
„ Pontificatus VI. IV. Idus Novembris eis conceſſit Cœnobium S. Sixti

Be-

Digitized by Google

„ Benedictinorum in diſciplina monaſtica collapſum, in quod per vim, „ & armorum ſtrepitum introductæ ſunt anno MCCLXXXV. ſed parum „ illic perſeveraverunt, reſtituto Monachis Monaſterio, & empto a „ Franciſcanis vetuſto, quod intra urbem dereliquerant; ad quod „ anno MCCCXXXVI. translatæ ſunt. Ex annalibus Suevicis ſuppetit, „ quod ille ex Alberto Stadenſi refert, peſſimos quoſdam hæreticos in „ Pontificem, in Pontificios, in Prædicatores, & Minores, effreni quadam petulantia inſurrexiſſe in Halæ Suevicæ oppido, quibus Conradum Friderici Imperatoris filium, Pontifici infenſum faviſſe ſcribit „ Stadenſis; ſperans ſe hac arte populos a Pontificis ſequela ad ſuam „ & Patris gratiam attrahere: ſed res, inquit auctor, lapſa eſt in contrarium, quia Catholicis Prædicatoribus audacter reſiſtentibus, & „ fideles exhortantibus, liberi, & miniſteriales a Conrado receſſerunt: „ ita quod quaſi exul & profugus de Svevia in Bavaria moraretur.

Hæretici Svevi. *Stadenſis & Annal. Svevici ad hunc annum.*

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO

„ I. Henrico Lantgravio, qui ex electione dicebatur Imperator, „ fatis functo, Willelmus non meliori omine quam ſuus præceſſor, ab Electoribus in Imperium cooptatus, licet cum Henrico ab „ Imperatorum Catalogo expunctus, nihilominus ex Waddingo, hunc „ annum, & ſubſequentium nonnullos in Annalibus Ordinis occupat, „ ne forte Imperium vacaſſe diceretur, cum urgente Innocentio, eorum „ electiones canonicæ ſequutæ fuiſſent: unde ſaltem nomen, licet ſine „ re, ſibi debitum viſum eſt.

HenricusImper. obit. Willelmus eligitur.

„ II. Interea apertis in Ordine minoritico ad publicam utilitatem „ totius Reipublicæ Chriſtianæ ſcholis, in quibus honeſtus Magiſtrorum „ labor poterat expectare præmia condigna, quibus Religionis paupertati ſubveniri poſſe videbatur, ſummus Pontifex ſcholaſticos etiam „ ſeculares, quicumque eas frequentarent, privilegiis conſuetis gaudere, & frui poſſe conceſſit *Tuis votis &c.* VII. Kalendas Aprilis: ſed „ hæc circa reformationes in Ordine ſubſequutæ, varia & diverſa ſtatuerunt. Inſuper ab excommunicationis pœna ſervitores affici noluit „ *Ut in veſtris &c.* Kalendis Decembris. Tamdem pro habitatione „ Fratrum in Urbe diploma expedivit *Quanto dilecti filii &c.* x. Kalendas „ Auguſti.

Scholæ in Ord. Minor. *Indic. ex Arch. SS. Apoſt.*

„ III. Sub hoc tempus Innocentius IV. ſummus Pontifex, ex majori „ Polonia oriundum beatum Benedictum, cum beato Joanne de Plano „ in Tartariam Perſidem Legatos miſit, qui ibidem pro Chriſti nomine „ multa paſſi, telorum ictibus confoſſi, ad extremum gladio jugulati „ ſunt, & in Civitate *Armaloch* die xx. Junii hujus anni MCCXLVIII. ſepulti. Auctore Hieremia Buchino, & Martino Baronio. Hunc Joannem de Plano alium eſſe a Joanne de Plano Carpini, diverſus amborum finis oſtendit: Conſulat lector Arturum in additionibus ad „ Martyrologium Franciſcanum.

BB. Benedictum & Joannem de Plano Legat. in Tartariam. *Caſ. Bier. citat. ſup. ar. 18. n. 13.*

AR-

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Comitia Ordinis celebrata Metis. Prohibita innovatio Officii divini. Mittitur Miniſter Generalis in Græciam cum poteſtate tractandæ unionis Legatus. Amandati ad Tartarorum converſionem Legati a ſancto Ludovico Prædicatores, & Minores. Florent plures Sancti.

Rodul. fol. 238.

I. Rodulphus anno ſuperiori auctor eſt, ſub Joanne Parmenſi celebrata eſſe comitia generalia, incertum an Lugduni, an Aſſiſii. Ceterum, cum hujuſce capituli veſtigium apud alios non cernam, nec quidpiam in eo ordinatum commemoret, putem, reliquias eſſe prioris erroris, quo eo primum anno ſtatuit electionem Parmenſis ex communi cum aliis lapſu, jam ſupra a nobis repulſo. Decimum Capitulum Generale Metis celebratum Provinciæ Lotharingiæ conſtat ex Marco, Mariano, & reliquis, annum certum ejus non legerunt. Marianus coactum refert poſt regreſſum Miniſtri Generalis ex Græcia. Si hoc verum foret, recte quadrat motivum, quod Marcus ejus convocandi adducit, nempe moleſtias, quas in Gallia paſſa eſt Religio ex perſecutione Guillelmi a ſancto Amore, ſeu Amando, qui ſcriptis erroribus, & ſparſis ſchedulis, in mendicantes pernicioſe invectus eſt. Hic autem caſus ad poſteriores annos ſpectat, ut ſuo loco adnotabimus. Auctor eſt Rodulphus, hoc anno convocatos eſſe Capitulares Metas, cui videtur favere congruentia: expediens enim fuit, cum deſtinaretur Miniſter Generalis in Græciam legatus, incertus de reditu, aut ſucceſſu itineris, ac mora, ut convocatis coram ſe patribus, ſtatum Religionis ante diſceſſum ordinaret: maturius autem convocandorum patrum nulla commemoratur urgens neceſſitas, nec Inſtituti præceptum (quod III. quoque anno comitia indicit niſi dilatandum, aut maturandum ex cauſa videretur) occurrebat. Electus porro Joannes anno MCCXLVII. annum ſequentem experiendo ſtatui, & viſitationi concedere debuit, ut qui totam Religionem pedes, tribus primis ab inito magiſtratu annis, fertur viſitaſſe, atque omnia per ſe expertus. Non rejiciendus ergo Rodulphus, cum nihil certius occurrat. In eo Capitulo ſeverius, ut res poſcebat, animadverſum in eos, qui ritum, & ſubſtantiam Officii divini præter Inſtituti profeſſas Regulas, approbatam, & receptam conſuetudinem variare ſtuduerunt, atque ex ea cauſa ſequentes datas ad Prælatos Ordinis in Tuſcia exſcripſit Marianus.

Mar. lib. 2. c. 20. Marc. 1. p. lib. 1. c. 43.

Congruentia celebrandi hoc anno capituli.

Comitia Generalia Metis celebrata.

Cariſſimis in Chriſto Fratribus Miniſtro, Cuſtodibus, & Guardianis in Tuſciæ Provincia conſtitutis, frater Joannes de Parma Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter & ſervus ſalutem & pacem.

Litteræ Generalis contra innov. Officii divini.

II. *Quia ſicut indubitanter cognovi nonnulli Fratrum, Officium divinum, qui de Regula noſtra ſecundum ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ celebrare debemus, in littera mutare interdum, ſed in cantu maxime, variare præſumunt, minus penſantes, quod in gloria ſua ponunt maculam evidenter, dum ſua dimittunt a ſanctis Patribus edicta, & venerabiliter approbata, & aliena dubia ceteris propriis ingerentes mendicare peregrina cum pudore notabiliter convincuntur. Idcirco diſcretioni ve-*

Digitized by Google

veſtræ, qui talia diſſimulando ſuſtinere non debet, diſtricte duxi præſentibus injungendum, quod præter id ſolum, quod ordinarium miſſalis, & breviarium a fratre Aymone ſanctæ recordationis prædeceſſore meo, pio correctum ſtudio, & per Sedem Apoſtolicam confirmatum, & approbatum poſtea nihilominus per generale Capitulum, noſcitur continere, ut nihil omnino in cantu, vel littera ſub alicujus feſti, ſeu devotionis obtentu, in hymnis, ſeu reſponſoriis, vel antiphonis, ſeu proſis, aut lectionibus, vel aliis quibuslibet beatæ Virginis antiphonis: videlicet, Regina cœli, Alma Redemptoris, Ave Regina cœlorum, & Salve Regina, *quæ poſt Completorium diverſis cantantur temporibus, & officio beati Antonii, quouſque de ipſo melius ordinetur, tantum exceptis, in choro cantari, vel legi, niſi forte alicubi compellent librorum noſtrorum defectus; aut in libris Ordinis illa ſcribi, antequam per Capitulum Generale recepta fuerint, modo aliquo permittatis. Porro cantum, ſeu ſonum hymnorum noſtrorum quomodolibet variare, aut cantari in aliquam notam, non ſecundum noſtrum breviarium, vel conſuetudinem per generale Capitulum approbatam, non patiamini de cetero tranſmutari, ſubditos veſtros ab hujuſmodi novitatibus arctius compeſcendo. Natalitia vero Sanctorum ſpecialia, juxta ordinarii traditionem, ſecundum regiones diverſas, diverſimode celebranda juxta morem, & breviarium noſtrum Sanctorum commune tantummodo faciatis, aliunde nihil additum celebrari, ita tamen quod ſolemnitatem, & modum ſemiduplicis Officii noſtri, apud nos, feſta hujuſmodi non excedant, quantumcumque ab aliis ſolemnia judicentur. Proviſo ut excluſa prorſus quorumlibet Sanctorum, excepta beati Franciſci translatione, numquam pro aliquo Sancto, de quo in patria, vel villa ubi Fratres morantur, communiter feſta non fiunt; Officium, aut ſolemnitas ſuperinducatur ab aliquo, neque uſquam a Fratribus celebretur. In Miſſarum etiam celebratione uniformitatem doceatis a cunctis Fratribus, quantumcumque fieri poterit, obſervari; ut videlicet hoſtiam a ſiniſtra ſacerdotis, & calicem ad dexteram, juxta ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ex tranſverſo altaris componant. Corporalia, & pallam, quæ per ſe diviſim debent calici ſuperponi, diſponant, necnon hoſtiam frangant, & ſumant ſicut in rubricis miſſalis, quod habemus a curia, continetur. Poſt cœnam denique conventualem, pſalmus:* Laudate Dominum omnes gentes *in refectorio ubique a cunctis Fratribus decantetur. Præſentem paginam in capitulo legi mandetis, ſine dilatione per loca ſingula, & tranſcribi, ut nemo in tenebris ignorantiæ locum ſe inveniat occultandi, mandatum meum in hac parte totaliter cum diligentia impleturi, quod vos de ſollicitudine, ſine qua claudicat deformiter Prælatura, merito valeam commendare. Ne iterato compellar fraternitatem veſtram acriori verbo corripere dormitantem, ac declinantem a præmiſſis baculo erigere diſciplinæ. Valete in Domino &c.* Hanc autem epiſtolam dedit Generalis, quia ut ſcribit frater Bernardus de Beſſa, nonnulli Fratres erant, qui ſub quadam devotionis imagine ſingulares ſecularium, vel aliorum Regularium nunc ſonos, & modos ſectantes periculoſe, neceſſarium ex voto Regulæ Officium, ſecundum ordinem S. Romanæ Eccleſiæ negligebant, & variando ac lacerando fædabant, plus Deum, & ſanctos obſervando, quam regulam, contra quam nemo devotus nec ſupererogare, ſed derogare potius eſt dicendus. Non parvum eſt vitium legum turbare communium diſciplinam, ſed ſicut infirmi utilibus noxia, ſic ſuperſtitioſi neceſſariis nociva præponunt, & quaſi ſanctis Officii ordinatoribus ſanctiores inſulſo devotionis zelo excelſius gaudent, & cum Ozia improbe thurificare contendunt.

Fr. Haymo correxit breviariũ.

Frater Bernardus a Beſſa.

III. Mandavit etiam Fratri Thomæ de Celano, ut inſtitutam vitæ Beati Patris Franciſci narrationem perſiceret. Scripſit pridem ex præcepto Creſcentii prædeceſſoris eam legendæ partem, quæ vitæ, & converſationis rationem manifeſtabat, ſed multiplicatis magnalibus, quæ per interceſſionem ſervi ſui Deus ubique faciebat, adiectus eſt ſecundus tractatus, qui miraculorum relationem continet, & hoc urgente Parmenſe.

IV. Superioribus litteris, quas Pontifex ad Fratrem Laurentium Ordinis Minorum Legatum in Oriente ſcripſit, pro reductione Patriarchæ Græcorum, inter alia mandavit, ut ſi Patriarcha ad Sedem Apoſtolicam venire nequiret, perſonaliter idoneas cum inſtructione, & ſufficienti poteſtate perſonas delegaret. Negotium unionis interim ſollicite urgebatur, nec abhorrebant Imperator ac Patriarcha. Hoc igitur anno tam Pontifex quam Frater Joannes Parmenſis Generalis, de ea re certiores per litteras facti ſunt: tamdem id effectum, ut Innocentius ipſum Generalem Miniſtrum ſuum in Græciam tractandæ unionis legatum amandarit, ſcriptis tam ad Imperatorem, quam ad Patriarcham epiſtolis, quibus *Angeli pacis* eum nomine commendavit. Tum rerum dominio in Græcia potiebantur Joannes III. Ducas, Imperator Trapeſuntii ſeu Græcorum in Aſia, & Manuel ſecundus Patriarcha.

Miſſus Generalis in Greciam legatus Pontif.

V. Tranſmiſſus ſanctus Vir in Græciam, munus injunctum ea ſatisfactione obivit, ut teſte Angelo Clareno, tanta apud Imperatorem, Patriarcham, Clerum, & populum habitus ſit reverentia, tanta exiſtimatione ſanctitatis & ſapientiæ, ut quempiam antiquorum patrum, verumque Chriſti diſcipulum ſe intueri putarent. Socios habuit Viros ſanctos & doctos, quorum unus fr. Gerardus, qui inter alia ſanctitatis argumenta, fuit præditus ſpiritu prophetico.

Marianus l. 2. c. 20. antiqua Chronica. Clare. ma. trib. 3. Anton. 3. p. hiſt. tit. 24. c. 9. Marcus 2. p. l. 1. c. 39.

VI. Sanctus Ludovicus in Cypro opportunum invadendi Ægyptum tempus operiens, accepit ab Ercalmo principe exercitus Tartarorum litteras cum nunciis, a quibus Tartarorum progreſſus, itinera, conatus eſt edoctus. Iis dimiſſis, ſuos viciſſim cum muneribus adjunxit, miſſo, ut Vincentius refert, fratre Andrea Ordinis Prædicatorum, quem Antoninus, & alii, in hoc ſequuntur. Thomas autem Cantipratanus hujus ævi ſcriptor refert, duos Prædicatores, & duos Minores amandatos eſſe, licet opera eorum in convertendo Tartaro inutilis tum fuerit, prout ipſi in Galliam regreſſi expoſuerunt. Diſcordat etiam in hoc Cantipratanus, quod ipſe ferat tantum, de converſione Tartari concepta fiducia, miſſos fuiſſe Legatos, cum antea converſum fuiſſe, relatio nunciorum contineat apud præfatos Auctores.

Vincent. Thomas Cantipratanus l. 2. c. 54.

VII. Plures ſanctitate, & prodigiis hiſce temporibus emicuere, quorum memoriam hic inſerere magis compendio libet, quam fuſius acta ſingulorum proſequi. Sanctus frater Zacharias Romanus claruit in Provincia Sancti Jacobi in Cuſtodia Conimbricenſi. Alanquerii, alias Jerabricæ, vitæ innocens, & magnæ perfectionis, ac miraculorum patrator deceſſit, ubi etiam Fratribus præfuit. In Aſtoricæ Conventu ejuſdem Provinciæ, & Cuſtodiæ Legionenſis ſepultus eſt frater Joannes prodigiis clarus. Alius etiam ejuſdem nominis laicus ibidem floruit, quem miraculis claruiſſe ferunt. Ulyſſippone etiam alius ejus nominis claruit divinis ſecretis, ac revelationibus adeo aſſuetus, ut ſingulis principalibus feſtis, ſeu in veſperis, ſeu in Miſſa, ſeu ſub matutino compos fieret alicujus novæ revelationis, ſeu viſionis. In feſto ſancti Joannis Baptiſtæ in refe-

B. Fr. Zacharias Roman. *Marian. l. 2. c. 17. Antiqua Chronica.* B. Fr. Joannes. Alius ejuſdem nominis. Alius Ulyſſippone.

Digitized by Google

refectorio Fratrum vidit hora refectionis aperto cælo Angelum Domini deſcendiſſe, qui ſcriptorium in manu ferens, mantile, ac ſcalpellum, atque incipiens ab eo qui lectioni menſæ præfuit, aperto per ſcalpellum corpore, ſcripſit in ejus corde illa Evangelii verba: *Joannes eſt nomen ejus*. Et ita per ſingulos diſcurrens faciebat, prius eos interius lavans aqua, & mantili detergens; eadem ſcribebat litteris aureis in corde ſingulorum. In tam frequenti vero Religioſorum familia unus tantum non meruit ſignari novitius, majoris Eccleſiæ Canonicus; rogatus ergo Angelus a fratre Joanne quid ille inter ceteros commiſit, quod divinæ conſolationis fieret exors: reſpondit, ea ipſa nocte exiturum contubernio, inconſtantem propoſito. Duos etiam alios præterire voluit, quod tam celebri die exierint Conventu: ceterum precibus ſancti fratris Joannis cum reliquis ſignati ſunt. Reverſus denuo Angelus ad menſæ lectorem, duabus manibus hiatu occludens dixit; *confirmatum eſt cor ejus*. Et ita reliquis factum eſt, ac tamdem diſparuit: novitius autem, ut prædixit, ea ipſa nocte Inſtituto excidens egreſſus eſt. Fratres in corde ſignati.

VIII. In eodem Conventu floruit Beatus frater Martinus Martini converſus, magnæ orationis, & diſciplinæ, nec inferior ſanctitate; una indutus tunica, nudipes incedebat, nullo uſus obſonio, refectioni panem, & aquam adhibebat, nox ei tota in orationibus, lacrymis, flagellis tranſibat, de quo memorabile hoc fertur, cum coquinæ in Conventu præeſſet, quadam die orationis dulcedine extra ſe raptum, injuncti miniſterii curam plane ipſi excidiſſe, uſque ad tempus refectionis; ſuperveniens autem Guardianus invenit culinam clauſam, nihil apparatum, quæritur hinc inde frater Martinus; increpatur de negligentia, qui ne ignem quidem accendit; vel eo maxime turbatur Guardianus, quod quidam ſeculares viri pii fuerint ad refectionem admiſſi. Ille ſecurus, & humilis reſpondit; confide Pater, Deus non deerit ſervis ſuis. Occluſo oſtio culinæ, ſolus remanſit, atque in oratione proſtratus, a Deo opem imploravit. Adſunt protinus Angeli, ignem accendunt, omniaque apparant quaſi in momento. Mox frater Martinus ab oratione ſurgens vocavit Guardianum, omniaque jam præparata oſtendit. Ille cum reliquis viſo tantæ virtutis oſtento, Deum laudavit in ſervo ſuo. Plenus tamdem meritis frater Martinus in eodem Conventu vocatur ad bravium, & cum honore ſepultus eſt. B. Fr. Martinus Martini.

IX. Beatus Hermeus Toletanus mantello flumen ſtravit, & tranſivit ſicco pede. Puerum, quem imprudens in cunis ſuffocavit, a mortuis ſuſcitavit. Pulvis ſepulcri ejus liberat a febre tertiana. Frater Electus in provincia Coloniæ in Conventu Miſſiæ tantæ virtutis fuit, ut tactu ſuarum manuum ſanaret infirmos. B. Hermeus Toletan. B. Electus.

X. Beatus item frater Nicolaus, per quem Deus in vita & poſt mortem plura edidit miracula. Puellam aquis ſubmerſam excitavit a mortuis; Tres cœcos illuminavit, mutis loquelam reddidit, aliaque miranda patravit. B. Frater Nicolaus.

XI. In loco Kilonis, præter fratrem Adolphum olim Comitem Holſatiæ, deceſſit Frater Electus, cui apparuit Beata Maria, cum beata Agnete, & beata Catarina, eique mortem prædixere. Alius item ejus nominis Vir ſanctus, cujus anima equo albo belle inſtructo ſubvecta, & recta in cœlum inter duos Angelos tendere viſa eſt. Andernati ſancti BB. Fratres Theodoricus & Rogerus de Saxonia viri miræ ſanctitatis jacent., Monaſterii in Cuſtodia Boſſaliæ BB. fratres Henricus de Africa, Joan- B. Electus. Alius ejus nominis. BB. Teodoricus, & Rogerus de Saxonia & alii.

Digitized by Google

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Plures Viri Sancti variis in locis ſepulti. B. Electus.

„ Joannes de Pirna ſanctitate glorioſi, & miraculis noti. Beatus frater „ Petrus in Cuſtodia Brabantiæ. In loco Turgonis Beatus frater Haſſo. „ In provincia Argentinæ, Auguſtæ Beatus frater Terdericus primus „ Miniſter illius provinciæ, obiit circa MCCXLIV. Huſariæ Beatus frater „ Hudo. In Provincia Saxoniæ Beatus frater Electus juvenis devotiſ- „ ſimus, & bonus cantor, qui hac ſpeciali devotione Aſcenſionem Domi- „ nicam coluit, ut octo ante diebus in jejuniis, & orationibus antici- „ pata præparatione eam præveniret; Bremæ autem infirmatus hora „ matutina ejuſdem feſti, cœpit cantare illum verſum: *Aſcendo ad patrem* „ *meum, & patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum*. Hoc gra- „ datim elata voce ter cantavit, tertia autem vice, accurentibus univer- „ ſim Fratribus, in ſudorem reſolutus, finito verſu, ſuaviter expiravit.

Beati Joannes Conradus & Moſellus Martyr. Conradus. Simon Anglicus. Jordanus. Gilbertus. Landulphus.

„ B. Frater Joannes Luneburgæ, Frater Conradus, & Frater Moſellus „ pro confeſſione fidei occubuerunt martyres. In Conventu Hildemenſi „ S. Fr. Conradus cognomento, *Pater Sancte*. Marpurgi BB. Frater Si- „ mon Angelicus, primus in Teutonia lector, Frater Jacobus de Tar- „ viſio ſecundus Cuſtos Saxoniæ, Frater Jordanus de Vano, frater „ Gilbertus, frater Landulphus „ cujus pedum lotio infirmos ſanabat. Mulierem a ſuperflua carne in pede tumeſcente; filium unicum ſeptennem cujuſdam militis omnibus membris deſtitutum; mulierem a totius corporis cruciatu, hauſto vino a ſe primum guſtato, liberavit.

B. Erthfridus. Vidit Angelum in Choro thurificare Fratres.

Item frater Erthfridus, qui inter alia ſemel angelum thuribulo aureo Fratres in choro cantantes thurificantem vidit. Ei admodum familiaris fuit beatiſſima Virgo, collatis pluribus & ſpiritus & corporis beneficiis.

BB. Electi duo.

In Conventu Lubechenſi frater Electus Guardianus, & alius ejuſdem nominis, alius frater Procurator Conventus uno eodemque anno deceſſerunt, & in gloria mox apparentes fratri Joanni viro ſancto, poſt varia & familiaria colloquia, obitum cujuſdam Fratris prænunciarunt, qui decimoquarto ab hinc die vocaretur ad Dominum; retulit eidem quæ audierat, qui mox in genua procumbens, gratias egit Deo, quod tamdem fuerit exauditus; quatuordecim enim annis diu, noctuque precibus a Deo continue efflagitabat, ut hora mortis, decimoquarto ante tempus die, ipſi revelaretur. Contigit reipſa, ſicut prænunciatum eſt, qui & eidem fratri Joanni mox defunctus apparuit, & ſe mundo diſceſſiſſe, rectaque ad cælum ſine purgatione ulla tranſiſſe faſſus eſt. Quod reliquis, inquit, omnibus contingit, qui vere ſuam Regulam cuſtodiunt: unde ad confuſionem increpant Fratres Minores animæ purgatorii, quod pœnas ſui ſtatus obſervatione facilius, & ſecurius in hac vita non ſolverunt.

B. Theod. Saxo. B. fr. Joannes. B. fr. Conrad. B. Benedict. B. Fridebal. Fr. Conradus.

Beatus frater Theodoricus Saxo in Conventu Miſenſi; beatus frater Joannes Marpurgenſis Oſem; beatus frater Conradus de Stogelem, in Monaſterio Chirenſi Cuſtodiæ Brandeburgenſis; beatus frater Benedictus Erfordiæ; beatus frater Fridibaldus, & alii in eadem Provincia. In Auſtria frater Conradus, in Civitate nova Cuſtodiæ Viennenſis, de quo id ſcribit Marianus: quod ex mandato ſui Miniſtri jam defunctus a miraculis patrandis ceſſavit.

B. Marcoald. B. Lucas Patavinus.

Beatus frater Marcoaldus in Bohemia Blanſdaviæ. Beatus frater Gerardus Primiſſaviæ. Paduæ beatus frater Lucas Patavinus, ſancti Antonii, cujus erat ſocius, vita, & doctrina verus diſcipulus, & ſectator, magnus paupertatis zelator. Reprehendit Anſidiſium Eccelini Tyranni vicarium, quod plura contra Eccleſiam molitus ſit, in Dei gravem offenſam, & animarum perniciem: inde proſcriptus eſt cum tota ſua familia.

B. Fidentius.

Beatus frater Fidentius ibidem conditus, Beatus frater Marcus con-

Digitized by Google

converſus in Cuſtodia Venetiarum. Mantuæ beatus frater Benevenutus laicus. In Provincia ſancti Franciſci in Umbria beatus frater Petrus de Aſſiſio, qui invitatus ad gloriam per Angelum admonetur, ut quoddam peccatum in ſeculo commiſſum confiteretur. Hi, pluresque alii virtute miraculorum, & ſanctitate inclyti omnes fuere, quorum meritis hiſce temporibus Eccleſia plurimum illuſtrata fuit.

B. Benevenutus. B. Petrus de Aſſiſio.

XII. Hoc etiam anno diem obiit extremum ſanctus Pater Mauritius Ordinis B. P. noſtri Dominici, in Conventu noſtro Albienſi, ibique ſepultus. Hic ſanctus fuit alumnus Conventus Toletani miraculis, & vita illuſtris, qui ad præfatam Civitatem evangelizandi gratia veniens, ad Fratrum Minorum hoſpitium divertebat, qui tum Conventum eo loci ædificabant, ſed ex defectu aquæ laborabant, eam beatus Mauritius ſuis precibus impetravit, quæ etiam curationum gratiam haberet, ut experti ſunt quinquaginta infirmi infra breve tempus ea hauſta ſanati.

B. Mauritius Ordinis Prædicatorii. Caſtillo. l. 1. c. 44.

XIII. Conventus Sancti Joannis Baptiſtæ Remis hoc anno ſtetit, id colligitur ex antiquo monumento, quod anno MCCL. poſitum fuit. Archiva cum Conventu anno MCDLI. conflagrarunt. Hinc nomina fundatorum exciderunt; manet tamen cujuſpiam piæ matronæ, quæ initium dediſſe fertur, memoria, ſingulis hebdomadibus ſemel in beneficii atteſtationem ſacrificio celebrata; ejus tamen nomen, patria, genus ignoratur. Manſit ea obligatio ex conſenſu fratris Petri Quatreſoli Doctoris Theologi, Provinciæ Miniſtri. Extat etiam memoria piiſſimi Alberici, inſignis Eccleſiæ Rhemenſis Canonici, qui Bibliothecam cum clauſtro etiam a fundamentis ædificari fecit. Traditio fert, Eccleſiam beato Joanni Baptiſtæ conſecratam. „ Dedit hoc anno Pontifex diploma, quod Fratres „ liberat a ſolvendis decimis fructuum ex hortis, aut virgultis percipiendorum; & poteſtatem facit conferendi Sacramenta iis qui Fratrum immorantur obſequiis. *Qui Deum tota mente diligitis*. VIII. Kalendas Martii.

Conc. Prov. Franc. Conv. 8.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

ARGUMENTUM.

Capitur Sanctus Ludovicus a Saracenis, prodente exercitum contagione; revelatur ejus captio eadem hora prædicanti ſocio Miniſtri Generalis Conſtantinopoli. Negotium datur Provincialibus Prædicatorum & Minorum Alemaniæ urgendi Cruceſignatos ad iter tranſmarinum, in Terræ ſanctæ ſubſidium. Ædificantur quidam Conventus.

I. HIc annus Chriſtianis, maxime in Oriente, inviſus fuit, capto ſancto rege Ludovico, cum toto exercitu a Saracenis, poſt tantas victorias, per milites Chriſti primum occupata Damiata, ſed denuo ad infideles declinante victoria, &, graſſante in noſtros peſte, reſtituta fuit. Eam ſancti Ludovici & Chriſtiani populi captivitatem revelavit Deus Beato viro Gerardo, ſocio Miniſtri Generalis fratris Joannis Parmenſis; eadem porro hora qua, peccatis exigentibus aliorum, ſanctus Rex in manus pervenit hoſtium, frater Gerardus concionem habuit ad populum in foro Conſtantinopolitano, verbum autem Dei in fervore ſpiritus proſecutus, factus eſt in exceſſu mentis; poſtmodum in ſe reverſus cum fletu, & ejulatu; modo, inquit, hac ipſa hora, capta eſt aquila, populo attonito, & ſuſpenſo, nec percipiente quid hoc nomine aquilæ deſignaret,

Captus ſanctus Ludovicus. Revelatur B. Gerardo.

Digitized by Google

ret, clarius declarans: nunc, inquit, a Saracenis vir Dei chriſtianiſſimus Rex Francorum Ludovicus cum exercitu ſuo captus eſt. Notarunt præſentes diem, & horam, præ reliquis Dominus Epiſcopus Londiniciæ (ſic manuſcriptum) tum præſens, qui hæc ipſa fratri Angelo Clareno, ut ipſe teſtatur, ſæpius retulit. Ceterum veritatem revelationis probatus, diligenti obſervatione rei eventus confirmavit. Non prætereundum etiam, cum idem frater Gerardus, ex commiſſione Generalis tum agentis in Græcia, Viſitator miſſus fuerit Provinciæ Romaniæ. Navem conſcendit; ſed nautæ propitio vento, curſum tenentes navigationis, feſtinabant in Italiam, atque obliti conventionis, periculum, & damnum allegabant, ne ad deſtinatum portum Virum Dei deponerent; ille mox ad orationem confugiens, impetravit contrarium ventum; quare vel coacti promiſſum obſervarunt, & injectum ſcapha ad portum deducunt. Vir ſanctus converſus ad nautas: feſtinate, inquit, ad navarchum ſuadentes, ut curſum proſequatur; ventus Dei nutu contrarius fuit, ut mihi integrum fieret obedientiæ Prælati ſatisfacere, deinceps favebit: ita evenit, iidem nautæ, & Raphael Natalis hæc ipſa, miraculi inſtar, nobis retulerunt (inquit Clarenus) dum ibidem ſimul navigaremus.

Angel. Clar. triv. 3. Marian. c. 20.

Ventus contrarius ejus precibus miſſus.

II. Interim negotium unionis eouſque promovit ſanctus Generalis, ut Græci tam Imperator, quam Patriarcha, bis, diverſiſque vicibus legationem ſolemnem inſtituerint ad Innocentium Pontificem, ſed invidia dæmonis in itinere Apocriſarii rebus ſpoliati, coacti ſunt ſubſiſtere, ac tamdem integro negotio rediere ad ſuos, cum perturbata tempora acceſſum ad Pontificem non conceſſerint. Superveniens poſtea mors tam Pontificis, quam Imperatoris, optatum rei exitum, & expectationem tranſigendæ unionis præcidit.

Unio interrupta Græcorum.

III. Captio ſancti Regis Ludovici in Oriente, atque excidium Chriſtiani exercitus animos fidelium in Europa concuſſit, maxime omnium Pontificis Innocentii, cum Principes proinde in ſubſidium undique excitaret, mandavit Priori Provinciali Ordinis Prædicatorum, & Miniſtro Ordinis Minorum Alemaniæ, ut Friſiæ, Norvegiæ, & aliorum Septemtrionis Regnorum crucefignatos, etiam anathematis lata ſententia, compellerent tranſfretare in Syriam eo die, quem domina Blanca, ad cuſtodiam Regni Franciæ relicta, mater ſancti Ludovici, deſignaret.

Urgentur Crucefignati tranſfretare.

IV. In loco Cellarum apud Cortonam, unde dilapſus eſt Elias, ſanctitate & miraculis floruit Beatus Guido Cortonenſis ſacerdos, receptus olim ad Religionem a beato P. Franciſco, cujus converſationis, & vitæ imitator exiſtens, teſtimonium habuit pauperis Evangelici, verique ſui ſtatus obſervantis. Hic a ſancto Franciſco inſtitutus prædicator, verbum Dei magno fructu in ea Civitate propoſuit, ſtylo quidem ſimplici, ſpiritu tamen & virtute ſublimi, cujus verba confirmavit Deus ſequentibus ſignis. Humilitatis & obedientiæ numquam contempſit opera, continuis in vigiliis, & oratione. Officium divinum, ſemper ſtans aperto capite, & magna reverentia perſolvebat. Nec minus jejuniis, ac abſtinentiis ſe macerabat, ſeptem quadragenas in anno, ſicut a beato Patre edoctus, in pane & aqua jejunabat, reliquum tempus, quaſi totum in abſtinentia tranſigebat, ſemel in die, ut plurimum, & moderate ſe reficiebat.

B. Guido de Cortona. *Marian. lib. 2. c. 13. Rodulph. l. 1. fol. 105. p. 1. Marc. 2. p. lib. 1. c. 7. Piſan. lib. 1. 82. par. fol. 78.*

7. quadrag. jejunabat.

V. Semel Cortonæ ad mortem uſque laborans, & a medicis deſperatus, aquam in vinum optimum ſigno crucis convertit, quo moderate hauſto non modo ſanitatem, ſed vires priſtinas ſtatim recepit, & quicumque de eodem vino ſumpſerunt, ab infirmitatibus convaluerunt. Ea aqua fuit

Aquam in vinum mutavit.

Digitized by Google

fuit ex fonte Lucio, qui inter Cortonam & locum Cellarum, in via occurrit, eum autem fontem, audita miraculi novitate, beatus Guido requiſitus inſtanter a Civibus Cortonenſibus, in regreſſu, facta oratione benedixit; cui deinceps gratiam curationum, & vim contra morbos Deus contulit, ut fama & experientia celebratur. Manum aridam cujuſdam ſacerdotis, qui multis annis mortuam gerebat, ſigno crucis ſtatim ſanavit. Poſt mortem ſancti P. Franciſci, maxima fame urgente Tuſciam, beatus Guido cum ſocio eleemoſynam pro Fratrum ſuſtentatione in finibus Cortonæ petebat; ad caſtrum autem Montechii, prope Caſtellionem obviam facta quædam mulier, cum duobus filiis, famem cauſata ſubſidium poſcebat, cujus neceſſitati vir devotus compatiens, domum ejus ingreſſus, pugillum farinæ, quem hoſtiis conficiendis habebat, facta oratione, in oblatum a fœmina ſacculum infudit, Dei virtute ita multiplicatum, ut illum impleverit, nec minus beato Guidoni remanſerit eadem quantitate, ac ſi nihil effudiſſet. Sed quod mirabilius eſt, quatuor menſibus uſque ad novam meſſem eadem farina aluit pauperculam, & filios inexhauſta, ex beati Viri meritis & præſagio: id contigit menſe Martio. Puellam ſubmerſam Cortonæ, advocatus, facta oratione, & ter crucis ſignatam ſigno, vivam ſuſcitavit. Multa etiam præter hæc miracula edidit.

Aquam fontis benedixit quæ mox ſanabat.

Manum aridam curavit.

Pugillum farinæ multiplicat.

Submerſã aquis reſuſcitat.

VI. Poſt orationem, cum ſe aliquando quieti reponeret, apparuit ei beatus P. Franciſcus dicens: Fili, tempus eſt, ut cum ſanctis Fratribus tuis requieſcas, poſt tres dies animam tuam recepturus adveniam in hora nona, eamque in æterna tabernacula ducam. Hæc in ſomnis vidit. Mox expergefactus, gratias agens Deo, confeſſorem adivit, cui omnia hæc revelavit, poſtmodum in cella recluſus, in oratione, & contemplatione reliquo tempore perſeveravit, adventum expectans ſponſi, & lucernam in manu tenens. Die autem tertio, viribus aliquantulum attenuatus, cœpit deſtitui, Fratribus ergo advocatis, perceptis rite ſacramentis, & litanias cum reliquis de more perſolvens, animam Deo commendabat. Hora autem nona exclamare cœpit: Ecce, ecce pater noſter Franciſcus, ſurgite omnes, occurramus ei, & in ea voce emiſit ſpiritum XII. Maii.

Mors ei revelata.

VII. Audita ejus morte Cortonenſes, communi Magiſtratus, & Populi decreto, ne ex caſu aliquo tantus eis theſaurus ſubtraheretur, eumdem intra mœnia ſepelire decernunt, in Eccleſia plebis erecto ſepulcro. Pulſatis igitur campanis feſtive, cum ramis arborum ordinata proceſſione, ad locum Cellarum progrediuntur, & aſſumptis ſancti Viri exuviis, ad Civitatem regreſſi, & inventa miraculoſe capſa marmorea, divinitus oblata, eumdem ſuper altare religioſe condunt, ubi multis poſt mortem ſignis claruit. Periclitantem juvenem, quem equus effrenis in obvium puteum excutiebat, vocatus liberavit. Puellam, quæ Cortonæ decidit in puteum, eo invocato, tribus diebus continuis in fundo conſervavit illæſam; dum autem a matre afflicta hinc inde quæreretur, tamdem inventa eſt in aquæ ſuperficie, & inde extracta apparuit, quod amplius eſt, in nullo madida, aut humefacta. Interrogata autem quid contigerit? Reſpondit, tribus jam diebus in fundo putei extitiſſe ſine ullo cibi, aut potus appetitu, cui ibidem adſuit quidam vir, qui aquam omnem removit, & per eum extractam eſſe ad ſuperficiem, eo momento quo apparuit, & diſparens aſſeruiſſe, ſe eſſe Guidonem, qui Cortonæ colitur.

Cortonenſes ad Civitatem funus deferunt.

Aliquos a morte liberat.

VIII. Non eſt prætereundum quod mox contigit; Poſtquam enim circa annum Domini MCCLVII. Manfredi ſucceſſibus ſpes Gibellinorum in Etruria erectæ viderentur, quod ejus factionis potior Cortonenſium

Marian lib. 2. c. 21. §. 11. Rodul. ubi ſup.

pars

pars eſſe videretur, Aretini Guelfi, & Pontificii ſtudentes, periculum mortis ſubmovere tentarunt: quapropter noctu in Cortonam ducentes, eam occuparunt, partem murorum exciderunt, & præſidio impoſito, arcem oppido imminentem excitarunt. Tunc corpus ſancti Guidonis ſublatum fertur, & in Germaniam translatum. Ceterum Eccleſiæ ſacriſta caput ejus Sancti, quod integrum fuit linteo obvolutum, ſchedula etiam complicata, quæ quid eſſet, repertoribus indicaret, & ſimul nomen ipſius ſacriſtæ ſubſcriptum, in puteum, qui in Eccleſia fuit, injecit, in quo per aliquot annos hæſit, donec iterum reſtauratis muris, per Huguttium hoc miraculo eſt repertum. Nulla porro ejus rei fama ſuperſtes fuit, mortuo eo qui reliquias puteo intulit; ſacriſta autem ſucceſſor, dum nocte campanas ex officio pulſaret, vidit ingentem lucem puteo efferri. Ad prodigii territus novitatem, id aliquoties primum experiri placuit, mox alios adſcivit teſtes, qui rem ita eſſe propalarunt. Inſtituta tamdem populi & cleri ſupplicatione, ad puteum acceditur, & injecta per funem ſitula, aquam reverenter exhauriunt, tertia vice injecta ſitula, extrahuntur ipſæ reliquiæ, explicatum linteum, lecta ſchedula, agnitæ reliquiæ, tamdem cum omnium exultatione inferuntur antiquo ſepulcro, feſtumque inventionis quotannis celebrandum inſtituitur prima Maii. Tot annis ſub aqua caput Sancti latitans non modo nihil in eo corruptum, ſed nec madefactum eſt repertum. Splendor, dum extraheretur, egredi e puteo videbatur, eoque plene extracto, omnino evanuit. Reſtitutis in priſtinum locum reliquiis, præſente populo, oblatus eſt per parentes quidam puer cœcus, emiſſo voto, quod ſi filio lumen reſtitueret, quotannis in memoriam inventionis ejus, caput unum ex cera confectum offerrent ad ejus ſepulcrum: completo voto, caput Sancti, quod in aurem alteram inclinatum, jacebat, in ſepulcro velut annuens elevatur in rectum, ſtatimque ſecutum eſt miraculum, illuminato cœco. Hoc maxime incitavit Cortonenſes, ut inventionis feſtum celebrarent: quod intercedente Cardinale Sirleto, conceſſit Gregorius XIII. celebrari quotannis pridie Idus Junii, Cortonæ, atque in tota ejus diœceſi.

Capitis inventio miraculoſa lucis indicio.

Cœcum illuminat.

Rodul. fol. 105.

IX. Refert Marianus loco proxime citato aliud miraculum, quod Dei in ultionem Sanctorum ſuorum demonſtrat zelum. Prætor quidam Cortonenſis, nobilis miles, ſuoque officio ad totius Civitatis ſtudium uſus, diem obiit. Indictum concilium de ſepulcro decentius erigendo in grati animi, beneque adminiſtratæ reipublicæ monumentum, non defuit qui in ſancti Guidonis ſepulcro inferendum ſtatueret, ipſius vero Sancti caput in ſacrario aſſervandum, donec novum erigeretur. Venere in ſententiam reliqui, mox qui primo id ſtatuit, obmutuit, & ſuborta protinus tempeſtate, tantus inceſſit horror Civitati, ut nemini liberum foret pedem extra limen efferre. Agnoſcentes ergo, qui concilio adfuerunt Dei manum, temeratæ Religionis vindicias, & iratum Numen Sanctorum cauſas agere, facto voto, ut communibus expenſis inſtituta ſupplicatione, ſepulcrum Sancti viſitaretur, evanuit tempeſtas. Inde confeſtim religioni ſatisfactum eſt: loquela autem captus, poſtquam tribus diebus ad ſepulcrum evigilavit, continua oratione, & lacrymis culpam deprecans, non fuit exauditus, donec parentes & amici ſua etiam vota conjunxere. Promiſit ergo ſingulis annis viſitare ejus ſepulcrum, oblata ſtatua cerea ad formam & magnitudinem capitis ſancti Guidonis, & ſic tamdem lingua ejus ſoluta eſt. Multis aliis miraculis non ſolum Cortonæ, ſed aliis in partibus Deus Servi ſui confirmavit ſanctitatem.

Ultio in temerarios.

X. Flo-

Digitized by Google

„ X. Floruit hoc tempore in Anglia Philippus Gualenſis, ſeu Walleis, vir pietatis, & eruditionis nomine ſuo tempore non obſcurus. A fratre Elia Miniſtro Generali Lugdunum vocatus, ſimul cum fratre Adamo Eboracenſi, ubi publice Philoſophiam, & Theologiam profeſſus eſt. Ferunt eum multos libros eruditos edidiſſe, ſed non eſt qui titulos, aut nomina recenſeat.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Floret Philipp. Gualenſis. *Pitſ. de Scriptor. Angl. in append.*

„ XI. Capitulares Eccleſiæ ſancti Pelini Valvenſis, & Capitulares Eccleſiæ ſancti Pamphili Sulmonenſis unitarum, hoc anno die x. menſis Auguſti poſtularunt ab Innocentio in ſuum Epiſcopum fratrem Jacobum de Sulmona, Minoritam, ſacellanum, & familiarem Raynaldi Cardinalis Epiſcopi Oſtienſis, virum (uti in poſtulationis inſtrumento narrat) honeſtum, providum, diſcretum, moribus & ſcientia eminenti ornatum, ac tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus circumſpectum, per quem indemnitati dictæ Eccleſiæ poterat efficaciter conſuli, & utilitati multipliciter provideri. Sed an obtinuerint, non plane conſtat.

XII. Hoc anno Sodalitium Franciſcanum, ædificatis Monaſteriis, diffuſum eſt pluribus locis. Cathalauni ſatis opulenta, & a copia frumentorum nota Civitate Campaniæ Gallicanæ, Monaſterium hoc anno extabat (antiquitatem loci ante hunc annum præferunt litteræ ſuperius expreſsæ anno MCCXLIII. ad Guardianum Cathalaunenſem). Conſtat id verum eſſe ex conteſtantibus quorumdam venerabilium Canonicorum authenticis chartis: primo domini Pagani ſupremæ Eccleſiæ Decani: ſecundo Magiſtri Stephani dictæ Eccleſiæ Canonici Cathalaunenſis officialis: poſtea Magiſtri Thomæ de Sarreio Eccleſiæ beatæ Mariæ in Vallibus Canonici, & Cathalaunenſis Archidiaconi colligitur: quibus poſteritati notum ſit, quod Capellani præfatæ ſancti Stephani Eccleſiæ vendiderint unanimiter honorabili cuidam Cathalaunenſi civi, nomine Rogerio, Proviſori, & Procuratori fabricæ Eccleſiæ, & domus Fratrum Minorum, nomine ejuſdem Eccleſiæ & domus 56. ſolidos cenſuales, quos iidem Capellani habere ſolebant, aſſignatos ſuper plures domos in macello ſitas in platea, quam nunc poſſident prædicti Fratres, quæ omnia facta fuere anno Domini MCCLI. Singulares & præcipui hujus Conventus fundatores fuerunt piiſſimus quidam Cathalaunen. municeps, cui nomen erat Michael de Papelart, & ejus cariſſima conjux Margereta de Leſſon, quorum animæ ſupra cœlos aſſumptæ centuplo liberalitatis ſuæ gaudent. Corporibus interim in medio capituli jacentibus, diemque optatum in ſpe bona expectantibus, coopertis diverſis lapidibus, alteri, quorum in dextra poſita impreſſa eſt effigies viri, ambabus manibus ſculptam Eccleſiam tenentis, cum hac circumſcriptione: *Hic jacet Michael de Papelart, qui ſuis temporalibus bonis ædificavit Capellam, dormitoria, valetudinarium, & culinam hujus Conventus, qui & animam exhalavit anno Domini* MCCLVIII. Ei autem, qui in læva poſitus eſt, ſculpta eſt imago mulieris, ſimiliter præ manibus ædem habentis, cum circumpoſitis his verbis: *Hic quieſcit Margareta de Leſſon marito mitis, & humilis corde, pauperibus omnibus, ſed Evangelicis potiſſimum in vita, & in morte multum liberalis, quæ Deo ſpiritum reddidit anno Virginei partus* MCCLIV. Eccleſia celebri parte capitis beati Huberti Confeſſoris dedicata tenetur, patronis SS. Paulo Apoſtolo atque Laurentio martyre, ſed a quo tempore, & cujus Præſulis officio, neſcitur.

Conventus Cathalauni. *Gonz. Prov. Fra. Conv. 12.*

Fundatores.

XIII. Antiquior eſt Conventus Royenſis; ob varios tamen bellorum ca-

Conventus Royenſis.

Digitized by Google

Idem Conv. 33.

caſus monumenta exciderunt. In diœceſi Ambianenſi, in urbe Royenſi, illum ædificavit dictæ Civitatis Prætor Rodulphus de Puthier, cujus etiam devotione haud exigua Eccleſia, duobus devotiſſimis aſſociata capellis, dedicata eſt ſub titulo beatæ Mariæ de Angelis, donata bona parte reliquiarum corporis beati Fiacri confeſſoris. In medio chori dictæ Eccleſiæ, ſub pulpito, jacet totius hujus Conventus præfatus fundator tomba marmorea contectus, cum hac inſcriptione: *Anno Domini* MCCL: *hoc lapide contectus eſt Rodulphus Le Puthier hujus Conventus primus fundator*. Extra Eccleſiam coram ipſa janua habetur ſepultura cujuſdam venerabilis Patris, quem, ajunt etiam ſeculares, unum fuiſſe ex ſociis beati Patris Franciſci: dictæ autem ſepulturæ ſcriptura, præ nimia vetuſtate adeo deleta eſt, ut nullo modo legi valeat.

Conventus ſanctæ Claræ Pfullingen.

Chronicon Saxonicum MS.

XIV. Eodem anno inchoatum eſt Monaſterium ſanctæ Claræ prope Pfullingen in Eccleſia ſanctæ Ceciliæ Virginis a devotis & nobilibus dominabus Irmela, ſive Irmegilda & Mechtilde circa feſtum ſancti Martini, anno Domini MCCLII. In feſto ſancti Othmari Abbatis veneruut Sorores ex Ulma, ſive Sefflingen Monaſterio, quod jam inchoatum fuerat, licet nondum conſummatum, & introductæ ſunt ſolemniter in dictum Monaſterium prope Pfullingen. Anno autem Domini MCCLXXVIII. in feſto ſanctæ Catarinæ, illæ duæ devotæ matronæ ſupra nominatæ receperunt habitum Ordinis ſanctæ Claræ, in quo inibi ſancte viventes, felici fine vitam clauſerunt in Dei famulatu.

Conventus Inſulenſis.

Gonz. Prov. S. Andreæ conv. 6.

XV. Inſulis in Comitatu Flandriæ urbe, & emporio frequentiſſimo initium dedit, atque ædificavit magna ex parte Conventum Fratrum Minorum Illuſtris Margareta Flandriæ, & Hollandiæ Comitiſſa, cujus litteræ originales in archivis Conventus aſſervantur. Sacrarium duabus reliquiis honoratur; una in cruce aurea continetur pars illius veſtis Chriſti, quam tetigit hæmorrhoiſſa, alteram condit argentea crux fruſtum ſanctiſſimæ Crucis, quam Imperator Carolus V. dono dedit fratri Petro Fabro ſuo confeſſario. Aſſervantur in eodem Conventu ſpina una coronæ ſpineæ Salvatoris, & caput unius Virginis ſanctæ Urſulæ ſociarum. Anniverſaria conſecrationis ejus feſtivitas quotannis recurrit Dominica prima Maii, & magna populi devotione frequentatur. Plures habuit viros doctrina, & pietate inſignes.

Conventus Ripæ Tranſonis.

Rodulphus fol. 255.

XVI. Conventus Ripæ Tranſonis circa hæc tempora erigitur, dubium quo anno, ſub Innocentio IV. Antiquum eſſe conſtat per litteras Gerardi Epiſcopi Firmani datas anno MCCLVI. Multa paſſus hic locus, & tota Civitas tempore Sigiſmundi Malateſtæ, qui per id tempus militabat pro clariſſimo, & præpotenti Senatu Venetorum, & cum copiis ingreſſus urbem rapuit, ipſe quod potuit, reliqua militibus diripienda permiſit. Floruit in Conventu Pariſino Magiſter Joannes de Ripa Tranſonum, vulgo dictus Ripa, qui ſuo tempore verbo ſimul, & exemplo nullum habuit potiorem, ut præclara ejus monimenta teſtantur, in 4. libros Sentent. & in libros de Anima. Teſtatur quoque lapis erectus in æde D. Franciſci de Ripis a fratre Felice Peretto de Monte-Alto Vicario Generali, ubi inciſa hæc verba leguntur.

JOAN-

Digitized by Google

JOANNES ARIPIS ORDINIS MINORUM, THEOLOGUS ET PHILOSOPHUS CLARISS. QUI ANNOS PLURES IN PUBLICO PARISIENSI GYMNASIO DOCUIT. IN SENTENTIAR. LIBROS ACUTISSIMA COMMEN. EDIDIT: DE ANIMA, DE VITIIS ET VIRTUTIBUS, ALIAQUE INGENII SUI MONIMENTA, QUÆ TEMPORUM INJURIA, SEU VETERUM INCURIA LATENT, SEU PERIERUNT, POSTERIS RELIQUIT. CLARUIT SUB JOANNE XXII. PONT. MAX. LUDOVICO BAVARO CÆSARE IMPERANTE. Epitaphium Joannis de Ripa.

Frater Felix Perettus a Monte-Alto, Agathen. Eccleſiæ Epiſcopus, Ordinis Minorum Con. Vicarius Generalis Apoſtolicus, Provinciali ſuo ergo poſuit.

Jacet in Cuſtodia Aſculana Provinciæ Marchiæ Anconitanæ in Piceno oppido, natura, & arte munitiſſimo, populo, & opibus abundante, non longe a Coſſiniano, & Offida caſtellis munitis.

Idem eſt judicium de antiquitate Conventus Recineti ejuſdem Provinciæ Cuſtodiæ Anconitanæ. Præ foribus Eccleſiæ leguntur hæc verba: *Joannes Accadia* MCCLVIII. an deſignetur annus fundationis, vel alius quiſpiam, neſcitur. Tempore Alexandri IV. claruit miraculis in hoc Conventu Beneventus. Conventum & Eccleſiam ſtructuris aliiſque commodis auxit Magiſter Joannes Picus de Sera Petronum; noviſſime ad meliorem formam redegit M. Ludovicus Pantha de Corinaldo. Conventus Recineti. *Idem fol. 256.*

XVII. Locus Aquipendii Provinciæ Romanæ Cuſtodiæ Urbevetanæ hoc anno ſub ſanctæ Mariæ titulo Fratribus conceſſus eſt. Prius Fratres habitabant in quadam ædicula ſanctæ Crucis ad Paleam amnem. Floruit in hoc Conventu Magiſter Thomas Aquipendenſis virtutibus illuſtris, qui præfuit Provinciæ Romanæ: demum ſummus Pœnitentiarius obiit Romæ, tumulatuſque in Aracœli ad fores ſacrarii ad lævam prope ſepulcrum Matthæi Aquaſpartani Cardinalis. Conventus Aquipendii.

XVIII. Locus Piſtorii, eſt locus antiquus; nam anno MCCL. de eo ſupplicatum fuit a pluribus Cardinalibus, & præſertim a Domino Philippo Cardinali Legato Ferrariæ, & conceſſus eſt Fratribus extra mœnia Piſtorii, ea conditione, ut Fratres in die ſancti Jacobi reciperent Epiſcopum & Clerum in Eccleſia, & ſingulis annis ſolverent unam libram ceræ, & unam libram thuris Epiſcopo Piſtorii & ſuis ſucceſſoribus. De conſtructione autem loci nihil aliud habemus, niſi quod præ foribus Eccleſiæ ſunt inſignia Curadorum. Hæc Civitas eſt Tuſciæ ad radicem montis Apennini, qua ex hac regione in Galliam tranſcenditur, qua olim in Gallias Catilinam delapſum, ſcribit Saluſtius. Hoc ipſo anno, ut teſtis eſt Leonardus Aretinus, in Florentinorum tranſivit dominium. Alborum, & Nigrorum in partes miſere diſtracta Civitas, ad excidium pene diſceſſit. Conventus Piſtorii.

XIX. Fundatur & Ceſenæ hoc anno Conventus, facultatem præbente Manzino Epiſcopo. Eam obtinuit frater Albertus Faventinus extruendi Monaſterium in tractu Trojæ a poſſeſſione dicti Epiſcopatus, locum antea comparavit Syndicus Fratrum Michael de Tura, nomine Eccleſiæ Romanæ, & de conſenſu Archiepiſcopi Ravennatis; illumque vendidit præfatus Epiſcopus. Conventionem approbavit * Alexander IV. ſum- Conventus Ceſenæ.

* Forte Innocentius ſi tempus concordat.

Digitized by Google

ſummus Pontifex anno VII. ſui Pontificatus. Sigiſmundus Malateſta inſignem Bibliothecam libris extruxit, egregiiſque manuſcriptis locupletavit, inter quos Opuſcula Plutarchi ſe offerunt, & Biblia Hebraicis, & Chaldaicis litteris expreſſa. Hanc Bibliothecam celebrat Leander Albertus deſcriptione Arminiorum, & caſum Illuſtris familiæ Ateſtinæ per gradus referens; atque item in deſcriptione Ceſænæ. Blondus autem melioribus Italiæ comparandam ſuo tempore Bibliothecam aſſeruit. Ejus Cuſtodiam habent domini Deputati urbis, & pater Guardianus Conventus. Ex eo plures viri illuſtres prodierunt, inter quos frater Michael Ceſænas quondam Ordinis Franciſcani Generalis Miniſter; exorta de paupertate Chriſti, & diſcipulorum ejus controverſia Joanni XXII. factus rebellis, vir alioquin magnus, ſi mentis ac humilis, quem aſſumpſit, ſtatus teneret ſobrietatem. Ceſænas urbs jacet ad pedem Apennini via Æmilia, in ea regione Italiæ quæ Romanula, ſeu Romandiola dicitur. Ptolomeus in Gallia togata, Plinius in octava regione eam cognominant. Frequens eſt, atque abundans; incolas habet nobiles ingenio, atque opibus pollentes; a Britonibus ſub Gregorio XI. pœne exciſa, deinceps variorum dominatum paſſa factionibus ſuccubuit, & poſt Alexandrum VI. iis ſopitis, reſpirans ſecure habitatur.

Conventus Genuen. Fundator.

XX. Conventus Genuæ eodem anno extructus eſt die v. Maii ab Illuſtri Domino Andrea de Fliſco Archidiacono, qui eſt ſepultus in medio chori cum habitu beati Franciſci: prius habitabant Fratres in loco ſanctæ Marthæ. In eodem loco jacet frater Bellengerius de Monticulo, & frater Bonifacius de Riparolo, dictæ Provinciæ Miniſter, doctrina & bonitate clarus; Magiſter Henricus de monte Jardino, qui egregios Commentarios ſcripſit in divum Joannem, alioſque ſermones conſcripſit in Quadrageſimam. Floruit Magiſter Bartholomæus de Coturno Cardinalis, & Magiſter Antonius de Mare, qui edidit ſummam in Theologia.

Conventus Dinanien. Provin. Turoniæ Conv. 9.

XXI. Gonzaga, Conventum Dinani initium ex voto Illuſtris Baronis Davaulgour habuiſſe, hoc modo refert; Dinanum urbs pulcherrima in Epiſcopatu ſancti Maclovii, Conventum habet divi Franciſci elegantiſſimum, cujus erectio, ſanctaque ejuſdem Conventus deſtinatio, ſeu legatio, ſequenti patebit hiſtoria. Anno igitur Domini MCCXLI. cum ſanctus Gallorum Rex Ludovicus maxima ſui Regni magnatum, ac procerum multitudine ſtipatus, in Turcas, & Saracenos ſe conferret, excelſus, & generoſus Baro Davaulgour, qui magna fide, ac pietate votum Domino, & divo Franciſco fecit, pollicitus, ſi de ſuis, vel potius Chriſti, Chriſtianorumque omnium juratis hoſtibus triumpharet, ſe Dinani, ex proprio palatio Fratrum Minorum Cœnobium ædificaturum, atque Franciſcani Ordinis habitum ſuſcepturum, ſi ſalvus Rex, & incolumis, totuſque exercitus ad patriam redirent. Quo in gemitu, ei Patriarcha ſanctus Franciſcus apparuit dicens; ne Chriſti milites animum deſponderent, futurumque illis auxilium a Deo repromiſit. Quo peracto bello, Dominus Davaulgour, deoſculatis Chriſtianiſſimi Francorum Regis manibus, huic ſeculo nequam, & pompis ejus nuncium remittens, a beato Bonaventura habitu divi Franciſci ſuſcepto, Dinanum rediit, ibique, ut promiſerat, magnificentiſſimum Conventum erexit, qui a cunctis noſtra Domina de Virtutibus nuncupatur. Hanc porro imaginem noſtræ Dominæ de Virtutibus miſerat ad præfatum fundatorem Seraphicus Doctor Bonaventura, ut ex Archivis liquet. In eo autem Con-

Digitized by Google

Conventu laude, memoriaque dignam vitam protrahens, in Domino tamdem obdormivit, ac diem clauſit extremum. Ceterum ex ea parte historiæ, quæ voventis, & Chriſtiani exercitus anguſtias ſubindicat, hoc anno judicarem contigiſse votum, quo in manus Saracenorum traditi ſunt tam Rex, quam reliqui Chriſti milites; alioquin aliud non occurrit diſpendium, quo animo ſummopere deſponderent, ideo vitio impreſsoris numerus pro numero in annorum ſupputatione facile judicarem irrepſiſse: nam & annus ibidem expreſsus longe a vera temporis ſupputatione recedit, cum nec eo quidem anno voto ſe aſtrinxit ſanctus Ludovicus, aut crucem tranſmarinam aſsumpſit. Error corrigitur

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

,, XXII. Circa hunc annum evaſit Monaſterium Damianitarum, quæ
,, poſtea a ſua primiceria vocatæ ſunt Clariſsæ, Eccleſia quædam ſan-
,, cti Joſephi extra muros Valentinos in Hiſpania, prope quam devoto Monaſt. Valentinum.
,, conſortio, regnantibus adhuc in ea Civitate Mauris, vivebant quæ-
,, dam fœminæ religioſæ. Sævis Chriſtianorum hoſtibus ejectis, & in *Gonzag. in Prov. Valent. Monaſt. 1.*
,, ſuam poteſtatem redacta urbe, Jacobus Rex commodum Monaſterium
,, extrui voluit, & pias fœminas ſub diſciplina Damianitarum conver-
,, ſari. Ita factum cura & opera Illuſtrium quorumdam Equitum ex no-
,, bili Arenoſorum proſapia; & demum Monaſterium, quod primis urbis
,, muris excludebatur, recentioribus circumſeptum eſt, creſcente
,, Chriſtianorum numero, & urbe amplificata. Floruerunt in hoc Cœ-
,, nobio piæ Moniales, nempe Soror Barbara Traveria, quæ Dominica in
,, ramis Palmarum, dum reliquæ Sorores Chriſti triumphum ramis,
,, cantu, & proceſſione repræſentabant, Chriſtum ipſum aſino inſiden-
,, tem, turbam applaudentem, & pueros Hebræorum acclamantes:
,, *Oſanna in excelſis*: meruerat videre. Soror Eſporellana, & Clara
,, Builia, quarum utraque uti ſancte vixit, ita ſancte in Domino obdor-
,, mivit, atque aliæ, quarum excidit memoria.
,, XXIII. Aliqua jam hoc anno recurrunt monumenta Pontificia,
,, quorum jactura his annis proxime elapſis noſtræ plurimum detraxit
,, hiſtoriæ. Ex primo conſtat, Epiſcopum Conſtantienſem (qui ſecun-
,, dum catalogum Epiſcoporum prædictæ Eccleſiæ apud Bruſchium, erat Monaſt. Conſtantien.
,, tunc Eberhardus ſecundus Dapifer a Waldburg) Monaſterium con-
,, ſtruxiſse Clariſſis, ſive Damianitis, in parte Pontis Conſtantienſis,
,, quibus erudiendis miniſtrari tres vel quatuor probatæ vitæ, alterius
,, Monaſterii Religioſas, præcepit Miniſtro Fratrum Minorum Provin-
,, ciæ Alemaniæ. *Cum venerabilis Frater* II. Nonas Julii. Eidem Mi-
,, niſtro, & Provinciali Prædicatorum injungit, ut cruce ſignatos Friſiæ,
,, & Norvegiæ, ad transfretandum in ſubſidium terræ ſanctæ, per ſe
,, ſuoſque Fratres exhortentur: *Cum ad præſens terræ ſanctæ* III. Kalen-
,, das Decembris. Fratribus in terras Saracenorum, & Paganorum profi-
,, ciſcentibus varia impertitur privilegia. *Pro zelo fidei*. Idibus Julii.
,, Fratribus Pampilonen. reſtitui jubet, quæ ad ipſos ſpectabat, dum
,, Eccleſiam ſancti Petri de Ripis prius, uti alias diximus, habitabant, *Ann. 1246. n. 29*
,, licet prædictam Eccleſiam Epiſcopus vendiderit Sororibus ſancti Au-
,, guſtini in loco Cellæ commorantibus. *Cum Eccleſia ſancti Petri* IV. Ka-
,, lendas Novembris. Dum mulierculæ quædam in habitu Damianitarum
,, per Civitatem, & diœceſim Salmanticenſem diſcurrerent, ſcripſit
,, Epiſcopo, ut harum libertati, & Monialium præjudicio opportune
,, remedium adhiberet. *Ex parte dilectarum* II. Kalendas Octobris. Da-
,, mianitis Pampilonen. Monaſterii ſanctæ Gratiæ, & Barcinonen. ſan-

cti

Digitized by Google

„ cti Antonii liberæ ſepulturæ concedit facultatem. *Cum a nobis petitur*
„ IV. Kalendas, & Idibus Octobris.

Montem Toletanum ſanctæ Claræ.

Gonzag. in Prov. Caſt. Monaſt. 2. Salaz. l. 5. c. 29. Vide Marianam de reb. Hiſp. lib. 13. cap. 5. Piſanum de reb. Tolet. lib. 3. c. 19. Conſtan. Caetan. in proem. Libell. de educat. ſancti Ignatii &c.

„ XXIV. Hoc anno conſtruxiſſe ſibi quaſdam Virgines domum extra muros Toletanos in Valle ſanctæ Suſannæ prope ædiculam ſanctæ Mariæ, accepta a Roderico Ximeneo Archiepiſcopo Toletano licentia, ſcribit Gonzaga. Sed vel ante hunc annum conſtructa eſt domus, vel per annos aliquot præceſſit Roderici licentia, quem boni quique Scriptores rerum Hiſpanicarum vita functum anno MCCXLV. vel ad ſummum anno MCCXLVII. conſcribunt. Facultatem confirmavit anno MCCLIV. Innocentius IV. (Typographi errore apud Gonzagam VIII.) præſcripta pro more, & exemplo aliorum Monaſteriorum Regula ſancti Benedicti, & conſtitutionibus propriis Sororum Damianitarum (quod quibuſdam inſulſi erroris anſam dedit aſſerendi, ſanctam Claram, & prima Clariſſarum Monaſteria fuiſſe Benedictina, & vixiſſe ſub Inſtituto peculiari ſancti Petri Damiani, cum non niſi ea prima religionis æde ſancti Damiani prope Aſſiſium Damianitæ ſint vocatæ Sorores, uti Dominicani in Gallia a prima illorum domo Pariſienſi ſancti Jacobi appellantur Jacobini; injuncto vero Fratribus Minoribus Monaſterii regimine, illic perſeverarunt, per annos CXXIV. magna virtutis opinione, donec illuſtris fœmina Maria Melandez Guttieri, Telez Meneſii conjux proprias ædes intra muros Toletanos anno MCCCLXXIV. in Monaſterium ſanctæ Claræ convertit. Agnes annis multis præfuit Monaſterio, cui ſucceſſit in regimine nobilis virgo neptis ejuſdem, filia Comitis Alphonſi. Tres iſtæ Principes ſorores jacent in Choro fornicatis ſepulturis, & prope eaſdem, quidam Dux Argionenſis huc translatus e Monaſterio Canonicorum Regularium, *Benevivere* nuncupato, prope Carrionem, ita flagitante illius nepte Agnete prædicta. Multa multi Pontifices huic Monaſterio conceſſerunt privilegia, quorum diplomata accurate ſervantur in Cartophilaceo: aliquorum nos ſuis locis damus exemplaria.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. PLacuit Summo Pontifici Minoriticum Ordinem pluribus proſequi favoribus, & Apoſtolicis gratiis condecorare: conceſſit enim in Eccleſiis noſtri Inſtituti liberam cuique fidelium ſepulturam, ſalva tamen aliarum Eccleſiarum, unde mortuorum corpora aſſumuntur juſtitia, pro qua re ſequentes litteras dedit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris, & aliis Fratribus Ordinis Minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Specul. to. 1. f. 5.

Sepulturam liberam Fratribus concedit.

„ *CUm a nobis petitur quod juſtum & honeſtum eſt, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem Officii noſtri, ad debitum perducatur effectum: ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, ſepulturam Eccleſiarum veſtrarum liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deſideraverint, nullus obſiſtat: ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſ-*

Digitized by Google

„ *aſſumentur. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Datum Lugduni*
„ *V. Kalendas Martii Pontificatus noſtri anno* VII.

„ II. Neceſſaria porro fuit hæc ſummi Pontificis decretalis, ut Fra-
„ tres a quotidianis litibus & controverſiis, quibus magna cum mole-
„ ſtia torquebantur, tamdem liberarentur: qua nihilominus promulga-
„ ta, cum nihilominus Ordinis Eccleſiæ deprædicarentur Oratoria pri- Eccleſ. ff. olim
„ vata, & non publica, quibus jus illud competeret: idem ſummus Pon- depr. Orat. priv.
„ tifex per aliam ſuam decretalem Eccleſias omnes Ordinis, ubi Con-
„ ventus exiſtunt, titulo jure merito conventualitatis gauderent: ac ideo
„ conventuales nuncupandas eſſe cenſuit, & voluit: & ita quidem ad
„ differentiam Collegiatarum Secularium: cum alioquin Collegium, &
„ Conventus idem recte ſentientibus in aure ſonent: præfatæ decretalis
„ tenor eſt ut ſequitur.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

„ *CUm tamquam veri, & fideles Chriſti Miniſtri elegeritis vobis in* Bull. cherub. fol. 97.
„ *domo Domini manſiones, dignum eſſe credimus, ut habitacula veſtra*
„ *inter alias honorabiles congregationes fidelium ſtatuamus. Hinc eſt igi-* Indiculus citat.
„ *tur, quod veſtris ſupplicationibus inclinati, præſentium auctoritate de-*
„ *cernimus, ut Eccleſiæ veſtræ omnes, ubi Conventus exiſtunt, Conven-*
„ *tuales vocentur: vobis nihilominus licentiam concedentes, ut in ipſis Ec-* Eas decl. Pont. Conv.
„ *cleſiis, ad opus Fratrum, & familiæ veſtræ habere libere cœmeteria*
„ *valeatis. Nulli ergo &c. Datum Lugduni nonis Aprilis Pontificatus no-*
„ *ſtri anno* VII.

„ III. Ab hoc tempore Ordinis Minoritici Fratres, Conventuales A quo nomen Con. in Ord.
„ Minores nuncupati ſunt, qui tamen titulus communis ſubſequutivis
„ reformationes in Ordine afferentibus, factus eſt peculiaris: cum una-
„ quæque reformatio, ut plurimum ſui auctoris nomen, vel ab eo ſui
„ ſpecialem denominationem, non abjecto conventualitatis nomine,
„ nec privilegio, ſumpſiſſe videatur. Moleſtam etiam ſemper, & pa- Indic. ex Arch. SS. Apoſt.
„ rum utilem Sanctimonialium curam a Fratribus ſub idem fere tempus
„ abſtulit, ſupplicantibus dato Apoſtolico diplomate *Inſpirationis di-*
„ *vinæ &c.* II. Nonas Martii, quo pariter die Prælatos Ordinis ſuper
„ Altare portatili poſſe celebrare conceſſit *Poſtulatis &c.* II. Nonas
„ Martii: vetuit etiam ſub eadem die per duas conſtitutiones, ne quiſ- Abſol. Fr. a cura Monialium.
„ quam poſt emiſſam profeſſionem Religionis, ab Ordine diſcedat. *Cum*
„ *paupertatem &c.* Kalendis Octobris, & *cum dilectorum &c.* Kalendis
„ Octobris. E contra vero, augmento Religionis ſtudens, ad noſtram
„ ſeculares confugientes Religionem, poſſe a cenſuris abſolvere benigne
„ indulſit, ut ex ſubſequenti apparet.

IN-

Digitized by Google

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Dilectis Filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus Ordinis Minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem &c.

Concedit ut abſ. a cen. venien. ad Ordinem.

CŒleſtis amor Patriæ mentes veſtras ſic allexiſſe perſpicitur, ut quaſi hoc ſolum delectationis vobis tribuat, quod divinæ voluntati ſit placitum, & ſalutem proferat animarum: procedit ex hoc, quod Nos veſtris piis petitionibus favorem largiri benevolum delectantes, maxime cum ex Apoſtolica cura teneamur officii circa religionis augmentum attenti, & vigiles inveniri: vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut volentes veſtro aggregari Collegio, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis ſententiis ſint ligati, abſolutionis beneficium, juxta formam Eccleſiæ impertiri, & ipſos in Fratres recipere, ac eos, qui poſt aſſumptum habitum, recoluerint, ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſententiis innodatos, ſecundum formam ipſam abſolvere valeatis: ita tamen, quod ſi aliqui ex eis, de hujuſmodi ſententiis propter debitum ſunt adſtricti, ſatisfaciant ut tenentur. Nulli ergo omnino &c. Datum Lugduni VIII. *Kalendas Februarii.*

Indicul.

IV. Ceterum conceſſis nonnullis gratiis Monialibus Clariſſis Montis Lucis Peruſini *Quoniam &c.* Idibus Decembris: *Et cum opus fuerit &c.* ſub eadem data: & *Cum ſicut &c.* XII. Kalendas Junii: pro cruce ſignatis Indulgentias conceſſit: *Ut nihil vobis &c.* X. Kalendas Aprilis.

Ludovic. fit captiv. &c.

Wadd. ad hunc annum num. 1. Hiſt. Orien. fol. 1196.

V. Interea captum fuiſſe hoc anno cum toto ſuo exercitu S. regem Ludovicum Waddingi Annales commemorant: Nos vero ſperantes gratum lecturis eam, quam de ſua captivitate, & liberatione, ipſe idem epiſtolam ſcripſit, hic ex orientali hiſtoria exceptam reddere minime gravamur.

S. R. EPISTOLA

Ejuſdem Epiſt.

LUDOVICUS DEI GRATIA FRANCORUM REX.

Dilectis, & Fidelibus ſuis Prælatis, Baronibus, Militibus, Civibus; Burgenſibus ſuis, & aliis univerſis in Regno Franciæ conſtitutis, ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem.

AD decus, & gloriam Divini nominis Crucis proſequi cupientes negotium, totis affectibus univerſitati veſtræ duximus intimandum, quod poſt captionem Damiatæ, quam Dominus Jeſus Chriſtus per ineffabilem ſuam miſericordiam, quaſi miraculoſe, præter vires humanas, chriſtianæ tradiderat poteſtati, ſicut vos credimus non latere: deliberato

Narrat receſſum de Damiata.

communi conſilio, de Damiata receſſimus XX. *Menſis Novembris proxime præteriti, congregato tam navali exercitu, quam terreſtri, procedentes adverſus Saracenorum exercitum congregatum, & caſtrametatum in loco,*

Apud Maſſor. ſiſtit cum exercitu.

qui vulgariter dicitur Maſſoria: *in quo quidem itinere ſuſtinuimus aliquos Saracenorum inſultus, in quibus aſſidue detrimentum ſuorum non modicum receperunt: quadam die nonnullis eorum, qui de exercitu Ægiptiorum noſtris occurrerant, interfectis.*

In-

,, *Intelleximus autem in ipſo itinere, Soldanum Babiloniæ de novo vi-*
,, *tam miſeram finiſſe: qui ſicut publice dicebat, & miſerat ad filium ſuum*
,, *morantem in partibus Orientis, ut in Ægyptum veniret, & eidem a*
,, *cunctis ſui exercitus majoribus fidelitatis fieri faceret juramenta, relicta*
,, *totius ſuæ Terræ exercitus cuſtodia cuidam Admirato ſuo, nomine* Fra-
,, chardino; *hæc quidem in acceſſu noſtro ad locum prædictum, invenimus*
,, *vera eſſe.*
,, *Accedentes igitur ad locum prædictum die martis, ante feſtum*
,, *Nativitatis Dominicæ, in primis acceſſum habere nequivimus ad Sarace-*
,, *nos eoſdem, propter quemdam fluvium, inter utrumque exercitum de-*
,, *fluentem, qui fluvius* Thaneos *dicitur, & in loco illo a magno flumine*
,, *derivatur. Inter utrumque fluvium poſuimus caſtra noſtra, protendentia*
,, *a majori flumine ad minorem, ubi aliquando conflictu habito cum Saracenis,*
,, *multi ceciderunt ex ipſis, noſtrorum gladiis interfecti: maxima inſuper*
,, *eorum multitudine ſubmerſa in aquis validis, & profundis; ſane quia*
,, *memoratus fluvius* Thaneos *non erat vadabilis propter profunditatem* Inter duo flumina caſtramet.
,, *aquarum, & riparum altitudinem, cœpimus facere ſuper eum calciatam,*
,, *ut per eam pateret tranſitus exercitui Chriſtiano, ad hoc multis diebus cum*
,, *immenſis laboribus, periculis, & ſumptibus inſiſtentes: Saraceni autem*
,, *e contra totis reſiſtentes conatibus, machinis noſtris, quas erexeramus,* Machinæ Chriſtian. conquaſſ.
,, *ibidem machinas oppoſuerunt quamplures, quibus Caſtella noſtra lignea,*
,, *quæ ſuper paſſum collocari feceramus eumdem, conquaſſata lapidibus, &*
,, *confracta combuſſerunt totaliter igne græco: quo facto fere omnes ſpe, &*
,, *expectatione fruſtrata per calciatam illam taliter tranſeundi: tamdem*
,, *per quemdam Saracenum venientem ab Ægyptiorum exercitu, datum*
,, *fuit nobis intelligi, locum eſſe vadabilem aliquantulum inferius, quo po-*
,, *terat exercitus Chriſtianus fluvium tranſmeare.*
,, *Inde communicato conſilio Baronum, & aliorum Majorum de*
,, *exercitu, die Lunæ ante cineres fuit concorditer ordinatum, quod in cra-*
,, *ſtino, die videlicet carnis privii, ſummo mane conveniremus ad locum*
,, *prædictum, fluvium tranſituri: quadam parte exercitus ad caſtrorum*
,, *cuſtodiam, ordinata. Die itaque craſtina, ordinatis aciebus, venientes*
,, *ad locum, tranſivimus fluvium, non tamen ſine gravi periculo: nam pro-*
,, *fundior, & periculoſior erat locus, quam nobis fuerat intimatum, ita* Vadatur fluvius.
,, *quod ibi opportuit natare equos noſtros, & propter altas, & lutuoſas ri-*
,, *pas, periculoſus erat exitus fluminis antedicti.*
,, *Tranſacto itaque flumine, ventum eſt ad locum, ubi erant Sarace-*
,, *norum machinæ, juxta calciatam prædictam, & habito cum Saracenis* Aggreditur Saracenos felici eventu.
,, *aggreſſu, noſtri, qui præcedebant, multos ex ipſis trucidarunt gladiis,*
,, *non parcentes ſexui, vel ætati: inter quos Capitaneum eorumdem, &*
,, *quoſdam alios Admiratos interfecerunt ibidem: deinde vero diſperſis*
,, *aciebus noſtris, quidam noſtrorum per caſtra hoſtium diſcurrentes, vene-*
,, *runt uſque ad Villam, quæ* Maſſora *dicitur: quotquot hoſtium occure-* Diſpertitur Exercitus.
,, *bant, gladiis occidentes. Sed tamdem Saraceni, cognito eorum inconſulto*
,, *proceſſu, reſumptis viribus, irruentes in eos, & circumvallantes undi-*
,, *que oppreſſerunt eoſdem: unde facta eſt noſtrorum ſtrages non modica Ba-*
,, *ronum, & militum, tam Religioſorum, quam aliorum de qua non im-* A Saracenis opprimitur.
,, *merito doluimus quam plurimum, & dolemus: ibi etiam illum præcor-*
,, *dialem, & præclarum Fratrem noſtrum recolendæ memoriæ, & Atreba-* Moritur Comes Atrebatenſis, & multi Barones.
,, *tenſem Comitem, temporaliter amiſimus, quem cum cordis amaritudine*
,, *recolimus, & dolore, licet de ipſo gaudendum ſit potius, quam dolendum,*

,, *quoniam pro certo credimus, & ſperamus cum Corona martyrii ad cæle-*
,, *ſtem evolaſſe Patriam, & ibi cum ſanctis Martyribus perenniter congau-*
,, *dere.*

,, *Itaque die illa, Saracenis ſuper nos irruentibus undique, ac im-*
,, *brem emittentibus ſagittarum, graves inſultus ſuſtinuimus eorumdem*
,, *uſque circiter horam nonam, deficiente nobis omnino baliſtarum ſubſidio:*
,, *& tamdem, multis ibidem vulneratis ex noſtris, & equis noſtris pro*
,, *majori parte diverſis ſauciatis vulneribus, aut occiſis, Domino auxilian-*
Servato Campo Militari.
,, *te, campum retinuimus, noſtrorum viribus recollectis, & ibi juxta Sa-*
,, *racenorum machinas, quas acquiſivimus, eadem die caſtra noſtra poſui-*
,, *mus, ubi cum paucis moram fecimus die illo, facto ibi prius ponte de lignis,*
,, *per quem poſſent illi ad nos, qui erant ultra fluvium, tranſmeare.*

,, *In craſtino vero plures de noſtris de mandato noſtro fluvium*
,, *tranſeuntes caſtrametati ſunt juxta nos: & tunc deſtructis Sarace-*
,, *cenorum machinis, licias fecimus ad pontes navales, per quos noſtri de*
,, *uno exercitu ad alium tranſire libere poterant, & ſecure. Sequenti au-*
,, *tem die Veneris, filii perditionis, congregatis ex omni parte viribus ſuis,*
,, *Chriſtianum exercitum omnino perdere intendentes, in fortitudine ma-*
Reaſſumunt Saraceni oppreſſiones.
,, *xima, & in multitudine infinita convenerunt ad licias noſtras, ex omni*
,, *parte exercitus, tantos tamque terribiles facientes inſultus, quantos*
,, *(ſicut a pluribus dicebatur) in eis marinis partibus numquam viderant*
,, *facere Saracenos, quibus tamen (divina prævalente potentia) ordinata*
,, *ex omni parte exercitus noſtrorum copia reſtitimus, & impetus repulimus*
,, *eorumdem, maxima eorum multitudine occumbente.*

,, *Poſtmodum autem, elapſis aliquot diebus, adventavit apud Maſſo-*
,, *ram Soldani filius, veniens de partibus Orientis: in cujus adventu tym-*
Advenit in Caſtra Saracenorũ Soldani filius.
,, *panizantes, & lætantes Ægyptii receperunt eum ad dominium: Et ex*
,, *hoc argumentata eſt eorum non modica fortitudo: unde apud nos poſtmo-*
,, *dum, neſcimus quo Dei judicio, omnia noſtris deſideriis in contrarium*
,, *ſucceſſerunt, inolente diverſarum ægritudinum peſte, & mortalitatis*
,, *etiam generalis, tam in hominibus, quam in equis: ita quod vix erant in*
Inoleſcit mortalitas & peſtis.
,, *exercitu aliqui, qui mortuos ſuos non plangerent, aut ægrotantes ad*
,, *mortem: unde pro magna parte diminutus erat exercitus Chriſtianus, &*
,, *conſumptus.*

,, *Tantus erat defectus victualium, quod plures inedia deficiebant, &*
,, *fame: non enim Vaſſella Navalia de Damiata ad Exercitum tranſire po-*
Deficiũt victualia, & annonæ.
,, *terant, impedientibus Saracenorum Galeis, & Vaſis pyraticis, quæ per*
,, *terram in flumine collocaverant ante dicto: ſicque compluribus Vaſis noſtris*
,, *prius captis ab eis in flumine, tamdem duas ſucceſſive caravanas victua-*
,, *lia, & alia multa bona ad exercitum deferentes, cæſa Marinarorum,*
,, *& aliorum multitudine, cæperunt, in totius Exercitus detrimentum:*
,, *unde deficiente omnino victualium, & annonæ equorum ſuffragio, cæpe-*
Intercipiuntur ſubſidia.
,, *runt in exercitu deficere fere omnes, in deſolationem, & terrorem non*
,, *modicum incidentes.*

,, *His igitur arctatos incommodis, tam propter ciborum carentiam,*
Regreſſus per Damiat.
,, *& equorum annonæ, quam propter caſus ſuperius adnotatos, inevitabilis*
,, *neceſſitas nos induxit a loco prædicto recedere, & ad partes Damiatæ*
,, *redire, ſi Dominus providiſſet: Sed cum viæ hominis non ſint in eo, ſed*
,, *potius in illo, qui quorumcumque greſſus dirigit, & diſponit juxta ſua*
,, *placita voluntatis, dum eſſemus in itinere revertendi, v. ſcilicet die men-*
,, *ſis Aprilis, & Saracenis totis ſuis viribus congregatis in unum, cum mul-*
titu-

Digitized by Google

,, titudine infinita aggreſſi ſunt exercitum Chriſtianum: & ſicut accidit
,, permiſſione Divina, peccatis noſtris exigentibus, in manibus inimicorum
,, incidimus, nobis & cariſſimis Fratribus noſtris Pictavienſis, & Ande-
,, gavenſis Comitibus, & ceteris, qui nobiſcum revertebantur per terram,
,, nemine penitus evadente, captis, & carceribus mancipatis, non ſine ma- Rex cum ſuis fit captivus.
,, xima ſtrage noſtrorum, & effuſione non modica ſanguinis Chriſtiani: ma-
,, jori parte illorum, qui revertebantur per fluvium, ſimiliter capta, aut
,, gladio interfecta, vaſellis navalibus ut plurimum incendio diſſipatis, in
,, quibus incendiaria flamma combuſſit ægrotantium multitudinem dolo-
,, roſam.
,, Sane poſt captionem noſtram per dies aliquot jam dictus Soldanus
,, requiri nos fecit de treguis faciendis, petens inſtanter, non ſine minis, & Soldanus petit treuguas.
,, auctoritate verborum, quod ſublato mox diſpendio, faceremus ſibi reſti-
,, tui Damiatam, cum omnibus rebus ibidem inventis, & reſarciremus
,, omnia damna, & expenſas, quas fecerat uſque ad tempus illud a die, qua
,, receperant Damiatam Chriſtiani: tamdem vero poſt multos tractatus tre-
,, guas inivimus uſque ad decennium ſub hac forma, videlicet.
,, Quod idem Soldanus nos, & omnes, qui capti fuerant a Saracenis
,, poſtquam venimus in Ægyptum, Chriſtianos captivos, nec non & omnes
,, alios de quibuſcumque partibus oriundos, qui capti fuerant a tempore, Articuli treugarum expenduntur.
,, quo Soldanus Kiemel, avus ejuſdem Soldani Caym cum Imperatore treu-
,, gas iniret, de carcere liberaret, & liberos abire permitteret ubi vellent,
,, & quod terras, quas Chriſtiani in Regno Hieroſolymitano tenebant in
,, adventu noſtro, cum omnibus pertinentiis earum in pace tenerent.
,, Nos autem tenebamur ei reddere Damiatam, & octingentos millia
,, Bizantiorum Saracenorum pro liberatione captivorum, & damnis, &
,, expenſis prædictis, de quibus jam ſolvimus quadringentos: & liberare
,, omnes Saracenos captos in Ægypto a Chriſtianis, poſtquam illuc veni-
,, mus: nec non & eos, qui capti fuerant in Regno Hieroſolymitano a tem-
,, pore treugarum olim factarum inter Imperatorem, & Soldanum prædi-
,, ctum; Adjectum, quod omnia bona noſtra mobilia, & omnium aliorum
,, apud Damiatam remanentia poſt receſſum noſtrum, ſalva forent, & ſub
,, cuſtodia, & defenſione ejuſdem Soldani, portanda ad Terram Chriſtiano-
,, rum, quandocumque opportunitas haberetur: Omnes etiam Chriſtiani
,, infirmi, & alii, qui pro vendendis rebus ſuis, quas ibi habebant, in Da-
,, miata moram traherent, tuti ſimiliter eſſent, receſſuri per terram, vel
,, per mare, quando vellent ſine impedimento, vel contradictione quacum-
,, que: & omnibus aliis, qui per terram vellent recedere, tenebatur idem
,, Soldanus uſque ad terram Chriſtianorum ſecurum præſtare conductum.
,, Unde cum hujuſmodi treugæ inter nos, & Soldanum prædictum,
,, præſtitis juramentis hinc inde, firmatæ fuiſſent, & jam idem Soldanus
,, eſſet cum ſuo exercitu in itinere veniendi adverſus prope Damiatam pro
,, complendis omnibus ſupradictis, accidit (Divino judicio) quod quidam Concluſis treugis Soldanus trucidatur a ſuis.
,, milites Saraceni, non ſine conniventia vel majoris partis exercitus,
,, irruentes in Soldanum prædictum, ſurgentem in mane de menſa, poſt
,, prandium, ipſum immaniter vulnerarunt, & de ſuo tentorio exeuntem,
,, ut poſſet fugæ beneficio liberari (videntibus fere omnibus Admiratis, &
,, aliorum Saracenorum multitudine) fruſtatim gladiis trucidarunt.
,, Quo perpetrato, ſtatim multi Saraceni armati, in illo furoris calo-
,, re, venerunt ad noſtrum tentorium, ac ſi vellent, ut timebatur a multis,
,, in nos, & alios Chriſtianos deſævire: ſed divina clementia eorum furiem

 miti-

,, *mitigante, ſuper firmandis treugis præhabitis cum Soldano, & Civitatis*
,, *Damiatæ liberatione feſtina, nos requiſierunt inſtanter: cum quibus,*
,, *præmiſſis tamen ab eis verborum, & comminationum tonitruis, tamdem,*
,, *ſicut Domino placuit, qui tamquam Pater miſericordiarum, & pius in*
,, *tribulationibus conſolator, gemitus compeditorum exaudit, firmavimus*
,, *cum juramentis treugas, quas feceramus antea cum Soldano, & ab omni-*
,, *bus, & ſingulis eorum recepimus juramenta, juxta legem eorumdem,*
,, *ſuper treugis noſtris obſervandis, determinatis certis temporibus, infra*
Tamdem confirmantur treugæ. ,, *quæ captivi liberarentur hinc inde, & Damiatæ Civitas redderetur: in*
,, *cujus redditione, & tunc cum Admiratis eiſdem, & antea cum Soldano ea*
,, *de cauſa non ſine difficultate convenimus, quia ſpes nulla erat de retinenda*
,, *Civitate jam dicta, ſicut certiſſime per illos intelleximus, qui ad nos de*
,, *Damiata venerant, veritatem nullatenus ignorantes; propter quod de*
,, *conſilio Baronum Franciæ, & quamplurium aliorum potius elegimus Chri-*
,, *ſtianitati fore conſultius nos, & captivos alios pro treugis hujuſmodi libe-*
,, *rari, quam Civitatem taliter amittere cum reſiduo populi Chriſtiani*
,, *exiſtentis in illa, & nos, & alios ſub tantis periculis in carcere re-*
,, *manere.*
,, *Die ergo ſtatuta receperunt Admirati Civitatem eamdem: qua re-*
Reſtituitur Damiata, & liberatur Rex cũ ſuis. ,, *cepta liberaverunt nos & fratres noſtros, nec non Comites Britanniæ, &*
,, *Flandriæ, & Sueſſion, & multos alios Barones milites de regno Franciæ,*
,, *Hieroſolymorum, & Cypri: & tunc ſpem firmam habuimus, ex quo nos*
,, *liberaverunt, & alios ſupradictos, quod de reddendis, & liberandis*
,, *omnibus aliis Chriſtianis, juramenta ſua firmiter obſervarent, ſecundum*
,, *continentiam treugarum.*
,, *His itaque peractis, a partibus Ægypti receſſimus, certos nuncios*
,, *dimittentes ibidem ad recipiendos captivos a Saracenis, & ad cuſtodiam*
,, *rerum, quas ibi dimiſimus, eo quod non habebamus navigia, quæ ſuffice-*
,, *rent ad portandum.*
,, *Poſtmodum autem venientes in actu de rehabendis captivis, quod*
,, *multum inſidet cordi noſtro ſollicite cogitantes, remiſimus alios ſolemnes*
,, *nuncios, & navigia in Ægyptum ad reducendos captivos, & res alias,*
,, *quas dimiſeramus ibidem, ſcilicet machinas noſtras, arma, tentoria,*
,, *quamdam quantitatem equorum, & alia multa bona; ſed Admirati præ-*
,, *dicti nuncios noſtros cum inſtantia poſtulantes reddi ſibi captivos, juxta*
,, *formam treugarum, & alia ſupradicta detinuerunt diutius in Babilonia*
A Saracenis non ſervatur pactum. ,, *ſub ſpe reddendi omnia, quæ petebant: tamdem vero poſt expectationem*
,, *diuturnam de captivis omnibus, quos reddere tenebantur, qui ſunt, ut*
,, *firmiter dicitur, numero plus quam duodecim millia, inter antiquos, &*
,, *novos, non liberaverunt nunciis noſtris niſi tantummodo quadringentos,*
,, *de quibus pars quædam exivit de carcere pecunia mediante: de ceteris*
,, *autem rebus nihil omnino reddere voluerunt.*
,, *Imo, quod eſt deteſtabilius, poſt treugas initas, & juratas, ſicut*
,, *intelleximus per nuncios noſtros, & per Capitaneos quoſdam fide dignos,*
,, *de illis partibus redeuntes, electos juvenes de Chriſtianis captivis ducendo*
,, *ad victimam tamquam oves, quantum in eis erat, compellebant apoſta-*
,, *tare a fide Catholica, appoſitis gladiis ſuper eorum cervicibus, & clama-*
Juvenes fortiores, & aſpectu commendabiles arte & vi ad apoſtaſiam compelluntur. ,, *re legem ſceleſtiſſimam Mahometi: quorum multi imbecilles, & fragiles*
,, *exorbitaverunt a fide, legem illam deteſtabilem profitendo: ceteri vero*
,, *tamquam Athletæ fortiſſimi in fide radicati, & in firmo propoſito conſtan-*
,, *tiſſimi perſiſtentes, minis, vel flagellis hoſtium ſuperari nullatenus potue-*
runt:

Digitized by Google

,, *runt: ſed certantes legitime, coronas martyrii receperunt ſanguine rubri-* Non conſentientes trucidantur.
,, *catas: quorum ſanguis, ut pro certo ſumus, clamabit ad Dominum pro*
,, *populo Chriſtiano, & advocati noſtri erunt coram ſummo Judice in cæ-*
,, *leſti curia, in cauſa quam agimus contra fidei inimicos, utiliores nobis*
,, *in illa patria, quam ſi nobiſcum converſarentur in terris: multos etiam*
,, *Chriſtianos, qui apud Damiatam remanſerunt, ægrotantes, gladiis tru-*
,, *cidarunt: nec de liberandis captivis Chriſtianis, ac de rerum reſtitutione*
,, *noſtrarum aliquam certitudinem habemus, quamvis plene ſervaverimus*
,, *conditiones, & pacta, quæ cum eis habuerimus, & parati fuerimus ob-*
,, *ſervare.*

,, *Ad hoc cum poſt treugas initas, & liberationem noſtram, firmam*
,, *haberemus fiduciam, quod liberatis captivis, terra transmarina, quam*
,, *Chriſtiani tenebant, in ſtatu pacifico permaneret uſque ad tempus in treu-*
,, *gis definitum: voluntatem, & propoſitum habuimus ad partes Regni*
,, *Franciæ revertendi, & jam diſponi feceramus de navigio, & aliis, quæ*
,, *ad noſtrum paſſagium neceſſaria videbantur: ſed aperte videntes per ea,*
,, *quæ ſuperius ſunt expreſſa, quod Admirati prædicti aperte contra treugas*
,, *veniebant, & contra propria juramenta, nobis, & Chriſtianitati illu-*
,, *dere non verentes, requiſivimus conſilia Baronum Franciæ, Prælatorum,*
,, *Domorum Templi, Hoſpitalium ſancti Joannis, & ſanctæ Mariæ Teuto-*
,, *nicorum, Baronum Regni Hieroſolymitani, & communitatum quid eſſet*
,, *nobis incumbentibus hujuſmodi faciendum: quorum major pars concorditer*
,, *aſſerebat, quod ſi nos recedere contingeret his diebus, prædictam terram*
,, *dimitteremus omnino in admiſſionis articulo conſtitutam, & noſter receſ-*
,, *ſus non eſſet aliud, niſi eam totaliter exponere Saracenis: maxime cum*
,, *in ſtatu tam debili, & tam miſerabili his diebus eſſet (proh dolor) con-*
,, *ſtituta: captivi etiam Chriſtiani, qui ab infidelibus detinentur, poſt*
,, *receſſum noſtrum poterant pro perditis reputari, omni ſpe de liberatione*
,, *eorum ſublata; ſi autem contingeret nos morari, ſperabatur, quod ex*
,, *mora noſtra poſſet aliquod bonum evenire, ex quo etiam liberatio capti-*
,, *vorum, & caſtrorum, & villarum regni Hieroſolymitani retentio, &*
,, *quædam alia toti Chriſtianitati utilia poſſent (auctore Deo) provenire:*
,, *maxime cum inter Soldanum Halapiæ, & Babiloniæ gravis diſcordia ſit*
,, *orta, qui Soldanus, congregatis ſuis exercitibus, jam cœpit Damaſcum,*
,, *& quædam caſtra ſub dominio Babiloniæ conſtituta, proceſſurus ut a mul-*
,, *tis aſſeritur, in Ægyptum ad vindicandam mortem interfecti Soldani, &*
,, *ad terram illam, quantum poterit occupandam.*

,, *His igitur conſideratis attente, prædictæ Terræ Sanctæ compatientes*
,, *miſeriis & preſſuris, qui ad ejus ſubſidium veneramus, & captivorum*
,, *noſtrorum captivitatibus, & doloribus condolentes, licet nobis diſſuadere-* Zelus Reg. cum detin. in Syria.
,, *tur a multis morari in partibus transmarinis, maluimus tamen adhuc*
,, *differre paſſagium, & morari per tempus aliquod in regno Syriæ, quam*
,, *negotium Chriſti relinquere totaliter deſperatum, & captivos noſtros in*
,, *tantis periculis conſtitutos: cariſſimos autem fratres noſtros Pictavienſem,*
,, *& Andegavenſem Comitem ad cariſſimæ Dominæ ac Matris noſtræ, necnon*
,, *& totius Regni conſolationem in Franciam duximus remittendos.*

,, *Cum igitur omnes, qui in nomine Chriſtiano cenſentur, zelum habe-*
,, *re debeant ad negotium memoratum: & vos præcipue Clerici, qui de illo-*
,, *rum ſanguine deſcenditis, quos Dominus ad Terram Sanctam acquiren-*
,, *dam, tamquam populum peculiarem elegit, quam acquiſitionis titulo*
,, *propriam reputare debetis, univerſitatem veſtram ad illius ſervitium*
invi-

Digitized by Google

,, *invitamus, qui nobis in Cruce ſervivit, & pro redemptione veſtra ſan-*
,, *guinem proprium effundendo extitit, ita quod corda veſtra nova in Chriſti*
,, *Jeſu amorem accendat. Gens enim illa ſceleratiſſima, in contumeliam*
,, *Creatoris, præter blaſphemias, quas dicebant in conſpectu populi Chri-*
Ejus exhortatio pro ſubſidio.
,, *ſtiani, Crucem flagellis cædebant, ſpuebant in eam, & deinde viliter*
,, *pedibus conculcabant in opprobrium Fidei Chriſtianæ. Eja ergo milites*
,, *Chriſti fortitudinis gladio accingimini, & eſtote viri potentes ad vindi-*
,, *candas injurias, & opprobria ſupradicta: actus veſtros ad anteceſſorum*
,, *veſtrorum exempla reducite, qui ſpecialiter inter ceteras nationes fue-*
,, *runt in Fidei exaltatione devoti, & in ſinceritatis affectu dominis ſuis*
,, *temporalibus obſequentes, totum orbem geſtis inſignibus impleverunt.*
,, *Præceſſimus nos in obſequium Dei, venite & vos, aſſequimini nos pro*
,, *Deo, tamdem nobiſcum, licet tardius deveneritis, recepturi (Domino*
Matth. c. 20. n. 8.
,, *largiente) mercedem, quam Evangelicus Pater familias primis donavit*
,, *vineæ ſuæ operariis, & extremis. Inſuper, præter Indulgentiam gene-*
,, *ralem Cruceſignatis indultam, venientes, vel competens tranſmittentes in*
,, *noſtros ſubſidium, vel potius Terræ Sanctæ, dum ibi præſentes fuerimus,*
,, *apud Deum, & homines multum ſibi favoris, & honoris acquirent.*
,, *Expedite autem negotium, ut illi, quibus virtus Altiſſimi inſpirabit ve-*
,, *nire, vel mittere in ſubſidium memoratum, præparent ſe venturos, vel*
,, *miſſuros in paſſagio inſtantis menſis Maii, vel Aprilis: ipſi autem, qui*
,, *parati eſſe non poterunt ad tranſmittendum in illo paſſagio, ſaltem in*
,, *ſecundo ſequenti paſſagio ſancti Joannis transfretari procurent in ſubſi-*
,, *dium memoratum: acceleratione enim opus eſt, & mora diſpendioſa vi-*
,, *detur, juxta negotii qualitatem. Vos autem Prælati, & alii Chriſtifi-*
,, *deles, pro nobis, & memorato negotio Terræ ſanctæ ſpecialiter orationum*
,, *inſtantia interpellare velitis Altiſſimum: ac in locis vobis ſubjectis fa-*
,, *ciatis ſpecialiter exorari, ut quod noſtra peccata præpediunt, divinæ ſuæ*
,, *propitiationis, annuente clementia, veſtrarum, aliorumque orationum*
,, *ſuffragiis accelerare valeat. Actum Acon. anno Domini* MCCL. *menſe*
,, *Auguſto.*

,, VI. Rebus ita ſuccedentibus in tranſmarinis, cujus chriſtifidelis
,, præcordia ſpiculo pietatis, & amoris divini, nec non compaſſionis &
,, miſericordiæ transfixa non erant? Non tantum Reginæ Matris ſpiri-
,, tus inter anguſtias poſitus extrema patiebatur deliquia pro filio, ſed
,, etiam cum aula, & Regno univerſus orbis chriſtianus in lacrymas &
,, ſuſpiria reſolutus exclamabat ad Deum altiſſimum, & in cinere & ci-
,, licio humiliatus ſuam miſericordiam implorabat; At interim Summus
,, Pontifex, tot pericula Regis perpendens, remque chriſtianam in ſu-
,, premo fere diſcrimine illis in partibus attente & paſtorali ſollicitu-
Indicul. ex Oder. fol. 671. & 674.
,, dine proſpiciens, univerſis chriſtifidelibus, pro Terræ Sanctæ hujuſ-
,, modi neceſſitudinibus emendandis, vel ſaltem temperandis, ut valida
,, ſubſidia comparari poſſent, apoſtolicum diploma expedivit *Lucida*
,, *Lugdunenſium &c.* Idibus Februarii: ad idemque negotium, aliud
,, Fratribus Ordinis Prædicatorum *Miſericors, & miſerator &c.* Idibus
,, Junii. Sed hæc præter, conceſſa Fratribus aſſiſtentia in Eccleſiis ſe-
,, cularium. *Ut abſque conſcientiæ &c.* IV. nonas Decembris; contra
,, quemdam Fratrem ex parte Imperatoris litteras ſcripſit: *Cum ſicut*
Ex vatic.
,, *te &c.* IV. Idus Februarii; & fratri Joanni de *Diſth* executorialem,
,, *Ex parte &c.* Idibus Januarii.
Moritur Frideric.
,, VII. Sed tamdem divina bonitas Fridericum II. Imperatorem ut
Ec-

,, Eccleſiæ ſpes pacis illuceſceret, ſuſtulit, mortuum Florentiolæ in
,, Apulia, plurimo ſanguine chriſtiano tyrannice fuſo, reum. Ejus ca-
,, daver translatum ad Montem Realem ſupra Panormum, in marmore *Ejus cadav. in Monte Reali.*
,, clauſum, a Manfredo ſuo filio naturali, tali inſcriptione decoratum *Loſchi. fol. 51.*
,, fuit:

,, *Si probitas ſenſus, virtutis gratia, intellectus*
,, *Nobilitas oris poſſent reſiſtere morti*
,, *Non foret extinctus Fridericus, qui manet intus.*

,, VIII. S. P. Franciſci Cœnobium, ab Oppido Exea Equitum, Hi- *Cœnobium Exeæ op.*
,, ſpanis *Exea de los Cavalleros*, quantum eſt jactus lapidis, in Regno
,, Aragoniæ ſito, de quo Gonzaga agit, hoc anno fundatum fuiſſe, mo- *Gonz. in Prov. Arag. Conv. 14.*
,, numenta noviſſima oſtendunt ex quadam ſcriptura authentica in Ar-
,, chivo illius Conventus cuſtodita: quæ agens de præcedentia in pu- *Monum. MS. Provin. Arag. ſup. cit.*
,, blicis proceſſionibus, locum in ordine deſignat iis *De Baldaneda*, qui
,, ſub inſigniis B. V. M. procedunt, & inter hæc habet illud Cœnobium,
,, in cujus Eccleſia imago præfatæ B. M. V. repoſita fuerat, fundatum
,, fuiſſe hoc anno MCCL. Inſtrumentum factum fuit per Julianum Lenza- *Teſtimon. ejus fund. an. 1250.*
,, num regium in Aragoniæ Regno Notarium: Et quidem Gonzaga, qui
,, ejus fundationem rejicit in annum MCCCXI. ex notitiis ſibi communi-
,, catis, aliud decernere minime potuit; Ceterum magnus ille Annali-
,, ſta Hieronymus *Zurita*, referens quamdam ſententiam, a Rege Ja- *Zurita to. 1. l. 3. c. 80.*
,, cobo Conquiſitore nuncupato, contra D. Artalem *de Luna* latam,
,, ait, pronuntiatam fuiſſe in Monaſterio Fratrum Minorum Exeæ die
,, XII. Martii anno MCCLXXII. unde ſatis evidenter per aliquot annos
,, ante prefatam ſententiam concluditur, fundatum fuiſſe: ad petitio-
,, nem autem vicinorum ibi extructum fuiſſe, eaque occaſione pontem
,, poſitum ſuper *Arbam* fluvium; Hujus Cœnobii Eccleſia una contenta *Arba. fluv. Eccl. Conv. deſcrib.*
,, navi, adeo ſpatioſa eſt, ut pro Cathedrali inſervire poſſit, pluribus
,, ſacellis ornata; Plures priſcorum, & ſucceſſorum virtute, & Sancti- *Plures ibi celebres.*
,, monia vitæ ibidem floruerunt, quorum memoriam ſuis temporibus
,, conſignabimus, Deo favente.
,, IX. Interea Joannes Anglicus natione, Doctor, & profeſſor Sacræ *Joan. Anglicus.*
,, Theologiæ Pariſienſis, pietate, & eruditione inſignis, his temporibus
,, florebat, Vir eruditione ſcholaſtica celebris, commentariorum ſuper
,, Magiſtrum ſententiarum libros quatuor ſcripſit, ſpiritu intelligentiæ *Bibliot. Vir. ill. Ord. Minor. fol. 139.*
,, plenus; in Apocalipſim ſancti Joannis, ingeniorum ſublimiorum co-
,, tem, librum unum edidit: Religioſus vero, & Eccleſiaſtes, de perfe- *Ex Bajard. in Theatro.*
,, ctione evangelica librum unum: ſacrorum ſermonum, & diverſorum
,, alterum, cum manipulo florum quinto. Hi fuere, redditis Deo vo-
,, tis, labores, quibus ludere tempus peregrinationis humanæ ſupra ter-
,, ram conabatur.

AR-

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Mortuo Friderico Imperatore, regreditur in Italiam Innocentius Pontifex. Jubentur examinari miracula Ambroſii de Maſſa. Acta S. Claræ, & nativitas beati Franciſci Fabrianenſis commemorantur. Prædicatur Crux pro ſubſidio Imperii, & Terræ Sanctæ. Exoritur tumultus Academiæ Pariſienſis contra Mendicantes. Creatur Archiepiſcopus Moguntinus Gerardus Minorita. Extruuntur Minorum domicilia, ſed Aracælitani largius referuntur res graviores.

I. SÆpius vel exſcribere vel attingere opportuit in ſuperioribus annis mala innumera, quæ Friderici Imperatoris in Pontificem & ſequaces malevolentia univerſæ advexit Eccleſiæ; quæ dum magna longanimitate voluit ſufferre Dominus, ita ut jam videretur Imperator *extra diſciplinam factus*, tamdem *exurgens a ſomno*, *tamquam potens crapulatus a vino*, potenter *accepit armaturam zeli ſui*, *& armavit creaturam ad ultionem inimicorum*. Ipſo etenim filio uſus eſt ad vindictam ſumendam de patre, fecitque ut vir iniquus malam vitam malo terminaret exitu, quantumvis id alii negent, & Martinus Cruſius, pro hæreticorum Germanorum more, exitialem hominem contra Pontificios ſæpius commendet. Namque, ut frequentius meliores ſcribunt Auctores, dum convaleſceret ex gravi morbo, ex filii Entii in Lombardia calamitate, rerumque ſuarum adverſa viciſſitudine contracto, Manfredus adoleſcens, filius ex concubina nobili ſuſceptus, compreſſo jacentis in ſtrato ore, pulvinaris ope, patrem ſuffocavit Idibus Decembris anni proxime elapſi, apud Ferenſulam Apuliæ vicum (Ciaconio corrupte Ferentinum, aliis Florentiolum) ut affirmat ex Martino Polono Ptolomæus Lucenſis, qui hoc in loco incipit a ſe, ut paulo poſt dicit, viſa ſcribere; cui adhæret Marianus noſter, illud adjungens, Fridericum male interpretatum malum ſibi prænunciatum augurium, extremum ſcilicet malum ſibi expectandum a Firenzola, quod ille dictum putavit de Civitate Florentiæ, Italis, *Firenza*, ſibi ſatis inviſa. Neſcio itaque quod illius ævi Scriptoribus Rolando, Albertinoque Muſſato Patavinis, a Blondo citatis, ſubeſſe potuit fundamentum, ut Panormi, niſi fortaſſis ex ſepulturæ loco, vel Jacobo Meyero, Matthæo Palmerio, & Æmilio, ut Tarenti dicant defunctum.

Hebr.12. 8. Pſal.77. 65. Sap.5. 18.

Cruſius lib. 2. Annal. Suevic.par.3.c.6.

Male moritur Fridericus II.

Ciacon. in Innocen.IV. Martin. Pol. in Chron. Ptolom. Lucen. hoc an. Marian. lib.2. c.20.

Blond. decad.2. lib.7. Meyer in Annal. Fland. an.1250. Palmer.ad eumd. an. Æmil. in Ludov.IX.

II. Comperta morte Friderici, ſtatuit Pontifex redire in Italiam. Quare hoc anno, feria quarta infra octavam Paſchæ, Lugduno recedens, poſtquam ibi hæſit ultra ſex annos & aliquot menſes, Januenſium claſſe in eorumdem urbem pervenit. Hic etiam corrigendus lapſus Flavii Blondi, & Joannis Naucleri, qui novem annis Lugduni ſtetiſſe Pontificem, nec inde diſceſſiſſe, niſi audita Conradi Friderici *filii* morte, tertio ab hoc anno ſubſecuta, conſcribunt. Præterquam etenim quod hæc noſtra ſententia conſtans ſit optimorum Auctorum, id aperte conſtabit ex ipſius Pontificis litteris ſtatim a me producendis, datis hoc anno in variis locis Italiæ. Scriptores Bononienſes per Mediolanum (ubi tunc mortuum „ Nicolaum, Ordinis Minorum, uti antiqua noſtri Inſtituti „ habent chronica, & refert Coirus, illiuſque exequiis in Eccleſia San„ cti Franciſci interfuiſſe ipſum Innocentium Pontificem, ſcribit Paulus „ Panſa; ſed & ipſum eumdem exequias celebraſſe, ait Carolus Sigonius

Innoc. Pontifex regreditur in Italiam.

Blond. citat. Naucle. vol.2. gener.42.

Sigon.hiſt.Bonon. l.6. & de epiſt. Bonon.l.2.in fin.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Panſa in vita Innoc.IV.

„ nius ubi apud Minores per aliquot dies commoratus eſt) Mantuam, Ferrariam octavo Idus Octobris in ſuam veniſſe Civitatem conſpirant, in qua ædes duas recens conſtructas, unam fratrum Prædicatorum, alteram Minorum conſecravit, atque illam divo Dominico, hanc divo Franciſco dicavit. Itaque ab illo tempore Civitas hos Divos tutores ſibi apud Deum conſtituit. Utriuſque etiam Ordinis Fratres tantæ abhinc eſſe apud Cives auctoritatis cœpere, ut paſſim ad arcana Civitatis conſilia traherentur, & cuſtodes tabularum, ac gravium fere actionum omnium teſtes adhiberentur. Deinde cum Peruſia ad Bononienſe Conſilium & Prætorem ſcripſiſſet, ne cogerent Fratres pœnitentiæ militare; latum, ut dicti Fratres vacationem haberent exercituum atque excurſionum, & ut Prætor eorum nomina omnia a ſuo Miniſtro tradita, inque tabulas relata haberet.

Sigon. hiſt. Bono. lib. 6. & de epiſt. Bonon. l. 2. in fine. Leand. Albert. dec. 2. lib. 1. Ghirard. l. 6. an. 1251. Corius 2. p. hiſt. Mediol. fol. 253.

Bononien. erga Prædic. & Minores benevolẽtia.

III. Florebat multis hoc tempore miraculis beatus Ambroſius de Maſſa (de quo largius egimus in ſecundo volumine) atque Urbevetanos Cives, apud quos requieſcebat, ad majorem ſui venerationem excitabat. Illi porro miſſis pro ejus canonizatione aſſequenda providis & prudentibus viris Joanne Philippi, & Ildibrandino Kamerii oratoribus ad Pontificem, hoc anno ſequens accepere reſponſum de formando iterum miraculorum proceſſu, ob comiſſos aliquos ſolemnitatis defectus in primo confecto ſub Pontifice Gregorio, veluti retulerunt Richardus Hannibaldenſis de Malviria, & Joannes Cajetanus Urſinus Cardinales Romani, quibus proceſſus commiſſus fuit revidendus. Novam etiam dedit ſub finem elapſi anni commiſſionem ad Epiſcopos Urbevetanum & Suanen. & Priorem Sancti Joannis Urbevetanum, cujus hic damus exemplar, a quo plena totius rei notitia poterit deſumi.

Ann. 1236. n. 6. & ſeqq.

Iterum examinatur B. Ambroſ. de Maſſa ſanctitas.

Urbevetan. & Suanen. Epiſcopis, & Priori ſancti Joannis Urbevetan.

IV. G*Rata nobis admodum venit religioſa piæ petitionis inſtantia, per quam fidei dil. fil. Poteſtatis, Conſilii & Communis Urbevetan. in Deum ac devotionis in eos, quos Dei amicos credunt, experimenta clareſcunt: quia majorem cordi noſtro exhilarationis materiam nihil affert, quam ſi ex certis percipimus argumentis fideles quoslibet, maxime ſpirituales Eccleſiæ filios, erga factorem ſuum Deum, & Catholicam matrem ſuam in veritate fidei ambulare. Tunc enim greſſus eorum a Domino feliciter diriguntur, tunc per temporalium bonorum ſucceſſum proficiunt ad æterna, ac pietatis ſtudia proſequendo deducuntur in præſenti per gratiam, & perducuntur ad præmia gloriæ repoſita in futuro. Sane cum olim bonæ memoriæ prædeceſſorem tuum Urbevetanum, ac vos Suanen. Epiſcope, ac fili Prior, de mandato fel. rec. Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri ſuper vita & miraculis venerandæ memoriæ fratris Ambroſii Ordinis Minorum, ad eorumdem Poteſtatis, Conſilii, & Communis inſtantiam plurimi teſtes recepti fuiſſent; iidem Poteſtas, Conſilium, & Commune, ad clarificandam dicti Fratris confirmatam ſanctitatem in terris, qui creditur glorificatus in cœlis, pro deſiderio aſpirantes, depoſitiones prædictorum teſtium per dilectum filium Ugolinum Philippi, & Ildibrandinum Kamerii Cives, & * Ambaxatores eorum, viros utique providos & prudentes, ad Sedem Apoſtolicam tranſmiſerunt, qui coram nobis & Fratribus noſtris depoſitionem hujuſmodi exhibentes, Nobis ex parte ipſorum Poteſtatis, Conſilii & Communis, & prudenter, ſicut decuit, & inſtanter, ſicut oportuit, ſupplicarunt, ut depoſitionibus*

Regeſt. Vat. epiſt. 194.

Alias examinata ſancti Viri merita.

* *id eſt*, nuncios.

Noviter agitur de eiſdem approbandis.

eiſdem inſpectis, ad connumerandum ſanctorum catalogo prædictum probatæ virtutis virum procedere curaremus. Meritorio enim jam dicti Poteſtas, Conſilium & Commune flagrant affectu, ut qui felicitatis potitur præmiis in Eccleſia triumphanti, in militanti quoque honore congruo celebris habeatur: & quiglorioſus Dei Confeſſor coram hominibus claruit, pius innoteſcat interceſſor pro hominibus coram Deo. Nos itaque laudabile votum prædictorum Poteſtatis, Conſilii & Communis, & indefeſſam in proſecutione ipſius eorumdem Ambaxatorum inſtantiam favore benevolo proſequi cupientes, depoſitionibus prædictis per dilectos fil. N. R. ſancti Angeli, & I. ſancti Nicolai in Carcere Tull. Diac. Card. nobis fideliter patefactis, comperimus, prædictum prædeceſſorem, & vos Suanen. Epiſcope ac fili Prior, in

Commiſſi aliqui defectus in priori proceſſu.

examinatione ac interrogatione prædictorum teſtium, interrogationis formam ſibi a memorato prædeceſſore noſtro traditam per omnia, & in omnibus non ſervaſſe. Quantalibet nempe ipſorum teſtium dicta privata credulitatis fide nitantur: tamen ob ſolemnitatis in quibuſdam omiſſæ defectum, illam auctoritatem plenarie non præferunt publicæ notionis, quæ ad obſtruendum iniquorum ora, a quibus etiam indubitata veritatis integritas invide laceratur, erat in aſſertione tanti negotii, flagitantis lucem perſpicuam inviolabilis certitudinis, requirenda. Porro in re tam profundi judicii tanta expedit maturitatis cautela procedi, ut his qui pravitatis hæreticæ fermento

Galat. 5. 9.

corrupti, loqui audent mala de bonis, & in electis pingere maculam, qua

Jubet alium confici maturius.

Chriſti ſponſæ ſpecies decoloretur in membris, nullus inſultandi fidelibus aditus relinquatur, & prolixiori ſacræ rei deſiderio in ſæpedictis Poteſtate, Conſilio, & Communi exercitata devotio fructuoſius percipiat, quod diutius concupivit, ne pretioſi muneris gratia ulla ſui facilitate vileſcat. Ideo viſum eſt nobis, de prædictorum Fratrum conſilio, ſuper manifeſtatione virtutum, quibus prædicti Viri vita refulſit, ac miraculorum magnalibus, quibus dicitur coruſcaſſe, pleniorem eſſe adhuc indagationem adhibendam. Opportet equidem, ut Eccleſiæ judicium, quod ſuper his proferri contigerit, nulla contra latratus infidelium ambiguitate vacillet, ſed confiteri cogatur mirabilium Dei irrefragabilem veritatem, ex locupletiſſimis probationibus, contradictio æmulorum: qui reprobi circa fidem, & tenebris propriæ cæcitatis incluſi, minus cautam providentiam ſimpliciter ambulantium, in cæcam naufragii ſui charybdin involuere moliuntur; Mandamus quatenus de memorati religioſi Viri tam vita, quam miraculis, non ſolum de quibus inquiſitum eſt, verum etiam de quibus poſtmodum emergentibus videritis inquirendum, plenius inquirentes, ſuper his teſtes fide dignos, quos undecumque produci contigerit, coram vobis legitime recipere ſtudeatis: & de ſingulis circumſtantiis, juxta prædictam interrogationis formam, quam vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus, examinare prudenter, ac ipſorum dicta fideliter in ſcriptis redacta, & ſub propriis incluſa ſigillis, in diverſis locis caute ſervanda, deponere procuretis, donec prædictis ſupplicationibus, vel motu noſtro ea duxerimus requirenda; & tunc his inſpectis ſecundum Deum, juxta intentionis prædictorum Poteſtatis, Conſilii, & Communis propoſitum, prout motum noſtrum res clarius nota formaverit, in negotio procedemus. Quod ſi non omnes &c. Datum Lugduni IV. *Nonas Decembris, anno* VIII.

V. Subjunxit his litteris formam interrogatorii ſervandam in novo proceſſu efformando, ſimilem ei, quam alias dedimus, eaſdemque litte-

An. 1236. n. 7.

ras ad Epiſcopos ſcriptas, verbis convenienter mutatis, dedit ad Poteſtatem, Conſilium & Communitatem Urbevetanam, adjungens poſt illa ver-

Digitized by Google

verba *in negotio procedemus*, quæ ſequuntur. *Denique univerſitatem veſtram rogandam duximus, & monendam, mandantes quatenus in bono propoſito perſiſtentes, ſicut viri ſpiritu conſtantiæ vegetati, erga Deum & Sedem Apoſtolicam matrem veſtram, ſemper ſtudeatis, juxta traditum vobis a progenitoribus amplectendæ imitationis exemplar, manifeſtare ſinceræ devotionis operibus fidem veſtram. Proponimus, favente Domino, cum ſe temporis opportunitas dederit, in præmiſſis & aliis honorum titulis, & bonorum extollere incrementis. Datum ut ſupra.*

VI. Diſtulimus in hunc locum plures ſanctæ Claræ recenſere virtutes & prodigia: neque enim cæſim & per annos licuit, ubi nullæ fuere annorum obſervationes. Hic ſub obitum, & ad mortem jam languentis facta opportunius damus ex docto, & fido illo ſcriptore, quem diximus juſſu Alexandri IV. (ſub quo illa deceſſit, & a quo in Sanctarum numerum eſt relata) diligenter acta collegiſſe. Inter ceteras virtutes mire paupertatem coluit, primum in ſuæ converſionis initio, paternam hæreditatem, quæ ad eam pervenerat, diſtrahi fecit: ſibique de pretio nihil reſervans, totum pauperibus erogavit. Hinc ſeculo foris relicto, mente intus ditata, poſt Chriſtum ſine ſacculo exonerata percurrit. Tantum denique cum ſancta paupertate fœdus iniit, amoremque contraxit, ut nihil præter Dominum Jeſum vellet habere, nihil filias ſuas poſſidere permitteret, nil præter neceſſarium victum & veſtitum a Sororibus recipi, vel in poſterum reſervari. Nequaquam cœleſtis deſiderii pretioſiſſimam margaritam, quam, venditis omnibus, compararat, arbitrabatur cum temporalium mordaci ſollicitudine poſſidendam. Inculcat ſuis frequenti ſermone Sororibus, tunc acceptabile Deo illud fore Collegium, cum paupertate fuerit opulentum: & tunc perpetuo ſtabile permanſurum, ſi altiſſimæ paupertatis fuerit ſemper turre munitum. Hortatur eas, in paupertatis nidulo Chriſto pauperi conformari; quem paupercula mater in arcto præſepio parvulum reclinavit. Hoc enim peculiari recordatorio, quaſi monili aureo, ſuum fibulabat pectus: ne terrenorum pulvis ad interiora tranſiret. Volens denique Religionem ſuam intitulari titulo paupertatis, a bonæ memoriæ Innocentio III. paupertatis privilegium poſtulavit. Qui Vir magnificus, tanto Virginis fervore congratulans, ſingulare dicit eſſe propoſitum: quod numquam tale privilegium a Sede Apoſtolica fuerit poſtulatum: & ut inſolitæ petitioni favor inſolitus arrideret, Pontifex ipſe cum hilaritate magna petiti privilegii primam novellam ſua manu conſcripſit.

Tom. 1. an. 1212. num. 11.
Acta S. Claræ c. 9.
Marc. 1. p. lib. 8. c. 8. & ſeqq.
S. Clara impenſe paupertatem colit.
Matth. 13. 46.
Luc. 2. 7.
Obtinet a Pontif. paupertatis privilegium.

VII. Felicis recordationis Pontificem Gregorium IX. ſemel præmonuimus, oblata tunc occaſione, Virgini amplas obtuliſſe poſſeſſiones, ſed ab eadem conſtanter refutatas, potiorem reputante theſaurum evangelicam paupertatem. Eleemoſynarum fragmina, panumque minutias, quas eleemoſynarii deportabant, valde hilariter ſuſcipiebat: & quaſi mœſta de panibus integris, exultabat potius in fragmentis. Quid multa? ſatagebat pauperi crucifixo paupertate perfectiſſima conformari: ut nulla res peritura amantem ab amato ſecluderet, aut curſum ejus cum Domino impediret.

Tom. 2. an. 1228. n. 1. & Tom. 3. an. 1243. n. 29.

VIII. Affectum hunc Chriſtianæ inopiæ uno, atque altero ingenti miraculo Deus comprobavit. Unicus erat in Monaſterio panis cum jam inſtarent & fames, & hora edendi. Vocata itaque ſorore Cæcilia de Spello diſpenſatrice, quam ita nuncupat proceſſus canonizationis, jubet Sancta panem dividere, partemque Fratribus mittere, partem intus pro So-

Creſcit mirifice panis.

Digitized by Google

Sororibus retinere. De quo retento dimidio, jubet quinquaginta fieri, juxta Dominarum numerum inciſuras, & eis in menſa paupertatis apponere. Cui cum devota filia reſponderet, neceſſaria hic fore antiqua Chriſti miracula, ut tam modicum panis quinquaginta reciperet ſectiones: reſpondit mater, & dixit: *Fac filia ſecure quod dico*. Properat filia matris implere mandata, properat mater ad Chriſtum ſuum, pia cum filiabus deſtinare ſuſpiria. Creſcit interea, divino munere, inter frangentis manus parva illa materia: & cuilibet de Conventu ſua extitit portio copioſa.

Matth. 14. 20. & c. 15. Joan. 6. 11.

Oleum divinitus ſubminiſtratur.

IX. Die quadam Chriſti ancillis ſic ex toto defecerat oleum, ut nullum adeſſet, ſaltem pro debilibus, condimentum. Accipit domina Clara vaſculum unum, & humilitatis magiſtra ſuis manibus lavat: ponit vas vacuum ſeorſum, unde Frater eleemoſynarius illud accipiat; & vocatus eſt ipſe Frater, ut pro acquirendo oleo vadat. Accelerat devotus Frater, ut ſuccurrat inopiæ tantæ, & ad ſumendum vaſculum currit. *Non enim volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*. Etenim ſolo influente Deo, vas illud plenum oleo reperitur, præveniente ſanctæ Claræ oratione Fratris obſequium, in ſolamen pauperum filiarum. At vero Frater prædictus, quaſi fruſtra vocatus fuiſſet, ſubmurmurans dixit: *Deriſorie me iſtæ fœminæ vocaverunt, cum, ecce, vas plenum exiſtat*.

Rom. 9. 16.

Carnem auſtere affligit.

X. De miranda carnis maceratione ſilere magis quam loqui forſitan expediret, cum talia fecerit, in quibus audientium ſtupor cum veritate rerum contendit. Non illud magnum, quod ſimpla tunicula, & vili mantello de rudi panno tegebat potius, quam fovebat corpuſculum: nec id mirandum, quod calceamenti uſum penitus ignoravit; non magnum erat omni tempore continuare jejunia, nec uti lectulo ſine pluma: in his enim dum reliquas in ſuo clauſtro habuit ſimiles, laudes fortaſſe non meruit ſingulares. Sed quæ conventio carnis virgineæ ad veſtem porcinam? Procuraverat enim Virgo ſanctiſſima veſtem de corio porci, quam verſa ad carnem hiſpida tonſura pilorum ſecreto ſub tunica deferebat. Utebatur nonnumquam duro cilicio de pilis equorum nodoſe conſerto, quod hinc inde chordulis rudibus ſtringebat ad corpus. Hanc veſtem uni de filiabus, Agneti ſcilicet, filiæ Domini Opportuli Bernardi, ut nos alias enarravimus, dum petenti accommodaſſet, illaque ſe ea veſtiiſſet: tantæ protinus aſperitati ſuccumbens, non tam hilariter petiit, quam celeriter poſt triduum reſignavit. Nuda humus, & interdum ſarmenta vinearum erant pro lectulo; lignumque durum præſtabat ſub capite officium pulvinaris. Proceſſu vero temporis, ſcorteum debilitato corpori ſtravit, & capiti modicam paleam clementer indulſit. Poſtquam autem corpus tam ſevere tractatum, longa cœpit occupare infirmitas, jubente beato Franciſco, ſacco pleno paleis uſa eſt.

Aſperis utitur ciliciis.

An. 12. num. 15. Tom. 1.

Durus ei lectus.

Jejunia dura & crebra.

XI. Porro in jejuniis tantus erat rigor abſtinentiæ ſuæ, ut de viatico tenui, quod ſumebat, vix corporaliter viveret, niſi eam virtus alia ſuſtentaret. Sanitatis namque tempore, majorem Quadrageſimam, & Quadrageſimam ſancti Martini, quotidie in pane & aqua jejunans, ſolis diebus Dominicis vinum, ſi habebat, guſtabat. Et ut mireris, Lector, quod imitari non potes, tribus diebus in hebdomada, ſecunda videlicet, quarta, & ſexta feria, nihil in illis Quadrageſimis ſumebat in cibum. Sic alternatim dies penurioſæ refectionis, & dies acerbæ mortificationis ſibi invicem ſuccedebant, ut vigilia perfectæ inediæ, quaſi in feſtum ſolveretur panis & aquæ. Non mirum, ſi tanta rigiditas multo tempore obſer-

Digitized by Google

ſervata, Claram infirmitatibus ſubdidit, ſi vires conſumpſit, ſi vigorem corporis enervavit. Compatiebantur propterea ſanctæ Matris devotiſſimæ Filiæ: ac mortes illas, quas quotidie voluntariæ ſuſtinebat, lacrymis deplorabant. Prohibuere tamdem beatus Franciſcus, & Epiſcopus Aſſiſii ſanctæ Claræ illud trium dierum exitiale jejunium, præcipientes, ut nullum tranſeat diem, quin ſaltim unciam, & dimidiam panis ſumat in paſtum. Cumque gravis afflictio corporum afflictionem ex more generet animorum, longe aliter effulgebat in Clara. Servabat enim in omni ſua mortificatione vultus feſtivos & hilares: ut vel non ſentire, vel deridere videretur anguſtias corporales; ex quo liquido datur intelligi, quod ſancta lætitia, quæ interius abundabat, exterius redundabat: quoniam flagella corporis levigat amor cordis.

XII. Quæ vero ſic in carne præmortua, erat a mundo penitus aliena; continuo ſacris orationibus & divinis laudibus animum occupabat. Ferventiſſimam interni deſiderii aciem fixerat jam in lucem: & quæ globum tranſcenderat terrenorum voluminum, ſinum mentis latius expandebat imbribus gratiarum. Longis poſt Completorium tractibus cum Sororibus orat: & lacrymarum profluvia, dum in ipſa prorumpunt, in ceteris excitantur. Poſtquam vero ceteræ feſſa membra duris adibant refovere cubilibus, ipſa in oratione pervigil, & invicta manebat, ut tunc *venas divini ſuſurri furtive ſuſciperet*, quando ſopor ceteras occupaſſet. Sæpiſſime ad orationem proſtrata in faciem, terram perfundit lacrymis, oſculiſque demulcet, ut ſemper ſuum Jeſum tenere videretur in manibus, in cujus pedes lacrymæ illæ fluant, & oſcula imprimantur. Lacrymanti ſemel profunda nocte adſtitit angelus tenebrarum in forma nigri pueruli, & ipſam monuit dicens: *Ne tantum plores, quoniam cæca fies*. Cui cum illico reſponderet: *Cæcus non erit, qui Deum videbit*, confuſus ille diſceſſit. Eadem nocte poſt Matutinum orante Clara, & irriguo ſolito balneata, monitor fraudulentus acceſſit: *Ne tantum*, inquit, *fleveris, ne tamdiu reſolutum cerebrum per nares emunxeris, quoniam adhuc tortum naſum habebis*. Qua celeriter reſpondente: *Torturam nullam patitur, qui Domino famulatur*: ſtatim elapſus evanuit.

[Ferventer orat.] [*Job* 4. 12.] [Dæmon conatur ab oratione, & lacrymis cohibere.]

XIII. Quantam ſui mutationem in fornace ferventis orationis accipiat, quantum ſibi in illa fruitione bonitas divina indulceſcat, ſolita indicia probant. Cum enim ab oratione ſancta cum jucunditate redibat, calida verba, & quæ Sororum pectora ſuccendebant, de igne altaris Domini reportabat. Mirabantur enim, quamdam dulcedinem ex ejus ore procedere, & clariorem ſolito faciem apparere. Paraverat certe *in dulcedine ſua pauperi Deus*: & mentem, quam in oratione lux vera repleverat, exterius corporaliter exemplabat. Quodam namque die, dum intenſius oraret, flammam divini amoris qui ardebat in corde, clarius Deus patefecit in corpore, oſtendens ſorori Beneventutæ Peruſinæ (quæ ex primis fuit una diſcipulis, & rem ipſa in canonizationis proceſſu depoſuit) ingentem ignis globum, quæ luminoſam & pulchram ſanctam reddebat oratricem. Alias dum ante miſſam pro aſperſione aquæ luſtralis ille cantaretur verſiculus: *Vidi aquam egredientem e latere templi*, in contemplationem rapta myſterii, toto illo die filias aqua perfundens benedicta, magno hortabatur affectu, ut ſacratiſſimam illam aquam, quæ e latere Chriſti in cruce pendentis exivit, ſemper haberent in mente. Vis etiam interni hujus caloris quieſcere non permittebat amantem, nec ſatis ſe feciſſe putabat, niſi omnino ſe in holocauſtum & ho-

[Divino ardet calore in oratione.] [*Pſal.* 67. 11.] [Apparebat calor in facie & ſermone.] [Globus igneus apparet ſuper caput ejus.] [Aqua luſtrali filias integro aſpergit die.] [Affectat martyrium.]

Digitized by Google

hoſtiam Deo offerret per martyrium. Dum itaque audiit quinque illos fidei athletas, ſacras Minorum primitias, apud Marrochium pro Chriſto paſſos, omni conatu & arte ſtudebat ad eumdem martyrii locum proficiſci, ut ſuo ſanguine plenam ſui amoris faceret fidem. Neque intentatum reliquit iter, ſed retraxit pius magiſter Franciſcus, dicens domi etiam intra clauſtri anguſtias prolixum ei paratum eſſe martyrium, ejuſque præſentiam & vitam longiorem neceſſariam eſſe diſcipulis educandis, & pio Inſtituto promovendo. Hac porro ratione in mundo labili ſponſo ſuo nobili, non labiliter juncta, continue deliciatur in ſuperis: ſic in rota verſatili, virtute ſtabili fulta, & in vaſe fictili theſaurum gloriæ claudens, carne in imis, mente permanet in excelſis. Mos erat ei ad Matutinum prævenire juvenculas, quas per ſigna ſilenter excitans, provocabat ad laudes. Sæpe, ceteris dormientibus, lampades accendebat; ſæpe campanam propriis manibus ipſa pulſabat. Nullus erat torpori, nullus in ſuo clauſtro deſidiæ locus, ubi orandi, & Domino ſerviendi pigritiam aſpera invectio ſtimulabat.

XIV. Libet hic orationum ejus recitare magnalia, ſicut veritate fideliſſima, ſic & veneratione digna. Illa tempeſtate, quam ſub Impera-
Jer. 25.15. tore Friderico, in diverſis mundi partibus ſuſtinebat Eccleſia, vallis Spoletana de calice iræ frequentius imbiberat. Erant in ea pro Civitatum expugnatione, Imperiali juſſu conſtitutæ acies militum, & Saracenorum ſagittariorum examina velut apum. Cumque in Aſſiſium peculiarem Domini Civitatem, hoſtilis ſemel furor irrueret, & jam ipſis portis
Irrumpentes Saracenos oratione abigit. exercitus appropinquaret: Saraceni, gens peſſima, qui ſanguinem ſitiunt Chriſtianum, & omne nefas impudentius audent, apud ſanctum Damianum intra loci terminos, imo intra clauſtrum Virginum influxerunt: Liqueſcunt Dominarum corda timoribus, tremunt formidine verba, & ad matrem referunt fletus ſuos, quæ impavido corde ſe infirmam ad oſtium duci jubet, & ante hoſtes poni, præcedente eam capſa argentea intra ebur incluſa, in qua Sancta Sanctorum devotiſſime ſervabantur, ſacratiſſimum ſcilicet Corpus Chriſti. Cumque ſe totam in oratione coram Domino proſtraviſſet, Chriſto ſuo cum lacrymis ait: *Placet mi Domine inermes ancillas tuas, quas tuis amoribus innutrivi, manibus ecce tradere Paganorum? Cuſtodi precor Domine has famulas tuas, quas ipſa in præſenti articulo cuſtodire non poſſum.* Mox de novæ gratiæ propitiatorio vox quaſi pueruli ad ejus aures inſonuit: *Ego vos ſemper cuſtodiam. Mi Domine*, ait, *& hanc, ſi placet, protege Civitatem, quia nos pro tuo amore ſuſtentat.* Et Dominus ad eam, *Gravamina ſuſtinebit, ſed meo munimine defendetur.* Tunc Virgo lacrymoſam erigens faciem, flentes confortat, dicens: *Fidejubeo vobis, filiolæ, quod nihil patiemini mali: tantum in Chriſto confidite.* Nec mora: ſtatim canum illorum repreſſa paveſcit audacia, & per muros quos aſcenderant celeriter exeuntes, orantis virtute deturbati ſunt. Confeſtim Clara illis, quæ vocem prædictam audierant, ſtudioſe interminatur dicens: *Cavete per omnem modum cariſſimæ filiæ, ne vocem illam dum corpus ago, cuiquam referatis.*

XV. Alio quoque tempore Vitalis de Averſa, vir gloriæ cupidus,
Liberat ſuis precibus Aſſiſium. & in præliis animoſus Imperialem exercitum, cui Capitaneus præerat, admovit contra Aſſiſium. Terram itaque nudavit arboribus, adjacentia cuncta vaſtavit, & ſic in Civitatis obſidione reſedit. Firmat verbis minacibus, ſe inde nullatenus receſſurum, donec ipſam habuerit Civitatem. Jamque ad id deventum erat, ut de Civitatis periculo in proximo timeretur.

retur. Quod cum audiſſet Clara famula Chriſti, vehementer ingemuit, & Sororibus ad ſe vocatis, ait. *Ab iſta Civitate, cariſſimæ filiæ, multa quotidie bona ſuſcipimus: impium valde eſt, ſi non in tempore opportuno ei, prout poſſumus, ſuccurramus*. Jubet adferri cineres, jubet capita nudare Sorores. Ac primo ſuum exopertum caput cinere multo conſperſit: deinde ſuper illarum capita cinerem ponit. *Pergite*, inquit, *ad Dominum veſtrum, & liberationem Civitatis totis affectibus poſtulate*. Quid ſingula narrem? quid Virginum lacrymas? quid preces repetam violentas? Fecit miſericors Deus ſequenti nocte *cum tentatione proventum*: ut toto diſſoluto exercitu, & ſuperbus homo contra vota diſcederet, & terram illam ulterius non vexaret: nam & ipſe dux belli paulo poſt gladio interemptus eſt. 1. Cor. 10. 13.

XVI. Mirum non eſt, ſi contra malitiam hominum Claræ oratio valeat, quæ etiam dæmones incendebat. Mulier enim quædam Piſanæ diœceſis devota ſemel venit ad locum, ut Deo, & ſanctæ Claræ gratias ageret, pro eo quod meritis ejus a quinque dæmoniis liberata fuiſſet. Fatebantur autem in ſui expulſione dæmonia, quod ſeipſa orationes ſanctæ Claræ incenderent, & ex poſſeſſo vaſculo deturbarent. Non ſine cauſa dominus Papa Gregorius in hujus Sanctæ oratione fidem habebat mirabilem, cujus virtutem ſenſerat efficacem. Sepe quidem nova, ut aſſolet, emergente difficultate, & cum eſſet Oſtienſis Epiſcopus, & poſtquam ad culmen Apoſtolicum eſſet evectus, ſupplex eidem Virgini per epiſtolam factus, poſcit ſuffragium, ſentit auxilium. Res certe ſicut humilitate conſpicua, ſic toto ſtudio imitanda: quando Chriſti Vicarius a Chriſti ancilla opem efflagitat, & ſuis ſe virtutibus recommendat. Sciebat ſane quid poſſet amor, & quam liber aditus puris Virginibus pateat ad conſiſtorium majeſtatis. Si enim Rex cœlorum ſeipſum ferventer amantibus tribuit, quid eſt quod devote orantibus, ſi expedit, non conceditur? Superius dedi unam hujus Pontificis litteram ad ſacram Virginem ſcriptam, dum Cardinalis eſſet, & Epiſcopus Oſtienſis: hic ſubjungo aliam poſtea repertam in antiqua membrana, & exſcriptam a Marino Ebulenſi in ſuo formulario lib. 1. in quibus ait devotus Pontifex, Claram, & diſcipulas, in tantis tribulationibus & anguſtiis, per ſævientem Fridericum conſtituti, unicam eſſe conſolationem; & commemorat ſpecialiter a ſe edoctas, videlicet per regulam a ſe traditam, & peculiares exhibitas inſtructiones, uti alias recenſuimus.

Dæmones precibus abarcet.

Gregor. IX. ſæpe ejus preces exigit.

Ann. 1221. n. 20. tom. 2.

Ann. 1219. n. 46. tom. 1.

Dilectæ Filiæ Claræ Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſſiſii.

XVII. *DEus Pater, cui vos in ancillas humiles obtuliſtis, miſericorditer in filias vos adoptans, unigenito filio ſuo Domino Jeſu Chriſto, operante Spiritus ſancti gratia, deſponſavit in regno cœlorum, cum ſponſo cœleſti feliciter coronandas. Unde cum ſponſum veſtrum ſuper omnia diligere teneamini, qui diligentes ſe diligens ſuos efficit cohæredes, ita in eo tantum totis affectibus delectari debetis, ut nihil umquam vos ab ejus caritate valeat ſeparare. Ad hoc enim divinitus inſpiratæ vos in clauſtris recluſiſtis, ut mundo, & quæ in mundo ſunt ſalubriter abdicatis, ſponſum veſtrum incorrupto amplexantes amore, curratis* in odorem unguentorum *ipſius, donec vos introducat in ſuæ cubiculum genitricis, amoris ſui dulcedine perpetuo recreandas. Hæc utique ſi, ut confidimus, & pro certo ſperamus,* at-

Marian. formul. lib. 1.

Cant. 1. 3.

Digitized by Google

attente & diligenter conſideratis, quæ nunc amara videntur, vobis ſalubriter indulceſcunt, molleſcunt dura, & aſpera leniuntur, ut gloriemini ſi quæ pro Chriſto pati meremini, qui pro nobis probroſæ mortis ſuſtinuit paſſionem. Verum quia inter amaritudines innumeras & anguſtias infinitas, quibus affligimur inceſſanter, vos eſtis conſolatio noſtra, univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino Jeſu Chriſto, ac per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus, quemadmodum accepiſtis a nobis, ſpiritu

Galat. 5. 16.
1. Corint. 12. 31.

ambulantes, ſpiritu & viventes, poſteriorum oblitæ ſemper ad anteriora vos cum Apoſtolo extendatis, æmulando chariſmata meliora, ut magis ac magis virtutibus ambulantes, Deum glorificari faciatis in vobis, & noſtrum gaudium impleatis, qui vos tamquam ſpeciales filias (immo, ſi fas eſt dicere,

Pōtifex ſuas vocat Dominas.

Dominas, quia Domini noſtri ſponſas) intima complectimur caritate. Quia vero, ſicut confidimus, unus cum Chriſto ſpiritus eſtis factæ, poſtulamus a vobis, ut in orationibus veſtris ſemper noſtri memoriam facientes, pias manus elevetis ad Deum, ſupplicantes inſtanter, ut qui ſcit nos in tantis periculis conſtitutos pro humana fragilitate non poſſe ſubſiſtere, ſua virtute nos roborans, miniſterium nobis ab ipſo commiſſum ſic det digne peragere, ut ipſi ad gloriam, Angelis ad gaudium, nobis & commiſſis noſtro regimini proveniat in ſalutem &c.

Magna Claræ devotio in S. Euchariſtiam.

XVIII. Quantus beatæ Virginis ad altaris ſacramentum fuerit devotionis affectus, effectus oſtendit. In illa enim gravi infirmitate, quæ eam grabato affixerat, faciebat ſe erigi & fulcimentis appoſitis ſuſtentari; & ſedens filabat delicatiſſimos pannos, de quibus ultra quinquaginta paria corporalium faciens, & ea ſericis, vel purpureis thecis includens, per plana & montana Aſſiſii, variis Eccleſiis deſtinabat. Corpus vero Domini ſuſceptura, calidis primo lacrymis irrigabatur: & accedens cum tremore non minus formidabat in Sacramento latentem, quam cœlum, terramque regentem. Ex proceſſu Canonizationis habetur, ſuper caput ejus, dum morti propinqua, ſanctam ſuſciperet Euchariſtiam de manu

In ea videt Chriſtum infantulum.

Provincialis Miniſtri, ſororem Franciſcam de Colle-medio vidiſse ingentem ignis globum, & hoſtiæ formulam converſam in pulcherrimum Infantulum; atque ipſam Claram poſt ſuſceptum cum mira reverentia, & lacrymis vivificum Sacramentum, adjunxiſse: *Tantum mihi contulit Dominus omnipotens hodie beneficium, ut cœlo terræve nequeat comparari.*

Alæ duæ ſuper caput ejus.

Eademque Soror ibidem deponit, ſe in feſto SS. Philippi, & Jacobi in gremio ſanctæ Virginis vidiſse indicibilis pulchritudinis Infantem, erectaſque ſuper Claræ caput duas alas fulgentiſſimas, quæ aliquando extendebantur in altum, aliquando deprimebantur, Virginis caput & humeros mirabiliter contegentes.

XIX. Sicut autem in infirmitate, Chriſti ſui memoria memor erat:

Luc. 2. 13.

ſic & Chriſtus eam in ſuis languoribus viſitabat. In illa Nativitatis hora, quando parvulo nato, mundus cum Angelis jubilat, omnes Dominæ ad Matutinum in Oratorium pergunt, & matrem infirmitatibus preſſam ſolam relinquunt. Cumque de parvulo Jeſu cogitare cœpiſset, & multum doleret, quod ejus laudibus intereſſe non poſſet, ſuſpirans ait:

Audit longinquū concentum.

Domine Deus! Ecce ſola relicta ſum tibi in loco iſto. Et, ecce, repente mirabilis ille concentus, qui in Eccleſia ſancti Franciſci fiebat, ſuis cœpit auribus intonare. Audiebat jubilum Fratrum pſallentium, harmonias cantantium attendebat, ipſum quoque percipiebat ſonitum organorum.

XX. Obi-

XX. Obiter hic annotaverim, non adeo ablegaſſe ſanctum Franciſcum, nec primævos Ordinis Patres pſalmodiam, aut cantum, imo nec uſum organorum, aut aliorum muſicalium inſtrumentorum, ut modo quidam volunt, & ſuis Congregationibus penitus interdicunt. Neque enim contra ſtatus ſui conditionem putabant, quidquid decenter, & modeſte adhibebatur in divinæ laudis augmentum. Sed ad narrationem coævi hiſtorici redeamus. Eam proſecuturus non immerito monuit, quod nullatenus tanta erat loci propinquitas, ut hæc attingere potuiſſet humanitus: niſi vel illa ſolemnitas ad eam fuiſſet ampliata divinitus, vel ejus ſupra humanum modum vigoratus auditus. Verum quod totum hoc excellit miraculum, ipſum digna fuit Domini præſepe videre. Mane ad eam venientibus filiabus dixit beata Clara: *Benedictus Dominus Jeſus Chriſtus, qui me vobis relinquentibus, non reliquit. Audivi revera per gratiam Chriſti, tota illa ſolemnia, quæ in Eccleſia ſancti Franciſci hac nocte celebrata ſunt.*

Non interdicuntur Minoritibus muſicę inſtrumēta pro cultu divino.

AuresSanctorum valde ſenſiles.

XXI. Familiaris ei planctus Dominicæ paſſionis, quæ ex ſacris vulneribus, nunc myrrhatas affectiones exhaurit, nunc dulciora gaudia ſugit. Hanc lacryma Chriſti paſſi vehementer inebriat: & quem cordi ſuo profundius amor impreſſerat, frequenter memoria repræſentat. Docet novitias Chriſtum plangere crucifixum: & ſimul quod verbis docet, factis exemplat. Nam ſæpe cum in ſecreto ad talia hortaretur, præveniebat verborum exitum irriguum lacrymarum. Inter horas diei ſextam & nonam, majori compunctione afficitur; ut cum immolato Domino immoletur. Nam & ſemel hora nona orantem in cellula diabolus in maxillam percutiens, oculum ſanguine, genam livore ſuffudit. Ut autem Crucifixi deliciis abſque intermiſſione paſceret mentem, orationem de quinque plagis Domini frequentius ruminabat. Officium Crucis, prout Crucis amator Franciſcus inſtituerat, didicit: & adfectu conſimili frequentavit. Officium hoc inter alia Opuſcula ſancti Patriarchæ nos dedimus excuſum tomo tertio typis Plantinianis.

Frequenter plangit Chriſti paſſionem.

Officium Crucis a ſancto Franciſco compoſitum.

XXII. Chordulam tredecim nodorum ſcopulis annulatam, ſubtus ad carnem cingebat ſecreto, in memoriale vulnerum Salvatoris. Advenerat quodam tempore dies ſacratiſſimæ Cœnæ, qua Dominus in finem dilexerat ſuos. Sero appropinquante Domini agonia, Clara contriſtata & mœſta, in cellæ ſecretario ſe recluſit. Cumque orantem Dominum orans proſequeretur, & triſtis uſque ad mortem anima triſtitiæ illius hauſiſſet affectum, jam comprehenſionis, & totius illuſionis memoria ebriata, lecto reſedit. Tota igitur nocte illa, & die ſequenti ſic abſorpta, ſic a ſeipſa permanet aliena: ut irreverberatis circa unum ſemper intenta luminibus, confixa Chriſto, ac prorſus inſenſibilis videretur. Redit quædam familiaris filia ſæpe ad ipſam, ſi forte aliquid velit; & ſemper eodem modo illam habere reperit. Nocte vero diei Sabbati, veniente devota filia, candelam accendit, & præceptum ſancti Franciſci ad matris memoriam ſigno, non verbo reducit. Præceperat enim ſanctus Franciſcus, ne ullum ſine comeſtione tranſiret diem. Illa igitur aſſiſtente, Clara, quaſi aliunde rediens, hoc protulit verbum: *Quæ candelæ neceſſitas? Mater*, ait illa, *nox abiit, & dies tranſivit, noxque altera rediit*. Cui Clara; *Benedictus ſit iſte ſomnus, cariſſima filia, quoniam diu optatus, tamdem donatus eſt mihi. Sed cave ne ſomnum iſtum cuiquam referas, dum vixero ipſa in carne.*

Joann.13.1.

Matt.26.39.

Vehemens contemplatio Dominicæ paſſionis.

XXIII. Amanti vicem Crucifixus amatus rependit: & quæ circa cru-

Plura miracula ſigno crucis efficit. Fratrem furioſū ſanat.

cis myſterium tanto amore ſuccenditur, crucis potentia in ſignis, & miraculis illuſtratur. Signum enim vivificæ crucis, dum morbidis applicat, morbos ab eis mirabiliter fugat. Tangam ergo ex multis aliqua. Fratrem quemdam nomine Stephanum, furiæ morbo laborantem beatus Franciſcus ad dominam Claram tranſmiſit, ut ſuper eum faceret ſignum ſanctiſſimæ crucis. Magnam etenim ſciebat ejus perfectionem, & magnam in ipſa venerabatur virtutem. Conſignat eum obedientiæ filia Patris juſſu, & in loco, ubi ipſa orare ſolita erat, parumper dormire ſinit. At ille poſt modicum ſomnum ſolutus, ſanus exurgit, & ad Patrem liber ab inſania rediit.

Lapillum ex naribus pueri miraculoſe evellit.

Puer quidam annorum trium, nomine Matthiolus, de Civitate Spoleti, lapillum quemdam incaute ſuis intruſerat naribus. Nemo illum ex ejus naſo valebat educere, nec ipſe puer ejicere. Periclitatus anguſtia magna, ducitur ad dominam Claram, & dum ſigno crucis eſſet ſignatus, ſtatim, projecto lapide, liber efficitur.

Alterius pueri oculum ſanat.

Alius puer de Peruſio, totum habens oculum macula coopertum, ad ſanctam Dei famulam adductus eſt, quæ, tacto pueri oculo, ſignum crucis impreſſit, & dixit: *Ducite eum ad matrem meam, ut ipſa ſuper eum ſignum crucis ingeminet.* Mater etenim ejus domina Hortulana ſuam ſequuta plantulam, poſt filiam ad Religionem tranſierat, ut infra dicemus; & in horto concluſo cum Virginibus Vidua Domino ſerviebat. Signo autem crucis ab ipſa recepto, illico pueri oculus, a macula expurgatus, clare & limpide vidit. Aſſerit ergo Clara, puerum ipſum, ſuæ matris merito liberatum: declinat pondus laudum mater in filiam, ſeque tanta re fatetur indignam.

Ann. 1253.

Unam ex ſuis religioſis a fiſtula liberat.

Una de Sororibus, nomine Benevenuta, ulcus cum fiſtula ſub brachio duodecim fere annis perpeſſa fuerat, & per quinque foramina ſaniem emittebat. Cui compaſſa Virgo Dei Clara, peculiare illud ſuum ſigni ſalutiferi admovit emplaſtrum; ſtatimque ad crucis deſignationem, perfectam recepit annoſi ulceris ſanitatem.

Alteram hydrope, febre & tuſſi.

Alia de numero Sororum, Amata vocabulo, tredecim menſibus hydrope aggravata, febre inſuper & tuſſi, & lateris ingenti dolore confecta jacebat. Super quam domina Clara pietate permota, ad ſuæ nobilis phyſicæ recurrit experimentum. Signat eam cruce in nomine Chriſti ſui, & ſtatim reſtituit plenariæ ſanitati.

Ancillæ cuidam vocem corruptã reſtituit.

Alia Chriſti ancilla de Peruſio nata, vocem per duos annos ita perdiderat, ut vix exterius poſſet formare ſermonem. Cum in nocte Aſſumptionis Dominæ noſtræ ſibi fuiſſet in viſione monſtratum, quod domina Clara liberaret eam: diem cum deſiderio exſpectabat. Quo illuceſcente ad matrem feſtinat, ſignum crucis expoſtulat, vocem mox ſignata recuperat. Soror quædam, nomine Chriſtiana, magno tempore in una aure ſurditatem perpeſſa, multas contra malum illud, fruſtra tamen, fecerat medicinas. Cujus caput domina Clara clementer ſignat, aurem contrectat, audituſque virtutem illico reparat. Magna erat in Monaſterio Sororum multitudo languentium, diverſis doloribus afflictarum. Ingreditur Clara locum ex more cum ſua medicina ſolita, & ſigno crucis quinquies facto, quinque ſtatim relevat a languore, quarum aliquas ſuperius nominavimus.

Tom. 1. an. 1213. n. 62. & ſeqq.

Alia ejuſdem miracula.

XXIV. Damus ex proceſſu alia miracula ſub compendio. Puer quinquennis Joannis Procuratoris ipſius Cœnobii filius, vehementi laborans febre, a ſacra Virgine contactus, repente convaluit. Quidam Stephanus horrida lepra integre reſperſus, a ſancto Franciſco ad beatam Virginem pro ſalute conſequenda tranſmiſſus, facto ſuper eum crucis ſigno, ut obediret magiſtro, mox evaſit incolumis. Sororem Andream Ferra-

rien-

Digitized by Google

rienſem a ſtrumis, occultaque infirmitate liberavit, latitantes indigniores cogitatus eidem objiciens, cauſas addens fuiſſe ſuæ infirmitatis, quibus deinceps in meliores mutatis, ſanctè vixit & obiit. Balbinam neptem a continua febre, & pectoris moleſto dolore, necnon ab illiaco ſanavit dolore. Cæciliam item Monialem a ſicca, & importuna tuſſi, porrecto panis fruſtulo, liberavit. In ſemet item virtutem divinam exercuit. Oppreſſa namque magnæ januæ mole, quam removere non poterant Sorores abſque convocato trium Fratrum auxilio, nihil tantæ molis, aut ponderis ſenſit, vel dum porta ſupercidit, vel dum ipſa ſubjacuit.

XXV. Sane quia erat magiſtra rudium, & quaſi in magni Regis palatio præpoſita puellarum; tanta eas diſciplina formabat, tantoque fovebat pietatis amore, ut ſermo nullus explere poſſit. Docet primo, ſtrepitum omnem de mentis hoſpitio pellere, ut ſolius Dei penetralibus valeant inhærere. Docet jam carnalium propinquorum amore non affici, domumque propriam, ut Chriſto placeant, obliviſci. Hortatur exactiones contemnere fragilis corporis, carniſque nugas imperio reſtringere rationis. Monſtrat inſidioſum hoſtem occultos puris mentibus injicere laqueos; aliter ſanctos, aliter tentare mundanos. Monet ad activam certis horis, eas hortans ita operari manibus ſuis, ut protinus ad Conditoris deſiderium, per orationis exercitium recaleſcant: & torporem negligentiæ deſerentes, igne ſancti amoris frigus indevotionis deponant. Nuſquam major cenſura ſilentii, nuſquam amplior & calor, & tenor omnis honeſti. Non ibi fluida loquela fluidum loquitur animum: nec verbi levitas levem prodit affectum. Ipſa namque magiſtra parca in verbis, abundantis mentis vota ſermonis brevitate coarctat.

Egregie inſtruit Sorores.

Gen. 12. 1. Pſal. 44. 11.

XXVI. Providet filiabus per devotos Prædicatores alimoniam verbi Dei, ex qua ſuam deteriorem non efficit partem. Nam tanta in auditu ſanctæ prædicationis exultatione perfunditur, tantaque ſui Jeſu familiaritatis dulcedine deliciatur, ut prædicante aliquando fratre Philippo de Adria, ſpecioſiſſimus quidam puer Virgini Claræ aſſiſteret, & per magnam prædicationis partem, ſuis eam gratulationibus oblectaret. Ex cujus apparitionis intuitu, illa quæ de matre videre talia merebatur, ſoror Agnes Aſſiſias (de qua viſione atque alia conſimili jam egimus ſupra) ſuavitatem inexplicabilem ſentiebat. Licet autem litterata non eſſet, litteratorum tamen gaudebat audire ſermonem: rata, quod in teſta verborum nucleus lateat, quem ipſa attingebat ſubtilius, & ſapidius deguſtabat. Noverat de cujuſque ſermone loquentis elicere, quod animæ proſit: ſciens non minoris eſſe prudentiæ de rudi quandoque ſpina flores decerpere, quam fructum ex arbore nobili manducare. Cum ſemel Dominus Papa Gregorius prohibuiſſet, ne aliquis Frater ad Monaſteria Dominarum ſine ſua licentia pergeret, dolens pia Mater, cibum ſacræ doctrinæ rarius habituras Sorores, cum gemitu dixit: *Omnes nobis de cetero auferat Fratres, poſtquam vitalis nutrimenti nobis abſtulit adminiſtratores*: & ſtatim omnes Fratres ad Miniſtrum remiſit, nolens habere eleemoſynarios, qui panem corporalem acquirerent, poſtquam panis ſpiritualis eleemoſynarios non haberet. Quod cum audiret Papa Gregorius, ſtatim præceptum illud in Generalis Miniſtri manibus relaxavit.

Avide audit verbum divinum.

Apparet ei puer ſpecioſus in cõcione.

Anno 1213. nu. 65. Tom. I

XXVII. Non autem hæc venerabilis Abbatiſſa filiarum ſuarum ſolas animas diligit, quæ ipſarum etiam corpuſculis miro ſtudio caritatis inſeruit.

Benevolẽtia ejus in Sorores.

Digitized by Google

ruit. Nam ſæpius in frigore noctis propria manu cooperuit dormientes: & quas ad rigorem communem ſervandum cernit invalidas, remiſſiori moderamine vult eſſe contentas. Si quam turbaret tentatio, ſi quam ut aſſolet, invaderet mœſtitudo, ſecreto vocatam, cum lacrymis conſolatur. Aliquando ſe ad pedes proſternit mœrentium, ut maternis blanditiis alleviet vim dolorum. Cujus beneficiis filiæ non ingratæ, ſeipſas tota devotione rependunt. Complectuntur ſiquidem affectum dilectionis in matre, reverentur in Magiſtra prælationis officium: ſectantur in pædagoga rectitudinis greſſum; & in Dei ſponſa prærogativam mirantur omnimodæ ſanctitatis.

Claret ſpiritu prophetico.

XXVIII. Spiritu etiam claruit prophetico. Nam ex tranſmiſſis ad ſe quinque nobilibus fœminis a ſancto Franciſco, ut cooptarentur in diſcipulas, unam repellebat Gaſdiam Tacholiæ vocatam. Nimis inſtanti ut reciperetur, prædixit inconſtanter acturam, nec biennium apud eas remanſuram. At illa contra inſtare, & juramento perſeverantiam ſpondere; Clara vero ut cordatius & ponderoſius agat, monere: Tamdem importunis cedens precibus, admittit in diſcipulam, quæ ante annum expletum ad ſeculum regrediens, verum fuiſſe probavit Claræ vaticinium: Hugolino Petri de Girardonis nobili militi Aſſiſiati, poſt annos viginti duos infatuato, & Guiducciam piam uxorem repellenti, prædixit concordem cohabitationem, & pulchræ prolis ſuſceptionem, quod ipſe ita eveniſſe teſtificatus eſt in proceſſu. De prænunciato adventu Sororum Florentinarum ut viſerent ſub morte, dicemus inferius.

Anno 1253.

Diutinos patitur languores.

XXIX. Quadraginta annis in ſtadio cucurrerat altiſſimæ paupertatis; cum ecce jam ab bravium ſupernæ vocationis, præcedente languore multiplici, appropinquabat. Vigore ſiquidem carnis, in annis prioribus, auſteritati pœnitentiæ ſuccumbente, poſteriora tempora dura occupavit infirmitas: ut quæ ſana ditata fuerat merito operum, infirma ditaretur meritis paſſionum. *Etenim virtus in infirmitate perficitur.* Cujus miranda virtus, qualiter fuerit in infirmitate perfecta, hinc maxime liquet, quod in viginti octo annorum languore diutino, non murmur reſonat, non querimonia; ſed ſemper ab ejus ore ſanctum colloquium, ſemper procedebat actio gratiarum. Licet autem ægritudinum pondere prægravata feſtinare videretur ad finem: placuit tamen Deo, ad tempus illud ipſius obitum reſervare, quo ab Eccleſia Romana (cujus erat factura & filia ſpecialis) dignis valeret honoribus exaltari. Summo namque Pontifice cum Cardinalibus moram trahente Lugduni, cum Clara præ ſolito urgeri morbo cœpiſſet, filiarum mentes ingentis doloris gladius trucidabat. Mox cuidam ancillæ Chriſti, virgini Deo devotæ, de Monaſterio ſancti Pauli Ordinis ſancti Benedicti, hujuſmodi viſio demonſtratur. Videtur ſibi una cum ſuis Sororibus apud ſanctum Damianum dominæ Claræ aſſiſtere infirmitati, ac eamdem Claram in lecto pretioſo jacere. Flentibus autem, & cum lacrymis beatæ Claræ præſtolantibus exitum, formoſa quædam mulier ad lectuli caput apparens, lacrymantibus loquitur; *Nolite*, inquit, *o filiæ, plorare victuram, quoniam mori non poterit, quouſque Dominus cum ſuis diſcipulis veniat*. Et ecce, poſt modicum tempus, venit Curia Romana Peruſium. Quatenus vero omnia hæc circa eam completa ſint, & eam viſitaverint Pontifex & Cardinales, ſequentibus annis dicetur opportunius.

2. *Cor.* 12. 9.

Prædicit Pontificis adventum.

An. 1252. & 1253.

Naſcitur Franciſcus Fabrianen.

XXX. Natus hoc anno 11. Septembris beatus Franciſcus Fabrianenſis, cognomento *della libra*, honeſtis & piis parentibus Compagno de

Ve-

Veninbene medico, & Margarita, Fabrianenſibus. Horum vitam valde *Legenda duæ MSS.*
laudant, qui de beato Franciſco ſcripſerunt, a caritate erga proximos,
a pietate erga pauperes, a ſacrorum frequentatione myſteriorum, a vi-
giliis & pœnitentiis, a ſanctimonia. Vere arbor bona fructum bonum
fecit, cujus futura mox ſanctitas exordium habuit a teneris unguiculis;
atque manifeſte, ſed miraculoſe indicata eſt intra ipſa clauſtra naturæ.
Etenim neque pia genitrix ſui uteri pondus ſentiebat, neque tacitis in-
crementis coaleſcens fœtus, dolores aut moleſtias, prægnantibus fami- Non ſine præludiis ſanctitatis.
liares, advexit, per quod deſignabatur nulli oneroſum, nulli fore mole-
ſtum. Quando oratura mater pergebat ad Templum, videbatur ſibi ge-
ſtientem ſenſiſſe infantulum, in ipſo Templo hærenti placidum & ſua-
vem ſe præbuiſſe, ſed recedenti aliquanto graviorem, quaſi in ipſo vitæ
exordio monſtraret, quam aſſiduas acturus erat in Templo vigilias. Ex
utero diffuſus in lucem, non lacrymas ſed riſum emiſit, non flevit alio-
rum more natorum, ſed ſingulari modo geſtivit, ut qui mox ſordidati
generis ſervitute, & peccati vinculis excuſſis, ad gratiæ dignitatem, &
Chriſtianam libertatem erat renaſciturus. Vel an non, ob id fortaſſis,
in mundum adveniens ridebat, quia quidquid in mundo erat, irriſit, &
ſtultitiam eſſe præſenſit? Non diſſimilis mirabili ortui atque infantiæ
pueritia & adoleſcentia, quam placide, modeſte & pie tranſegit, huma-
niores ante decimum annum plene addiſcens litteras, rebus ſacris ſoler-
ter intentus. Ægrotante puero ad mortem, mater vovit, ſe eum de-
laturam ad viſitandum ſancti Franciſci ſepulcrum; quod dum faceret,
occurrit ei beatus Angelus Tancredus, olim ſancti Franciſci ſocius fami-
liaris, qui, narratis Margaritæ plurimis ejuſdem ſancti Inſtitutoris mi-
randis operibus, ingenium pueruli attente contemplatus aſpectum,
aſſeveranter prædixit ſuum futurum conſodalem. Quo nihil jucundius
genitrici poterat narrari, quæ cum viro ſuo nihil tam curabat, quam ut
ſecundum Dei leges enutritus adoleſcentulus, Dei manciparetur obſe-
quio. Huc omnes conatus, huc frequentes & repetitæ matris orationes
tendebant, donec opere vidit completum, quod Angelus ante prædixit.
Id mirabiliter factum anno MCCLXVII. uti latius tunc referemus ex
pluribus fidis Scriptoribus, qui vitam ejus exararunt, quorum primus *Anno 1267.*
fuit frater Dominicus Bonaventuræ Feſſi, & Joannæ ipſius beati Franci- Vitæ ejus Scriptores.
ſci Fabrianenſis ſororis filius; ſecundus frater Dominicus Mariani Criſſi
in Theologia Baccalaureus; tertius Andreas Gilius Canonicus ſancti Ve-
nantii V. I. D. & Dominicus Scevolinus Ordinis Prædicatorum Theolo-
gus plura de rebus Fabrianenſibus congeſſit, in quibus præcipuas res
geſtas hujus ſancti Viri complexus eſt. Ex quibus exactius omnia po-
ſtremo compilavit quidam Auctor anonymus Fabrianenſis. Præter hos *Piſan. conf. 8.*
ſcripſere de eodem Dei Servo Bartholomæus Piſanus, Marcus Ulyſſip- *Marcus. Rodulphus l. 1. fol. 1[illegible]0. Marian. &c.*
ponenſis, Petrus Rodulphus, & Marianus Florentinus, ex quibus po-
tiora dabimus ſuis annis diſtincta. Sed & ipſe beatus Franciſcus plura de
rebus patriis chronologice adnotavit, inter quas obiter res proprias
admiſcuit. De voto per matrem emiſſo, de peregrinatione Aſſiſiati, &
aſſumpto ad matris deſiderium habitu Minorum, ita ipſe ſcriptum reli-
quit: *In puerili mea ætate mater ipſa vadens ad Aſſiſium propter votum,
quod de me fecerat, ſecum me portari fecit. Poſtea virtute & efficacia ora-
tionis dictæ matris meæ, a Deo inſpiratus & vocatus, receſſi a mundo, &
veni ad Ordinem beati Franciſci, &c.*

XXXI. Dum adhuc Lugduni ageret Pontifex, omnem adhibuit
ope-

Digitized by Google

Reſiſtit Pontifex Conrado.

operam in tuendis partibus Willielmi Regis Romanorum, & infringendis Conradi Friderici filii, qui audita patris morte, e Germania in Italiam tranſivit, ſibi ſubacturus Neapolitanum & Siciliæ Regnum, timens Pontificis adverſum conatum, & Manfredi ſpurii fratris regnandi libidinem. Miſſus in Germaniam Legatus Hugo, tituli ſanctæ Sabinæ Cardinalis, Ordinis Prædicatorii, ut Willielmo animum, vireſque adderet contra Conradum, ſuas obtulit partes quidam ex Minoritis, vir gravis, Joannes de Diſt Theuto Willielmi capellanus, qui antea Pontificia auctoritate contra Fridericum prædicabat, atque alia univerſalis Eccleſiæ negotia ſubibat, cui ſequentes ſcripſit Innocentius epiſtolas, ut etiam contra mali patris nequiorem filium verbum crucis prædicaret in Germania ſuperiori & inferiori. Litteras ipſas ſubjungimus.

Prædicat contra eumdem Joan. de Diſt Minorita.

Regeſt. Vatic. ep. 287.

Fratri Joanni de Diſt Capellano cariſſimi in Chriſto filii noſtri Ill. Reg. Rom.

Cum ſicut, te accepimus intimante, nonnullas tibi litteras Apoſtolicæ Sedis, & indulgentias contra quemdam Fratrem, qui ſe pro Imperatore Romano gerebat, ſuoſque fautores, tam ſuper negotio Crucis, quam ſuper aliis univerſalis Eccleſiæ negotium contingentibus duxerimus concedendas. Volumus & mandamus, ut id quod tibi contra prædictos per hujuſmodi litteras, & indulgentias mandabatur, contra Conradum natum ejuſdem Friderici, & ſuos fautores ſuper præmiſſis nihilominus exequaris. Datum Lugduni IV. *Idus Februarii anno* VIII.

Ibid. ep. 288.

EIDEM.

Ut negotium generalis Eccleſiæ, quod jam per Dei gratiam contra inimicos fidei convaleſcit, finem accipiat conſummationis optatæ, præſentium tibi auctoritate committimus, ut in illis partibus Flandriæ, in quibus eſſe dicitur in generali uſu Teutonicum idioma, contra Conradum, natum quondam Friderici, qui ſe pro Rom. Imperatore gerebat, & ſuos fautores, prædices verbum Crucis, prout alias tibi contra eumdem Fridericum dicimur tibi conceſſiſſe. Datum ut ſupra.

Prædicat. & Minores prædicant Crucem.

XXXII. Laborarunt etiam ſtrenue hoc anno in Germania Prædicatores & Minores pro tranſmittendis copiis ſubſidiariis ad partes tranſmarinas, præcipue ex regionibus Friſiæ & Norvegiæ, ad quorum Provinciales has litteras dedit Pontifex ſub finem anni ſuperioris.

Regeſt. Vat. ep. 183.

Priori Prædicatorum, & Miniſtro Minorum Fratrum, Provincialibus Alemaniæ.

Cum ad præſens Terra ſancta præſidio indigeat bellatorum, Nos attendentes, quod multi Friſones acceperunt, accenſi zelo devotionis & fidei, ſignum Crucis, quodque ſolent Friſones in tranſmarinis partibus proſperari: Mandamus quatenus omnes Cruceſignatos de partibus Friſiæ, ac Norvegiæ, quod in proximo paſſagio a vobis ad beneplacitum cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Blanchæ Illuſtriſs. Reginæ Franciæ ſtatuendo, transfretent in ſubſidium Terræ ſanctæ, per vos ac alios, quos expedire videretis, moneatis attentius, & efficaciter ſecundum datam vobis a Deo prudentiam, inducatis eos ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione

Digitized by Google

tione poſtpoſita, *compellendo*. *Non obſtantibus aliquibus privilegiis Apoſtolicæ Sedis*, *vel indulgentiis*, *ſeu litteris obtentis*, *& obtinendis*, *& quibuslibet aliis*, *per quæ id impediri vel differri valeat*, *& de quibus oporteat in præſentibus fieri mentionem*, *& conſtitut. de duabus dietis editis in Concilio generali*. *Quid ſi non ambo &c. Datum Lugduni* III. *Kalendas Decembris anno* VIII.

XXXIII. Hoc anno orta eſt magna diſſenſio inter Academicos Pariſienſes, & Mendicantes, præcipue Fratres Prædicatores, quæ prolixæ & moleſtæ nimis diſcordiæ ſeminarium fuit. Controverſia exordium habuit a quibuſdam ſtatutis editis a Magiſtris Univerſitatis, & ſuſpenſione lecturæ propter irrogatas aliquas injurias quibuſdam Scholaribus. Conſtitutionibus injuſtis dum noluerunt ſubſcribere Magiſtri duo Ordinis Prædicatorum, Bonus-Homo, & Helias dicti, facti ſunt extra ſcholas. Conquerentes apud ſanctam Sedem exaudiuntur ab Innocentio, & jubentur in priſtinum ſtatum reſtitui. Magiſtri vero, dum plures turbas excitant, & mandata multis ambagibus eludere volunt Apoſtolica, Romam evocantur. Moritur interim Pontifex, recrudeſcitque vulnus ſub Alexandro ſucceſſore, ad cujus Pontificatus auſpicia apertam & ſeriam dabimus totius rei narrationem, ejuſdem Pontificis litteris inſertam. Porro tunc conſtabit, Innocentium propitium valde fuiſſe Regularibus, & condemnaſſe nimium erga eoſdem Academicorum rigorem; quantumvis in fine Pontificatus tepuerit nimis in devotione erga Mendicantes, ut ſub illo tempore referemus: quod etiam confirmat Thomas Cantipratanus ejuſdem ævi ſcriptor, & teſtis oculatus, dum ait: *Sicut audivimus*, *ita & vidimus*; *nam Dominus tunc Papa*, *quamquam graviſſimus Fratribus fuerit* (editis videlicet multis contra eoſdem, veluti jam ante ipſe auctor num.21. narraverat) *tamen in hoc*, *ut juſtus judex*, *juſtitiam Fratribus denegare non potuit*, *ſed pro eis juris ſententiam tulit*, *nec hoc ſemel & iterum*, *imo & tertio inani ſemper per nuncios Univerſitatis appellatione compulſus*. Præcipui autem auctores pro parte Univerſitatis contra Fratres erant, veluti referunt Chronica Normanniæ, confuſo tamen annorum numero, Magiſter Odo de Dovaco, Magiſter Chriſtianus Canonicus Beluacenſis, Nicolaus Decanus de Baro ſuper Albam, & Magiſter Guillelmus de ſancto Amore, Mariano de ſancta Martha, Paulo Æmilio de fano Amoris. Fortiter & dure nimis ſe oppoſuerunt hi quatuor prædictis Ordinibus, nec cauſa ceſſerunt, niſi anno tertio Pontificatus Alexandri, non vero omnes, ſemper enim perſtitit in ſua opinione Guillelmus de ſancto Amore, qui indignis calumniis & ſcripto pernicioſo, atque infami libello, de quo ſæpius nobis amplior occurret ſermocinatio, ſuam cauſam promovebat; factus procurator & ſtipendiarius Univerſitatis, quæ pecuniam multam, atque ultra ſuos redditus, in hac lite conſumpſit, ut ex dicto habetur Cantipratano dicente: *Nequitiæ primordialis actores ſimplices Univerſitatis ſcholares ſibi*, *velut unum corpus miris aſtutiis adunarunt*, *ut in multis librarum millibus eos roderent placitantes*, *ut ſic in dictos Ordines crudelius deſævirent*: *& id quod per ſe non poterant*, *non ſufficiente pecunia in evacuatione burſarum innocentiæ puerilis*, *multorum copiis obtinerent*. Similiter ſcribit Matthæus Paris, ſive ejuſdem continuator. *Congregati*, inquit, *ſcholares collectam fecerunt & contribuerunt*, *ſcilicet quilibet ſecundum poſſe ſuum*; *& cujuslibet communio hebdomadalis abbreviata eſt*. Sed & clarius hoc habetur in quibuſdam litteris ipſius Pon-

Oritur tumultus Academiæ Pariſienſ.

Anno 1254.

Cantiprat. l.2. de apib. c.10. n.32.

Turbę auctores.

Chron. Norman.

Marian. cap.10. Æmil. in Ludov. IX.

Cantiprat. cit. num.32.

Paris ad ann. 1253.

Regeſt. Vatic. epiſt. 29.

Pontificis Innocentii, datis Idibus Julii, anno Pontificatus XII. ad eumdem Guillelmum ſub hac inſcriptione: *Guillelmo de ſancto Amore, Canonico Beluacenſi, Procuratori Magiſtrorum, & Scholarium Pariſien.* In quibus ei concedit facultatem, ut pro expenſis in negotiis prædictorum, poſſit contrahere mutuum, uſque ad ſummam tercentum librarum Turonenſium, ſuper bonis & facultatibus Univerſitatis. Canonicum hunc vocat Matiſconenſem Bzovius. Fortaſſis ex Beluacenſi factus eſt Matiſconenſis, vel e contra; hominemque ad dignitates & ampliores redditus inhiaſſe, & interceſſores ſuppoſuiſſe, conſtat ex alia epiſtola ejuſdem Innocentii data ad eumdem XI. Kalendas Septembris, Pontificatus anno V. in qua ei jam facto Canonico Beluacenſi concedit privilegium ad inſtantiam N. electi Tarantaſien. & nobilis viri Thomæ de Sabaudia Comitis, ut præter Eccleſiam de Garavilla curam animarum habentem, quam poſſidebat, alia beneficia poſſet obtinere. Miſerabilem hominis exitum, & condemnatas hæreſes ſuo loco commodius referemus.

Bzov. an. 1257. num. 4.

Regeſt. Vatic. epiſt. 139.

Anno 1257.

Serarius de reb. Moguntin.

XXXIV. Submotus eſt hoc anno ab Archiepiſcopatu Moguntino per Hugonem Cardinalem Pontificis in Germania Legatum Chriſtianus ſecundus, accuſatus apud Pontificem, quod omnino inutilis eſſet ſuæ Eccleſiæ regendæ, & quod evocatus ad Expeditiones Willielmi Imperatoris, invitus veniret. Subſtitutus eſt autem ab eodem Legato, ſed per electionem Senatus Canonicorum, ut ſcribit Bruſchius, Gerardus (Serario Gerhardus, Cuſpiniano, Eberhardus) Comes Sylveſter de Eppenſtein Provinciæ Rhenenſis, quem alii Comitem vocant Waldagravenſem, Ordinem Minorum apud Erfordiam profeſſus, ut teſtantur Bruſchius, & Petrus Merſæus Cratepolius. Virum hunc maximum, & multum providum vocat Trithemius, qui dum Willielmus Romanorum Rex vixit, ejus partes, prout voluit Pontifex Innocentius, ſequutus eſt contra Conradum Friderici filium. Ejus tempore, anno Domini MCCLIV. inter Moguntinos & Wormacienſes poſt multas contentiones, perpetua ſancita pax: & Abbates multi, ut exhauſto bellis ærario Metropolitano ſubvenirent, multa ſuis e prædiis & redditibus largiti ſunt. Unde in quibuſdam Germanicis vetuſtis monumentis, teſtatur Serarius indicari gratæ benevolentiæ gratia fluxiſſe proceſſiones, quæ ad ſancti Jacobi Monaſterium e prima æde quotannis fieri ſolent. Eccleſiam Oppenheimenſem, quæ ſanctæ Catarinæ dicebatur, parochialem datis privilegiis effecit, anno Domini MCCLVIII. quinto Nonas Julii: quæ ſub miſero turbatæ Religionis ſtatu in Germania, in fœdam Calviniani fermenti magidem fuit converſa. Concilium celebravit Moguntiæ, quod decimum ſextum Moguntinenſe numeratur, & a Wernero citatur in litteris datis anno MCCLXX. in manuſcripto pergameno aſſervato in Bibliotheca Carthuſiæ Moguntinæ, ubi & plura ex eodem Concilio afferuntur, ſic, *ex Concilio Moguntino Domini G.* & in ed. ſtat. Mogunt. lib. 3. cap. 33. Declaravit autem incommodo ſuo, quam a bellis, pravorumque conſiliis, & juvenum procacitate abhorrere debeant Eccleſiaſtici. Juvit enim Theodoricum (Crantzio Tidericum) Comitem de Eberſtein, conſanguineum ſuum, infelix bellum gerentem contra Albertum Ducem Brunſwicenſem, a cujus Capitaneo quodam Gotingenſi uterque captus eſt, Ducique præſentatus, Theodoricus Comes pedibus ſuſpenſus, vitam ita miſere finivit; Archiepiſcopus vero in vinculis ab Alberto Duce per integrum annum detentus eſt, liberatus tamdem & redemptus ab Alberto Duce, per Richardum Cornubiæ Comitem, Anglum, ambientem faſces Romani

Gerardus Minorita fit Epiſcopus Moguntinus.

Bruſch. de Epiſc. Mogunt.

Serar. citat.

Cuſpinian. in Alphonſ.

Cratepol. de Epiſ. Mogunt.

Trith. in Chron. Hirſaug.

Crantz. lib. 8. Saxon. c. 22.

Gerardus incarceratur.

Liberatur per Richardum Cornubiæ Comitem.

Digitized by Google

ni Imperii, octo millibus argenti marcis. Cum enim, mortuo Willielmo Rege, Imperium Germanicum ambirent Alphonſus Caſtellæ Hiſpaniarum Rex, multis, magniſque operibus, aſtrologicis præſertim tabulis, apud exteros notus, & Richardus Cornubiæ in Anglia Comes, Anglorum Regis frater germanus, & ille quidem Colonienſem, hic Moguntinum noſtrum ſibi, ſoluto hoc redemptionis pretio, & aliis collatis beneficiis, conciliare ſtatuit. Vere hic ita redemptus redemptori ſuo inclinabat, & Alphonſum Colonienſis fovebat; ſed continuit alterum alterius metus, ne quid attentarent; ſive id modeſtiæ deputemus, quod viri ſenſati lacerare ſe mutuis viribus pro alieno imperio judicabant indignum. Nuſquam enim referuntur in invicem arma aut acies produxiſſe, contenti glorioſo nomine, in quo Richardus magis efferbuiſſe cernitur; nam Alphonſus ubi ſenſit ſibi ortum æmulum, intra Regni ſui limites ſe continuit. Migravit autem ex hoc ſeculo Archiepiſcopus Gerardus Erfordiæ, ubi & terræ mandatus eſt in Franciſcanorum Collegio anno Domini MCCLX. „ Ex vetuſtis monumentis Moguntia ad me tranſmiſſis, „ aliqua de hoc Gerardo adjicio. Gerardus, inquiunt, vir prudens & „ expertus Comes de Eberſtein, anno ſequenti poſtquam præficitur Ec- „ cleſiæ Moguntinæ, Erfordiam proficiſcitur, pacis tractandæ gratia „ (quia Erfordienſes magna inter ſe diſcordia laborabant) & Civitatem „ ingreſſus pridie Nonas Februarii ab omni Clero & tota Civitate, inſi- „ gni magnificentia & honore exceptus, ad ædem beatæ Mariæ Virginis „ adductus eſt. Anno MCCLIV. Dominum Irinam, Præpoſitum ad ſan- „ ctum Kilianum, in Epiſcopum Herbipolenſem, per mortem Hermanni „ electum, in vigilia Paſchæ in Monaſterio ſancti Petri Benedictinorum „ in Presbyterum ordinavit, & ſequenti die in Monte beatæ Virginis „ in Epiſcopum conſecravit. Anno MCCLVI. Comes quidam Theodori- „ cus de Eberſtein, Gerardi Archiepiſcopi patruus, arma ſumpſit contra „ Albertum Ducem Brunſwicenſem, & Gerardo in ſocietatem armorum „ pertracto, ditiones Ducis, præſertim terram Gottingenſem hoſtiliter „ devaſtavit. Gerardus in prædium quoddam ſpectans ad Monaſterium „ Volckenrede in pago Bollenſted, alias Bolſted nuncupato, divertens „ a Præfecto militum Brunſwicenſium, occulte obſervatus, improviſo „ irruente in prædium capitur, XVII. Kalendas Februarii una cum Theo- „ dorico Comite, aliiſque nobilibus Erfordienſibus non paucis. Quibus „ inde abductis Brunſwicum, & Duci Alberto præſentatis, Theodoricus „ in præſentia Gerardi miſerrime ſuſpendio interiit; audita captivitate „ Gerardi Erfordienſes condolentes, publicas orationes, & ſupplicatio- „ nes pro liberatione ſui Præſulis indixerunt. Igitur XII. Kalendas „ Februarii totus Clerus, & univerſa Civitas triſtem ſupplicationem, & „ proceſſionem inſtituerunt ad Monaſterium ſancti Petri, & Miſſarum „ ſolemnia celebrata ſunt, ut in Vinculis beati Petri Eccleſia conſuevit „ celebrare. Liberatus eſt anno MCCLVII. ſoluto pretio redemptionis a „ Richardo Cornubiæ Comite, Imperium ambiente, numeratis octo „ millibus marcis argenti. Sed non multum poſt etiam Dux Brunſwi- „ cenſis a Margravio Miſniæ captus, coactus eſt in redemptionem ſui dare „ octodecim millia marcarum, & octo oppida circa Warram fluvium. „ Anno MCCLVII. Gerardus Erfordiam abiit; eique obviam venit uni- „ verſus Clerus, & tota Civitas cum facibus, crucibus, & vexillis; & „ ſecundo cives in pacem redegit, Senatumque conſtituit; & ut ſingulis „ annis novi Conſules eligantur, ſancivit: ſuper quos quatuor ex illis

Additio Patris Lucæ Waddingi.

Digitized by Google

„ præeminerent, & duo demum ſuper totum Senatorum ordinem; ibi„ que alias optimas tulit leges, & multa laude digna peregit.

Serar. lib. 5. rerum Moguntin. ſub Chriſtian. 2.

Ingens miraculum de ſacroſ. Euchariſtia.

XXXV. Hac ipſa in Civitate anno ſuperiori res mira contigit in commendationem reverentiæ exhibendæ auguſtiſſimo altaris ſacramento. Libet illam exſcribere ex Serario hoc in loco, licet ſuperiori, vel antecedente anno reponendam, neque a noſtris Annalibus omnino alienam: quippe miraculi maximi, cujus anniverſaria etiamnum hodie illic memoria colitur, explorator fuit Franciſcanus. Porro rem ita per præcipua capita refert citatus auctor ex Germanica ſcheda illic edita anno MCCL. *Fures duo noctu e ſancti Martini Templo hierothecam, in qua erant conſecratæ hoſtiæ novem, furati ſunt anno* MCCXLIX. *ipſo beatæ Virginis aſſumptæ pridiano. Et argentum illi quidem acceperunt; ſacroſancta vero Dominici corporis fruſtula, cum ſacro, quo involuta erant, linteolo in olidam quamdam lacunam abjecerunt. Quinto autem vertente menſe, contigit, ſacrilegorum illorum alterum Iſenaci extrema conflictari ægritudine. Scelerum pœnitentia tangitur, & cui de illis confiteatur, bonum e Franciſcanorum Ordine Sacerdotem vocat. Is Erfurti numquam fuerat. Sed re illa comperta, illuc venit: & confeſſionis arcano ſervato, primores e Civibus ire ſecum, remque maximam quærere obſecrat. Annus jam erat* MCCL. *Januarii dies* XIII. *poſt Epiphaniam octavus, tum Dominicus. Aquæ pro anni tempore, congelarant omnes, illa tamen haudquaquam lacunæ pars, in qua Domini corpus. Et juratus poſtea pius quidam dixit Diaconus, ſe perpetuum illic noctu lumen vidiſſe crebrius. Hic igitur Euchariſtiam illi, quos quæſiiſſe dicebam, invenerunt, & quidem in linteolo integro & ſicco. Re tanta cognita, Chriſtianus Archiepiſcopus, qui ea in urbe fors tunc erat, Clerum, populumque totum ſolemni cum proceſſione illuc duxit, auguſtiſſimum Domini corpus ſuſtulit, & in beatæ Virginis Templo venerabunde poſuit. Optimus autem vir Ulricus Vierling, ne divini operis interiret ſenſim, ut in omnibus rebus fit, memoria, impenſis non parvis, prout etiam nunc apparet, curavit.*

Gonzaga 1. p. de Conv. Aracæli. Rodul. fol. 258.

Datur Minoribus cœnobium Aracœli in Capitolio.

XXXVI. Diſtulimus in hunc annum conceſſionem, ſeu translationem Conventus Aracæli in Urbis Capitolio, factam Minoritis, Franciſcum Gonzagam ſequuti; ſed Rodulphus eiſdem datum ſcribit anno MCCXLIX. Sane ſub id tempus factam a Pontifice conceſſionem mox proferendæ, mihi poſt miniſtratæ monſtrabunt bullæ; an item & tunc data Fratribus realis poſſeſſio, non adeo conſtans & certum. Liquet plane ex ſecundis litteris (bina enim ſunt hujus conceſſionis diplomata) Syndicum Benedictinorum, quorum tunc erat Cœnobium, ſe huic conceſſioni oppoſuiſſe. Datis itaque in longinqua regione ſub annum MCCXLIX. litteris, veroſimile, quod executio non eodem anno, ſed ſequenti ſit ſubſequuta. Quod ſane confirmat præſtita a Cardinalibus traditæ poſſeſſionis confirmatio anni MCCL. XIV. Kalendas Decembris, quam ſuæ confirmationi inſervit Pontifex bino poſt anno, & decimo ſui Pontificatus, cujus diploma ſub illo dabimus tempore. Univerſæ autem hujus Conventus hiſtoriæ ipſas præmittimus litteras Pontificias, quarum primæ datæ ſunt ad Raynaldum Epiſcopum Oſtienſem, & Stephanum Cardinalem ſanctæ Mariæ trans-Tyberim, Pontificis Vicarium in Urbe, in hunc modum.

IN-

Digitized by Google

INNOCENTIUS &c.

Venerabili Fr. R. Epiſcopo Oſtienſ. & dilecto filio S. tituli Sanctæ Mariæ trans-Tyberim, Presbytero Cardinali, Vicario noſtro &c.

LAmpas inſignis cœleſtium exemplarium adornata fulgoribus, rutilans in domo Dei coruſco ſydere novæ lucis, quam ad illuminationem fidei, divini cultus augmentum, & ſponſæ Chriſti multiformem pulchritudinem ampliandam, in dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum religioſæ inſtitutionis redivivus fervor accendit, illic præſertim in ſerie luminarium Eccleſiaſtici firmamenti habere non debet incongruam ſitus incommodi ſtationem, ubi providentia diſponente divina, primitiva ſurgentis Eccleſiæ fundamenta quieſcunt, & per individuos paris triumphi comites ſublimitas eminet Apoſtolici principatus. Cum itaque ab ejuſdem Ordinis Fratribus in Urbe degentibus diverſa ibidem loca, & ipſorum habitationi minus accommoda, incolantur, nos eiſdem, quorum approbata ſuis Fratribus & clara Religio intimis Eccleſiaſticæ maternitatis amplexibus eſt fovenda, de Fratrum noſtrorum conſilio, locum idoneum decrevimus providendum, ubi pariter in continuæ caritatis ſolatio conviventes, pacificis ſtudiis commodius, atque religioſius intendere valeant pacis humiles profeſſores. Quocirca, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Monaſterium Sanctæ Mariæ de Capitolio in Urbe, Ordinis ſancti Benedicti, cum hortis & aliis ſuis appenditiis juxta illud, necnon libris & ornamentis ipſius, auctoritate noſtra, eiſdem Fratribus ibidem ſub Ordinis ſui obſervantia Domino ſervituris in uſus perpetuos aſſignantes, eos in prædictorum poſſeſſionem corporalem inducere, ac inductos defendere procuretis; amotis inde Monachis, qui ſunt ibi, & per alia Ordinis ſui Monaſteria congrue collocatis. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante Apoſtolicæ Sedis indulgentia, quibuſcumque conceſſa, quod excommunicari, aut interdici, aut ſuſpendi abſque ſpeciali mandato noſtro non poſſint, aut quavis alia, per quam mandati hujuſmodi effectus impediri ſuper iis valeat, vel differri, & de qua plenam, vel de verbo ad verbum opporteat in litteris noſtris fieri mentionem. Quod ſi non ambo iis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Lugduni VI. *Kalendas Julii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.* Archiv. Aracæli n. 68.

XXXVII. Paucis deinde interjectis diebus idipſum injunxit duobus ſupra nominatis, & Richardo Hannibaldenſi de Malviria tit. S. Angeli Diacon. Cardin. Hic tamen non interfuit litterarum executioni, ut ex diplomate confirmationis anno ſequenti miniſtrando conſtabit.

INNOCENTIUS &c.

[Venerabili patri Epiſcopo Oſtien. & Velletren. & dilectis filiis B. tit. Sanctæ Mariæ trans-Tyberim, Præsbytero, Vicario noſtro in Urbe & R. S. Angeli Diac. Cardinalibus, ſalutem & Apoſtolicam benedict.

DIlecti filii, Fratres Minores Urbis nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum ipſi in locis, in quibus habitant, propter aëris corruptionem, & alias plures cauſas nequeant commode commorari, Monaſterium Sanctæ Archiv. Aracæli n. 132.

Mariæ de Capitolio Urbis eis pro habitatione ipſorum concedere de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus, ut ibidem divino vacantes cultui, poſſint liberius ſub obſervatione mandatorum Domini delectari, proponente Syndico ejuſdem Monaſterii ex adverſo, quod hoc fieri non debebat, quia ex hoc grave multum poterat ſcandalum generari. Quia vero vobis plene conſtare poterit de præmiſſis, de circumſpectione veſtra plenam in Domino fiduciam obtinentes, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi vobis expedire videbitur, dictis Fratribus, quos ſuæ Religionis meritis benigno favore jugiter intendimus proſequi, & gratia ſpeciali, prædictum Monaſterium cum appenditiis ſuis & hortis circa Monaſterium, habitationi Fratrum ipſorum neceſſariis, ac libris & omnibus ornamentis Eccleſiæ Ordini eorum congruentibus, aſſignetis, ac auctoritate noſtra in corporalem poſſeſſionem præfati Monaſterii Fratres inducatis eoſdem, & defendatis inductos, Monachos ipſius Monaſterii per alia Monaſteria ipſorum Ordinis debite collocantes, diſpoſitione poſſeſſionum memorati Monaſterii nobis totaliter reſervata. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus quibuſcumque indulgentiis, ſi quæ ſunt aliquibus ab Apoſtolica Sede conceſſæ, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Sedis ejuſdem, quæ de hujuſmodi indulgentia plenam non fecerint mentionem, ſeu aliquibus aliis, per quas effectus præſentium valeat impediri. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis vel volueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Lugduni IV. *Idus Julii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.*

Situs Conventus.

XXXVIII. Ex his litteris patet, quam bene audierint apud Pontificem Minores, quamque indefeſſos & ſtrenuos ſe exhibuerint Eccleſiæ miniſtros, & vineæ Domini operarios. Conſtat etiam, plura habuiſſe Romæ habitacula, ſed parua & incommoda: in quibus vero Urbis regionibus, non omnino compertum. Duo habebant trans-Tyberim, unum ad ipſam fluminis ripam, alterum ad SS. Criſpinum & Criſpinianum, ubi adhuc ſervantur Franciſci & ſociorum incolatus traditio, atque aliquale veſtigium. Ceterum Monaſterium hoc Benedictinorum eis collatum, in eminenti loco, & tunc Urbis ferme meditullio, ſitum eſt in vertice Capitolini montis, & arcis a Chamo Noë filio exædificatæ. Dicitur autem

Capitolium unde dictum.

Marc. Port. apud Halicarnaſſ.

Capitolium, juxta Marci Portii Catonis ſententiam, a capite ibi invento, ſanguine recenti perfuſo, dum Jovini templi fundamenta jaceret Princeps Tarquinius: ſeu, ut alii volunt, a mundi capite, quod ibi Conſules, atque Senatores, quibus totius Orbis cura & regimen incumbebat, convenirent. Arcis facies altis atque firmiſſimis muris ſuper montis faſtigium, vitro atque auro undique contectis, muriſque operibus laqueatis, venuſtabatur. Intra ipſius autem arcis ambitum palatium fuit auro, argento, atque lapidibus pretioſis opere vario exornatum; ita ut omnibus gentibus eſſet in admirationem & ſpeculum. Multa erant in arce Idolorum fana, atque ipſo in loco, ubi nunc eſt Monaſterii Eccleſia, duo conſtiterunt Templa Senatorio palatio adjuncta, ſcilicet Phœbi & Carmentis, & Jovis Feretrii, in quo tradunt Octavianum Auguſtum

Paupertas evangelica ſuperavit majeſtatem Gentilium.

Chryſoſt. hom. 46. in perfect.

habuiſſe viſionem, de qua nos modo agemus. Id profecto pia conſideratione dignum, mirabiliter triumphaſſe inopiam Chriſtianam de potentia, & majeſtate Gentilium; atque ibi ſummam Eccleſiæ paupertatem obtinuiſſe principatum, ubi Romani Imperii excelſum fuit ante faſtigium. Vere *glorioſior eſt paupertas fidelium, quam divitiæ peccatorum*, &

latius

Digitized by Google

latius ex ipſo Capitolii vertice dominatur pauperum primicerius, quam ex Tarpeja rupe Romanorum rexere Monarchæ. Ad plures utique nationes hujus Sodalitii Rectoris pertranſit auctoritas, quam antea Romanorum diffundebatur Imperium. Nulla ferme eſt regio terrarum, quam non penetraverint Minores, & in qua non pareant ſuo Principi ex hac arce regenti; ſed pleraque fuerunt integra Regna, quæ Romanos non admiſere triumphos, neque Imperatorum agnovere vexilla. Illam non incongrue hic adaptabo Magni Leonis ſententiam, quod miraculoſe evenit, Ut *Roma caput Orbis effecta, latius præſideret Religione* Franciſcana, *quam dominatione terrena. Quamvis enim multis aucta victoriis, jus Imperii ſui terra, marique protulerit; pauciores tamen ſunt Provinciæ, quas ei bellicus labor ſubdidit, quam quod virtus Chriſtiana ſubjecit.*

Leo ſerm. 1. de SS. Pet. & Paulo.

XXXIX. Specioſiſſimum, ingens, ad architecturæ regulam affabre elaboratum, eleganti proportione correſpondentibus ſibi capaciſſimi delubri ſacellis in ſummo montis ſupercilio exurgit Templum, omnium totius Urbis conſpicientibus gratiſſimum, dicatum Beatiſſimæ Virgini Mariæ, & ſancto Joanni Baptiſtæ. Eo ipſo in loco extructum perhibetur, uti jam diximus, quo nobiliſſimum præextitit fanum Jovis Capitolini ſeu Feretrii, & vidiſſe fertur Octavianus Auguſtus Dei Genitricem Mariam intra circulum ſolem circumdantem, infantem in ulnis habentem, atque hinc thus adoleviſſe, & Aram erexiſſe, addita hac inſcriptione Aracæli. Viſionem hanc non tam aliter, quam fortaſſis diminute ita refert Paulus Diaconus. *Cum primo, C. Cæſare, avunculo ſuo interfecto, ex Apollonia rediens Cæſar Auguſtus Urbem ingrederetur, hora circiter tertia, repente puro ac liquido ſereno, circulus ad ſpeciem cæleſtis arcus orbem ſolis ambiit: quaſi eum unum, ac potentiſſimum in hoc mundo, ſolumque clariſſimum in Orbe monſtraret, cujus tempore venturus eſſet, qui ipſum ſolem, ſolus mundumque totum, & feciſſet, & regeret.* Vere Nicephorus & Suidas tradunt, Auguſtum ex oraculo Delphico, cujus erat ſtudioſiſſimus, Romam reverſum, Aram in Capitolio erexiſſe, atque inſcripſiſſe Ara primogeniti Dei: quem intellexit ab Apolline Delphico longe, lateque dominaturum. Onuphrius Panvinus loquens de Abbatibus Urbis, qui Pontifici in ara maxima Lateranenſi ſacrificanti inter ceteros miniſtros aſſiſtebant, eorumque nomina recenſens; ita agit de Aracælitano, qui erat in ordine nonus; *Abbas Sanctæ Mariæ in Capitolio*, ubi eſt Ara Dei Filii. An hæc vel potius illa, Aræ ſit antiquitus inciſa inſcriptio, non plane conſtat; prior illa hæſit Aracæli, & deſignatur locus erectæ aræ, conſtructo elegantiſſimo ſacello, inciſis circumcirca in nigro marmore ſub tholo, innixo octo columnis pretioſi lapidis, his characteribus deauratis. *Hæc quæ Ara-cæli appellatur, eodem in loco dedicata creditur, in quo Virgo ſanctiſſima Dei Mater, cum filio ſuo ſe Cæſari Auguſto in aureo circulo e cælo monſtraſſe perhibetur.* Eſt tamen quod moneamus, appenſam e regione tabellam, narrationem Illuſtriſſimi Gonzagæ, & communem hominum traditionem in eo errare, quod dicant Sibyllam ſive Cumanam, ſive Tyburtinam, ab Auguſto advocatam, & interrogatam de Deo omnium maximo, oſtendiſſe ei ſub meridie ſolem circulo aureo circundatum, in circulo Virginem pulcherrimam puerulum brachiis complectentem; & protinus ad delapſam e cœlo vocem dicentis, *Hæc eſt Ara Dei*, ſubjunxiſſe Sibyllam; *Hic adora verum illum Deum*; cui ſtatim thus obtulit, & aram illo loco extruxit Octavianus.

Unde Aracæli dicta.

Paul. Diac. lib. 7. Hiſto. Miſcel. in Aug. Cæſ.

Niceph. l. 1. c. 17. Suidas in Hiſtor. verbo Auguſtus.

Gonz. cit.

XL. Viſionem hujuſmodi excepiſſe Auguſtum communiter perhibetur,

An Oct. Auguſto adfuerit Sibylla.

Baron. in appar. ad Annal. Eccleſ. Solin. in Polyhiſt. c. 9. Honor. in philoſoph. mundi lib. 1. ætate 5. Panvin. l. de Sibyllis. Lact. lib. 1. Inſtitut. c. 6. Honor. Auguſtod. cit. Helvic. in theatro hiſtoriar. Torniel. in Annal.

Plures fuere Sibyllæ.

Sixt. l. 2. biblioth. verbo, ſibyllarum oracula. Ambr. in epiſt. ad Corinth. Ariſtot. in problem. ſectione 30.

betur, & tenaci tradunt aſſertione ædis incolæ. Sed quod additur de Sibylla, commentitium eſt: neque enim tunc ulla ex Sibyllis potuit ſupereſſe. Siquidem ſive Cumæam cum Illuſtriſſimo Cardinali Baronio, hoc ipſum dubium expendente, omnium noviſſimam dixeris, illa quinquageſima Olympiade, auctore Solino, vixit temporibus Tarquinii Regis: ſive cum Honorio Auguſtodunenſi Tyburtinam ultimam, & undecimam (ultra numerum decimum Sibyllarum, quem alii ponunt) aſſeveraveris, quam etiam poſtremam conſtituit Onuphrius Panvinus. Et Lactantius recenſet, illam vixiſſe, idemque ſcribit Honorius, ſub Artaxerſe Darii filio, qui Chriſtum præceſſit annis ferme quadringentis, ut habet Chronologia Chriſtophori Helvici; vel ſaltem trecentis, juxta Torniellum, ſtatuentem initium regni Artaxerſis ſub anno mundi MMMDCL. Quare quod de Sibylla Imperatorem monente, & cæleſte oſtendente ſpectaculum adjungitur, conſtare non poteſt, niſi aliam effinxeris, præter illas notiſſimas ab auctoribus probatis celebratas, & vero vaticinii ſpiritu donatas. Atque præter has plures fuiſſe Sibyllas ſcribunt Panvinus citatus, & Sixtus Senenſis, quarum nomina ex parte recenſent. Has tamen, autumat Ambroſius, vel qui auctor eſt commentarii ad Epiſtolam primam ad Corinthios, malo & improbo ſpiritu arreptas, & Ariſtoteles eaſdem atræ bilis æſtu circa mentis ſedem ſuccenſo exagitatas demonſtrat. Plures mulieres longo & perpetuo tempore Cumis vaticinatas fuiſſe opinatur Panvinus, quæ omnes Sibyllæ vocitatæ ſunt, quæ illuc proficiſcebantur, vel ut peritiores divinandi fierent Appollinis oraculis, quem illic maximum Templum cum ſpecu habuiſſe conſtat; vel ut ejus ſacris præeſſent, quæ non niſi a mulieribus perfici mos erat: quæ omnes poſtea ab urbe proxima, ſive Cumææ, ſive Cumanæ vocatæ ſunt.

Quid de illis ſentiendum.

Baron. cit.

Quid ſi harum aliqua coextitit Auguſto, illudque prodigium oſtentavit? Sed communiter alicui ex celebrioribus Sibyllis mirandum hoc tribuitur. Facilior itaque evadendi via illa eſt, quam excogitavit Illuſtriſſimus Baronius, ut ita ſit accipiendum, Auguſtum a Sibylla tunc monitum, non quod Sibylla aliqua ſuperſtes adfuerit, ſed quod a Sibyllinis carminibus, quæ Sibyllæ nomine citari a majoribus conſueverunt, edoctus ſit de vera numinis divinitate, & Chriſti ex Maria nativitate, atque hujus rei contemplationi immerſo cæleſte fuerit divinitus oſtenſum prodigium. Auguſtum enim multum fuiſſe in cognoſcendis, ſcrutandis, ac expurgandis carminibus Sibyllinis ſatis ſuperque, tradunt Suetonius, Tacitus, & Dion, præter alios plures. Multa porro extant in Sibyllarum carminibus, quæ circumferuntur permixta de Chriſti nativitate, & Matris puritate vaticinia, quæ Auguſtum ad profundam rei meditationem, & thuris oblationem poterant excitare, ſicuti eſt illud.

Sueton. in Octav. Aug. cap. 31. Tacit. lib. 5. Annal. Dion. Hiſt. Rom. lib. 34. Sibyll. oracul. l. 3. ante fin.

Geſti læta puella, tibi nam gaudia ſemper
Duratura dedit, cæli terræque creator,
In te habitaturus; tibi lux æterna manebit.

Et paulo ſuperius.

— *Ferent & thus, & munera larga*
Omnibus ex terris ad magni fana Tonantis.
Nec ventura hominem generi domus ulla futura eſt;
Præter fidum hominem, quem dat Deus ad venerandum.

Et in fine libri octavi carminibus imperfectis.

— *Chriſtus Jeſus ſeclorum*
Æternus, numquam genitus, plane intemeratus &c.

Pau-

Digitized by Google

Paulo inferius.

Temporibuſque petit poſtremis terram,
Et brevis egreſſus Mariæ de Virginis aluo,
Exorta eſt nova lux
E cælo veniens mortales induit artus.

XLI. Conſecraſſe hanc Aram Anacletum Papam, quartum a beato Petro Pontificem, habet e regione appenſa tabella: ſed error eſt inde deſumptus, quod cum alias conſtiterit ab Anacleto Pontifice conſecratam fuiſſe, neque alius in recta ſerie Pontificum occurrerit, præter unum illum Anacletum Petri diſcipulum & miniſtrum, huic conſecrationem ſcriptor attribuit. At certum eſt, neque tunc ibi ſacra celebrari, neque Pontificem in Chriſtianorum angulis latitantem, Imperatorum ædes aut Templa penetrare potuiſſe: preterquam quod ſub Trajano Cæſare, qui Anacleto poſterior fuit, in eo loco adhuc Jovis Feretrii fanum erat, quod Romulus fecit, Ancus Martius auxit, C. Cæſar inſtauravit: in cujus poſtea ruinis Conſtantinus Imperator; deinde beatus Gregorius Magnus Eccleſiam Chriſtiano ritu, & Monachorum Cœnobium dicitur extruxiſſe. Quare hoc factum alteri adſcribendum Anacleto, propterea extra numerum Pontificum facto, quia in ſchiſmate creatus eſt contra Innocentium II. quo ab Urbe propter potentiam adverſariorum fugiente, & in comitatum Piſarum recedente, rerum pro dominandi libidine potitus eſt Romæ Anacletus, contra quem (antea Petrum Leonem vocatum) plura ſcripſit ſanctus Bernardus, qui etiam pro confirmanda ſibi pontificia Sede, pontificalibus functionibus apparere Pontifex affectavit. Quare præter alia multa, & convocatum Concilium ex cohærentibus ſibi Epiſcopis, ad imitationem ſuorum prædeceſſorum, præſertim vero Calixti II. plura in Urbe altaria conſecravit, quorum quædam refert Cardinalis Baronius. Illum rebus hujus ædis Aracælitanæ ſe immiſcuiſſe, & Monaſterium contuliſſe, vel confirmaſſe Patribus Benedictinis, conſtat ex dato ab eo diplomate, quod ſuo inſeruit Innocentius IV. ſub anno x. ſui Pontificatus, & nos hic dabimus, tum ad prædictorum confirmationem, cum ad veterum terminorum, & appendiciorum hujus Monaſterii perfectam notitiam. Illud porro eſt quod admiremur, Innocentium illo ſuo diplomate (cujus originale ſub plumbo accepimus ex ipſo Archivo Aracælitano) vocare Anacletum hunc *ſuum prædeceſſorem, & felicis recordationis Pontificem*; niſi id attribuere velimus ſcriptoris imperitiæ ad eumdem modum, quo multas ejuſdem Anacleti inſcriptiones, & memorias dedicatorum & conſecratorum altarium, hominum incuria ſervatas in Urbe, ſcribit Baronius, quarum una de conſecrato primario altari, & dedicata Eccleſia Sancti Laurentii, tabulæ marmoreæ inſcripta adhuc ibidem videtur integra, licet ipſum altare jam fuiſſe deſtructum agnoſcatur. Diploma ita ſe habet.

Quis Aram hanc conſecravit.

Anacletus II. Schiſmaticus.

Baron. an. 1130.

Baron. cit.

ANACLETUS &c.

Dilecto in Chriſto filio Joanni Abbati ſanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, ſanctique Joannis Baptiſtæ in Capitolio, ſuiſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum.

QUod in *Apoſtolicæ Sedis adminiſtratione, licet indigni, conſtituti judicemur, religioſorum virorum piis petitionibus, juſto benignitatis intuitu aſſenſum nos præbere convenit, quatenus quæ religionis proſpectu*

Arch. Arac. nu. 105.

Digitized by Google

ſpectu poſtulata cernuntur, noſtræ conceſſionis vigore clareſcant, ac firma in poſterum perpetuitate ſerventur. Tuis igitur, dilecte in Chriſto fili Joannes Abbas, & Fratrum tuorum precibus annuentes, commiſſo tibi ejuſdem Dei Genitricis Monaſterio, concedimus, & confirmamus totum montem Capitolii in integrum cum caſis, cryptis, cellis, oortibus, hortis, arboribus fructiferis, & infructiferis, cum porticu Cancellariæ, cum terra ante Monaſterium, qui locus nundinarum vocatur, cum parietibus, petris, & columnis, & omnibus ad eum generaliter pertinentibus; qui iſtis finibus terminatur: a primo latere via publica, quæ ducit per clivum argentarii, qui nunc deſcenſus Leonis Prothi appellatur: ab alio latere via publica, quæ ducit ſub Capitolium, & exinde deſcendit per limitem & appendicem ſuper hortos, quos olim Ildebrandus, & Joannes Diaconus, & hæredes Joannis de Guinico tenuerunt, uſque in Templum majus, quod reſpicit ſuper Alefantum: a tertio latere ripæ, quæ fuit ſuper fontem de Macello, & exinde revolventes ſe per appendices ſuas ſuper Canapara, uſque in Carnarium ſancti Theodori; a quarto vero latere ab eodem Carnario aſcendit per caveam, in qua eſt petra verſificata, exinde deſcendit per hortum ſancti Sergii, uſque in hortum, qui eſt ſub Cancellaria, veniens per gradus centum uſque ad primum affinem. Circa vero eumdem montem concedimus & confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus domos, caſalinas, cryptas, ergaſteria in mercato, totum montem prædictum Capitolii in integrum, & cetera omnia, quæ in monte, vel circa montem ſunt, juxta tenorem præfati privilegii ſupradictum.

Limites antiqui Conventus Aracœli.

Qui Aram exornarunt.

XLII. Egregie ornarunt prædictum ſacellum Hieronymus Centelles Epiſcopus Cavallicen. qui elegantem, quam modo cernimus, adhibuit ſtructuram; & Archiconfraternitas Confalonis, quæ ſolum complanavit, remotis quibuſdam gradibus, quibus incommodius ad Aram ex Eccleſia aſcendebatur, ſuperpoſita etiam tholo imagine beatæ Virginis, & adhibitis quibuſdam cruſtis, ſeu laminis plumbeis deauratis, quæ tholo plene cooperiendo deerant, atque apud Fratres ſervabantur. Horum benefactorum memoria ibidem expoſita; in infimo enim altaris gradu verſus Orientem inciſæ hæ litteræ, & deauratæ. *Hieronymus Centelles R. Epiſcopus Cavallicen. Aram Deo, & beatæ Virgini ornavit; ſepulcrum ſibi fecit, anno* D. M. DC. V. & in tabella appenſa ſuper ipſum altare intra tholum. *Archiconfraternitas Confalonis Cœli hanc Aram a ſe olim ſanctæ Helenæ dicatam auxit, perfecit, ornavit, anno* D. M. DC. XXIV. *Carolo Barberino Urbani Papæ VIII. germano fratre, Joanne Baptiſta Aſtallio, Annibale Matthæio, Mario de Rubeis Cuſtodibus, Rutilio Speculo Cam.* Pendentem habet aliam tabulam verſus Meridiem, ita privilegium huic altari conceſſum intimantem. *Paulus III. Pont. Max. omnibus & ſingulis Sacerdotibus, qui in ſacello hoc, ſuo vel alieno arbitrio Miſſam celebraverint, unam animam ex Purgatorio, quoties id fecerint, inſtar Indulgentiæ Divorum Gregorii intra Urbem, Sebaſtiani ac Laurentii extra Urbis mœnia, liberandi facultatem conceſſit* M. D. XLIV. *Nonis Martii, Pontificatus anno* X. Multas eſſe ſacelli Indulgentias quotidianas & perpetuas, ſed in die Aſſumptionis beatæ Virginis duplo majores, monet alia tabula in muro e regione appenſa.

Quæ in Ara ſervantur reliquiæ.

XLIII. Quatuor aſſervari Sanctorum corpora in ipſo Altari porphyretico, ad modum conchæ elaborato, communiter traditur, & appenſis monetur tabulis; videlicet Helenæ Conſtantini Imperatoris genitricis,

Ar-

Artemii Tribuni, Abundii Presbyteri, atque Abundantii Diaconi. Sed quam avide alii ſibi has ſanctas adſciſcant reliquias, & quam variæ ſint de ſepulturæ, ſeu depoſitionis loco opiniones, operæ pretium erit referre, & judicium circa tot ſententias attexere. De ſanctæ Helenæ corpore non ſolum variæ Civitates, & diverſa Regna, ſed & Orientis, atque Occidentis Provinciæ contendunt. Socrates Scholaſticus Conſtantinopolim deportatum corpus, & regali conditum aſſerit ſepulcro, licet nihil de obitus loco tractet. At Nicephorus Romæ mortuam & ſepultam ſcribit; poſt biennium vero Conſtantinopolim translatam, quod confirmari videtur ab Eccleſia celeberrima Conſtantinopoli eidem Auguſtæ dicata, quæ (ut teſtatur Juſtinianus Imperator) ſanctiſſimæ majori Eccleſiæ copulata erat; cui accedit, quod Veneti ejus corpus ab Oriente delatum, ſe in propria ejuſdem Helenæ Eccleſia poſſidere gloriantur. Suidas vero Romæ ſepultam aſſerit, nec quidquam agit de translatione: & Anaſtaſius Bibliothecarius libro de Munificentia Conſtantini, cum de Baſilica ſanctorum Martyrum Marcellini, & Petri via Lavicana inter duas lauros poſita, petractat, ait, Conſtantinum condidiſſe Mauſolæum, ubi Auguſtam matrem ſuam poſuit in ſarcophago porphyretico: quod ipſum illud ingens & nobile eſſe cenſeo, quod Canonici Lateranen. in ſuam Eccleſiam tranſtulere, hac ſuperpoſita inſcriptione: *Divæ Helenæ Auguſtæ Magni Conſtantini matris ſepulcralem hanc porphyreticam aram, jamdiu ex ipſius Mauſolæa via Lavicana in hanc ſacroſanctam Baſilicam ab Anaſtaſio IV. ſummo Pontifice ad proprii monumenti uſum translatam, & injuria temporum undique diruptam, ac penitus disjectam, ne tante Patronæ de eadem Baſilica optime meritæ memoria deperiret, Capitulum, & Canonici reſtituere anno ſalutis* M. DC. IX. Uſuardi etiam Martyrologium ejus depoſitionis memoriam Romæ coli commemorat via Lavicana. Sigisbertus item hanc corroborat opinionem de ejus obitu, & ſepultura in Urbe, & infirmat alteram de translatione Conſtantinopolitana, dum ab Urbe tranſportatam tradit in Galliam: quod & contendit Altovillarenſe Monaſterium apud Rhemenſes, ſubſcribitque Molanus in additionibus ad Uſuardum. Extat hujus translationis hiſtoria ab Altmanno monacho Altovillarenſi conſcripta. In tanta opinionum varietate quis demum judicium ferre audeat inter diſſidentes orbis Provincias & Regna?

Ubi jaceat corpus S. Helenæ.

Socrat. lib. 1. c. 13.
Nicephor. lib. 8. cap. 31.
Authent. collat. 1. tit. 3.

Suidas verbo ἑξιάδης.
Vide Anaſt. t. 1. Concil. in Silveſtro.

Uſuard. 13. Auguſti.
Sigisbertus anno Dom. 849.

Mola. ad 7. Feb.

XLIV. De Artemio item lis eſt, ſed non tanta ſententiarum varietas. Tribunum communiter vocant, quem carceris (in quo SS. Marcellinus presbyter & Petrus exorciſta, juſſu Sereni Judicis, Diocletiano Imperatore, detinebantur) cuſtodem fuiſſe perhibent geſta eorumdem Martyrum Marcellini & Petri. Ejus & ſanctæ Candidæ uxoris, & Paulinæ filiæ corpora a Sergio II. in ædem ſancti Martini in Montibus translata, ibique quieſcere feruntur, ut tabella ejuſdem Eccleſiæ indicat; tametſi Eccleſia Cathedralis Placentina reliquias has ſe habere in officiis nuper Romæ approbatis affirmet, uti ſcribit Philippus Ferrarius; licet ipſe in Indice alphabetico Sanctorum in æde hac Aracœli Artemii corpus adnotet aſſervari. Abundii Presbyteri, & Abundantii Diaconi corpora ſub Diocletiano truncata Theodora matrona in prædio ſuo ad Montem Soractem XXVIII. ab Urbe miliario honorifice ſepellivit, quo in loco Eccleſia in eorum memoriam ædificata eſt, a qua ſub Ottone III. Romam in ædem ſancti Adeleberti, modo ſancti Bartholomæi in Inſula translata, atque hinc in Eccleſiam SS. Coſmæ & Damiani Gregorius XIII. anno XI. ſui Pontificatus, in duobus loculis inventa donavit Patribus

De ſepulcro ſancti Artemii.

Ferrar. in catal. Sanctor. Ital. ad 6. Junii.

De Abundio, & Abundantio.

Digitized by Google

Societatis Jeſu, qui magna celebritate ea deduxerunt in Eccleſiam domus profeſſæ, & in altari majori condigno honore collocarunt. Ita referunt monumenta Eccleſiæ Caſtellanæ, & hiſtoria horum Martyrum a prædictis Patribus excuſa: licet Maurolycus Abbas in calce ſui Martyrologii, vel potius Epiſcopus Cabilonenſis, affirmet, non ſolum hos martyres, verumetiam ſanctæ Helenæ corpus ibi cuſtodiri: non alio fortaſſis fundamento, quam ex communi traditione.

XLV. Si meam in hac re proferre auſim ſententiam, haud temere judicarim, ſi non integrum, ſaltim bonam, vel meliorem Helenæ corporis partem in illa Ara-cœli aſſervari, deinde alias alio translatas, atque ob inde dici corpus tot locis haberi. Uſus enim (ut recte monuit Ferrarius citatus, peculiari præmiſſo ſuo operi dubio: *Quomodo accipiendum ſit corpora Sanctorum in diverſis locis reperiri*) ex pia quadam extenſione obtinuit, ut qui Sancti alicujus corporis reliquias ſive oſſa, ſive cineres habent, corpus ipſum habere dicantur. Et profecto verosimile eſt, Conſtantinum dum Eccleſiam illam in Capitolio (teſte Baronio) extruxit, & ex iſto Altari Aram-cœli totam ædem vocavit, quod exornandi Templi gratia, & ad ampliorem ſuæ matris cultum, bonam corporis partem, ſi non totum illuc tranſtulerit. De ceteris idem dixerim, vel alios fortaſſis eſſe ab iis, quos aliæ ſibi vindicant Eccleſiæ. Quod ad Abundium, & Abundantium attinet, in illa ipſa hiſtoria, qua Patres Societatis Jeſu non immerito has ſibi vindicant reliquias, poſtquam de Anacleto prædictam cœli Aram conſecrante actum eſt, ſubjungitur. *In quo quidem altari, cum aliorum Sanctorum oſſa, tum non nihil etiam ex Abundii & Abundantii martyrum reliquiis conditum exiſtimatur. In eadem certe Baſilica caput ſancti Abundii presbyteri & martyris argento tectum religioſe aſſervatur, & viſitur: quod unum ceteris amborum Martyrum oſſibus deeſt, atque hujus Abundii eſſe, qui cum Abundantio paſſus eſt, poſt docebimus. Fieri ergo potuit, ut hic pſeudopapa cum vellet ſimul SS. Coſmæ & Damiani, quam ipſe obtinuerat, Diaconiam inſigni aliquo munere coboneſtare, ſimul Aram illam, quam ſolemni ritu ſacrare conſtituiſſet, horum etiam Martyrum reliquiis, & præcipue ſancti Abundii capite, quod in medio poſtea prolatum eſt, exornare*. Et in notis quæ addantur ad ipſa nomina *Abundii*, & *Abundantii*, poſtquam probatur ex antiquis monumentis, plures fuiſſe ſanctos Viros & Martyres ita nuncupatos, ſubjungitur. *Ita ut hic ſit Abundius, cujus caput id eſſe diximus, quod in Templo Capitolino beatæ Mariæ Ara-cœli religioſe ſervatur*. Et ſane Artemius ille Aracœlitanus, Tribunus dicitur, quem tamen tabulæ Placentinæ ſupra citatæ nequaquam ita cognominant. Facile itaque evenire potuit, ut illi unum, Aracœlitani alium poſſideant; vel magna pars reliquiarum trium horum Martyrum in diverſis ſerventur Eccleſiis.

Ferrar. in parvo prologo.

Baron. in Apparatu.

XLVI. Satis, ſuperque haſtenus de ipſa Aracœli, ſeu altari ita nuncupato diximus: de majori & præcipua templi Ara, atque prodigioſa nimis Mariæ Virginis imagine ſublamentantis, & filii mortem plangentis ſpecie depicta ſuper altare collocata, nunc aliquantulum agendum. Depinxiſſe hoc Virginis ſimulacrum ſanctum Lucam Evangeliſtam, atque eamdem eſſe, quam deportabat ſanctus Gregorius Magnus, quando mirabiliter peſtifera illa & vehemens nimis lues ſuas vires remiſit, conſtans eſt aſſertio illius ædis incolarum. Tabulam item vetuſtam refectam anno MDLXII. totam rei ſeriem referentem, & coram appenſam ad rei confirmationem, & plenam notitiam exponunt, quam hic tranſcribo.

XLVII.

Digitized by Google

XLVII. *Cupientes ſcire aliquid de virtutibus, & efficacia hujus ſacræ imaginis Virginis Mariæ, quam beatus Lucas Evangeliſta depinxit, prout eam depingere cupiebat, puta tempore Paſſionis, cum ante Crucem laniatum filium deplorabat: hanc ſcripturam legant intellectualiter, & retineant cum profectu. Ante tamen omnia, ſciant fideles præſentes litteras inſpecturi, quod tempore beati Gregorii Papæ, & eximii Doctoris, in illa mortalitate magna, quæ Romam adeo vehementi peſtilentia laniavit: ut etiam corporali viſu ſagittæ cælitus venire, & ſingulos quoſque percutere viderentur; quæ in menſe undecimo veniens, primum omnium percuſſit Papam Pelagium, & extinxit illico ſine mora. Ordinata igitur Letania per Levitam Gregorium ſeptiformi, illo eodem die in tantum lues ipſa judicio divino deſævit, ut infra unius horæ ſpatium etiam dum voces plebs ad Dominum emitteret, miſericordias invocando, octoginta homines ad terram corruentes ſpiritum exhalarent. In illa namque proceſſione hac ſacra imagine deportata, ecce tota aeris turbulentia cedebat imagini, ac ſi ipſam imaginem fugeret, & ejus præſentiam nullatenus ferre poſſet. Sicque poſt imaginem mira ſerenitas, & aeris puritas remanebat. Tunc miræ voces in aere cantantium & dicentium*: Regina Cœli lætare, Alleluja: quia quem meruiſti portare, Alleluja. Reſurrexit, ſicut dixit, Alleluja, *juxta imaginem ſunt auditæ. Statim autem beatus Gregorius, id quod ſequitur, adjunxit*, Ora pro nobis Deum, Alleluja. *Poſt hæc beatus Gregorius vidit ſupra Caſtellum Creſcentii Angelum, qui revocabat in vaginam gladium cruentatum, ex quo intellexit quod peſtis illa ceſſaſſet, & ſic factum eſt; & ideo illud Caſtrum, Caſtrum ſancti Angeli deinceps eſt vocatum, & ipſe Angelus cum gladio in vagina ſculptus in lapide miræ magnitudinis ab illo tempore in antea manſit in cacumine dicti Caſtri, inde tamen dejectus ſiniſtrante fortuna per ictum machinæ, obſidionis tempore per Romanos. Eſt etiam ad memoriam renovandum ad plenam fidem omnium prædictorum, quod in Caſtri cacumine prælibati Capella erat pulcherrima ad honorem Archangeli Michaelis conſtructa per Dominum recol. mem. Nicolaum Papam III., de domo Urſinorum; & erat ibi Indulgentia ſingularis. Item in prædicta Capella erat depicta tota forma & hiſtoria hujus proceſſionis, & Letaniæ hujus imaginis glorioſæ, & ſic ſcriptum in imagine legebatur*. Hæc eſt ſacra imago Eccleſiæ Aracœli. *Hæc etiam eadem hiſtoria & forma proceſſionis depicta eſt in quadam Capella, quæ dicitur ſtudium ſancti Gregorii, in appenditio Eccleſiæ ſancti Joannis Lateranenſis. Item tempore magnæ mortalitatis, quæ fuit anno Domini* MCCCLXXXVIII., *incepit occupare Romam in principio menſis Junii, & per totum menſem Auguſti in ſuo robore perduravit. Fuit per Urbem hæc ſacra imago cum aliis reliquiis honorifice & devotiſſime deportata; & dum applicuit ad pontem ſancti Petri, ille Angelus marmoreus exiſtens in cacumine Caſtri, exhibendo reverentiam huic imagini, ſe pluries inclinavit. Quod miraculum ultra ſexaginta homines digni fide, tactis ſacroſanctis, ſe hoc vidiſſe oculis corporeis affirmabant, clamantes imagini* Miſericordiam *vocibus elevatis. Alii autem non viderunt, vel quia digni non erant, vel quia tam mundos oculos non habebant, aut quia tunc ad reſpiciendum ſuperius non erant diſpoſiti vel attenti; ob quam cauſam planctus omnium tantus erat, quod nullus ſufficeret ad narrandum. Quapropter ille beatus erat, qui ſe ſpoliare poterat, & bona ante ipſam imaginem perducere, cum multis jocalibus pretioſis, ex quo pretio ſcalæ ſic magnificæ ante ipſam Eccleſiam ſunt conſtructæ. Præterea, ad oſtendendum quantum eſt hæc ſacra imago miraculoſa, & quot miracula fecit. Hoc refert Dominus Petrus a Columna,*

na, qui in mari omnibus gubernaculis navis fractis, naufragium præferent, facto voto ad hanc ſacram imaginem toto corde: ſtatim imago rectè, ut ſtat in tabula, in aere apparuit juxta navem: ex qua apparitione nimium confortatus, non ſolum ſe, ſed & ſuos ſenſit extemplo liberatos, & ſtatim flantibus ſecundis ventis portui applicuit præoptato. Quod miraculum adhuc in pariete ante ipſam imaginem ſacram ſtat depictum.

Cõfirmatur prædicta narratio. Depicta fuit imago Aracœli a B. Luca. *Paul. lib. 12. de Baſil. S. Mar. Major. cap. 4. Majol. de Imagin. centur. 1. cap. 12. Durand. in rational. 6. cap. 89. Victorel. lib. de B. Virg. par. 2. c. 9. & par. 6. cap. 7.*

XLVIII. Unicum hoc devotiſſimæ imaginis, quod penes ſe retinent Aracœlitani monumentum, lubet quoad præcipua capita ex aliis Auctoribus & tabulis confirmare. Primo a ſancto Luca depictam, præter communem illius ædis aſſertionem, teſtantur Paulus de Angelis ex codice vetuſto MS. Vaticano, Simon Majolus Aſtenſis Epiſcopus, Guillelmus Durandus (modo illius textus non ſit corruptus, ut contendit Baronius, de qua re ſtatim) Andreas Victorellus, Illuſtriſſ. Cardinalis Scipionis Cobellutii Theologus, & familiaris, vir probus & doctus, mihi ſpectatiſſimus; & appenſa ibidem e regione carmina vetuſta, & inculta.

Quiſquis fidelis, conſpice ſurſum qualis imago
Sit Genitricis almæ, quam tibi monſtro;
Lucas depinxit: quam pia dona Dei.

A S. Gregorio in publica ſupplicatione deportata. *Baron. anno 590. tom. 8. Victorel. cit. par. 6. c. 3.*

XLIX. Secundo hanc etiam a ſancto Gregorio deportatam cum ſæviſſima lues Romæ ſæviret, ac multæ ſimul aliæ calamitates accederent, religioſa inſtituta ſupplicatione, ſerio affirmant Majolus & Durandus citati. Sed Durandi librum in excuſionibus Venetis corruptum monent Baronius & Victorellus, atque in MSS. codicibus pro Eccleſia ſanctæ Mariæ de Aracœli, legi ſanctæ Mariæ ad Præſepe, cujus imaginem uterque cum aliis contendunt tunc a Gregorio delatam. Sed & Patres ædis ſanctæ Mariæ in Porticu Ordinis Clericorum glorioſæ Virginis Mariæ, miraculoſam & miram apud ſe ſervatam imaginem eam fuiſſe, quæ Gregorio ferente exæſtuantem peſtem compreſſerit, edito de hac re peculiari tractatu, ſi non efficaciter, ſaltim probabiliter probatum volunt. Ego Eccleſiarum traditiones, peculiareſque ſacrarum rerum dignitates longa aſſertione commendatas contemnere, neque temere rejicere velim, neque auſim; atque has diverſas ſententias facile conciliari poſſe putem, dum admittatur, non unam ex his dumtaxat, ſed jam nominatas, atque alias plures tunc aſportatas fuiſſe imagines. Teſtis ſane eſt ſanctus Antoninus 2. par. ſuæ hiſtoriæ, illam, quæ eſt ad Præſepe, & in 3. par. eam etiam, quæ ad ædem ſanctæ Mariæ Tranſtyberinam ſervabatur, & poſtea ad Monaſterium Sanctimonialium ſancti Sixti tranſlata eſt (quod etiam Theodoricus ab Apoldia confirmat) in alia ſupplicatione a Gregorio indicta, fuiſſe prælatas; atque hoc familiare erat in proceſſionibus, pro magnis avertendis calamitatibus indictis, præcipuas urbis imagines efferri. Leo X. multas extrahi imagines atque efferri juſſit in ſupplicatione, quam indixit a Baſilica Vaticana ad ſanctam Mariam ſupra Minervam pro avertendo minaciſſimo Turcarum impetu. Paulus III. anno MDXXXVII. die VII. Julii fecit deportari in alia ſupplicatione Imagines ſancti Salvatoris Lateranenſis, ſanctæ Mariæ ad Præſepe, & ſanctæ Mariæ in Porticu. Ultra hæc non unius Eccleſiæ, neque unius conditionis hominum indictæ ſunt Letaniæ: ſed prima, uti numerat Paulus Diaconus, erat Clericorum, ſecunda Abbatum cum Monachis ſuis, tertia Abbatiſſarum cum ſuis Congregationibus, quarta Infantium, quinta Laicorum, ſexta Mulierum viduarum, ſeptima Mulierum conjugatarum; atque unaquæque ex his Congregationibus a diſtincta Urbis regione e Templo procedebat

Anton. 2. p. tit. 12. c. 3. §. 2. Idem 3. p. tit. 23. c. 3. §. 11. Theodor. in vita B. Dom. lib. 2. c. 18.

Panvin. in vita Leon.

Paul. Diac. l. 3. de geſt. Longobard. cap. 25.

Digitized by Google

debat ad Baſilicam ſanctæ Mariæ, probabiliterque ferebat potiores ſui Templi ſeu reliquias, ſeu imagines. Imo neque uno die diverſos ex diverſis Eccleſiis conveniſſe hos pſallentium atque lamentantium choros, atque ad ſancti Petri Baſilicam altero die proceſſiſſe, probat ex veteribus Ritualibus atque aliis argumentis Baronius citatus.

Ad ejus conſpectú mitigata lues.

L. Hanc item Aracœlitanam imaginem eam fuiſſe, quam Gregorius manibus ferebat, uti habetur in veteribus Ritualibus MSS. vel quæ ſupplicantes præcedebat, ad cujus etiam conſpectum aeris infectio propellebatur, & ſerenitas ſalubritaſque ſubſequebatur, atque Angelus, vaginato gladio, Dei indignationem ceſſiſſe monſtravit, id probabilitatis & argumenti eſt, quod in hac Eccleſia Aracœli veſtigia Angeli duro & candido marmori impreſſa religioſe non ſine decore adpicta hac ſupplicatione in columna, cui adhæret ſuggeſtum Evangelii, conſerventur, veluti in teſtimonium tanti miraculi ab iſta imagine patrati, cui applicantur hi verſus vetuſtæ tabulæ appenſæ.

Chriſticolæ cuncti devota mente tenete.
Tempore Gregorii, quod ſculptus ſit lapis iſte
Angelicis pedibus, &c.

Cui addas, Fratres iſtius ædis, quotieſcumque ad ſupplicationes publicas tranſeundum ſit per molem Adriani, ſeu Pontem Angeli, hujus miraculi locum, ſemper & ſolos cantare Antiphonam illam ab Angelis cantatam, *Regina Cœli*, in memoriam & gratiam tanti beneficii, virtute ſuæ imaginis accepti.

Sagittæ peſtiferæ cœlitus miſſæ.
Gregor. Turon. hiſtor. lib. 10. c. 1.
Joan. Diac. lib. 1. vita S. Greg. c. 37.
Greg. dialog. l. 4. c. 36.
Turon. cit.
Joan. Diac. cit.
Exec. 9. 6.

LI. Tertio, quod de ſagittis cœlitus miſſis, & homines percutere viſis, atque quod de Pelagio Papa menſe undecimo, is eſt Januarius, hac peſte ſublato, ſubjungit: audi id ipſum ex Gregorio Turonenſi coœvo, & qui Diaconum ſuum tunc habebat in Urbe. *Menſe Januario lues inguinaria*, inquit, *invaſit populum*, *ex ira divina*, *ut ſigna docuerunt*, *immiſſa*. Item Joannes Diaconus, *ſecuta eſt e veſtigio clades inguinaria*, *quæ Romanam urbem adeo vehementi peſtilentia laniavit*, *ut etiam corporali viſu ſagittæ cœlitus venire*, *& ſingulos quoſque percutere viderentur*. Et ipſe Gregorius Papa ait, viſas eſſe ſagittas cœlitus delapſas in homines, quos mox peſtis improviſa percuteret. *Ante triennium*, inquit, *hæc peſtilentia*, *quæ hanc urbem clade vehementiſſima depopulavit*, *in qua etiam corporali viſu ſagittæ cœlitus venire*, *& ſingulorum quoſque ferire videbantur*, *ſicut noſtri* &c. Et de Pelagio ſubjunxit Turonenſis, necnon iiſdem verbis Joan. Diacon. *Subſecuta eſt de veſtigio clades*, *quam inguinariam vocant*, *nam medio menſe undecimo adveniens*, *primum omnium* (*juxta quod in Ezechiele Propheta legitur*; A Sanctuario meo incipite) *Pelagium Papam percutit*. *Quo defuncto magna ſtrages populi facta eſt*.

An ſub illa peſte Gregorius fuerit Levita?
Paul. Diac. cit.

LII. Quarto quod Levitam dicat, in hac actione Gregorium, aliquanto minus probabile reputat Baronius ex illo teſtimonio Gregorii Turonenſis, proſtratos etiam referentis iſtos octoginta homines, quos tabella refert emortuos; quod etiam enarrat Paulus Diaconus. *Aſſerebat*, inquit Turonenſis, *Diaconus noſter*, *qui aderat*, *in unius horæ ſpatio dum vocem plebs ad Dominum ſupplicationis emiſit*, *octoginta homines ad terram corruiſſe*, *& ſpiritum exhalaſſe*. *Sed non deſtitit ſacerdos tantus* (Gregorius ſcilicet) *prædicare populo*, *ne ab oratione ceſſarent*. Monet autem ad hæc verba Baronius, Turonenſem dum Gregorium Papam nominat ſacerdotem, plane declarare ipſum jam ex Diacono fuiſſe preſbyterum ordinatum, ſed haud diu ante; nam inferius idem Gregorius Tu-

Turonenſis ſubjungit. *Ad hoc etiam Diaconus noſter reliquias Sanctorum, ut diximus, ſumpſit, dum adhuc in Diaconatu Gregorius degeret*. Profecto Joan. Diac. etiam quando ſupplicationem indixit, Levitam fuiſſe plane aſſeverat cap. 41. & demum cap. 43. poſt jam enumeratas Letanias, & deſignatas Eccleſias, ex quibus prodire deberent, ſubjungit: *Igitur dum magna multitudo diverſæ ætatis, ſexus atque profeſſionis juxta præceptionem Levitæ Gregorii die conſtituta Dominum rogatura veniſſet, in tantum lues ipſa divino judicio deſævit, ut infra unius horæ ſpatium, dum voces plebs ad Dominum ſupplicationis emitteret, octoginta homines ad terram corruentes ſpiritum exhalarent*. Quare conjecturare licet, Turonenſem fortaſſis ſacerdotem propter ſummam, ad quam jam erat electus, dignitatem, ſanctum nominaſſe Gregorium.

Durand. cit. Ant. 2. p. cit. Caniſ. citat. Sigon. de regno Ital. Illeſc. in Greg. 1. Albertin. de mirabilb. Urbis. Volaterr. lib. 12. Antropol. Leand. in deſcrip. Ital. Baron.

LIII. Effugatam aeris contagionem, & auditas voces cœlitum *Regina cæli* cantantium, communis eſt conſenſus Guillelmi Durandi, Antonini, Caniſii, Sigonii, Gondiſalui Illeſcas, & aliorum plurium. Porro vidiſſe Gregorium ſuper molem Adriani, in ſignum reconciliati Numinis, Angelum nudatum gladium in vaginam reponere, eoque ſymbolo morbum ceſſaſſe, ſignificare monent Antoninus, Durandus, Apoldia citati, Albertinus, & Volaterranus, & ex aliorum traditione Baronius; atque hinc non adeo improbabile Caſtellum ſancti Angeli nuncupatum. Ante hanc denominationem ab Angelo deſumptam, obtinuiſſe illam *Caſtelli Creſcentii*, quam indicat tabella, a Creſcentio Nomentano, docet Leander Albertus in deſcriptione Umbriæ, dum agit de illius urbe nativa Nomento. *Conſulum*, inquit, *nomen Romæ reduxit, & ſe munitionibus in Adriani mole circumſepſit, quæ poſt inde Creſcentii caſtellum dicta*. Et Baronius ad annum XCLXXXV. *Novus tyrannus*, ait, *exurgit in Urbe, quæ hactenus fuerat Albericorum violentia conculcata, atque depreſſa. Fuit hic Creſcentius Numentanus, qui titulo Conſulatus munitionem ſancti Angeli poſſidere aggreſſus eſt, quam adeptus inde infeſtare nonnihil cœpit Joannem Pontificem*. Deinde anno CMXCVI refert, quomodo ex hac munita arce reſtiterit Ottoni Imperatori, qui Romam venit ut hujus Creſcentii reprimeret tyrannidem; ex qua tamdem arreptum, ultimo & miſerabili affecit ſupplicio. Ab hoc itaque Creſcentio arx illa *Creſcentiana* cognominata. Michaelem autem fuiſſe Archangelum illum, qui ſuper caſtrum apparuit, probabile reputat Victorellus, ſed & aſſeruit Laurentius Gambara his verſibus.

De quo cognomine monent Durand. & Antonin. cit.

—— de ſede ſuperna
Aliger adveniens Michael ſe oſtendit in arce
Tunc Æli, ſua quo veſtigia certa reliquit
Diſcedens, peſtiſque abiit (mirabile viſu.)

LIV. Quod etiam de ſtatua marmorea Angeli, & Sacello eidem erecto atque dedicato addit, hæc etiamnum perſeverant redintegrata. Sacellum ſive Eccleſiam primus extruxit Bonifacius III. vel IV. qui poſt Sabinianum proxime ſucceſſerunt Gregorio, in recentis miraculi memoriam, uti judicat Baronius, qui ad hunc ſenſum recte deducit illa verba Adonis: *Venerabilis Bonifacius Pontifex Eccleſiam ſancti Michaelis nomine conſtructam dedicavit in ſummitate circi, cryptatim miro opere altiſſime porrectam; unde & idem locus in ſummitate ſua continens Eccleſiam, inter nubes ſitus vocatur*, Hæc Ado. Hanc fortaſſe, uti opinative indicat tabella, refecit Nicolaus. Quod de peſte anni MCCCLXXXVIII. & miraculo ob deportatam hanc imaginem ſubſecuto, ibi habetur: ab aliis relatum

Baron. in notis. ad 29. Septembr.

Victorel. cit c. 7. Idem cap. 5.

non

Digitized by Google

Paul. de Ang. cit. c. 5. Baron. in Appar. Pancirol. de reb. Urbis in Eccleſ. Aracœli.

non invenio; rem tamen omnem exſcripſit Victorellus citatus: at miraculum ſalvati Petri Columnenſis Cardinalis tribuit, cum Paulo de Angelis, imagini ſanctæ Mariæ ad Præſepe; ſed & alios adjudicare, dicit, Aracœlitanæ.

De Eccleſia Aracœli.

LV. Eccleſiam hanc Aracæli prius a Conſtantino, uti opinantur Baronius, & Octavius Pancirolus, conſtructam; deinde a ſancto Gregorio refectam, ut alii monent, collabentem & vetuſtate deformem refecerunt, vel novam fecerunt Minores anno proxime hunc ſequenti. Nam ex Archivo Aracælitano dabimus litteras Pontificis, quibus anno IX. ſui Pontificatus XIII. Kal. Aprilis hortatur fideles ad ſubſidia ferenda Fratribus Eccleſiam, cum aliis ædificiis, conſtruentibus. Confirmavit etiam eiſdem poſſeſſionem datam anno X. necnon Alexander IV. anno V. ſui Pontificatus. Tranſtulit eam motu proprio cum adjacenti Monaſterio ad Fratres Obſervantes Eugenius IV. anno MCCCCXLV. juſſitque ut Conſervatores Urbis protectionem Monaſterii, & Fratrum aſſumant, amplam eis concedens facultatem, ut moleſtatores ſeverius coerceant. Inſignem habet ſcalam, per quam e tribus portis in fronte Eccleſiæ poſitis, deſcenditur per Capitolii clivum ad plateas ſuburbanas, centum viginti & quatuor amplos & latos habentem gradus, per quos quotidie ſolent aſcendere nudis genibus viri, & mulieres religionis ergo, & ſatisfaciendorum cauſa reatuum: ſed major hæc devotio & pœnitentia apparet in die ſancti Antonii Patavini, ad cujus ſacellum, creberrima populi frequentatione eo die ſolemne, viſitandum genuflexi aſcendunt in tanta copia, ut ad ſingulos gradus plures connumeres aſcendentes; neque altiſſimæ ſcalæ magna latitudo tantæ capax ſit multitudinis. Extructa eſt integre ex marmore anno Domini MCCCXLVIII. ex creberrimis & pinguibus oblationibus, quibus imaginis ſupradictæ beatæ Virginis Mariæ quotidiana celebrabantur miracula. Artifices & ſtructuræ tempus commemorantur in marmoreo lapide infixo Templi fronti ad lævam ingredientis, præcipuam, his verbis: *Magiſtri, Laurent. Simeon, Andreotius, Andreas, Carolus Fabricatores de Roma, de Regione Columnæ fundarunt, proſecuti ſunt, & etiam conſummarunt, ut principales Magiſtri, hoc opus ſcalarum, inceptum anno Dom.* M. C. C. C. XLVIII. *die* XXV. *Octobris*. Ex vetuſtate ruinoſam & collabentem reſtituerunt Fratres anno MDLII. Chorus translatus eſt ſedente Paulo IV. ex Eccleſiæ medio ad caput, ædificato capaciſſimo loco pone Altare majus, ubi prius ex antiquo more erat apſis parva muſivo opere exornata. Egregie depinxit a ſummo uſque deorſum totam chori fornicem Magiſter Nicolaus Piſaurienſis, pingendi artis peritus; opuſque abſolvit anno MDLXVII. ſub Gregorio XIII. Sedilia non tam pulchra, quam bona & duratura religioſo more ſub veſperam ſuæ generalis præfecturæ fieri curavit Reverendiſſimus Pater Benignus Genuen. anno Jubilæi MDCXXV. Pulcherrima & deaurata ære multo laquearia ad perfectum Templi ornatum addiderunt S. P. Q. R. in gratiarum actionem, ob fractam Turcarum potentiam, qua univerſæ Europæ minabantur exitium, & clariſſimam de eiſdem obtentam ſub Pio V. victoriam. Sui doni cauſam ſuper fornicem majorem Templi inſcripſerunt litteris majuſculis, deauratis fimbriis lacundrii in hunc modum: *Quod Pii V. P. M. Philippi II. Hiſp. Reg. S. Q. Veneti auſpiciis Icto contra Turcas fœdere Chriſtiana claſſis ad Echinad. præl. dimicaverit, triremes hoſtium* CLXXX. *ceperit*, XC. *demerſit*. *S. P. Q. R. Vot. ſol. in reditu M. A. Pont. claſ. præfect. & navalis victoriæ monumentum: Deiparæ Vir-*

De ingenti Eccleſiæ ſcala.

De Choro.

De laquearibus.

Virgini laquear aureum. An. D. M. D. LXXV. *Greg. XIII. P. M. A.* IV. Cujus rei perpetuum etiam hoc monumentum, appenſis vexillis exararunt in marmore ſupra præcipuam Templi portam a parte interiori: *Jeſu Chriſto humanæ ſalutis auctori. Quod Pius V. Pont. Max. animi celſitudini, cum Philippo II. Hiſpaniarum Rege S. Q. Veneto fœdere inito, Sclymum Turcarum Tyrannum ad Echinadas inſulas navali prælio, poſt hominum memoriam maximo, devicerit, S. P. Q. R. M. Antonio Columna, Pontificiæ claſsis Præf. reduce, ovanteque, omnium ordinum gratulatione recepto, ædem hanc aureo laqueari, vexilliſque hoſtium exornavit. Anno ſalutis* CIƆ. D. LXXXVI. Miræ magnitudinis & majeſtatis organa adjecit idem S. P. Q. R. ſub Sixto V. & imaginem beatæ Virginis tranſtulerunt Urbis Conſervatores ex muro ſuper limen Baptiſterii, in quo ante repoſitam dicit Guillelmus Durandus ad Altare majus, & ornarunt pulchris & pretioſis lapidibus eductis ex aula Senatoria, in qua ornamento fuerant ſtatuæ profanæ.

Durandus cit.

ADDITIO ALIORUM.

„ Hanc Aram maximam poſteaquam elegantius
„ extructa, gradibuſque tum infimis, tum ſuperne prominentibus,
„ menſa præterea, baſibuſque ex perpolito marmore aucta eſt, Benedi-
„ ctus XIII. Pont. Max. anno MDCCXXV. ſolemni ritu conſecravit XI.
„ Kal. Octobris, ipſamque Aram hujuſmodi privilegio ornatam voluit,
„ ut quotidiana quælibet ſacrificia, quæ in ea peragerentur, homines
„ vita functos vehementer juvarent, placatique Numinis indulgentia
„ eorum manes, quos pœnitentia criminum ſubiiſſet, debitis utcumque
„ ſuppliciis prorſus eximerent. Cujus rei monumentum publicum extat
„ lapideis tabulis conſignatum, quæ geminis parietibus utroque ab la-
„ tere presbyterii affixæ ſunt. In cornu Evangelii: *In honorem B. M. &*
„ *S. Franciſci Conf. Aram hanc principem Bened. XIII. Ord. Præd. conſe-*
„ *cravit die* XXI. *Sept.* M. D. CC. XXV. *& in Anniverſario die annos* L. *de*
„ *vera indulgentia conceſsit.* In cornu Epiſtolæ privilegii ſumma Etru-
„ ſca lingua deſcripta eſt, quæ latine ſic habet: *Benedictus XIII. anno*
„ M. D. CC. XXV. *die* IV. *Octobris ſingulis Sacerdotibus, qui ad Altare*
„ *majus Deiparæ Virginis in Aracœli ſacrificabunt, idem conceſsit privi-*
„ *legium, quo fel. record. Paulus Papa III. Divæ Helenæ ſacellum in eodem*
„ *Templo ſitum ornavit, ideſt perinde ac, ſi in Ara S. Gregorii Papæ intra*
„ *muros Urbis, vel S. Laurentii, vel S. Sebaſtiani extra muros ſacrum*
„ *peragerent.* Anno M. D. CC. XXIX. die XXVII. Novembris Divæ Mar-
„ garitæ Cortonenſis Ara ab eodem Pontifice ſacro chriſmate inuncta
„ eſt. Hanc Aram excitandam, ejuſdemque ſacellum pariter inſtauran-
„ dum curavit Petrus Corradinus Cardinalis, Romanæ Purpuræ incly-
„ tum decus, enitente potiſſimum Patre Joſepho Maria Fonſeca Ebo-
„ renſi, qui tum rationes familiæ Procuratoris Generalis munere admi-
„ niſtrabat.

Benedictus XIII. Aram maximam conſecrat,

Et privilegio ditat.

Conſecrat etiam S. Marg. Corton. Sacellum, quod exædificandum Petrus Corradin. Card. & P. Joſ. Maria Fonſeca Eboren. curarunt.

LVI. Jacere monui ex aliorum teſtimonio in hac Eccleſia beatum Sabbatinum, quartum ſancti Franciſci ſocium; nec tamen conſtabat, quo loco conditum eſſet ſacrum corpus. Incidi in vetuſtam membranam, quæ dicit in columna (ſeu pylaſtro uti hæc habet Scriptura) dextera ſacelli majoris, & in ſiniſtra depoſitum beatum Juniperum. Sane ubi condita Juniperi oſſa compertum, atque ex eorum depoſito liquet colligere ubi ſint Sabbatini reliquiæ. Juniperi depoſitum exornavit Alexander Camerinus, Patricius Camers, excavata columna ſiniſtra, cui hæret pulpitum, ex quo in ſolemnioribus feſtivitatibus cantatur ad populum Epiſtola, in qua inventa capſula plumbea, duobus palmis longa, & pal-

Tom. 1. an. 1209. n. 17.

De corpore B. Sabbatini, & B. Juniperi.

mo

mo uno atque dimidio lata, continente ejuſdem beati Viri oſſa, cum membranula indicante ejus eſſe reliquias. Decorum addidit prædictus Præſes monumentum, recluſis iterum in eadem columna lateritia reliquiis, inſcriptis in dolato jaſpide ſuperius his verbis: *Oſſa fratris Juniperi ſocii ſancti Franciſci*. Et inferius in marmore nigro: *D. O. M. Alexander Camerinus Patricius Camers, Bullariæ Apoſtolicæ Præſes, Fratris Juniperi olim diem functi oſſibus, pietatis ergo decentius ſupra repoſitis, ea prope ſibi, mortalitatis ſuæ memor, monumentum vivens in ſolo poſuit An. ſal.* M. D. C. XXI. In dextera itaque e regione poſita columna pulpiti Evangelii, quam loco depoſiti Juniperi opponit dicta membranula, ſi excavetur, non dubitem inventum iri beati Sabbatini corpus, niſi jam inde fuerit ablatum. ,, Hiſce duabus Columnis marmoreæ tabulæ inhæ-

ADDITIO ALIORUM.

,, rent duæ, quarum in altera P. Joſephus Maria Fonſeca Generalium
,, Comitiorum celebritatem, quæ Innocentii XIII. auſpiciis habita ſunt,
,, ad omnem poſteritatis memoriam, propagavit. In altera Patrum ſan-
,, ctio deſcripta eſt, qua univerſi Ordinis alumnis præceptum eſt, ut
,, ſtatas preces & ſacrificia pro ejuſdem Pontificis, ubi diem obierit,
,, ſempiterna quiete quotannis facerent. Prima igitur tabula hæc habet:
,, *Innoc. XIII. Pont. Max. quod præ ceteris ex ſua gente deceſſoribus In-*
,, *noc. III. Greg. IX. atque Alex. IV. ut eximias virtutes alias, ſic &*
,, *ſingularem in Seraphicum Ordinem benevolentiam æmulatus, generalia*
,, *Ordinis Comitia ultra vigeſimum annum intermiſſa, ſummotis conſilii*
,, *magnitudine difficultatibus, feliciter in hanc Ædem coegerit, laudatoſ-*
,, *que Gregorium, atque Alexandrum immitatus, præſens, ac Præſes,*
,, *majeſtate illuſtraverit, auctoritate direxerit. F. Laurentius a S. Lau-*
,, *rentio tanti Pontificis auſpiciis Miniſter Generalis renunciatus ſuo, totiuſ-*
,, *que Ordinis nomine grati animi monumentum poſuit. Anno* M.D.CC.XXIII.
,, *F. Joſeph Maria Eboren. ad ſui Ordinis gloriam erexit*. In altera tabula
,, ſcriptum eſt: *Generale FF. Min. Capitulum hac in Æde Idibus Maii*
,, *celebratum, ut quemadmodum* XVI. *dies Aprilis, qua primum Innoc. III.*
,, *Ordinem approbavit, ſic & fauſtus Comitiorum horum dies Innoc. XIII.*
,, *ſummi ex eadem Gente Pontificis ornatus majeſtate Kalendario Romano-*
,, *Seraphico inſcribatur; utque tanto Pontifici mortales (quod ſero eveniat)*
,, *deferente, præter ſolemne ſacrum, in utriuſque Orbis Conventibus ter a*
,, *ſingulis Presbyteris Obſervantibus, Reformatis, Excalceatis, Recollectis,*
,, *Tertii Ordinis, aut alio quocumque nomine nuncupatis, Deo ſacrificium*
,, *offeratur: ſtatæque preces ab aliis Ordinis alumnis, ac Monialibus pro*
,, *ejus Animæ requie perſolvantur; atque Anniverſarium ubique perpetuo*
,, *celebretur, proponente Generali Miniſtro totius Ordinis, ceteriſque omni-*
,, *bus approbantibus. Cavit, ſanxit, decrevit* XVI. *Kal. Junii* M.D.CC.XXIII.
,, *F. Joſeph Maria Eborenſis ad ſui Ordinis gloriam erexit*.

De corpore B. Electi.

LVII. Addit membranula in eadem Eccleſia, non tamen deſignato peculiari loco, haberi corpus beati Electi, alterius tamen, ut monui, ab illo Franciſci ſocio in Africa martyrio decorati, & beatæ ſororis Joannæ filiæ Domini Joannis Franciſci de Felicibus, ſanctiſſimæ vitæ feminæ, tertii ſancti Franciſci Inſtituti. Tumulati etiam ibidem fratres Bonaventura Velitrenſis, & Thomas Corſicus laici, viri ſancti: quorum prior plurima prophetico ſpiritu prædixit, puerumque mortuum matri reſtituit; alter cæco mirabiliter lumen reſtituit, aliaque mirabilia opera patravit. Præter alias minores reliquias habet hæc ædes mediocre fragmentum Crucis Dominicæ, partem ſpongiæ, qua myrrhatum vinum Salva-

Tom. I. an. 1209. n. 17.

Tumulati ibidem plures viri ſancti.

Additio, et Correctio Aliorum.

tori ſitienti oblatum fuit. „ Caput ſancti Stephani Papæ & Martyris; „ Caput ſancti Urbani Papæ & Martyris; Caput ſancti Abundii Tribu- „ ni; & Caput S. Helenæ: quæ reſpective Reliquiæ juſſu Eminentiſſimi „ Alamanni Salviati hujus Baſilicæ Titularis, ab Illuſtriſſimo Domino „ Joanne Baptiſta Gambarucio Amaſiæ Archiepiſcopo, initio menſis „ Aprilis, anno MDCCXXXII. ſunt recognitæ. Item, ex panno, quo Sal- „ vatoris Infans in præſepio revolutus eſt: ex Capillis, Veloque B.M.V. „ Tibiæ SS. Stephani Protomartyris, Laurentii Diaconi & Martyris, „ Adriani, & Nerei Martyrum. Ex Oſſis SS. Pauli, Philippi, Bartholo- „ mæi, & Matthiæ Apoſtolorum; Sebaſtiani, Hyppoliti, & Blaſii MM. „ Hieronymi Doctoris, Gregorii Thaumaturgi, Liborii, & Paulini „ Nolenſis Epiſcoporum; Benedicti Abbatis; Annæ Matris B. M. V. „ Paulinæ, Theclæ, & Agathæ VV. & MM. Scholaſticæ Virginis, Moni- „ cæ Viduæ, & B. Joannis de Prado M. Ex Tela imbuta Sanguine bea- „ tiſſimi P. N. Franciſci. Ex adipe S. Laurentii Martyris, & de Carbo- „ nibus, ſuper quos aſſatus eſt. Item ex Adipe S. Margaritæ Corto- „ nenſis, & ex goſſypio intincto ſanguine S. Jacobi de Marchia. Ex „ Pallio S. Joſeph, & Veſte B. Hyacintæ de Mariſcottis.

Quorum Sanctorum in hac Eccleſia coluntur Reliquiæ.

Percelebre Pueri Jeſu Simulacrum.

„ LVIII. Inter cetera tamen, quæ ad cultum, dignitatemque hujus „ Baſilicæ pertinere, tum chriſtianam pietatem magnopere amplificare „ compertum eſt, ſimulacrum cernitur Pueri Jeſus, quod in Ædicula „ Sacrarii ſumma religione aſſervatur. Id ſimulacrum quotannis con- „ fluenti pietatis cauſa multitudini ſpectandum objicitur. Quippe ad „ præſepe, quod ex aſſeribus, tapetiſque extrui ſolet, Divinus Infans „ ſolemni pompa devehitur; atque ibidem reclinatum, gemmiſque, & „ auro collucentem Chriſtianus populus veneratur. Ejuſmodi celebri- „ tatem id tempus excipit, quo Dei Filium pro mortalium ſalute ex „ Virgine natum perfuſus gaudio chriſtianus Orbis commemorat. Quo- „ circa mirari ſubit, Auctorem noſtrum nuſquam hujus rei meminiſſe, „ cum ipſius etiam ætate idem ſimulacrum gloria miraculorum, popu- „ lique religione celebraretur.

De magnatum ſepulcris.

Sacellum gentis Sabellicæ.

LIX. Præterea ſunt in eadem Eccleſia multa, & pene innumera magnorum virorum ſepulcra, quorum præcipua dabimus vel nomina, vel epitaphia. In ſacello Divi Franciſci, quod eſt Gentis illuſtriſſimæ Sabellicæ, requieſcit ad cornu epiſtolæ Honorius IV. mortuus anno Domini MCCLXXXVII. ſepultus prius ad ſanctum Petrum, magna funeris pompa in marmoreo ſepulcro, inſignibus familiæ & inſcriptione exornato; poſtea tranſlatus in ſacellum hoc, alto & muſivo opere elaborato tumulo conditus eſt, nulla adhibita inſcriptione, neque tranſlationis memoria. „ In hujus ſepulcri ſuperiori parte hæc habetur inſcriptio: „ *D. O. M. Bernardino Sabello Albani, Venafri, & S. R. I. Principi &c.* „ *Marchioni S. Martini &c. S. R. E. Mareſchallo Comitii Pontificii Cu-* „ *ſtodi &c. qui annorum* XVII. *in interregno Gregorii XV. P. M. locum* „ *tenens pro Federico Patruo ſupremo Duce Eccleſiaſtico electus fuit. Ad* „ *Urb. VIII. P. M. Cæſaris prolegati munus obivit. Philippi IV. Catholici* „ *Regis Vicarium egit in utroque Samnio, eoque militem duxit in Campa-* „ *nis tumultibus, cum pari laude, ac fortuna. Viro gravitate morum,* „ *animi conſtantia, conſilio, dexteritate, ac liberalitate ſingulari, vita* „ *defuncto ann.* MDCLVIII. *ætatis ſuæ* LIV. *Julius Sabellus filius Albani,* „ *Venafri, & S.R.I. Princeps, Marchio S. Martini &c. Comes Celani &c.* „ *S. R. E. Mareſchallus perpetuus, Comitii Pontificii Cuſtos, aurei Velleris*

Additio Aliorum.

Eques

„ *Eques P. anno* D. M. D. C. LXIII. In inferiori autem parte ſepulcri ejuſ-„ dem: *D. O. M. Hic requieſcit excellentiſſima Domina Catharina Juſti-„ niana Sabelli D. Julii Sabelli ultimi Principis uxor. Obiit* VII. *Janua-„ rii* M.D.CC.XXIV. - *D. O. M. Faſtorum terminum primatum principum* „ *ſui ſanguinis D. Lutius ultimus Marchio Tarani in Sabinis ætatis ann.* „ LXXIII. *menſ.* XI. *& dier.* XV. *abſolvit ann.* M.D.CC.XXVIII. - *Domina* „ *Marchioniſſa Medera Palumbaria Sabelli uxor ſuperſtes viro amore huc* „ *quoque proſſequendo monumentum poſuit*. „ In toto illo pariete ad tectum uſque depicta ſunt ejus geſta in Pontificatu, & ſuperior tumuli lapis expreſſam habet Pontificis Maximi effigiem. In alio e regione, alto item, & pro illius temporis dignitate nobili ſepulcro ſepulti ſunt ejus parentes & fratres, ut inciſa vetuſto charactere hæc verba commemorant. *Hic jacet Dominus Lucas de Sabello, Pater Domini Papæ Honorii, Domini Joannis, & Domini Pandulphi, qui obiit dum eſſet Senator Urbis An. D.* M. CC. LXVI. *Cujus anima requieſcat in pace. Amen*. Deinde. *Hic jacet nobiliſſima Domina D. Mabilia uxor Agapiti de Columpna. Hic jacet Dominus Pandulphus de Sabello, & Domina Andrea filia ejus, qui obierunt An. D.* M. CCC. VI. *in vigilia beati Ludovici*. Item angulo ſiniſtro ſepulcri inſcriptum hoc nomen: *Luca Saviello*; dextro vero: *Antonio Savello*. Inter ſepulcrum hoc & parietem, verſus Orientem, in lapide marmoreo in pavimento: *Hic jacet Dominus Angelus Petri Matthæi Judex de Urbe, qui obiit An. D.* M. CCC. VIII. *Kal. Septembris, cujus anima requieſcat in pace. Amen*. Ex alia parte ſepulcri, juxta cratem, in pavimento. *Hic jacet corpus magnificæ & virtuoſiſſimæ mulieris Dominæ Marinæ de Trinciis, uxoris quondam Magnifici Rentii de Sabello, quæ obiit anno Domini* M. CCCC. *Ind.* VIII. *menſis Maii die* XVII. *cujus anima requieſcat in pace. Amen*. Ad cornu epiſtolæ juxta cratem jacet Dominus Franciſcus Joannis mortuus anno Domini MCCCL. die XXIX. Januarii. Demum juxta Altare ad cornu Evangelii in pavimento jacet Silvius Cardinalis hujus Sabellicæ gentis, a Clemente VIII. creatus, licet Ciaconius dicat Aritiæ ſepultum, illinc forte huc translatus. Cujus hoc epitaphium in lapide pulchre elaborato: *D. O. M. Silvius S. R. E. Cardinalis ampliſs. ex clariſs. Sabellorum gente, Camilli, Ariciæ Domini F. Monumentum, juxta gentilium ſuorum ſacellum, ubi idem pia eleemoſyna ex teſtamento attributa, animam divinis ſacrificiis perpetuo expiandam reliquit, Fabritius frater P. C. Vixit annos* XLVIII. *menſes* VI. *Obiit die* XXI. *Januarii* M. D. XCIX.

Silvi, perpetuum tibi ſit ſuper æthera ſalve:
Purpura, mitra ſolo, ſint diadema polo.

ADDITIO ALIORUM.

P. Joſeph Fonſeca Aram novam S. Franciſci excitat.

„ LX. Plura alia Sabellorum aut pietatis, aut gloriæ monumenta „ in hoc Sacello vel picturis expreſſa, vel opere muſeato, vel inſculpta „ lapidibus conſpiciebantur: quibus vetuſtate ſemirutis, P. Joſeph Fon-„ ſeca novam Aræ molem extruere adortus eſt. Ipſius ergo diligentia „ perfectum eſt, ut multis millibus aureorum collatis, Ara marmorea „ eleganti ſtructura excitaretur. Ligneum ſimulacrum ſanctiſſimi Pa-„ triarchæ ſemotum, quod, ut ætas ferebat, rudis olim Artifex elabo-„ ravit, idemque in ſacrarii proſpectu collocatum eſt. Cujus loco ejuſ-„ dem ſancti Patris effigies in Ara conſpicitur, quam Franciſcus Trevi-„ ſanus pictor egregius miris ſane coloribus repræſentavit. In eodem „ Sacello non vetuſtæ modo imagines injuria temporis perierunt, ſed „ monumentorum quoque inſcriptiones, quæ ad Sabellium Genus per-„ tinebant, abraſæ ſunt: ex quibus unam, vel alteram noſter Auctor de-

Digitized by Google

,, deſcripſit. Hic autem locus poſtulare videtur, ut, quæ ſubinde in-
,, clytæ Gentis monumenta poſita ſunt, ab interitu omnia vindicemus.
,, Itaque in ſuperiori parte Sabelliani Mauſolei ad cornu Evangelii hæc
,, leguntur: *D. O. M. Julius Sabellus Albani, Venafri, & S. R. I. Prin-*
,, *ceps &c. Dux Chinchioni &c. Marchio S. Martini &c. Comes Celani &c.*
,, *Seraphicæ Religionis Patronus, S. R. E. Mareſchallus, Comitii Pontificii*
,, *Cuſtos, inter Hiſpaniarum Magnates aurei Velleris Eques &c. Præmor-*
,, *tuis Excellentiſſimo Domino Paulo Sabello fratre ſuo primogenito, qui*
,, *ultro ei ceſſerat principatum; necnon Bernardino Sabello Principe Ve-*
,, *nafri unico, atque optatiſſimo Filio, quem ex Domina Catharina Aldo-*
,, *brandina Clem. VIII. pronepte, ſuſceperat; quique deſponſatus Dominæ*
,, *Flaminiæ Pamphiliæ Innoc. X. pronepti, in ætatis flore, ſine prole obie-*
,, *rat, cum ex ſecunda uxore Domina Catharina Juſtiniana ejuſdem Ponti-*
,, *ficis pronepte, nova ſoboles deeſſet, cogitans ſolum ſibi ſupereſſe ſepul-*
,, *chrum, in quo mortalitatem deponens B. Franciſci interceſſione, ad ſu-*
,, *peros convolaret. Hunc Familiæ ſuæ ultimum lapidem adhuc vivens*
,, *conſtituit monumentum. Obiit die* V. *Martii* M. D. CC. XII. *ætatis ſuæ*
,, LXXXVI. *menſe* I. In inferiori vero ejuſdem Mauſolei ſitu, præter
,, alia monumenta memorata, hæc habentur: *D. O. M. Hic requieſcit*
,, *Joannes Franciſci Joannis Domini Bonaventuræ de Tranſtiberim, qui*
,, *obiit anno D.* M. CCC. L. *die* XXIX. *Januarii*. In eadem parte, ſed in
,, Sacelli proſpectu: *D. O. M. Paulo Sabello Albani Principi, aurei Vel-*
,, *leris Equiti, qui in ipſo juventutis flore a Clem. VIII. P. M. in Panno-*
,, *nico bello trium millium peditum præfectura donatus Rodulpho II. Imp.*
,, *adverſus Turcas egregiam navavit operam. A Paulo V. P. M. Bono-*
,, *niæ, Ferrariæ, Æmiliæ rei bellicæ, externiſque auxiliis ſumma cum*
,, *poteſtate præpoſitus, Arcis Ferrariæ exſtructionem inchoavit, Federico*
,, *fratre ſucceſſore relicto, ab eodem Pontifice Eccleſiaſticæ Militiæ ſummi*
,, *Ductoris loco Præfectus, eo in munere incredibili fide, diligentia, aucto-*
,, *ritate undecim annis verſatus eſt. A Ferdinando II. ſub Imperii initium*
,, *ad Sedem Apoſtolicam de more Orator allegatus; deindeque Ordinarius*
,, *Legatus apud Pontificem M. a Cæſare conſtitutus, Paulo V. Gregorio XV.*
,, *Urbano VIII. non minus quam Ferdinando, ingenti omnium plauſu bis*
,, *legationibus integritatem, & prudentiam probavit ſuam; omnibus exi-*
,, *mie charus, militarem præfecturam, qua ſe abdicare non eſt permiſſus,*
,, *omnium Purpuratorum Patrum ſuffragiis Sed. Apoſt. interregno ſibi de-*
,, *mandatam, ſub Gregorio XV. inſigni cum laude adminiſtravit, ac Federico*
,, *fratre ſuffecto, bonorum omnium mœrore quinquagenario tantum major*
,, *fato functus eſt A. D.* M. D. C. XXXII. *Julius Sabellus Albani Princeps Avo*
,, *ſuo P.* In cornu Epiſtolæ, pariter in Sacelli proſpectu. *D. O. M. Julio*
,, *Epiſcopo Tuſculano S. R. E. Cardinali Sabello multas inter præfecturas*
,, *integre, ſancteque verſato, qui conciliando Philippo III. Hiſpaniarum*
,, *Regi Carolo Sabaudiæ Duci a Paulo V. Pont. M. Nuncius allegatus, exi-*
,, *miæ prudentiæ documento fuit. Anconæ infulas ſacram Purpuram, Bo-*
,, *noniæ legationem adeptus, mox a Philippo IV. Catholico Salernitanæ*
,, *Eccleſiæ deſtinatus, aliorum Principum vota in ſe ornando provocavit.*
,, *Poloniæ ab Uladislao Rege, a Ferdinando III. Cæſ. Germaniæ tuendæ*
,, *vindex, & ad Urbanum VIII. Orator Friderici fratris loco factus, mo-*
,, *rum facilitate, conſiliique præſtantia ſupra oſtrum eminens, cum in-*
,, *omnium admiratione vixerit, indictis Pontificiis Comitiis anno ſalutis*
,, M. D. C. XLIV. *omnium luctu ſeptuagenarius obiit, contentus ſupremam*
digni-

,, dignitatem meruiſſe. Fabritio Tit. S. Aug. Presb. S. R. E. Cardinali
,, Sabello, qui Majorum exemplo ad ampliſſimos honores iter ſibi virtute
,, munivit, purpureo Galero, Bononienſi Legatione, Salernitano Pontifi-
,, catu ornatus, inter Regni Neapolitani Turbas Regi Civium Fidem, Ur-
,, bemque ſervavit, conſilio, pietate, religione, Patruo ſimilis; hoc uno
,, diſpar, quod quinquaginta annos natus obiit vita breviori, non gloria
,, ann. D. M. D. C. LV. *ut geminus Purpuræ ſplendor cineribus ſuperſtes hoc*
,, cuderetur in lapide. Julius Sabellus Albani, ac S. R. I. Princeps,
,, S. R. E. Mareſchallus, perpetuus Conclavis Cuſtos, Aurei Velleris Eques
,, Pronepos, & Nepos grati amoris monum. P. ann. D. M. D. C. LXII.

LXI. Alius eſt inſignis hujus familiæ Cardinalis ſepultus in muro thori ad latus Evangelii, Joannes Baptiſta Sabellus a Sixto IV. quinta Cardinalium creatione purpura donatus, qui varias paſſus eſt fortunæ viciſſitudines, ut adjectum docet Epitaphium. *Joannes Baptiſta Sabellus S. R. E. Diaconus Cardinalis, temporum varietate, atque malignitate bis ad Cardinalatum electus, & in mole Adriani detentus, ſemper tamen honorifice liberatus; ſub Paulo, Sixto, Innocentio, Alexandro, Ducatus Bononiæ, Marchiæ, Genuæ Legat. plene & clare functus fragilit. human. gener. meditat. monimentum vivens ſibi poſuit. Vixit annos* LXX. Sed Ciaconus prope octogenarium dicit; additque Chriſti annum ,, qui in Epitaphio deeſt MCCCCXCVIII. Plurimi alii Cardinales ibidem ſepulti. Matthæus de Aquaſparta Tudertinus Ordinis Minorum, a Nicolao IV. creatus, vir præclarus & doctus, jacet in marmoreo, & pro illius temporis conditione, magnifico ſepulcro, in muro alte extructo juxta oſtium ſacrarii, gentilitiis inſignibus, ſed abſque ulla inſcriptione, decorato. Obiit poſt multa præclare geſta anno Domini MCCCII. Julianus etiam Cæſarinus Diaconus Cardinalis Tituli SS. Sergii & Bacchi, mox ſancti Angeli in foro piſcium, qui obiit die I. Maii anno MDX. Alexander Cæſarinus Epiſcopus Cardinalis Albanus, & Pampilonen. Hiſpaniæ Protector, obiit Idibus Februarii anno MDXLII. Utrumque hunc Cæſarinum ajunt ſepultos in Sacello ſuorum gentilium, quod ſancti Gregorii vocatur, ad dexteram Sacelli majoris. In eadem etiam Eccleſia ſepulti ſunt Andreas de Valle Romanus, Epiſcopus, Cardinalis Præneſtinus; obiit pridie Idus Auguſti anno MDXXXIV. Joannes de Comitibus Romanus, Archiepiſcopus Conſanus, Presbyter Cardinalis ſancti Vitalis tituli. Veſtinæ obiit anno MCCCCXCIII. Antonius Maria Gallus Picenus, Presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Agnetis in agone, obiit anno MDCXXI. Innumeri ſunt alii præter hos, quorum obſoleta memoria, neque ulla erecta monumenta, aut appoſitæ inſcriptiones. Quæ ſequuntur tantum præter jam relata, extant epitaphia. Ad dexteram ingredientis Templi januam in muro. *Sedente Paulo II. Ludovicus de Lebretto, Regius ſanguis, Sanctorum Petri & Marcellini Presbyter Cardinalis, nobilitate animi, innocentia, & fide præclarus, ſacri Apoſtolici Senatus amor & deliciæ, hoc monimento conditus eſt* M. CCCCLXV. *die* IV. *Septembris*. Sub deſcenſu Altaris majoris in pavimento. *D. O. M. Clementi Monilìano Cardinali Aracœli, ſummæ doctrinæ, & religionis viro, prudentiæ documento, per omnes honorum gradus ad ſummam in Ordin. Fratr. Minor. Obſerv. dignitatem elato, a Paulo IV. Cardinali creato, liberalitatem, quam ſemper vivus exercuerat, moriens comprobavit. Pauperes incurabiles hoſpitalis S. Jacobi ex teſtamento hæredes beneficii accepti ergo B. M. P. Vixit ann.* LXVI. *men.* VI. *dies* XVI. *Obiit* VIII. *Idus Januarii*. M. D. LXVIII. Ad dexteram exeuntis e ſa-

Ciacon. in Alex. VI.

Alii ibidem ſepulti Cardinales.

e ſacrario in pariete. *D. O. M. Alexander Cribellus Mediolanen. tituli ſanctæ Mariæ in Ara-cœli S. R. E. Presbyter Cardinalis ſexageſimum agens annum, vivens ſibi poſuit. Ann. D. M. D.* LXXI. *Menſe Decembris die* XXI.

Plures idem magnales.

LXII. Clarorum etiam virorum, præter integras nobiliſſimas Romanorum heroum Cæſarinorum, Sabellorum, Urſinorum, aliorumque Principum familias, ſunt ibidem monumenta; & præ ceteris Catarinæ Reginæ Boſnenſis, cujus hoc Epitaphium juxta gradus, qui a Sacello majori deſcendunt in Templi amplitudinem. *D. O. M. Catharinæ Reginæ Boſnenſi, Stephani Ducis ſancti Sabæ ſorori, & genere Helenæ, & domo Principis Stephani natæ, Thomæ Regis Boſnæ uxori, quantum vixit annorum* LIV. *& obdormivit Romæ ann.* D. M. CCCC. LXXVIII. *die* XXV. *Octobris; monumentum ipſius ſumptibus poſitum.* Supra oſtium, qua ex clauſtro ingrediendum ſit in Eccleſiam in lapide marmoreo, quod iterum repetitur litteris aureis in Sacello Aſcenſionis in pariete ex parte Evangelii. *D. O. M. Camillo Urſino Pardi F. Manupelli Comiti, Guardiæ Grell. Marchioni, Larinatiumque, & Valleſilicianorum Regulo invicto. Parthenopæi Regni Protonot. integer. ob ſingularem f. ac rei bellicæ virtutem, & miram promiſſorum conſtantiam, atque fidem Urſina gente digniſſimam, a Franciſco & Henrico Gallorum Regibus variis Præfecturis, ſummiſque beneficiis honeſtato; Victoria Tolfia F. C. Conjugi cariſſ. O. D. S. M. ponen. cur. Vixit annis* LXV. M. X. D. X. *Obiit* VI. *Kalend. April.* M. D. LIII. Ad lævam ingredientis per tertiam, ſeu ſiniſtram Eccleſiæ portam vetuſto & deaurato charactere in jaſpide infixo parieti. *Petrus Jacobus Cima Leonis XI. P. M. cubiculo Præfectus, Benutini de Cimis anno* M. CCCC. *Bonif. IX. P. Almæ Urbis Senatoris Gentilis, ſui memoriam loco motam reſtituit anno ſalut.* M. D. C. XIX.

✠ *Inclyta de Cimis Benotinus, & alta propago,*
Cinguleus patria, cujus moderamina juſto
Imperio meruit, ſancto indulgente Monarcha,
Donatuſque Roſa pro nobilitatis honore.
Corpore formoſus, vultuque tremendus & armis,
Juſtitiæ cuſtos, mira probitate Senator,
Urbi Præpoſitus, fatis heu raptus iniquis,
Hic corpus linquens, anima repetivit Olympum.

Extra portam principalem in area ſub pedibus introeuntium, ob contemptibilem de ſe opinionem ſepeliri voluit celebris ille Italorum Hiſtoricus Flavius Blondus, cui Fratres lapidem marmoreum ſuperpoſuere, ita inſcriptum *D. O. M. Blondo Flavio Forolivienſi Pii II. Pont. Max. Secretario fideliſſimo Blondus junior fratri benemer. F. fecit. Vixit ann.* LXXV. *obiit pridie Non. Junii.* Alia quæ ſequebantur, trita ſunt & deleta. Aliud ei Epitaphium appoſitum in fine operum Baſileæ impreſſorum.

Hic ſitus eſt Blondus, Priami cui forma, Catonis
Vita, Titi Livii fama, decuſque fuit.
Conjuncta eſt ſancto conjux pia Paula marito,
Fœminei ſexus gloria, ut ille virum.

Ad dexteram ingredientis eamdem portam commendati facinoris, & erga inimicum clementiæ eſt in nigro marmore hoc monumentum. *D. O. M. O factum Romane! A. Bern. Barch. Ro. Stephani Sanctii Ro. necatur pater, & is innocens: hic ut parentem ulciſcatur, militiam adit: ubi evaſit ſtrenuus, ad vindictam accingitur; ille rei ignarus ad Ro-*

ma-

manum accelerat ſupplex : ut obvolutum intuetur hominem , parcit libere , atque amantiſſime complectitur , & quod nobilius , non dimittit ſine munere. G. Virginius Urſinus Regii exercitus præfectus , & Ferdinandi Imperatoris, Jacobo Sanctio , egregioque facinori poſuit ; qui vixit ann. LXIII. M.X.D.XV. *Neque admirandum viator , quod Romanus vir Romane agat . Vale . Alexand. VI. Pont. Max. anno* II. Sub memoria & monumento veſtigiorum Angelicorum , de quibus ſupra præfati ſumus . *Alberico Alberti F. Bobonis N. Ro. Coſ. & Comiti Tuſculano atavis longa ſerie , & Antonio , & Joanni I. C. & Franciſco FF. Comitibus Lateranen. Mario ac Julio Advocatis Conſiſt. Andreæ patri , & Franciſco patruo . Joan: Franciſc. I. C. de Salomoniis , qui & Bobenſes , domo Albertiſcorum , gentilitia ſepulcra reſtituit , ſanctuariis ſuper bene diſpoſitis exornavit . Ann.* M.DC.III. *ſibique & poſteris P. agens* IV. Hoc anno 51.

Dat tibi Bobo genus , tumuli jus dat morituro :
Vive memor generis , vive memor tumuli .

Et in trito , atque vetuſtiſſimo ſepulcrali lapide prope poſito in pavimento.

Dat tibi Bobo genus , buſtum lapis iſte Joiza ,
Fratribus adjuncta matre dolente jaces .

In ſacello ſancti Jacobi , quod Mancinæ antiquæ familiæ Romanæ proprium eſt , in lapide & pyramide ſepulcrali in muro ad latus Evangelii .

D. O. M.

Te , miſer , extincta ſolor mea damna ſepulcro hoc ,
Quod Fauſtina tuum corpus & oſſa tegit .
Pulchra nimis , nec caſta minus , medioque juventæ
Flore cadis , linquens mi gemitum & lacrymas .

Inferius in lapide marmoreo . *Fauſtinæ Luciæ Mancinæ ; quæ id quod paucis contingit aſſecuta eſt , ut cujus egregia forma admirationi foret , ejuſdem ſingularis honeſtas omnibus exemplo eſſet . P. Paulus Attavantus uxori B. M. mæſtiſſ. P. An. Chr.* M. D. XLIII. *Vixit ann.* XXIV. *menſ.* III. *dies* V.

Paulo inferius in rudiori marmore , & characteribus antiquis .

Lucia ſtirps claris olim lucebat alumnis ,
Nunc hujus geſtis & pietate viri .
Qui meritus magnos ſemper contempſit honores ,
Mens bona pro titulis , cui fuit una ſatis .
Virtutem Alphonſus Rex non ſine munere paſſus ,
Defunctum merito ſignat honore virum .
Nomine militiæ Mancinum donat equeſtri ,
Qui virtutis opus dexter ad omne fuit .
Qui obiit ann. D. M. CCCC. XLVII. *die* J. *Septembr.*

Extra cratem ſacelli ſancti Antonii in pavimento. *Hic requieſcit Reveren. in Chriſto Pater D. Antonius de Buccabellis de Urbe , Epiſcopus Ferentinas , Fr. Ord. Min. vitæ & doctrinæ virtute ornatus, qui obiit an.* D.M.CCCC.XLV. *menſ. Januar. die* XXIV. In ſacello Crucifixi alterius Franciſcani diſertiſſimi Concionatoris , & piiſſimi viri ſumma in opinione & reverentia apud Romanos habiti , extat hoc monumentum : *Fratri Evangeliſtæ Marcellino ex Ordine Minorum de Obſervant. & Caſtro ſancti Marcelli Diœceſ. Piſtorien. viro Chriſtiana eloquentia , doctrina , & vitæ ſanctitate celebri ; qui obiit* III. *Non. Januarii An.* D. M. D. XCIII. *Vixit ann.* LXIII. *menſ.* II. *Religioni* L. *Concionibus* IIXL. *e queis Romæ auditus aſſidue* XXIV. *ſtudiis ingentibus animorum & bono. Zeno de Zenonibus opt. Avunculo mærens .*

Digitized by Google

rens. Sepultus etiam in eadem Eccleſia, ſed loco ignoto, doctiſſimus vir Alexander ab Alexandro, atque alii plures viri illuſtres ejuſdem ſodalitii, quorum plura monumenta trita & confracta ſunt præ foribus ſacrarii.

Trophæa ibidem erecta.

LXIII. Ibidem etiam tamquam in proprio ſuo domicilio, & Capitolii ſede triumphanti, ſtatuerunt S. P. Q. R. viris Principibus præclare de Repub. meritis, ob res fortiter geſtas, digna trophæa. Præter illud quod recenſuimus poſitum Marco Antonio Columnæ, eminenti in loco ſuper oſtium ſacrarii, affixum eſt aliud Alexandro Farneſio ſub hac forma.

S. P. Q. R.

Alexandro Farneſio Parmæ & Placentiæ Duci III. civi optimo, ob res pro Repub. Chriſtiana bene geſtas, Romanique nominis gloriam, apud exteras etiam gentes propagatam, juſtis funeribus IV. *Non. April.* M. D. XCIII. *novo exemplo, maximaque pompa perſolutis, ejus rei, patriæque in eum voluntatis monumentum poſuit.*

M. D. X C V I.

In fronte Eccleſiæ ad latus dextrum ſacelli majoris ſuper Capellam ſancti Gregorii.

Petro Cardinali Aldobrandino S. R. E. Camerario, civi, domi foriſque clariſſ. quod Clementis VIII. Pont. Max. ſapientia, ejus legationum ductu, atque induſtria bis diſceſſum ab armis, Ducatu Ferrarien. in poteſtatem S. R. E. recepto, & pace inter ſummos Principes conſtituta, publicæ ſecuritatis, & incomparabilis virtutis monumentum poſuit S. P. Q. R.

M. D C. I I.

Ex altera parte læva ſacellum Sanctæ Franciſcæ Romanæ.

Joanni Franciſco Aldobrandino Eccleſiaſticæ militiæ ſumma cum poteſtate Præpoſito, Clemen. VIII. juſſu cujus Fratris filiam habebat in Matrimonio, latrociniis paucos intra dies Latio toto depulſis, legatione ad Philippum II. Hiſp. Regem, maximis populi Chriſtiani de rebus æque ſapienter ac feliciter obita, Hungaria, Croatiaque Turcarum e faucibus haud ſemel erepta, expugnato Strigonio, Pappa, & Vicegrado receptis, demum in obſidione Caniſſæ pari cum pietatis ac fortitudinis laude vita functo An. D. M. D. C. I. I.

S. P. Q. R.

Duci Clariſſ. Civi optime merito.

P. P.

De interiori parte Monaſterii.

LXIV. Ad interiora jam Monaſterii progrediendum, cujus ædificium firmum & altum, ſatis profunde jactis quadro lapide fundamentis in fimbriis declivii montis Capitolini. Quatuor habet clauſtra, in primo & ſecundo optima impluvia, ſed ſecundi id habet eminentiæ, quod a ſan-

Digitized by Google

Sancto Didaco extructum, adeo ſalutiferas collectas reddat aquas, ut ab infirmis epotæ, multoties ſalutem reddiderint mirabiliter. Ad tertium clauſtrum corrivatæ aquæ Felices ex dono Sixti V. ſed per plumbeos aquæductus anno MDCXXIII. derivatæ magnis expenſis per vallem intermediam ad tantam ædis altitudinem, ut omnes præterluant Monaſterii officinas. Optimum & commodum ſatis habet domus hæc valetudinarium, ſexaginta, & amplius capax infirmorum, extructum ab eodem ipſo Domino Vipereſco, quem alias diximus valetudinarium ædificaſſe Fratribus Sancti Franciſci ad Tyberis ripam, cujus& plura alia in hanc ædem beneficia. Grati animi monumentum eidem poſuerunt Minores juxta locum ubi ſepultus eſt, prope veſtigia Angeli, quæ ſupra commemoravimus, in hunc modum.

De valetudinario. *Tom. 2. an. 1229. n. 31. Hoc an. n. 51.*

D. A. M. O.

Marco Antonio Vipereſco Sanctiſſimi Domini Papæ utriuſque ſignaturæ Referendario & Canonico Lateranen. Pœnitentium Ord. ſcilicet Tertii S. Franciſci, præcipuo ac perpetuo benefactori Convent. hujus S. Mariæ de Aracœli, qui pro Fratribus ægrotis in hoc Cœnobio infirmariam a fundamentis erexit, & quoad vixit omnia pietatis opera exercuit, tamdem omnium virtutum genere præditus, ad finem vitæ ſuæ vicinus, magno affectu hæc verba ſæpe pronuncians: In pace tua Domine, dormiam & requieſcam; *pretioſa morte lætus ad præmia evolavit; die* XX. *Januar.* M. DC. XXII.

Mœrentes Patres hujus Conventus de Aracœli, & maxime dolentes in ſignum grati, & obſequentiſſimi animi hunc lapidem erigere & ponere voluere.

„ Cœnaculum porro inquilinorum, & advenarum frequentia percelebre præſentia ſua majorem in modum illuſtravit Benedictus XIII. Pont. Max. qui ſolemni die Patriarchæ Franciſci, cum divinis Myſteriis, quæ magnifica pompa peracta ſunt, interfuiſſet, in eodem cœnaculo prandium ſumpſit, & Familiæ utriuſque Prædicatorum, & Minorum Alumnos in Convivium adhibuit. Cujus rei teſtimonium publicum extat, quod marmorea tabula in principe loco Cœnaculi deſcriptum exhibet.

ADDITIO ALIORUM.

„ BENEDICTO XIII.

„ *P. M. Ordinis Prædicatorum.*

„ *Quod die S. P. Franciſco ſolemni ſingulari benignitatis exemplo, una cum utriuſque familiæ Prædicatorum, ac Minorum Sodalibus communi menſæ aſſidere non dedignatus, hunc locum Pontificiæ Majeſtatis præſentia condecoraverit Ann.* M. DCC. XXIV. *in peren. tanti ornamenti memor.*

FF. C. PP.

LXV. Adjunctum huic ædi palatium inſigne Pontificium, opus Pauli III. ad quod per deambulatorium, deductis ſuper plateas arcubus, ex palatio Sancti Marci, olim per integra ſecula ſede Pontificia aſcendebat Pontifex, liberiori proſpectu & ſalubriori aëre, necnon pia Fratrum converſatione fruiturus. Deformavit opus Paulus IV. ſed refecit Pius IV. poſt quem & alii Pontifices libenter ibi habitabant, donec Sixtus V. ædificaturus tres inſignes ædes Pontificias, unam apud ſanctum Petrum, ſe-

De adjuncto palatio Pontificio.

cundam in monte Quirinali, tertiam apud Lateranum, has Capitolinas dedit Fratribus inhabitandas, & ſuo Monaſterio incorporandas anno I. ſui Pontificatus, dum adhuc ipſe illic viveret apud Sanctum Marcum: licet ejus ſucceſſor Clemens VIII. aliquoto tempore ibidem habitaverit. Incolunt nunc palatium hoc Miniſter Generalis, Procurator, & Commiſſarius Curiæ, cum eorumdem ſociis, redacta pontificia amplitudine ad humiliorem Minorum incolatum. Bonam habet Monaſterium Bibliothecam, ad recentiorem, melioremque normam redactam, librisque inſtructam a Reverendiſſimo Patre Benigno Genuenſi, recenter ſuo generalatu functo, in qua habentur plures Codices MSS. & ex ea translata in Vaticanam omnia opera Petri Galatini. Inſignis eſt hic Conventus, ut jam claudam narrationem, ex ſitu, ex ædificio & amplitudine, ex multis ibidem celebratis Comitiis generalibus, ex optimis, qui in eo floruerunt Minoritis, SS. Bonaventura, Bernardino, Joanne Capiſtranenſi, Jacobo Piceno, Alberto Sartianenſi, Didaco Complutenſi, & præcipuis Ordinis viris, qui moras illic traxerunt. *Protectores Monaſterii.* Præter Senatus Romani patrocinium ſuum nunc adjunxit Imperator Ferdinandus, ſuſcepta æde, bona venia prædicti Senatus, ſub ſua protectione, pollicitus per ſuum Oratorem Principem Sabellum neceſſarium ſubſidium, & amicam in omnibus tutelam. Subfuit aliquando Conventus immediato regimini Miniſtri Generalis, vocabaturque Camera Generalium; quare peculiarem de eo tractatum inſtituit Franciſcus Gonzaga ab aliis monaſteriis diſtinctum, & ſane tunc florebat nobiliori opinione, & dignitate, convocantibus Generalibus præcipuos quoſque viros ex univerſis Ordinis provinciis, ut pro loci & Urbis dignitate eſſent ſibi adjutorio, & Ordini ornamento. Nunc ſubeſt Provinciæ Romanæ; ſedes eſt Miniſtrorum & Commiſſariorum Generalium, & hoſpitium ex univerſo orbe adventantium Patrum, ad res ſuas, vel ſuarum Provinciarum, aut fidei vel retinendæ vel reſtituendæ, cum Pontificibus, aut Cardinalibus tractandas;

ADDITIO ALIORUM.
,, ad quorum ſolatium, ne videlicet ſub dio ſæpe cubare, noctesque
,, inſomnes ducere cogerentur, Pater Bonaventura Poerius Calaber
,, Generalis Miniſter anno M.D.CXCVI. hoſpitium extruxit. Eodem tem-
,, pore P. Nicolaus de Leon Americanus, qui eidem Miniſtro a ſecre-
,, tis erat, alias ædes ad popularium ſuorum uſum e regione ædificavit.
,, Earum ſuper oſtium hæc verba leguntur: *Ne habitationis inopia Re-*
,, *ligioſi ex Provinciis Indiarum Occid. Romam accedentes hinc inde vagari*
,, *cogerentur, Adm. R. P. F. Nicolaus de Leon Lector Jubil. Sac. Inquiſit.*
,, *Qualific. Provinciæ XII. Apoſt. de Lima ex Cuſtos, & Pater; nec non*
,, *Canonizat. B. Franciſci Solani in Curia Proc. & Secret. General. Ord.*
,, *Remota parvula, & pene collabente cella, quæ vix Procuratori cauſæ*
,, *ejuſdem B. Franciſci Solani ſatis erat, ex eleemoſynis Provinc. prædict.*
,, *ad hunc effectum collectis, habitationem hanc, & hoſpitium, de Genera-*
,, *lium Superiorum aſſenſu, a fundamentis extruxit. Anno D.* M. D. XCVII.
,, *Innoc. XII. P. O. M. placuit* XXIII. *Auguſti* M. D. C. XCVIII. *Rex ſuo*
,, *ſub faſtigio collocavit* IX. *Januarii* M. D. C. XCIX.
,, Juxta eas Ædes commodam ſatis Officinam, ubi lanæ ad Fratrum
,, veſtes opificium eſt, Pater Joſephus Fonſeca excitavit anno Chri-
,, ſti MDCCXVIII. cum antea Capitolinum Cætum Fratres ab ejuſmodi
,, opere prohibere curantem, e ſententia judicis a propoſito removiſ-
,, ſet. Item Gymnaſia duo, in quibus Juniores noſtri philoſophiæ, ac
,, theologiæ diſciplinis inſtituuntur, amicorum ſumptibus ædificavit.

LXVI. Exor-

Digitized by Google

LXVI. Exordium accepit hoc anno die xvi. Maii Conventus Arquatæ, quod in Piceno nobile oppidum eſt, in Appennino, ad dextram fluminis Truenti, elargientibus fundum devotis perſonis. Spectat ad Provinciam ſancti Franciſci Tuderti, & cuſtodiam Regni, Patrum Conventualium. Circa hoc tempus acquiſitum aliud Monaſterium in Provincia Terræ-laboris, & cuſtodia ſancti Benedicti, in oppido ſancti Germani Regni Neapolitani. Donationem enim factam Eccleſiæ ſancti Placidi, nunc ſancti Franciſci dictæ, a Patribus Benedictinis Caſſinatibus confirmavit Innocentius; ſed quo certo anno non conſtat. Necnon Conventus Villacenſis in Walſperch in Styria, ſub titulo Sanctæ Mariæ, uti probat Epitaphium Henrici Epiſcopi ad Aram majorem affixum, quod damus inferius. ,, Aliorum trium, vel quatuor Cœnobiorum in Ger-
,, mania hac ætate conſtructorum aliqualem notitiam ſuſcepimus ex ge-
,, nealogia Imperatorum, & Principum Eliæ Reuſneri, qui Eberhardum
,, Cōmitem Habſpurgi & Lansſenburgi obiiſſe ſcribit poſt annum mccl.
,, & ſepultum apud Minores Burgdroffi. Et Joannem primum co-
,, gnomento *Prudentem* Marchionem Brandeburgenſem circa annum
,, mccliii. Sebuſæ condidiſſe Minoribus Cœnobium, necnon Joan-
,, nem ſecundum ejus in principatu poſt aliquot annos ſucceſſorem, al-
,, terum Primislaviæ circa annum mcclxxx. & Ottonem III. cogno-
,, mento *Pium* Marchionem item Brandeburgenſem, defunctum An-
,, no mcclxvii. ſepultum fuiſſe in choro Minorum Straubergenſium.
,, Demum loquens de ſtirpe Bilionæa, ait Henricum X. Comitem Salmæ
,, & Albimontis vita exceſſiſse Anno mcclxxxviii. & ſepulturam ac-
,, cepiſſe apud Ciembſium Auſtriæ in Minorum Cœnobio: cernitur ibi-
,, dem depictus in habitu Ducali, ad latus Philippi Ducis Carinthiæ.

Rodulph. fol. 255.
Conventus Arquatæ.
Idem fol. 276.
Conv. S. Germani.
Idem fol. 293.
Conv. Villacenſis.
Vide ann. 1257.
ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.
Con. Burgdroff.
Con. Sebuſæ.
Con. Primislaviæ.
Con. Strauberg.
Con. Ciembſii.

LXVII. Circa hunc annum extra muros Pintiarum, ſeu Valliſoleti olim nobilis Hiſpaniæ oppidi, Philippi II. natalibus clari, nunc urbis epiſcopalis ex conceſſione Clementis VIII. extructum creditur Monaſterium omnium Sanctorum a quadam ſanctæ Claræ diſcipula, oppidanorum eleemoſynis adjuta, cujus mauſolæum ibidem in veneratione habetur. Vetuſtatem hanc confirmant cujuſdam Auguſtini Epiſcopi Oxomenſis litteræ, in quibus mentio habetur quorumdam diplomatum Alexandri & Clementis IV. in favorem hujus Monaſterii conceſſorum. Titulus *omnium Sanctorum* jam ferme exolevit, & tranſiit in appellationem ſanctæ Claræ. Plures ibidem hoc ultimo ſeculo mortuæ Sorores pietate, & ſanctitatis opinione commendabiles, quarum ſuis annis fiet memoria.

Monaſt. omnium Sanctorum Valliſoleti.
Gonzag. in Prov. Concep. Monaſt. 25.
Hiſtor. MS. ejuſdem Prov.

LXVIII. Conventum Monialium Sanctæ Mariæ de Paradiſo Montiſpeſſulani, cum omnibus bonis ad illum ſpectantibus, Pontifex hoc anno ſub beati Petri & ſua protectione ſuſcepit. Incipiunt litteræ. *Sacroſancta Romana Eccleſia*, datæ v. Idus Februarii. Declaravit litteras a ſe datas, ut Ordinarii locorum procederent etiam contra exemptos, quacumque libertate gauderent, non præjudicare Minorum privilegiis; Diplomatis initium. *Cum olim duxerimus &c.* dati vi. Kalendas Januarii. Fratri Joanni Lemovicenſi Pœnitentiario ſuo commiſit, ut examinaret & decideret controverſiam inter Archiepiſcopum, & Capitulum Biſuntinum, & Joannem Comitem Burgundiæ Dominum Salinen. an ſcilicet eidem Comiti liceret monetam cudere apud Salinenſes. Aliis Minoribus, & Prædicatoribus commiſit plura peragenda in Alben. & Aſten. Civitatibus, quæ ex ipſis litteris poterunt haberi.

Monaſt. Montiſpeſſulani ſub protectione Pontif.
Privilegia Pontificia.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Favores Pontif. in Frat., & Moniales.

Indic. ex orig. Arac.

Lege Rod. fruct. Seraph. l. 2. fol. 18.

,, I. HUic anno Waddingus ſupplenda perpauca reliquit: etenim
,, omnia fere dixerim complectens, calamum cohibet; Verum-
,, tamen iis, quæ ad dignitatem Aracœlitani Conventus pertinent,
,, addemus, ſummum Pontificem, poſt loci factam conceſſionem, quod
,, reparatione maxime indigeret, Apoſtolicas in ejus ſubſidium litteras
,, expediviſſe *Quoniam ut ait &c.* XIII. Kalend. Aprilis. Inſuper etiam
,, pro Conventu Fratrum de Offida, & Monaſterio Monialium ibidem:
,, nec non pariter pro Monialibus Montis Lucis Peruſii, decreviſſe
,, nonnulla *Tranſmiſſa nobis &c.* III. Idus Aprilis: & *Si ea quæ &c.* Kal.
,, Februarii.

Jacobus Manfr. obiit 28. Julii.

Vide Art. in martyr.

Paul. Pan. in vita Innoc. IV.

,, II. Interea beatus frater Jacobus Manfredus, qui cum aliis ſui
,, zeli pro Religionis candore puritatiſque Regulæ ab Elia plurimum
,, intertubatæ, obſervantia paſſus fuerat, ut Ordinis Chronica narrant,
,, ſub Reverendiſs. Joanne Parente, qui, depoſito Creſcentio, in Mini-
,, ſtrum Generalem ſuffectus fuerat, hoc anno migravit in cœlum, apud
,, Halos quidem ſed incerto loco ſepultus: huic vero ſervo Dei, zela-
,, torique Regulæ Franciſcanæ, viro virtutis, & patientiæ, diem XXVIII.
,, Julii adſignat Arturus.

Ger. Mutinenſis ex famil. Rangonorum.

Sigon. l. 5. hiſt. Bon. ad an. 1233.

Conc. SS. Patrum Domin. & Franc. hoc anno mire in Italia proficiunt.

,, III. Beatum Gerardum Mutinenſem a prædicatione, & virtutibus
,, commendatum commemorat Waddingus ad an. MCCXLIV. Nobis vero
,, hic, quo tempore migravit in cœlum, ex Paulo *Panſa* hiſtorico, a quo
,, Bajardus in ſuo Theatro Seraphico, brevi quidem, ſed aliquanto pro-
,, lixiori calamo, eum referre viſum eſt; Fuit Gerardus ex Mutina Se-
,, raphici Patris Franciſci diſcipulus, nobiliſſima familia Rangonorum
,, progenitus: Concionator eximius cum evaſiſſet, ſub anno MCCXXXIII.
,, multa præclare in Italia fecit: eum a Parmenſibus ob ſpectatam inte-
,, gritatem, & innocentiam, patratis etiam multis in nomine Chriſti
,, ſignis, ad Civitatem ſuam adminiſtrandam adſcitum, ſcribit Sigonius,
,, qui de beato Gerardo, ejus conſodalibus, & Fratribus Prædicatori-
,, bus, quæ ſequuntur ſubnectit. Ceterum quæ pietatis cura Bononien-
,, ſes hoc anno cœpit, eadem reliquorum etiam animis Italicorum
,, objecta eſt: cum multi in omnibus Civitatibus Concionatores ex novis
,, Dominici, Franciſcique familiis exiſterent, qui labentes populos
,, ſuſtinerent, errantesque ad pœnitentiam ingentibus, atque aſſiduis
,, clamoribus revocarent: quorum vocibus matutinis, & pomeridianis
,, incitati, ac tacita quadam Religione perfuſi, in Urbibus, Caſtris,
,, agrisque omnium ætatum, ſexuum, Ordinumque homines, laudes
,, divinas, per vias incedentes canebant, ac Deo gratias agebant, cru-
,, ces, & vexilla præferentes, ac ramos, aut candelas accenſas tenen-
,, tes: ex quo hic annus vulgo dictus eſt, generalis devotionis annus.

A Gerar. cōvertitur nob. Ven. & fit Fr. Minor.

,, IV. Rodulphus quidam nobilis Venetus, dum beatus Gerardus
,, anno MCCXLIV. prædicaret de laudibus, & prærogativa virtutum
,, ſancti Patris Franciſci, turbatus eſt: unde indignabundus, domum
,, rediit, ſomnoque arreptus eſt: tum per quietem intellexit ex oſtenſa
,, ſibi viſione maximam ſanctitatem D. Franciſci: ob eamque cauſam
,, ædificari juſſit locum ſancti Franciſci Venetiis in honorem ejus: &
,, omnibus ſuis bonis pauperibus erogatis, factus eſt Frater Minor:
,, uxor vero ejus in Monaſterio ſanctæ Claræ ceſſit cum aſſenſu viri: &

ita

Digitized by Google

,, ita uterque ſervivit Domino in omni ſanctitate, & religione.
,, V. Factiones, & ſtudia partium Mutinæ extinxit beatus Gerar-
,, dus; exules curavit revocandos, quacumque de cauſa excluſos: fuit
,, tantæ prudentiæ, & ſanctitatis, ut eum Parmenſes ſibi Prætorem ad
,, ſcirent, rebuſque componendis interponerent: Ceterum Rangono-
,, rum familia genere, & monumentis celebris, Lanfrancum Rango-
,, num habuit inter ſuos cives tanctæ auctoritatis, ut cum Guidonio
,, Epiſcopo Mutinenſi, & aliis civibus dominium Civitatis *Opizonti* pri-
,, mum Ateſtino tradidiſſe ferant Annales Bononienſes an. MCCLXXXVIII.
,, XVI. Kal. Februarii; Ex eadem familia prodiit Hercules Rangonus,
,, Purpuratorum Patrum Ordini a Leone X. Pontif. Maximo, ob ſum-
,, mas virtutes inſertus; Item Hugo Rangonus Regienſum Præſul:
,, Nicolaus Rangonus, ac Gerardus arte bellica florentes: nec degene-
,, res ejuſdem Nicolai filii Annibal, & Guido, quorum hic Leonis X.
,, Clementis VII. Franciſci I. Galliarum Regis, ac Reipublicæ Venetæ
,, auſpiciis præfecturam militiæ geſſit; Sed vel unico beato Gerardo
,, familia illuſtris fuit, cujus frequentior eſt apud antiquos memoria,
,, quam particularis miraculorum, quæ plurima extitiſſe feruntur de-
,, ſcripta. Aſtra petiit beatus Gerardus anno MCCLI. VIII. Kal. Septem-
,, bris, Mutinæ honorifice ſepultus: Teſte Paulo Panſa ſupracitato.
,, VI. In Provincia Poloniæ, & Bohemiæ proſperantibus Religionis
,, rebus, hoc anno convocatis Comitiis provincialibus, electus fuit
,, in Miniſtrum frater Ægidius, cujus cognomen, & patria a Caſimi-
,, ro hiſtorico, & rem enarrante, reticetur: aſſerit nihilominus, hoc
,, eodem anno Congregationem capitularem habuiſſe Uratiſlaviæ in
,, feſto Nativitatis beatæ Mariæ Virginis.

Multa patrat Mutinæ, & Parmæ.

Familiæ Rangonæ encomia, & Viri celebres.

Bajard. in Theatro MSS.

Miracula Gerardi plurima.

Caſim. Biern. art. 18. n. 12.

Obiit 25. Auguſti.

Ægidius fit Miniſter.

ARGUMENTUM.

Dies claudunt ultimos Blancha Galliarum Regina, Ferdinandus nepos, Caſtellæ Rex, Virgo Jutta ſanctitate præclara, Roſa Viterbienſis, cujus acta referuntur. Beati Simonis de Collazzono miracula jubentur inquiri. Raynaldus Cardinalis Oſtienſis in beatam Claram ſumme propenſus plura ei præſtat beneficia. Exactius examen miraculorum beati Stanislai Cracovienſis committitur Jacobo Velletrenſi Minoritæ; alteri ſimul cum Raymundo Pennafortenſi præcipitur inquirere vitam Epiſcopi Vrgellenſis. Creatur Epiſcopus Neocaſtrenſis Samuel Franciſcanus. Varia conceduntur privilegia, & conſtruuntur Minorum domicilia.

I. OBiit hoc anno Candida, vulgari nomine Blancha, Francorum Regina, ſancti Ludovici Regis mater, mulier ſui temporis præſtantiſſima. Diſſidere Chronica circa mortis annum, monet Meyerus; ſed potiores ſequutus Auctores in hunc incidiſſe probat ſub V. Kal. Decembris. Marianus vero in ipſa feſtivitate ſancti Andreæ. Sepulta eſt in Monaſterio a ſe fundato, cui nomen Gallice *Maubuiſſon*, id eſt, Mali dumi ad pontem Iſaræ in Belgis, ubi Virgines conſtituit Ordinis Ciſtercienſis. Eam noſtram faciunt, & tertio adjudicant Franciſci Inſtituto, Marianus prædictus, Bernardinus de Buſtis, Antonius Sillenſis, & alii, qui & in habitu prædicti Ordinis dicunt ſepultam. Vetuſtiores ſane non habeo Scriptores, qui hoc confirment; neque tamen derogat fidem illius æta-

Moritur Blancha Galliæ Regina.

Meyer. in Annal. Fland.
Marian. c. 20.

Adjudicatur 3. Ordinis.

Buſtis ſerm. de 3. Ord.
Sillen. de privil. & reb. 3. Ord. lib. 1.

Digitized by Google

ætatis minus ſeria in his obſervatio; qui enim ſtatu & amplitudine immutatis, videbantur in propriis remanere habitaculis, potius devotioni, quam profeſſioni haud omnibus manifeſtæ, tribuebatur, ſi vel veſtem, vel leges tertii hujus aſſumebant Inſtituti. Hujus item filium ſanctum Ludovicum, pluresque Regiæ ſtirpis illius conſanguineos Franciſco nomen dediſſe, ſuis locis ex probatis Auctoribus oſtendemus. Illius progeniem recenſere lubet, ut ſanctiſſimæ domus veræ dignoſcantur propagines. Parentes habuit Blancha Alphonſum IX. Caſtellæ Regem, & Eleonoram Henrici II. Angliæ, Andegavi, & Normanniæ in Gallia Regis filiam. Sorores habuit Berengariam Alphonſo Legionenſi Regi connubio junctam, virili animo fœminam, majorique, quam pro ſexu, auctoritate ſuum Regnum, & Caſtellæ pro Henrico puero fratre adminiſtrantem: Urracam Alphonſi Luſitani Regis conjugem, ſancto Franciſco deditiſſimam, in cujus exequiis eumdem cum numeroſo choro pſallentium, fuiſſe viſum, priori diximus tomo; Eleonoram Jacobi Aragonii uxorem, præter Conſtantiam Sanctimonialem, & Abbatiſſam Burgenſem in Olgis, atque Malfadam, aliaſque duas ignotas ex nomine ſorores, ætate juniori defunctas. Fratres vero ſortitus eſt Henricum Caſtellæ regem, Sanctium item, & Ferdinandum Monachum, immatura morte ſublatos. Ejuſdem Blanchæ poſteritas, ex Ludovico VIII., Philippi II. filio ſuſcepta, perquam ſane fuit illuſtris; Ludovicus ſanctus idem cum Matre Franciſci Inſtitutum amplexus, Robertus Comes Atrebatenſis, Carolus Andegavenſis, aliis Phocenſis ſive Narbonenſis, Rex Siciliæ, deſignatus contra Manfredum Friderici II. ex concubina filium, Caroli II. Siciliæ Regis pater, & ſancti Ludovici Epiſcopi Toloſatis Ordinis Minorum, avus; Alphonſus Comes Pictavienſis, & Iſabella Sanctimonialis Ordinis Clariſſarum in Monaſterio Longi-Campi (ubi miraculis clarere dicitur) veluti opportunius alias dicemus.

Ejus progenies. — Joan. Marian. lib. 11. c. 17. & 21. — Anno 1220. nu. 49. tom. 1. — Æmyl. in Lud. IX. — An. 1254.

Quam prudenter rexerit.

II. Præclara hæc heroina, licet defuncto viro, rebus initio adminiſtrandis, quod mulier, quod externa, quod externorum fide conſilioque uteretur, iniquos detractores æmuloſque habuerit; alioqui ſine controverſia, ſine exceptione laudibus cumulata; tamen quando in expeditione tranſmarina cum fideliſſimis amicorum a filio Ludovico relinqueretur, quæ procuratione Regni fungeretur, jam nulla invidia quod initio ac Rege puero, ejus fœminæ ſanctitatem, fidemque perſpexerant mortales; & ea tunc ætate fuerat florentiſſima, formaque egregia: nunc omnia maturitatem ſuam nacta, ætate jam vergente, ac majore uſu rerum erant illuſtria. Et ſane ut rebus undique turbatis, moleſto ſemper Anglo, vicinis Regibus ſui Imperii augmenta cupientibus, filiis omnibus in longinquis poſitis Regionibus: illa ſuos fines defenſarit, illæſaque filii jura ſervarit, magnæ prudentiæ, magnæ item ſanctitati abſcribendum. Quid enim non mereretur apud exteros, & apud domeſticos prudentiſſimæ fœminæ ſanctitudo? Omnino ſanctam fuiſſe, & miraculis claruiſſe teſtantur vetuſti Auctores Joannes de Columna Ordinis Prædicatorum, & Didacus de Valeria, quibus ſubſcribit noſter Marianus. Præclarum habet de ea elogium Gaufridus de Belloloco, Confeſſarius ſancti Ludovici Ordinis Prædicatorum in vita, quam compilavit ejuſdem Sancti, quod hic placuit inſerere. *Domina Blanca Regina, vere extitit dilecta Domini, & amabilis Deo, & hominibus utilis & accepta. Sub ſancta nutritura, atque ſalutari doctrina tam piæ matris, cœpit Ludovicus noſter egregiæ indolis, & optimæ ſpei puer exiſtere, & de die in diem in virum perfectum creſcere, & quæ-*

Columna in mari hiſtoriarum. — Valeria in hiſtoria Gallorum. — Gaufrid. in vita S. Ludovici c. 4.

Digna ejus laus.

quærere Dominum, & facere quod rectum & placitum erat in conſpectu Domini. Vere converſus ad Dominum in toto corde, tota anima, totaque virtute, tamquam bonæ arboris bonus fructus. Siquidem cum regnare cœpiſſet, & non haberet niſi circiter duodecim annos; quam ſtrenue, quam induſtrie, quam juſte, quam potenter dicta mater adminiſtraverit, & cuſtodierit & defenſaverit jura Regni ſui? Sed meritis innocentiæ ipſius, ac ſolerti providentia matris ejus (quæ tota virago ſemper extitit, & fœmineæ cogitationi, ac ſexui maſculinum animum jugiter inferebat) perturbatores Regni ſemper confuſi ſuccubuerunt. Nec prætermittendum illud de quodam Religioſo, qui a falſis relatoribus audierat, quod Dominus hic Rex ante matrimonium ſuum concubinas habebat, cum quibus quandoque peccabat, conſcia, vel diſſimulante matre ſua. Quod cum ille Religioſus cum multa admiratione, quaſi eam redarguendo, Dominæ Reginæ dixiſſet: illa ſuper hac falſitate ſe & filium humiliter excuſavit, verbum laudabile ſubinferens: videlicet, quod ſi dictus filius Rex, quem ſuper omnes creaturas mortales diligebat, infirmaretur ad mortem, & diceretur ei quod ſanaretur, ſemel peccando cum muliere non ſua; prius permitteret ipſum mori, quam ſemel peccando mortaliter ſuum offendere Creatorem. Hoc ego ab ore ipſius Domini Regis audivi.

III. Ex nullo fidelius & ſincerius, quam ab hoc ipſo oculato teſte licebit excipere, quid ad obitum matris pius fecerit Ludovicus in Palæſtina; Ipſa ejus accipe verba. *Dum moraretur*, inquit, *in Joppe ſanctus Ludovicus ad inſtaurandos ejuſdem loci muros, venerunt rumores de pio obitu Dominæ Blanchæ, illuſtriſſimæ matris ejus. Quos cum primo Dominus Legatus audiſſet, aſſumpto ſecum Tyrenſi Archiepiſcopo, qui tunc Domini Regis ſigillum portabat, placuit ei, quod ego tertius eſſem cum eis. Accedens igitur Legatus ad Regem, & nos duo cum eo, dixit quod volebat ſecreto in camera ſibi loqui præſentibus nobis duobus. Attendens igitur Rex gravem Legati faciem, cognovit quod aliquid triſte dicere ſibi vellet. Duxit itaque vir Deo plenus Legatum, & nos de camera in capellam ſuam, quæ cameræ erat conjuncta: & clauſis cameræ oſtiis ſedit coram altari, & nos cum eo: Tunc Legatus prudenter Regi expoſuit varia & magna beneficia, quæ divina bonitas ſibi abundanter contulerat ab ineunte puerili ætate: inter alia autem, quod per gratiam ſuam ſibi providerat talem matrem, quæ ipſum tam catholice inſtruxerat, & tam fideliter, tamque prudenter tractaverat, & adminiſtraverat negotia Regni ſui. Subjuncto poſt modicum cum ſingultu & lacrymis dictæ Reginæ obitu tam damnoſo, tamque plangendo, Rex Catholicus ejulans alta voce, & in lacrymas reſolutus, coram altari genua flexit, & manibus junctis, ac devotiſſime plorans, ait*: Gratias tibi ago Domine Deus, qui dilectiſſimam matrem ac dominam, quamdiu bonitati tuæ placuit, mihi commodaſti: & nunc Domine, per corporalem mortem eam tibi ſecundum tuum beneplacitum accepiſti. Verum eſt Domine, quod ego nuper eam ſuper omnes mortales creaturas, prout bene meruerat, diligebam: ſed ex quo beneplacitum eſt ante te, ſit nomen Domini benedictum in ſecula: amen. *Poſt hæc dicta brevi commendatione a Legato & Archiepiſcopo, tunc me ſolum ſecum retinuit. Sed ne immoderata triſtitia gravaretur, acceſſi ad ipſum, prout poteram, conſolandum, humiliter dicens ei, quod ad præſens ſatis naturæ reddiderat, quod naturæ debebat: ſed jam opportunum erat quod gratia Dei, quæ in ipſo erat, redderet quod ad rationem illuminatam per gratiam pertinebat. Quam admonitionem prudenter excepit, & affectui mancipavit. Nam mox e loco illo ſurrexit,*

& in

Refertur Ludovico matris obitus.

Idem c.28.

Quid audito obitu fecerit.

& in Oratorio ſuo ſeceſſit, ubi dicere conſueverat Horas ſuas. Ibi me ſolum ſecum vocavit, & ex voluntate ipſius nos duo pariter diximus totum Officium mortuorum, ſcilicet Veſperas, & Vigilias cum novem lectionibus. Et non modicum ſum miratus, quod cum cor ejus eſſet tam diri vulneris novitate ſubcuſſum, & graviter ſauciatum, non recolo quod potuerim perpendere ipſum in aliquo verſu Pſalmi, ſive in aliqua lectione, quam diceret deficere, vel errare: ſicut frequenter ſolet accidere humano cordi, mæſtis & ſubitis rumoribus perturbato. Hoc ego vere attribui virtuti divinæ gratiæ, atque conſtantiæ cordis ejus. Fideliſſimus filius extitit animæ piæ matris. Nam infinitas Miſſas, & multiplicium orationum devota ſuffragia in Religioſorum Collegiis impetravit. Item & ex tunc continue coram ſe quotidie ſpecialem Miſſam voluit celebrari; niſi diebus Dominicis, & feſtis præcipuis. Poſtmodum manſit adhuc in Terra ſancta pluſquam per annum. Dum itaque non rediit in Galliam Vir ſanctus hoc anno, non niſi ſuo loco nos tractabimus de ejus regreſſu.

An. 1254.

Obiit Ferdinand. Rex Caſtellæ.

Jo. Marian. lib. 13. c. 8.

Marian. cit.

IV. Hujus Blanchæ nepos ex Berengaria ſorore Ferdinandus, in quo Caſtellæ & Legionis Regna unita ſunt, mortuus eſt etiam hoc anno ad III. Kal. Junii, in Civitate Hiſpalenſi, cum de bello, poſt ſuperatos in Bætica Mauros, in Africam transferendo cogitaret, claſſisque in Cantabriæ littoribus nova & numeroſior ædificaretur. Regnavit in Caſtella quidem annos triginta quatuor, menſes undecim, dies tres & viginti, in Legione autem annos circiter duos & viginti. Noſtris ſumme addictum, atque in eorumdem paupere veſte ſepultum, refert Marianus. Vir fuit omnibus animæ & corporis dotibus inſignitus, morum probitate tanta, ut *Sancti* cognomen tulerit, non magis populi favore factum, quam vitæ meritis datum. Fortior an ſanctior, an felicior eſſet, multi dubitavere; implacabilis ſibi, exorabilis aliis, in omnibus vitæ partibus moderatus, omnes juſti & probi viri partes explevit.

Item Virgo Jutta.

An. 1229. n. 5. Tom. 2.

Trithem. in Chrō. Hirſaugien.

Ibid. n. 7. & 9.

V. Obiiſſe item eodem anno, indictione X. XIV. Kalend. Aprilis ſanctam Virginem Juttam (aliis Gutam, de qua ſuperius egimus) olim pediſſequam ſanctæ Eliſabethæ Lantgraviæ Thuringiæ, & Haſſiæ ſcribit Trithemius. Eam cum ceteris pediſſequis mulieris ſanctæ tertio ſe mancipaſſe ſancti Franciſci Inſtituto ex probatis diximus Auctoribus. *Hæc ſancta Virgo*, inquit Trithemius, *multis ſignis & miraculis, tam in vita, quam poſt mortem claruiſſe perhibetur, quæ omnium virtutum & operum Dominæ ſuæ, cum adhuc in humanis ageret, conſcia fuit, & ſtudioſa cooperatrix, in omnibus eam pro viribus imitari uſque ad mortem conſtantiſſime curabat.*

Et Roſa Viterbien.

Baron. ad 4. Septem.

Ferrar. in Catal. Sanct. Ital. ad eumdem diem.

Quo anno.

Ciacon. in Innoc. IV.

VI. Ante hunc annum mortuam aliam præclaram tertii Inſtituti fœminam, Roſam Viterbienſem, conſtat ex diplomate mox ſubjiciendo, hoc anno dato pro miraculorum proceſſu efformando: quo fit ut minus probabile ſit, quod Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius ſcripſit in notis ad Martyrologium, eam perveniſſe uſque ad tempora Alexandri IV. nec non Philippus Ferrarius, dum ait, poſt annum ſalutis MCCLIV. Alexandro IV. Pontifice, eamdem in cœlos migraſſe. Verum eſt, in actis quæ Baron. ab Eccleſia Viterbienſi ſe accepiſſe commemorat, & quorum refert initium *Inter alia*, quæ jam erant excuſa, dici a collectore in proemio, mortuam ſanctam Virginem ſub Alexandro IV. ſed deceptum expreſſe probant litteræ Pontificiæ ſub finem hujus anni datæ, quarum etiam meminit Alphonſus Ciaconius. Ex quibus evidenter deduxerim, vel anno præcedenti, vel hoc ipſo defunctam. Quippe in vita ejus a pluribus

Digitized by Google

ribus deſcripta refertur, eam accepiſſe ab Angelo mortem Friderici II. quæ incidit in finem anni MCCL. Cum vero ſub finem hujus committitur a Pontifice ut miraculorum ab ea patratorum efformetur proceſſus, fit ut proxime præterito vel hoc ipſo anno inter vivos eſſe deſierit. Omnia, quæ circumferuntur, ejus acta conſului, ut vitam MS. quæ ſervatur in Monaſterio in quo jacet; neque ullibi habetur expreſſum certum mortis tempus. Ex omnibus collecta dabimus geſta præcipua.

VII. Patre Joanne & matre Catarina in parochia ſanctæ Mariæ in Podio Viterbii nata, ab infantia cœpit Deum timere, & amare in ſimplicitate cordis, & puerili ſinceritate ſuas preculas noctes atque dies ſecretis latibulis genuflexa profundens, ut a ſpurcitia carnis & mundi illecebris ſervaretur immunis. Grandiuſcula facta, mundanas exoſa vanitates, hominum declinabat conſortia; aſſidue aſſiſtens divinis myſteriis in Eccleſia illius urbis, ſancto Franciſco dedicata. Tenellum corpuſculum duro cilicio, crebris flagellis, & multo edomabat jejunio; pauperibus mittens, quam ſibi ſubtrahebat annonam. Magna urgebat Viterbienſes frumenti inopia, devaſtatis arvis per Fridericum, dum Pontifex commoraretur Lugduni, ejuſque partes tuerentur Viterbienſes; ſed pauperibus ſuccurrebat Roſa Virgo, miniſtrando clanculum, quæ poterat ex domo paterna, donec aliquando a patre in foribus apprehenſa plures efferens in ſinu panes, & interrogata, quid aſportaret? reſpondit, Roſas; nec mentitam oſtendit ſinus expanſus, plenus roſis odore & viſu gratiſſimis. Simile miraculum de utraque narratur Eliſabetha Hungarica & Luſitana hujus Inſtituti ſectatricibus, inter ſanctas relatis. Adhuc puerula alias ad puteum aquarum comitata juvenculas, caſu fractam amphoram cujuſdam ex virgunculis, miro modo integram reſtituit, non aliter quam ſanctus Benedictus fractum ſuæ nutricis capiſterium. Nam tenere compaſſa flenti puerulæ, conjunctis amphoræ fragmentis, cum lacrymis oravit, & confeſtim vaſculum ita reſtitutum eſt, ut nulla ſuperfuerint rupturæ veſtigia. Ad infantile ſolatium adeo habuit familiares aviculas, ut ſoli frequenter applaudentes advolarent, atque e manu gremioque cibum aſſumerent. Una ex vicinis furto tulit gallinam, quam dum, perquirente Roſa, ſe vidiſſe negaret, ſtatim in dextera maxilla excreverunt ſuo ordine & colore pennæ gallinaceæ. Grandæva, amita moribunda, ut in plures viveret annos, atque ut genitrix e periculoſo liberaretur partu, ſuis precibus obtinuit, voce cœlitus demiſſa, qua intellexit ſuas preces apud Deum plurimi valere.

Ejus pueritia.

Panem vertit in roſas.

Vide anno 1235. n. 13. Tom. 2. Gregor. l. 2. dialog. c. 1.

Aves familiares habuit.

Suas preces apud Deum plurimum valere intellexit.

VIII. Continua ſui corpuſculi maceratione incidit in morbum lethalem; ſed dum judicaretur moribunda, in ultimo tranſitu conſtituta, cum omnium admiratione circumſtantes ſibi Virgines alloqui cœpit, unamquamque vocans ex nomine, quarum plurimæ ante ipſius ortum in Domino dormierant. Demum cubiculum ingrediente Dei genitrice, multis ſtipata adoleſcentulis, inquit, circumſtantibus conſanguineis; *Ecce venit dignantiſſime Dei Mater ad famulam, procedamus omnes obviam,* ſtatimque ſumma reverentia & modeſtia exilivit de lecto, & genuflexa ſacratiſſimam Virginem excepit. Illa dignanter amplexa languentem hortata eſt, ut ad excelſiores quotidie aſcenderet virtutes, Eccleſias ſancti Joannis Baptiſtæ, ſancti Franciſci, & ſanctæ Mariæ in Podio viſitaret; ſed in hac veſtem indueret tertii Inſtituti Franciſcani, ſubcincto ad carnem cilicio. Juſſit inſuper ut audacter vitia quæque reprehenderet in concivibus abſque perſonarum delectu, religionis divinæ, & fidei

In morbo viſitatur a Dei Genitrice.

 Chri-

Chriſtianæ cauſas conſtanter ageret, neque ſuccumberet futuris tribulationibus. Hac excitata viſione, ad interiora ſe totam recolligens, a feria tertia uſque ad quartam nihil penitus manducavit, neque bibit, veluti ſi mortua rigeret. Ad exteriora tamdem rediens tertio illo die oblatum a matre cibum noluit admittere, vigiliam cauſans eſſe Dei Præcurſoris. Mox ejus Eccleſiam viſitavit (in qua pro ſancto Ludovico Gallorum Rege, tunc Damiatam obſidente anno MCCXLIX. inſtanter rogavit, & ſe exauditam, revelata victoria Urbis expugnatæ intellexit) deinde cetera divina mandata peregit, aſſumpto in Templo ſanctæ Mariæ e manu Miniſtræ Tertii Ordinis fœminarum Zitæ nomine, rudi habitu a Virgine præſcripto. Moleſtum in his ſenſit genitorem, verbis & minis a novo propoſito deterrentem, ſed manſuetudine & invicto ad quæque pro Chriſto ferenda animo minitantem emollivit, & in ſuas partes attraxit.

Habitum Induit tertii Ordin. Franciſcani.

IX. Apparente ſecundo beata Virgine in Eccleſia, vidit & percepit omnes Chriſti dolores, quos in ſe, tamquam in cauſa, voluit ulciſci, per triduum incredibilibus ſe affligens pœnitentiis. In publicum deinde proſiliens, cruce manibus aſſumpta, hæreticos, qui tunc aderant, acriter increpare, Innocentii Pontificis hoſtes, qui Friderici, in Concilio Lugdunenſi abdicati, partes ſequebantur, liberrime reprehendere, apertiſque rationibus convincere non deſtitit, donec ab Urbis Præfecto, factioſorum perſuaſione, cum tota cognatione ejecta, aſperrimo hyemis tempore, Sorianum venit, ubi Angelica viſione recreata urbis liberationem prædixit; mox ſubſecuturam mortem Friderici, qua intra paucos dies per curſorem certius intellecta, compererunt firmius Roſæ Virginis ſanctitatem. Inde ad vicinum vicum Orchianum profecta, magno jubilo fuit ab oppidanis excepta, atque inde majores habiti honores quod cœcam a nativitate, Delicatam nomine, viſu donarit. Ibi etiam magnum rogum, ob veram fidem aſſerendam ingreſſa, atque in eo per tres horas jucunde remanens, & intacta, fregit cujuſdam vetulæ hæreticæ contumaciam, quam antea nullis precibus, nullo beneficio, nulla arte potuerat ad veram fidem reducere; miniſtram quippe hanc aſſumpſit Satan, quæ Roſæ detraheret, & inſignibus mendaciis ejus famam minueret. Semel prædicantem, & vitia acriter reprehendentem, dum innumera gens audiret, ſceleratus quidam feraliter in brachio percuſſit; cui illa nec quidquam indignabunda. *Ulciſcitur Dominus ſuorum injurias, ſed tecum mitius aget, non ſupplicio, ſed ſigno te infra triduum affecturus, per quod ab omnibus dignoſcaris*; atque ita evenit, ſicut prædixit, dum die tertio capillis omnibus totius corporis, capitis, barbæ, & ſuperciliorum evaneſcentibus, cunctis factus eſt irriſibilis.

Apparet ſecundo beata Virgo.

Exulat e patria.

Habuit Angelicam viſionem. Cœcam illuminat.

Hæreticos convincit.

Factam ei injuriam Deus ulciſcitur.

X. Imminutis jam Friderici defuncti viribus, & patefacto aditu, rediit in civitatem, ubi dum cogitavit ſecurius converſari Virgines in clauſtro ſub aliarum obedientia, quam ſecundum propriam libertatem, petiit admitti in conſortium Clariſſarum Viterbienſium. Reſponſo accepto ab Abbatiſſa (quæ non adeo magnam concipiebat de Virgine opinionem, ſed potius fatuam, & mente dejectam reputabat) Moniales ſe habere ſupernumerarias, neque plures poſſe introduci; æquo animo ſubridens, inquit: *Si non placet me viventem in veſtrum conſortium aſſumere, non diſplicebit forſitan mortuam perquirere*. Quod paulo poſt experientia monſtravit: namque infra paucos menſes tenera ætate defuncta, & in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Podio ſepulta, tot cœpit coruſcare mi-

Vult eſſe clauſtralis.

Sed repellitur.

Mortua claret miraculis.

Digitized by Google

miraculis, ut omnes ſanctam, omnes Deo dilectam proclamarent. Verum tunc pœnituit Sanctimoniales alias rejeciſſe, quam nunc ſummopere apud ſe deſiderabant: neque quiſpiam adeo illarum adfuit votis, ut ipſa Roſa, quantumvis per illas repulſa. Nam poſt aliquale tempus Alexandro IV. Pontifici Viterbii degenti in ſomnis apparuit, his verbis eum compellans, ut ab illo loco, in quo jacebat, ſuum corpus transferri curaret in Eccleſiam Sanctimonialium Damianitarum: *Sicut miſericorditer complacuit divinæ bonitati me defunctam inter ſuas fideles ancillas in cœlis collocare, ita in terris pium viventis deſiderium vult adimpleri. Quare me tibi ſuo Vicario juſſit intimare, ut cadaver meum inter Damianitas cures deponi, quibuſcum anxie vivere concupivi.* Hæc dum Pontifex negligeret, vel perficere cunctaretur, ſecundo & tertio infra octiduum eumdem admonuit, ut divinæ obtemperaret voluntati. Ut hanc eſſe compererat, protinus cum quatuor Cardinalibus, plurimis Epiſcopis & Eccleſiarum Prælatis ad ſepulcri locum acceſſit, & reverenter exhumatum integrum corpus, ad honorificum Mauſolæum antea præparatum, in Eccleſiam ſacrarum Virginum, ſolemni funere, tranſportavit. Primus autem tumulus in teſtimonium communicatæ ſibi a ſacro depoſito virtutis & ſanctitatis, longo tempore oleum & manna profudit, quibus multi variis infirmitatibus detenti ſanitatem aſſequebantur concupitam. Tot etiam, ac tanta poſt translationem edidit miracula, ut præſens ipſe Pontifex Alexander, juxta exemplum ſui Prædeceſſoris, de canonizanda cogitaverit; & vere feciſſet, niſi ad moleſtas, quæ ſtatim ſupervenerunt occupationes, opportuiſſet deflectere, & a Viterbio redire. Decem & octo menſes in primo jacuiſſe ſepulcro ex vetuſtis actis communiter refertur; ſed vita functa, vel hoc vel anteriori anno, ut ſupra probavimus, & electo Alexandro anno MCCLIV. in ipſo die Natalis Domini, neque ſtatim Neapoli, ubi creatus eſt, Viterbium veniente, per plures menſes illo tumulatam ſepulcro opportet admitti.

Transfertur ejus corpus.

Primum monumentum ea etiam ablata claruit miraculis.

De ea canonizãda cogitat Pontifex.

Hoc anno n.6.

XI. Unum atque alterum ex miraculis ſanctæ Virginis hic libet adnectere. Quidam Clericus Ultramontanus in Archiepiſcopum Capitularibus ſuffragiis cooptatus, ſuſcepto ſuæ electionis decreto Romam venit, ſed æmulorum calumniis agitatum opportuit e Curia recedere. Per Viterbium abiens, audivit recenſeri, & commendari præſens & paratum in afflictionibus Roſæ Virginis auxilium, ad cujus ſepulcrum accedens, rogavit, ſibi illud etiam impendi, adjuncto voto de offerenda quotannis roſa aurea in accepti beneficii memoriam. Ut dixit, Eccleſiam exeunti occurrit nuntius, hominem in Urbem revocans pro cauſa terminanda. Nihil non poſtea in Curia ſucceſſit ad votum, quare denuo rediens Viterbium, obtulit ad Virgineum ſepulcrum roſas duas, auream unam, & argenteam alteram, ſingulis annis dum vixit auream, juxta promiſſa, tranſmittens.

Afflicto Prælato ſuccurrit.

XII. Sanctimonialis quædam, cujus cuſtodiæ commiſſa erat capſella, in qua reconditum Virginis corpuſculum, Chriſti famulæ evulſit unum ex unguibus. Poſtera die corpus devote conſpiciens, vidit ipſo illo digito unguis evulſi alium excreviſſe terſum & nitidum, ceteris, qui jam nigreſcebant, longe candidiorem. Expaveſcens Monialis, timenſque ſanctæ Virginis offenſam, temeritatem confeſſa, errati veniam a Primiceria expoſtulavit. Rem omnibus notam & a ſemetipſo viſam dicit primus auctor hujus Virginis legendæ.

Ungue evulſo, renaſcitur illico alius.

XIII. In Urbe juxta molem Hadriani in regione Leonina Jacobus, ado-

Mortuum ad vitam revocat. adoleſcentulus, Catarinæ Vaſciæ filius, omnium judicio ex infortunio mortuus, meritis hujus beatæ Virginis ad matris preces, promittentis ſepulcrum ejus viſitare, & cereum offerre, mirabiliter & repente integræ reſtitutus eſt ſanitati. Neglexit tamen genitrix votum complere, donec apparens ſacra Virgo, infidelis & neglectæ promiſſionis ſeverius reprehendit, ſtatimque exurgens cum filio, Viterbium perrexit, adhibitiſque teſtibus, ut offenſam Virginem redderet propitiam, quæ verbo promiſit opere complevit. Recentius hoc quod ſequitur hujus generis miraculum. Item alium. Anno MCCCCXIX. Menicus Marcoaldus Viterbienſis, vita functus, feretro impoſitus ut efferretur, ſubito vivus exurrexit; emiſſo per uxorem Civellam ad ſepulcrum lacrymoſe orantem voto, de ornando Virginis Mauſolæum, & deſuper pingendo miraculum, ſi vivum reciperet maritum. Præter complures teſtes, & publicis ſcripturis probatum miraculum, rei fidem facit ipſa pictura in hunc diem perſeverans.

XIV. Plurima & fere innumera ejus habentur miracula in proceſſu vitæ, & geſtorum auctoritate Calixti III. confecto, & apud Sanctimoniales ipſius ædis, ubi jacet aſſervato. Sub Calixto III. factus de ejus actis proceſſus. Commiſit Pontifex XVI. Junii, anno MCCCCLVI. curam inquirendi acta hujus Virginis Cardinali Joanni Beſſarioni Niceno, tituli SS. Apoſtolorum, Dominico Capranicæ tituli ſanctæ Crucis in Jeruſalem, & Proſpero Columnæ, tituli ſancti Georgii ad velum aureum. Hi gravioribus impediti negotiis eodem menſe, die XXI. ſubſtituerunt Paulum Epiſcopum Syracuſanum tunc Gubernatorem Patrimonii, Angelum Epiſcopum Aretinum, & Angelum alterum Epiſcopum Sutrinum. Sed cum neque hi potuiſſent huic negotio incumbere, ſubdelegata eſt cura Joanni Epiſcopo Viterbienſi, & Nicolao Epiſcopo Hortano, qui huic negotio felix dedere principium Dominica IV. Quadrageſimæ anni ſequentis. Adhibitus eſt actorum ſcriba Bartholomæus Ser-fredi de Tineoſinis, Viterbienſis, Imperiali auctoritate Notarius; reſque omnis terminata eſt anno MCCCCLVII. Oratores pro Communitate Viterbienſi ſemel & iterum miſſi ſunt ad Pontificem Chriſtophorus Malvicinus, Comes Palatinus, & Magiſter Lucas Benedictus, Minorita Convent. Diploma etiam Innocentii IV. quod ad preces Viterbienſium paulo poſt Virginis mortem dedit, de mirandis ejus operibus, quorum fama jam crebreſcebat, examinandis, habetur in regeſto ejuſdem Pontificis, num. 240. datum ad Priorem Fratrum Prædicatorum, & Archipresbyterum ſancti Sixti Viterbienſes, non ad Epiſcopum Viterbienſem, ut ex errore, fortaſſis Typographi, habet Bzovius. *Bzov. hoc anno n.6.*

INNOCENTIUS &c.

Priori Fratrum Prædicatorum, & Archipresbytero ſancti Sixti Viterbienſes.

Reg. Vatic. epiſt. 240. XV. *Sicut in ſanctis ſuis mirabilis, & benedictus in ſecula Deus noſter venerandæ memoriæ Roſam virtute ac fortitudine in hujuſmodi vitæ ſolitudine dicitur ſolidaſſe, ut inter mundanos incurſus, & vitiorum illecebras, virginei floris integritate ſervata, per virtutum ardua immaculato calle pertranſiens, ac nitorem in conſcientia perferens, foris aliis, velut roſa, redoluerit per exemplam, ac tandem, ſecundum pietatis fidem, thronum gloriæ conſcendere meruerit, choris Virgineis ſociata, prout clara miraculorum indicia, quæ in terris divina bonitas operari dicitur, proteſtan-* Jubentur ejus examinari miracula.

Digitized by Google

ſtantur: ne lucerna ſub modio lateat, ſed luceat ad veritatis agnitionem infidelibus, & fidelibus ad fidei fulcimentum. His ſane miraculorum ſignis ac prodigiis dilecti filii Electus, Clerus, Conſilium, & populus Viterbien. merito, quin potius meritorie excitati, nobis humiliter, & humaniter ſupplicarunt, ut fidelium teſtimonia ſuper ipſius novellæ Roſæ fragrantia, videlicet vitæ meritis, & miraculorum aſſertionibus, recipi faceremus: ita quod quæ felicitatis potiri creditur præmiis in Eccleſia triumphanti, in militanti quoque honore congruo celebris habeatur: & quæ glorioſa Dei Virgo coram hominibus claruit, pia innoteſcat patrona pro hominibus coram Deo. Nos igitur ipſorum laudabile votum favore benevolo cupientes proſequi, cum in re tam profundi judicii tanta expediat maturitatis cautela procedi, ut iis qui perverſitatis hæreticæ fermento corrupti, loqui audent mala de bonis; & in electis pingere maculam, ut Eccleſiæ ſponſæ Chriſti ſpecies decoloretur in membris, nullus inſultandi fidelibus aditus relinquatur, diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper illius Roſæ vita, & miraculis teſtes fide dignos atque legitimos, quos undecumque produci contigerit, coram vobis legitime recipere, ac de ſingulis circumſtantiis, juxta interrogatorii formam, quam vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus, prudenter examinare curetis, & ipſorum dicta fideliter in ſcriptis redacta, & ſub propriis incluſa ſigillis, in diverſis locis caute ſervanda deponere ſtudeatis, donec prædictis Electo, Clero, Conſilio & populo nobis ſupplicantibus, vel motu noſtro ei viderimus requirenda, ut tunc eis inſpectis ſecundum Deum, prout motum noſtrum res clarius nota formaverit, in negotio procedamus. Non obſtante indulgentia qua tibi, fili Prior, ſpecialiter, vel Ordini tuo generaliter a Sede Apoſtolica &c. Datum Peruſii VII. *Kalendas Decembris anno* X.

XVI. Deinde biduo poſt his, adjunxit Marinum de Ebulo, ſibi a litteris Apoſtolicis conſcribendis, virum nobilem & peritiſſimum, Canonicum Saresbirienſem in Anglia, Eccleſiæ Romanæ Vicecancellarium, & demum Archiepiſcopum Capuanum, qui egregium reliquit Cancellariæ Apoſtolicæ formularium litterarum Apoſtolicarum, pluribus libris per ſuos titulos, diverſaſque materias diſtinctum, quorum exemplar ſeptem Tomis exſcribi fecit, & mihi commodavit Illuſtriſſ. Cardinalis Scipio Cobellutius, multis titulis mihi colendiſſimus. Ad hunc remiſit formam ſervandam in examinandis teſtibus, & proceſſu efformando ad modum aliarum formarum, quas ſupra dedimus. Inſcriptio erat *Nobili viro Marino de Ebolo*, & in formulario hoc vocat eam, *puellam Viterbienſem*.

XVII. Præclara evaſit per Italiam, præcipue in Tuſcia, hujus Virginis memoria. Plures de ea extant Legendæ MSS. & excuſæ, ſed incertis auctoribus. Ultimam ſcripſit Hieronymus Victorius, Canonicus Viterbienſis, ex omnibus & proceſſu vitæ, miraculorumque compactam, adhuc minime impreſſam. Mire omnes diſcrepant circa mortis annum, quem ſupra probabilius nos attigiſſe putamus. Aguntur de ea ſolemnia, & canitur miſſa propria Viterbii IV. Septembris, quo die a primo ſepulcro ſolemniter tranſlata eſt ab Alexandro IV. ad ædem Sanctimonialium. Mortuam ſcribit Victorius ſub incerto die, menſe Aprilis. Monaſterium in quo jacet, ejus nomen aſſumpſit, & Eccleſia ſanctæ Roſæ cognominatur. Agunt de ea Martyrologium Romanum, & Ordinis Prædicatorum; Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, & in Topographia Mar-

Feſtiva Virginis memoria.

Hoc anno n.6.

Qui de ea ſcripſerint.

Digitized by Google

Martyrologii; Marcus Ulyſſiponenſis 2. par. chron. lib. 2. cap. 16. Silvarius Razzi in vitis Sanctorum Etruſcorum; Abrahamus Bzovius, ſed geſta & mortem narrat ſub anno MCCLIV. licet jam ante Innocentium, de proceſſu efformando litteras dediſſe anno MCCLII. præmiſerit. Circa Virginis nomen deceptus eſt Bartholomæus Piſanus, dum Claram vocat, eamque Viterbii jacentem integram adhuc videri, creſcentibus continuo capillis & unguibus referat, quæ de hac ſola Roſa vera eſſe dignoſcuntur; præter quam aliam nullam ſanctioris notæ ibi requieſcere compertum eſt. Volvunt & revolvunt corpus Sanctimoniales, & veſtes ſuperinducunt pretioſiores, idque abſque læſione aut membrorum diſſolutione. Habitum eam induerunt ſanctæ Claræ, & velum impoſuerunt capiti, ob viventis deſiderium de eodem habitu ſuſcipiendo. Scriptores quique, atque omnes tam vetuſtiores, quam recentiores, quas vidi Legendas, Franciſcani faciunt Inſtituti, licet in præcitatis Innocentii litteris nihil hujuſmodi exprimatur. Incendio conſumptum eſt anno MCCCLVII. ejus ſepulcrum, igne devorante omnia, quæ erant in ſacello: imo & veſtes, quibus induebatur, incinerante, & annulos plures, quos habebat in digitis, liqueſaciente, nec tamen vim ullam aut læſionem minimam ſacro intulit corpori Deo ad inſignis theſauri commendationem, obſtupeſcentibus hominibus & Monialibus, ab incendio corpus reſervante. Sui Monaſterii ruinis & neceſſitatibus mirabiliter ſæpius occurrit, & innumera patravit miracula, quæ in ſecundo proceſſu auctoritate Calixti III. facto recenſentur, inter quæ multi enumerantur e mortuis reſuſcitati, cœci illuminati, ſurdi ſanati, contracti conſolidati, vulnerati curati, captivi liberati, mulieres parturientes a periculis erutæ, in mari, in bello, in inſidiis protecti plurimi, invocato ejus nomine; neque ferme ullus eam in neceſſitatibus digne invocavit, qui non fuerit exauditus. Neque proinde admirandum, quod in tanto habeatur honore, & tam illuſtre ejus nomen evaſerit, ut ſummi Pontifices, Imperatores, Reges, atque univerſi orbis Principes ejus ſepulcrum devote viſitaverint.

Integrum corpus

Non læditur a devaſtante igne.

Plurima patravit miracula.

XVIII. Diximus alias plura de beato Simone de Collazzono, atque ſub hoc anno Pontificem ad inſtantiam Poteſtatis & Communitatis Spoletanæ ſuas litteras dediſſe, ut inquireretur veritas tantorum miraculorum, quæ ad ejus ſepulcrum & invocationem fieri dicebantur. Binas dedimus ad annum, quo obiit: ſed in primas has, quæ non aſſervantur in proceſſu, incidimus poſtea in Regeſto Pontificio, quas ad tanti Viri commendationem hic miniſtramus lectori. Quæ hi duo Epiſcopi, & tertius Abbas auctoritate hac pontificia ſibi commiſsa compererunt miracula, dedimus ſub compendio loco ſupra citato.

Ann. 1240. n. 6.

Regeſt. Vatic. n. 331.

INNOCENTIUS &c.

Spoletano & Eugubino Epiſcopis, & Abbati de Ferentillo Spoletan.

Jubentur examinari miracula B. Simonis de Collazzono.

EX parte dilectorum filiorum Poteſtatis & Communis Spoletan. nos noveritis accepiſſe, quod piæ memoriæ Simon Ordinis Fratrum Minorum, qui degens olim in mundo magnis pollebat meritis apud Deum, nunc vivens in cœlo tot apud homines dicitur coruſcare miraculis, ut ejus ſanctitas apertis indiciis comprobetur, & inter alios Sanctos dignum ſit ejus ſuffragia invocare. Quare nobis iidem humiliter ſupplicarunt ut ſuper miraculis, quæ per eum Dominus operatur, teſtimonia recipi faceremus. Verum

quia

Digitized by Google

quia in tam ſancto & pio negotio eſt cum maturitate plurima procedendum, nos de circumſpectione veſtra plurimam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus, quatenus aſcitis vobis viris religioſis & Deum timentibus, ſi adeo ſuper publica fama in partibus illis invaluit, quod vobis & eiſdem Religioſis inquirendum de ipſius vita & miraculis videatur, per teſtes idoneos, quos ſecundum Interrogatoria, quæ ſub bulla noſtra tranſmittimus, examinari præcipimus, de virtute morum, & veritate ſignorum, operibus videlicet & miraculis dicti Simonis diligenter & ſollicite inquirentes, nobis quæ inveneritis ſub ſigillis veſtris fideliter tranſmittatis, ut opportuno tempore in negotio procedamus, prout, ſecundum Deum viderimus faciendum. Alioquin negotio ſuperſedeatis eidem. Quod ſi non omnes &c. Datum Peruſii VIII. *Kalendas Maii an.* IX.

Auctor vitæ ſanctæ Claræ cap.25. Marc. 1.par.l.8. cap.23. Ann.1251. Claram inviſit Protector, & reficit euchariſtia.

XIX. Dum Pontifex moram aliquam traheret Peruſii poſt reditum e Lugduno, audivit Raynaldus Cardinalis Oſtienſis increviſſe ſacræ Virginis Claræ infirmitatem, ſub qua diutine laboraſſe diximus anno ſuperiori, quare Aſiſium properavit, ut inviſeret ſponſam Chriſti, cujus erat officio pater, cura nutritius, affectu puriſſimo ſemper devotus amicus. Miniſtravit languenti ſanctiſſimum Chriſti corpus, & reliquas Sorores pavit ſalutaris exhortatione ſermonis. Commendavit illa Protectori optimo univerſam ſui Inſtituti familiam, rogavitque, ut traditam ſibi regulam a ſancto Franciſco, quæ terrenas quaſque interdicebat poſſeſſiones, antequam ipſa moreretur, faceret per Pontificem & Cardinales confirmari. Pollicitus eſt Cardinalis omnem ſe interpoſiturum operam apud Pontificem; & poſtridie Peruſium reverſus, quod verbo promiſit, opere complevit. Commiſit eidem ipſi totam rem Innocentius, cujus auctoritate, diplomate regulam illam primævam Claræ, & ſectatricibus confirmavit.

RAYNALDUS MISERATIONE DIVINA OSTIEN. ET VELLETRENSIS EPIſcopus, *cariſſimæ ſibi in Chriſto matri, & filiæ, Dominæ Clare Abbatiſſæ ſancti Damiani Aſiſiatis, ejuſque Sororibus tam præſentibus, quam futuris ſalutem & benedictionem paternam.*

Confirmatur regula prima ſanctæ Claræ.

Q*Uia vos, dilectæ in Chriſto filiæ, mundi pompas & delicias contempſiſtis, & ipſius Chriſti, ejuſque ſanctiſſimæ Matris ſequentes veſtigia elegiſtis habitare incluſæ corpore, & paupertate ſumma deſervire, ut mente libera poſſitis Domino famulari. Nos veſtrum ſanctum propoſitum in Domino commendantes, votis veſtris & ſanctis deſideriis libenter volumus affectu paterno favorem benevolum impartiri: Ea propter veſtris piis precibus inclinati, formam vivendi ac modum ſanctæ unitatis ac altiſſimæ paupertatis, quam vobis Beatus Pater Franciſcus verbo & ſcripto tradidit, obſervandam, præſentibus annotatam, auctoritate Domini Papæ, & noſtra vobis & omnibus in veſtro Monaſterio ſuccedentibus in perpetuum confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.* Deinde univerſam inſerit regulam, quam nos dedimus ad annum MCCXXIV. aliquibus additis circa cultum & venerationem ſancti Franciſci, & ſumendam ſanctam Euchariſtiam in ejus feſto, aliiſque his perſimilibus; & poſtea ſubjungit. *Datum Peruſii* XVI. *Kalendas Octobris, Pontificatus vero Domini Innocentii IV. anno* X. Neſcio unde errorem traxerit Marcus Uliſſipponenſis ut Hugolino Cardinali Oſtienſi tribueret, quod ejus nepos Raynaldus in

Marc.citat. cap.19.

hac

hac re fecit; niſi fortaſſis deceptus ſit ex ſuppreſſo, ut ſolet, in diplomate Cardinalis nomine, & ex titulo Epiſcopatus Oſtienſis & Protectoris, quorum utroque gaviſus eſt Hugolinus, hunc intelligendum putarit. Miniſtro etiam Generali, & ceteris Prælatis in die nativitatis Virgineæ, antequam Aſiſio diſcederet, impenſe Virgines commendavit; Montem etiam Alvernæ ſtrictiſſime prohibuit a Fratribus derelinqui, quantumvis ſcrupulos obtenderent multarum oblationum, quæ fiebant a devotis & nobilibus peregrinis.

XX. Serius agebatur hoc tempore de canonizando Beato Staniſlao Epiſcopo quondam Cracovienſi, inique interfecto inter ipſa ſacra per Boleſlaum ſecundum Regem Poloniæ anno MLXXIX. Satagebant rem ad exitum deduci, quam inſtantiſſime Boleſlaus Pudicus (ita cognominatus quod conſenſu mutuo in perpetua vixerit continentia, cum Cunegunde conjuge, Belæ Ungarorum Regis filia) & Prendota Cracovienſis Epiſcopus. Sed cum Pontifex Innocentius dubitaret de ſufficienti adhibito examine miraculorum, & vitæ per Archiepiſcopum Guznen. & Epiſcopum Wratiſlavien. atque Abbatem de Lubez Ordinis Ciſtercienſis, quos cauſæ inſtituit Commiſſarios, denuo eamdem voluit examinari per fratrem Jacobum Velletrenſem Minoritam, cui hoc anno VII. Kalendas Junii actorum exemplar dedit in Poloniam aſportandum, ut ſciret, an omnia veritati cohærerent. Commiſſum ſibi munus ita diligenter peregit, ut anno ſequenti ad VI. Idus Septembris, uti verius habet Cromerus, non XV. Kalendas Octobris ut ſcribit Bzovius, in Eccleſia ſancti Franciſci Aſiſiate, ampliſſimi Collegii ſententia, ſacrum Martyrem in Sanctorum numerum retulerit Pontifex, uno atque altero permotus miraculo. Qua de cauſa extructum in eadem Eccleſia in honorem prædicti Sancti ſacellum, ubi honorifice ejus brachium cuſtoditur. Commiſſionis factæ formam licebit, ſiplacuerit, videre ſub hujus tomi appendice. „ Fratrem

Examinatur proceſſus B. Staniſlai per Jacobum Minoritam. *Cromer. lib. 9. rerum Polo. in princ. Bzov. an. 1253. n. 1.*

„ Leonem ex Minorita Archiepiſcopum (ut alias diximus) Mediola-
„ nenſem hoc anno inquiſiviſſe miracula Beati Petri Veronenſis, pau-
„ lo antea ab hæreticis occiſi, ſcribit Paulus Panſa in vita Innocentii.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. *An. 1239. n. 15.*

XXI. Aliam dedit ex eadem Civitate commiſſionem Innocentius Idibus Martii ad Raymundum de Pennafort Ordinis Prædicatorum, poſtea inter Sanctos relatum, & ad Miniſtrum Fratrum Minorum in Aragonia & Catalonia, ut inquirerent de graviſſimis & enormibus criminibus Pontii Urgellitani Epiſcopi, a ſuis Canonicis clamoſa inſinuatione de his, atque de bonorum Eccleſiaſticorum dilapidatione apud Pontificem accuſati. Refert hanc commiſſionem Bzovius, ſed ſoli Raymundo factam. Sed vir probus ex litteris Pontificiis Minores admittere debuiſſet in partem. Diploma commiſſionis habes ad operis calcem.

Commiſſio contra Epiſcopum Urgelitan.

Bzov. hoc an. n. 6.

„ XXII. Hoc tempore laudabili conatu, ſchiſmaticos, hæreticos, & infi-
„ deles quoſque convertendi, Innocentius Pontifex, ex Ordine Præ-
„ dicatorum & Minorum Pios, & doctos viros ſelegit, qui per Regio-
„ nes a fide Chriſti alienas diſcurrerent, & divini verbi pabulum mini-
„ ſtrarent; & incommunem, præſcriptis quibuſdam legibus, aggregavit
„ ſocietatem. De his ita Jacobus Scrobiſſevius in ſuo opere de Epiſco-
„ pis Halicienſibus. Conſtat Innocentium IV. poſteriori tempore, anno
„ nimirum MCCLII. inſtituiſſe ſocietatem Fratrum peregrinantium pro-
„ pter Chriſtum ex Religioſis beati Dominici & ſancti Franciſci, cujus
„ Inſtitutum erat, excurrere ad terras infidelium, & ſchiſmaticorum,
„ ad prædicandam & propagandam fidem Chriſti. Ea ſocietas, Domino
coope-

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Societas peregrinantium propter Chriſtum.

Scrobiſſer. c. 9.

Digitized by Google

„ cooperante, brevi ita crevit, ut non ſolum per Poloniam, Ruſſiam,
„ Podoliam, Wolhiniam, Lituaniam, Walachiam utramque, verum
„ etiam per varias Orientis, & Septemtrionis infidelium & ſchiſmaticorum nationes, proferens uberes Religionis & fidei Chriſtianæ fructus, dilatata & propugnata fuerit. Teſtatur id Bulla Joannis XXII. quæ incipit: *Gratias agimus* &c. Data Avinione Kalendis Maii Pontificatus Anno II. Chriſti vero MCCC. XVIII. & Bulla Gregorii XI. cujus initium eſt, *Quia in deſideriis noſtris geritur* &c. Data Avinione XI. Non. Martii Pontificatus anno IV. Chriſti vero MCCCLXXIV. Hæc ſocietas habuit in Cœnobiis & congregationibus ſuis Archiepiſcopos & Epiſcopos, magnis per Sedem Apoſtolicam ornatos facultatibus, ut conſtat ex Bulla præallegata Joannis XXII. *Gratias agimus*. Hoc in illa Antiſtitum paucitate, præſertim in terris infidelium, & ſchiſmaticorum faſtitatum fuiſſe, ſentire non eſt inconveniens. Hujus ſocietatis memoria recurrit ſub Bonifacio IX. Anno MCCCXCIX. ubi ejuſdem Pontificis ſcripſimus diploma.

XXIII. Hoc anno auctoritate Pontificia per Bernardum Neapolitanum Electum, Frater Samuël Minorita, vir prudens, & in prædicanda Cruce, aliiſque præſtandis Eccleſiæ obſequiis indefeſſus, electus eſt in Epiſcopum Neucaſtri, ſive Nicoſtri in Regno Neapolitano, inter Brutios Mediterraneos, ſub ſinum Sanctæ Euſemiæ, a mari tribus millibus paſſuum; urbis ſatis ſplendide ædificatæ, cui modo feliciter præeſt D. Baltaſſar Bolognetta, vir pius & doctus, olim Ordinis Servitarum Generalis Præfectus, poſt Magnus Commendatarius & Præceptor Ordinis Sancti Spiritus in Saxia; Gregorio XV. familiaris & carus, mihi multis amicitiæ titulis ſpectabilis. Electionem Samuëlis confirmavit Pontifex Innocentius, dato ad eum hoc diplomate. *Samuël Minorita fit Epiſc. Neocaſtren.*

Fratri Samueli de Ordine Fratrum Minorum Electo Neucaſtren.

Per fide dignos frequenter accepimus, quod tu in Ordine tuo dudum laudabiliter converſatus, in Apoſtolicæ Sedis obſequiis mentem vigilem, & firmam conſtantiam, ſub multorum incurſu diſcriminum habuiſti. Propter hæc ſiquidem merita, nos circa perſonam tuam dirigentes affectum benevolentiæ ſpecialis, dilecto filio Bernardo Electo Neapolitano viva voce dedimus in mandatis, ut te de auctoritate noſtra tunc vacanti Neucaſtren. Eccleſiæ provideret. Cum autem dictus Electus te ipſi Eccleſiæ, juxta mandatum hujuſmodi, præfecerit in Epiſcopum & paſtorem, prout in ejus patentibus litteris inde confectis plenius continetur. Nos quod ab ipſo in hac parte factum eſt, ratum habentes & firmum, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipſarum de verbo ad verbum inferius fecimus annotari, qui talis eſt: Omnibus præſentes litteras inſpecturis: Bernardus miſeratione divina Neapolitanus Electus, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod nos de ſpeciali mandato Sanctiſſimi Patris Domini Innocentii Papæ IV. nobis viva voce facto, fratrem Samuëlem de Ordine Fratrum Minorum præfecimus Neucaſtren. Eccleſiæ, Paſtore vacanti, in Epiſcopum & paſtorem. In cujus rei teſtimonium &c. uſque communiri. *Actum Peruſii* III. *Idus Novembris, Pontificatus D. Innocentii Papæ IV. an.* X. *Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Datum Peruſii* XV. *Kalen. Decembris, anno* X. *Regeſt. Vatic. ep. 231.*

Digitized by Google

XXIV. Multi hujuſmodi Fratres per hoc tempus, propter multiplex Eccleſiæ obſequium, & exploratas eorumdem virtutes, ſub calenti illo primævæ Religionis fervore promovebantur ad varias dignitates, atque aſſumebantur ad inſignes regendas Eccleſias; ſed oriebatur inter pios conſodales ſcandalum, quod electionibus, vel poſtulationibus de ſe factis, conſentiebant, non requiſitis ſuorum Miniſtrorum licentia & teſtimonio. Id ita amplius fieri vetuit Pontifex per litteras ſequentes.

Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

Regeſt. Vatic. ep. 246. Ut non admittant Minoritæ dignitates abſque licentia Prælatorum.

P*Etitio tua nobis exhibita continebat, quod cum aliqui Fratres tui Ordinis in aliquibus Eccleſiis in Epiſcopos eliguntur, vel etiam poſtulantur, iidem Fratres, licet proprium velle non habeant, aut nolle, pro eo quod renunciaverunt mundo, & propriæ voluntati, & per ſe nequeant conſentire; tamen irrequiſitis Miniſtris ſuis, quorum licentia & teſtimonium eſſent in talibus requirenda, interdum electionibus ſive poſtulationibus de ſe factis temere conſentiunt, & locorum Archiepiſcopi Fratres ipſos in Epiſcopos aſſumere & ordinare præſumunt, propter quod in eodem Ordine ſcandalum generatur, ſuper quo provideri per Sedem Apoſtolicam humiliter poſtulaſti. Cum autem prætactum Ordinem, cum ſit rectæ vitæ ſpeculum, & ſalutiferæ converſationis exemplum, velimus ſemper de bono in melius, Deo propitio, proſperari, auctoritate præſentium de ſpeciali gratia, diſtrictius inhibemus, ut nulli præfati Ordinis Fratres, ſi eos in Epiſcopos eligi, aut poſtulari forte contigerit, electioni ſive poſtulationi de ſe factæ audeant conſentire, nec aliquis Archiepiſcopus, ſeu quicumque alius Prælatus, vel etiam Legatus Sedis ipſius, dictos Fratres, niſi de tua, vel ipſorum Fratrum Provincialium Miniſtrorum, qui pro tempore fuerint, licentia & conſenſu, aut Sedis ejuſdem ſpeciali mandato, ad Epiſcopatus vel alias dignitates extra dictum Ordinem aſſumere, vel ordinare præſumat. Nos autem decernimus irritum & inane quidquid contra inhibitionem hujuſmodi, a quibuſcumque contigerit attentari, auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſemper ſalva. Nulli ergo noſtræ inhibitionis & conſtitutionis &c. Datum Peruſii* x. *Kalendas Maii anno* IX.

Conceditur Minoritis ut eorum Eccleſiæ dicantur Conventuales.

XXV. Hoc anno renovavit Pontifex privilegium aliud Fratribus jam ante conceſſum Lugduni Nonis Aprilis, Pontificatus anno VII. quod nobis ſub illo tempore nequaquam occurrerat. Conceſſit, ut Eccleſiæ Fratrum, ubi Conventus ædificabantur, *conventuales* appellarentur, idque non alia de cauſa, quam ut Monaſteria diſtinguerentur ab Eremitoriis, & poſſent Fratres uti privilegiis, & gratiis Eccleſiarum Conventualium, aut Collegiatarum, & aliarum honorabilium Congregationum. Etenim in ipſo corpore juris referuntur moleſtiæ & gravamina, quæ ab Eccleſiarum Prælatis patiebantur (quibus occurrere voluerunt Gregorius IX. & ipſe hic Innocentius, ut ſuperius enarravimus) inter quæ hæc numerantur, nimirum quod Euchariſtiam in Eccleſia ſua ſervare non permittebantur, nec Fratres defunctos ibidem humare, nec campanam habere &c. quaſi illorum Eccleſiæ & loca eſſent privata, neque auctoritate Epiſcopi conſtructa. Eccleſiæ autem Collegiatæ, ſive conventuales oppoſitis, aliiſque multis privilegiis ex jure gaudebant, quæ per hujus nominis adiectionem voluit Pontifex Minorum Eccleſiis affigere. Eamdem autem eſſe quoad hoc Eccleſiam *Collegiatam* ac *conventualem* conſtat ex C. nobis

Cap. Nimis iniqua *de exceſſ. Prælat.*

Ann. 1231. n. 55. Tom. 2.

De ſignificatione nominis *Conventualis*.

Digitized by Google

nobis fuit de jure patron. ubi gloſſa. *Conventualis*, inquit, *Eccleſia dicitur, ex quo duo vel tres in collegio ſunt.* Atque in conſtitutionibus Guillelmi Farinerii in Comitiis Generalibus Aſsiſii anno Domini MCCCLIV. editis, quas *antiquas Ordinis* vocant, fit mentio locorum, ſeu domiciliorum Fratrum Conventualium, & non Conventualium. *In locis, inquiunt*, Conventualibus *infra ſeptem dies*, *in* non Conveutualibus *infra tres ad plus ſuum officium exequantur viſitatores*. Ubi ex diſtinctione apertus eſt ſenſus nominis *Conventualis*, illudque accipi pro Collegio ſimul habitantium ſub communi ſorte vivendi, & in clauſtro. Atque in hac acceptione uſurpatum eſt vocabulum hoc ſemper inter noſtros, ut tamdem frequenti uſu, & admiſſo apud omnes ſenſu idem ſignificarit nomen *Conventualis*, quod *clauſtralis*, quia vivebant ſimul in collegio, Conventu, aut clauſtro. Idque videre eſt in multis Bullis Pontificiis, præſertim Julii II. *Cum multæ & graves*. Datum anno MDVI. die XVI. Junii, in qua tamquam ſinonymis utitur nominibus *conventualium* & *clauſtralium*. Neſcio itaque quos alios ſenſus ex hoc verbo *Conventualis* exſurgere velit Petrus Rodulphus ad congregationem ſuam Patrum Conventualium, aliunde multis titulis illuſtrem, commendandam; ſed neque illum jam ſenſum dum de his Patribus fit mentio, ex vulgi uſu retinuit. Atque in eo magis mihi erraſſe videtur, quod ſub anno MCCXII. ab ipſius exurgentis Religionis primordiis, affixum hoc nomen affirmet ab Innocentio IV. idque ad ſupplicationem Beati Patris noſtri Franciſci, qui annis ſexdecim ante aſſumptionem Innocentii ad Pontificatum ex hac vita deceſſit. Hic etenim ad Pontificatum aſſumptus eſt anno MCCXLIII. VIII. Kalendas Julii: & Franciſcus deſiit eſſe in humanis anno MCCXXVI. Quomodo ergo privilegium hoc potuit Innocentius IV. concedere anno MCCXII. aut id ab eodem petere Franciſcus? Ipſum autem diploma ex veteri noſtro regeſto miniſtramus; loco dumtaxat & die mutato, ab illo quod exſcripſit Rodulphus.

Conſtit. Farin. c. 8.

Rodulph. fol. 149. Corrigitur Petrus Rodulphus.

Generali & Provincialibus Miniſtris, ac aliis Fratribus Ordinis Minorum &c.

Cum tamquam veri & fideles Chriſti Miniſtri elegeritis vobis in domo Domini manſiones, dignum eſſe credimus, ut habitacula veſtra inter alias honorabiles congregationes fidelium ſtatuamus. Hinc eſt igitur quod veſtris ſupplicationibus inclinati, præſentium auctoritate decernimus, ut Eccleſiæ veſtræ omnes ubi Conventus exiſtunt, Conventuales *vocentur: concedentes vobis nihilominus licentiam, ut in ipſis Eccleſiis ad opus Fratrum veſtrorum habere libere cœmiteria valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii* XII. *Kalendas Septembris Pontificatus noſtri anno* X.

XXVI. Scribit ſub hoc anno Matthæus Paris, ſive ejuſdem continuator, Henricum III. Angliæ Regem Minoribus miſiſſe bigas pannis griſeis onuſtas pro Fratrum indumentis. Quos, cum illi reſcirent, Regem a mercatoribus contra fas extorſiſſe, neque quidquam ſolviſſe, remiſerunt xenium, dicentes, non licere Regi ex rapina eleemoſynas mit-

Paris ad ann. 1252. Regis injuſtum donum nolunt admittere Minoritæ.

mittere. *Quod factum*, inquit, *Fratres reddidit commendabiles, & Regem reprehenſibilem*.

Gonzag. in Prov. Franc. Con. 2. Conven. Antiſio. doren.

XXVII. Antiſiodori, communiter Altiſiodori, vulgo Galligo *Auxerre*, Urbis Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senonenſi in Gallia Cœnobium Minoriticum ſub titulo ſanctæ Catarinæ, hoc anno extructum colligitur ex cuprea quadam tabella ad dexterum Eccleſiæ murum appenſa, in qua præter alia hæc leguntur inciſa. *Fratres autem ipſius Inſtituti* (ſcilicet Franciſcani (*hoc quod cernitur terræ conſeptum, beneficio & auctoritate Illuſtriſsimi Principis Matildis Altiſſiodorenſis, atque Nivernenſis Comitiſſæ; primo incoluerunt anno Domini Incarnationis* MCCLII. *menſe Aprilis, die* 1.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Monu. MS.

,, Prius ibi habitaſſe Fratres, vivente adhuc ſancto Franciſco, tradunt
,, monumenta ex ipſa domo ad me tranſmiſſa, in quibus refertur. Fratrem
,, Pacificum, & fratrem Ludovicum a ſancto Patriarcha in Gallias miſ-
,, ſos, luſtrata prius Civitate Vezeliacenſi Anno Domini MCCXXV. ob-
,, tinuiſſe hic domunculam extra urbem ſecus viam ſancti Priſci, ubi
,, mora per tres annos contracta, Epiſcopus pietate permotus, anno
,, MCCXXVIII. illos ex eo loco tranſtulit, & in Parochia ſancti Euſebii
,, locum aſſignavit juxta ſacellum ſancti Michaelis, ubi aucta ſocietate
,, per vigintiduos annos manſerunt; donec munificentia prædictæ Prin-
,, cipis Mathildis, poſtea ſepultæ in Eccleſia Sanctimonialium Dominæ
,, noſtræ de conſolatione, quem nunc inhabitant, locum acceperunt.
,, Anno MCCXCIV. magnam terræ portionem, in qua nunc conſiti ſunt
,, horti, adjunxit Dominus Guillelmus Cathalaunenſis & Tonodorenſis
,, Comes. Ambitus protenditur a turre de Orbandelles dicta, ad eum
,, uſque locum, quem Dom. de Maiſonforte occupat; extincto An-
,, no MCCCXCVIII. omni cenſu, Regis Caroli VI. munificentia. Eccleſiam
,, conſecravit Gilo, ſeu Ægidius cognomento Cornutus, Archiepiſco-
,, pus Senonenſis. In ea primum omnium totius orbis ſacellum dedica-
,, tum eſt nomini Jeſu, ita curante fratre Bonaventura du Biez Doctore
,, Theologo, ejuſdem Conventus Alumno; qui ampliſſimas etiam pro
,, feſti celebratione impetravit indulgentias a Clemente VII. crevitque
,, adeo in univerſo populo hujus ſanctiſſimi nominis devotio & cultus,
,, ut Franciſcus de Inteville hujus nominis ſecundus Epiſcopus Alti-
,, ſiodorenſis illud celebrari per totam ſuam diœceſim ſanxerit. Jacet in
,, hoc ſacello frater Jacobus de Montarcher ex Minorita Doctore Theo-
,, logo, & Miniſtro Provinciæ Franciæ, Epiſcopus Philadelphiæ, & Suf-
,, fraganeus prædicti Franciſci Epiſcopi. Trucidatus eſt impiis hæretico-
,, rum manibus frater Stephanus Maugis hujus Cœnobii alumnus, qui
,, dum Verziacum concionandi gratia proficiſceretur, captus ab hære-
,, ticis de Colingiis ſuper Yonam, præmiſſa fidei confeſſione, necatur,
,, & in flumen projicitur anno Domini MDLXVIII. quo item anno ab
,, iiſdem Satanæ miniſtris occiduntur frater Gregorius Bourniſſet, &
,, Matthæus Matthæi novellus Sacerdos ejuſdem domus alumni. Florue-
,, runt ibidem multi viri docti virtutibus inſignes: adhuc perſeverat
,, memoria Joannis Forme, qui anno MCDLXXV. Petri Flory, qui MDII.
,, Nicolai Leſſore, qui MDVII. vixerunt. Fœdus pepigerunt & arctiſſi-
,, mam inierunt amicitiam Patres hujus Conventus cum Religioſis no-
,, biliſsimi Monaſterii ſancti Germani Altiſſiodorenſis, adſtipulantibus
,, utrimque publicum inſtrumentum fratre Claudio Trahy Doctore
,, Theologo, Provinciæ Franciæ Miniſtro, & Domino Petro de Paiſſe-
,, liere magno Priore dicti Monaſterii. Miro infortunio, nocte intem-

pesta,

Digitized by Google

„ peſta, dum Fratres pſallerent matutinum „ tota domus magno poſt exarſit incendio anno MCDXXV. Junii die VIII. Deinde alteram paſſa eſt ruinam ſub hæreticorum excurſione in plurimas Galliæ Civitates anno MDLXVII. die XXVII. Septembris. Reparata autem Fratrum ſollicitudine, & piorum civium ſubſidiis, commode inſeruit viginti & ultra Fratrum incolatui.

XXVIII. Ante hunc annum Lugduni Seguſianorum in Gallia ad Rhodanum, Gallice *Lyon*, Urbis celeberrimæ, cujus Antiſtes hodie primatum Cleri Gallicani obtinet, habuiſſe Minores domicilium, probant epitaphia & monumenta antiqua, præſertim nobiliſſimæ cujuſdam matronæ in habitu Franciſcano anno Domini MCCLII. tumulatæ memoria lapidi inciſa. Extructum ferunt impenſis nobiliſſimorum heroum de Grollicis; quo vero id certo anno, neſcitur. Illuſtrem & ſatis undique notam reddidit domum hanc Bonaventuræ ſepulcrum, magna veneratione ab incolis & advenis celebratum. Sed dum Calviniſticus furor per Galliam graſſaretur, ſacrum Doctoris Corpus, quod argentea capſa, affabre elaborata, recondebatur, in Rhodanum a nefariis prædonibus projectum eſt. Caput tamen divino favore, atque laudabili quorumdam Fratrum diligentia, ſanguinarias eorum manus evaſit, & hoc in ipſo loco in præſentiarum uſque ſummo honore a fidelibus colitur: Nec tamen per hujuſmodi nebulonum diligentiam ſtetit, quin in eorum poteſtatem veniret. Nam V. P. atque de Catholica fide optime meritum fratrem Joannem Gajettum loci Guardianum (cujus agonem alias latius deſcribemus) diris cruciatibus divexarunt, ut tantum pignus ſimul cum corpore perdendum detegeret. Sed fruſtra, eligente præfato Patre potius mori, quam margaritas ante porcos in inferno torrendos, apponere. *Idem in Prov. S. Bonaven. Con. 1.* Con. Lugdunen.

XXIX. Segoviæ, Ptolomæo Secubia, Arevacorum, Urbis Epiſcopalis, Archiepiſcopo Toletano ſuffraganeæ, in Tarraconenſi Hiſpania, ad ultimos Caſtellæ veteris fines, inſigni aquæductu, & lanificio celebris, Minores ſedem poſuiſſe ante hunc annum colligit Gonzaga, ex reſipiſcentia Alphonſi Caſtellæ & Legionis Regis, cognomento *Sapientis*, qui temere quidquam in divinum Numen effudit; idque conſilio cujuſdam Religioſi Minoritæ, illius urbis accolæ, retractavit. Hominem primo monentem, iratique Numinis vindictam minitantem contempſit licentioſus Rex, donec præludium & ſpecimen ſumendæ de ſe pœnæ adeſſe putavit in maxima fulgurum, tonitruum, & imbrium tempeſtate ſub nocte intempeſta horribiliter immiſſa, dejectoque fulmine velum adſtantis Reginæ exurente. Quare conſternatus animo, pio ad ſe confeſtim vocato viro, ſuæ conſcientiæ maculas detexit, prolatamque a ſe blaſphemiam coram frequentiſſimo cœtu, maxima cum humilitate retractavit, damnavitque: quo facto Deum iratum ita ſibi conciliavit, ut tamen tantis ſuarum litterarum præſidiis, quæ privato potuiſſent homini ſummam potentiam conciliare, neque oblatum ab exteris Imperium, neque paternum Regnum potuerit tueri, ſed, quod ultimum eſt in calamitate, fuerit de ſuo gradu motus per filium. Quod crimen hoc commiſerit & eluerit ſub ipſis Regni auſpiciis, innuit citatus auctor, dum aſſerit, hæc facta ſub hoc anno, qui fuit primus Alphonſiani Regni. Apud alios hujus blaſphemiæ mentionem non invenio, nec qualis hæc fuerit Numinis offenſa, refert Gonzaga; vere homini ſublime fuiſſe ingenium, ſed incautum, ſuperbas aures, atque linguam petulantem, ait Joan. Mariana. Hoc ſolum nobis ſupereſt conjecturæ vetuſtatis hujus Monaſterii, in quo vixerunt

Idem in Prov. Concept. Con. 3. Conven. Segovien. *Hiſt. MS. illius Prov.*

Joan. Maria. lib. 3. de Reb. Hiſp. c. 20.

xerunt Fratres uſque ad annum MCCCCXCVIII. quo ſe intra Civitatis ambitum receperunt, ad aliud domicilium ampliſſimum & elegans, aquarum fontibus, hortis & viridariis gratiſſimum, ex communi Civitatis ærario extructum, relicto priori Clariſſis Sanctimonialibus. Plures Viri graves & docti ex hoc loco prodierunt, & nuper diem clauſerunt duo in populo ſpectatiſſimi Antonius de Tamayo, & Joannes de Soto, ille Provinciam rexit, & per triginta annos in illa Civitate prædicavit; hic humilitati & ſanctæ ſimplicitati ſtuduit induſtrie; ille obiit anno MDLXXXVII. hic vero anno MDCX. miro populi cultu habitus pro Sancto.

Gonzag. in Prov. Thuron. Conv. 5.

Conv. Caſtridunen.

XXX. In Cuſtodia Aurelianenſi & Diœceſi Carnotenſi in elegantiſſimo oppido Caſtridunenſi, in ſuburbio ſancti Valeriani ad latus Aquilonis, ſuper Lidum fluvium, extructum alium Minoritanum Conventum ante hunc annum probant quædam ſepulcra familiæ de ſancto Avito, cui probabilirer hujus ædis debetur origo. Etenim Goticis litteris habetur in primo ſepulcro marmoreo memoria Margaretæ de ſancto Avito defunctæ anno MCCLII. In ſecundo Gaufridi de ſancto Avito ſub an. MCCLXII. In tertio Goſſelini de ſancto Avito. Monaſterium magna ex parte montibus cingitur, quo fit ut cadente copioſo imbre, aliquando obruatur, tunc præſertim ſi ſubſiſtens gurges pluviam omnem non excipiat, & ſubterraneis meatibus in ſubjectum Lidum fluvium non tranſmittat. Hac ratione anno MDLXXX. & ſequenti dum in magna aquarum illuvie univerſas glutire non valeret gurges, in Conventus planitiem omnes effudit, totumque illius ambitum obtexit, quo factum eſt, ut ſcripturæ omnes perirent, & ſacra ſupellex pene univerſa computruerit. Locum hunc hæretici expilaverunt anno Domini MDLXVIII. Eccleſiamque incenderunt. Similiter fecerunt Conventui Romanenſi, quem hoc anno ædificaſſe duos germanos fratres Guillelmum & Aymarum de Pictavia, Dominos de ſancto Valerio, ſcribit Claudius Roberti in ſua Gallia Chriſtiana in catalogo Archiepiſcoporum Viennenſium; conſentitque Gonzaga, ſed errat in nomine Aymari, Edwardum appellans. Eccleſiam condidit Joannes de Burnino Archiepiſcopus Viennenſis, in qua ſepultum fuiſſe anno MCCLXVI. quo obiit, alias dicemus opportunius.

Conv. Romanen. ab hæreticis dirutus.

Idem in Prov. S. Bonav. Con. 39. Anno 1290.

XXXI. Ad Cuſtodiam Cutronis Provinciæ Calabriæ Patrum Conventualium pertinet locus Catanzarii oppidi inter Brutiorum Mediterranea non longe ab Ali fluvio octo P. M. a Taberna, lapidicina varii & multi coloris noviter inſigni. Constructus fuit ſub titulo ſanctæ Trinitatis hoc ipſo anno, ſtipulantibus leges quaſdam Paulo Provinciale, & Fortunato Epiſcopo, eamque præ ceteris, ut ſi Fratres quandoque dimiſiſſent locum, rediret ad Eccleſiam matricem. Rogatus in fidem Ser Philippus de Tibaldo de Catanzario.

Rodul. fol. 270.

Conv. Catanzarii.

XXXII. Hoc anno conceſſit Pontifex amplum privilegium Monaſterio ſancti Franciſci de Strata ſancti Stephani Bononienſis Sanctimonialium Damianitarum, cujus privilegii mentionem facit Cherubinus Ghirardaccius in ſua hiſtoria Bononienſi, ſed ex errore ſub anno MCCLI. In hujus privilegii diplomate, neque antea, illius Monaſterii deteximus originem. Sub anno MCCXXX. conſtruxerunt ſibi Virgines domicilium in Strata ſancti Stephani prope Eccleſiam ſancti Juliani; quod cum univerſis poſſeſſionibus circumpoſitis uſque ad viginti tornaturas terræ, Henricus Epiſcopus Bononien. ad preces Gregorii IX. Summi Pontificis, & Raynaldi Cardinalis Oſtienſis Electi, & Apoſtolicæ Sedis Legatorum, Jacobi

Ghirard. in hiſt. Bonon. lib. 6.

Monaſt. Stratæ Bononien.

Præ-

Præneſtini Electi, & Domini Ottonis ſancti Nicolai in carcere Tulliano Cardinalium (de quibus nos egimus) ab omni jure Epiſcopali exemit anno MCCXXXII. die IV. Februarii, datis litteris apud Regium, quas approbarunt Canonici, & Capitulum Bononienſe eodem anno die II. Martii. Habentur omnia inſerta dicto privilegio, quod incipit *Religioſam vitam*, dato Peruſii per manum Guillelmi Magiſtri ſcholarum Parmen. S. R. E. Vicecancellarii VI. Kalendas Martii, anno MCCLII.

Tom. 2. Anno 1232. n. 1.

Varia privilegia

XXXIII. Nonnulla etiam alia dedit privilegia. Conceſſit, ne Fratres coram Ordinariis ratione delicti vel contractus conveniri poſſint. Incipit diploma *Cum olim duxerimus*. Dat. XV. Kal. Octob. Scripſit Epiſcopis Valentino & Calagoritano, ne permitterent moleſtari Fratres in Regno Caſtellæ. *Inundans malitia*. Dat. XVI. Kal. Octobr. Indulget Prælatis auctoritatem, ut poſſint abſolvere a cenſuris ad Religionem accedentes. *Cæleſtis amor patriæ*. Dat. V. Kal. Decembr. Confirmavit venditionem quarumdam poſſeſſionum factam a Sanctimonialibus Damianitis Caſtri Offidæ Diœc. Firmanæ, ad uſus Fratrum Minorum ejuſdem Caſtri. Incipit Diploma. *Solet annuere*. Dat. Idibus Febr. Idque ipſum privilegium ſub eiſdem verbis iterum dedit III. Idus Aprilis, inſtituitque ſuper hoc Judicem conſervatorem Epiſcopum Anconitanum. Conceſſionem etiam quarumdam petiarum terræ a L. Præpoſito Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Spoletanæ ad Monaſterium Farſen. Ordinis Benedictini ſpectantis, conſentientibus Abbate & Monachis, factam Minoribus Spoletanis, firmam eſſe voluit, dato etiam ſuper hoc Judice conſervatore. Incipiunt litteræ *Juſtis petentium*. Datæ V. Idus Februar. Commendat univerſis fidelibus Minores Aracœlitanos in Urbe, rogatque, ut manus porrigant adjutrices in opus fabricæ Eccleſiæ, & aliorum ædificiorum illius domus, quam longe commodiorem illi reddiderunt, quam a Benedictinis acceperunt. Initium litterarum; *Quoniam, ut ait Apoſtolus*. Dat. XIII. Kal. Aprilis. Confirmat eiſdem conceſſionem ejuſdem domus, inſeritque conceſſionis litteras, & declarationem appendiciorum ab Anacleto II. factam, de quibus nos egimus anno ſuperiori. *Iis quæ auctoritate noſtra*. III. Non. Julii. Eorum fabricam commendat Chriſtianorum caritati. *Quoniam, ut ait Apoſtolus*. Dat. XIII. Kalend. Aprilis. Similiter Fratres Tyburtinos a vetuſta æde ſancti Joannis Baptiſtæ de Votano (quæ ipſa eadem eſt, quam ex conjectura & rerum indiciis indicavimus ſuperius, ut nobis poſtea conſtitit ex MS. Chronico Monaſterii ſancti Michaelis Arcangeli ejuſdem Urbis) translatos ad commodiorem locum intra Civitatem, eorumque fabricam commendat fidelium caritati. *Quoniam, ut ait Apoſtolus*. Dat. XV. Kal. Febr. Eodem die ad Abbatem Sublacen. Benedictinum ſcribit, ut reſtitui faciat eiſdem hortum occupatum per T. Epiſcopum Tyburtinum. *Ad noſtram audientiam*. Ratam habuit donationem Capellæ ſancti Leonis Urbis Firmanæ factam Minoribus ab Epiſcopo, accedente conſenſu Abbatis Monaſterii ſancti Savini, ad quem inſtitutio dictæ Capellæ pertinebat, quadam adhibita conditione, ut aliam ad opus Parochianorum intra fines Parochiæ dictæ Capellæ Fratres conſtruerent, dato judice ſuper hoc Epiſcopo Camerin. *Exhibita nobis*. Dat. VIII. Kalen. Maii. Amplum dat privilegium Abbatiſſæ & Conventui Sanctimonialium beatæ Mariæ de Caſis Spoletanæ diœc. enumeratque illarum poſſeſſiones multas & amplas, inſeritque diploma Bartholomæi Epiſcopi Spoletani ſub an. MCCL. eas eximentis a juriſdictione Epiſcopali. *Religioſam vitam*. Dat. VI. Kal. Julii.

Anno 1251. n. 42.

An. 1241. n. 29.

SUP-

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

,, I. OBitum hic religioſiſſimum Reginæ Francorum ſancti Ludovici
,, digniſſimæ parentis, qui regium cor filii adhuc in tranſmari-
,, nis agentis maxime vulneravit, referre non expedit: cum in Annali-
,, bus, ſimul cum ejuſdem admirabilibus geſtis, & venerabilibus ſemper
,, virtutibus, diligenter habeatur: quamobrem remiſſo lectore his deſu-
,, per ad Waddingum, ſummi Pontificis gratias commemorabo, quas
,, Ordini fecit. Conſtituerat exemptos, quantacumque libertate
,, gauderent, nihilominus ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de
,, qua contra ageretur, coram loci Ordinario rite vocari poſſe, ſuper his
,, eidem Ordinario auctoritate conceſſa: quod quidem privilegiis Ordi-
,, ni jam conceſſis videbatur obſtare: porrectis ergo ſupplicibus libellis
,, ſuper hanc cauſam, placuit Sanctitati ſuæ decernere, ut infra.

Blanchæ Reginæ obitus.

Wadd. ad hunc annum n. 1. & deinceps.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac aliis Fratribus Ordinis Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Specul. Min. fol. 4.

,, *CUm olim duxerimus ſtatuendum, ut exempti quantacumque gau-*
,, *deant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſeu contractus,*
,, *aut rei, de qua contra ipſos agitur, rite poſſint coram locorum Ordinariis*
,, *conveniri, & illi quoad hoc ſuam juriſdictionem in ipſos, prout jus exi-*
,, *git, exercere; Vos dubitantes, ne per conſtitutionem hujuſmodi, liberta-*
,, *tibus, aut immunitatibus vobis, & Ordini veſtro per privilegia &*
,, *indulgentias, ab Apoſtolica Sede conceſſas, præjudicare valeat; Nobis*
,, *humiliter ſupplicaſtis, ut providere ſuper hoc indemnitati veſtræ paternæ*
,, *ſollicitudine curaremus. Quia vero ejuſdem Ordinis ſacra Religio, ſic*
,, *apud nos dignos favore conſtituit, ut nobis votivum ſit vos ab omnibus, per*
,, *quæ vobis poſſent provenire diſpendia, immunes libenti animo præſerva-*
,, *re: auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut occaſione conſtitutionis*
,, *hujuſmodi nullum eiſdem libertatibus, aut immunitatibus inpoſterum*
,, *præjudicium generetur. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Dat. Pe-*
,, *ruſii* xv. *Kal. Octobris Pontific. noſtri anno* x.

,, II. Ob eamdem vel conſimilem propterea cauſam, & ad ſemoven-
,, das a Fratribus moleſtias, quas ipſis nonnullorum Hiſpanorum malitia
,, inferebat, Calaguritano, & Valentinenſi Epiſcopis epiſtolas direxit,
,, tenoris qui ſequitur.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Venerabilibus Fratribus Valentinen. & Calaguritanen. Epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Bulla alia ad idem.

,, *INundans malitia perverſorum, perſonis ſanctæ Religioni deditis, adeo*
,, *frequenter exhibet ſe infeſtam, quod ipſi divino cultui, ut debent,*
,, *vacare non poſſint, dum illorum malitiis agitantur. Cum ergo, ſicut dile-*
,, *cti filii Miniſter Fratrum Minorum Caſtellæ, & Fratres ſibi ſubjecti*

nobis

Digitized by Google

,, *nobis ſignificari curarunt, nonnulli, qui nomen Domini in vacuum reci-*
,, *pere non formidant, ipſos graviter moleſtare præſumunt; Nos & præ-*
,, *ſumptorum hujuſmodi refragari conatibus, & dictorum Miniſtri, &*
,, *Fratrum gravaminibus volentes congruis remediis ſubvenire; Fraterni-*
,, *tati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſos in perſonis,*
,, *vel rebus non permittatis contra tenorem privilegiorum, & indulgentia-*
,, *rum Sedis Apoſtolicæ, ab aliquibus indebite moleſtari: Moleſtatores hu-*
,, *juſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam (appellatione poſtpoſita) compeſcendo:*
,, *non obſtante conſtitutione de duabus dictis edita in Concilio generali.*
,, *Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea*
,, *nihilominus exequatur. Dat. Peruſii* VI. *Kal. Octobris Pontificatus noſtri*
,, *anno* X.

,, III. Dedit præterea diverſa diplomata, ut Regi Norvegiæ pro
,, ſubſidio Terræ ſanctæ *Dignum &c.* II. Idus Decembris: Pro ſancto *Ex Oder. fol. 685.*
,, Rege Ludovico. *Athleta Chriſti &c.* X. Kal. Martii: in quo etiam de
,, Fratribus Prædicatoribus legitur: ac tamdem pro Monialibus ſanctæ
,, Claræ Montis Lucis Peruſii *Licet his &c.* Nonis Aprilis.
,, IV. Barbezilii oppidi ſupra fluvium *Nay* apud Xantonas, Con- Barbezilium oppid.
,, ventus antiquitatem Waddingo ignotam, interea noviſſima monumen-
,, ta illius Provinciæ Turoniæ, ſcilicet majoris, ad hunc annum redu- *Wadd. ad ann. 1396. num. 9.*
,, cunt: & Fundatoris nomen, quod ſilentio prætereundum non eſt, *Mon. MSS. Prov.*
,, expreſſe docent: ajunt enim, a nobiliſſimo viro *Hyſterio* Arnaldo Bar- *Turon. majo. de*
,, bezilii Domino anno MCCLII. fundatum fuiſſe præfatum Cœnobium: *ann. 1680.*
,, id vero nuper cognitum fuiſſe per integerrimum virum Mathurinum Hyſterius fundat Conventum.
,, *Deſmans Seneſcallum*, & potentiſſimi Caroli de Rupe Falcata, regio-
,, rum mandatorum deductoris adminiſtrum, qui hujuſmodi rei declara-
,, tionem in ſcriptis per Syndicum Apoſtolicum illiuſdem noſtri Con-
,, ventus, nomine *Arlot*, præfato Domino de Rupe Falcata anno
,, MDCLVI. præſentavit. Fundatorem nominat Waddingus Guidonem *Vide inf. ad an.*
,, Rupefucaldum Comitem: ſed nihilominus Hyſterius Arnaldus loci *1278.*
,, Dominus eſt, qui ob ſuam pietatem in Deum, ac devotionem erga
,, ſeraphicum P. S. Franciſcum, extra muros, & ſecus viam regiam,
,, qua itur Burdigulam, Conventum extruxit.
,, V. Bleſæ, Gallis *Blois*, Civitas Celticæ, apud citeriorem Ligeris
,, fluvii ripam colle, & rupe aſſurgens, elegantiſſima Gallicarum ur- Bleſarum Civitas deſcribitur.
,, bium, non tam ædium pulchritudine, quam morum ſuavitate civium,
,, ob ſalubritatem aeris, a Regibus libenter culta, & ob ſoli ubertatem *Monum. MSS.*
,, ac locorum amænitatem, maxime frequentata: media eſt inter Aure- *ſup. citat.*
,, lianos, ac Turones, ab eis XVI. M. P. Gallicis diſſita, a Lutetia Pari-
,, ſiorum quatriduo diſtat: in ea ſæpe Comitia Regni habentur: Diœceſis
,, autem eſt Carnutenſis: Minoritas uſque in preſentem diem alit &
,, veneratur; quando autem illos exceperit, eiſque domum incolendam
,, ſtatuerit, omnino latet: verumtamen ex pluribus conjecturis diſcuſſa Conventus Minorum ibi.
,, re, præfatæ Provinciæ Turoniæ majoris monumenta noviſſima, circa
,, hunc annum Conventum pro Minoritis, ex publica, & privata devo- *Vide inf. ad an.*
,, tione, ſumma caritate extruxiſſe volunt: quod nihilominus clarius *1262. num. 1.*
,, aperietur.

ARGUMENTUM.

Languentem Claram viſitat Pontifex, illa teſtamento condito, commendato filiabus ſummæ paupertatis ſtudio, obtenta ſtrictæ Regulæ confirmatione Pontificia, aſtantibus viris piis, læta diſcedit ex ſeculo. Celebre parat funus Pontifex cum Cardinalibus, & ſolemnes celebrant exequias. Pluribus ſtatim cœpit clarere miraculis, nec non Agnes ſoror paulo poſt decedens. Bonaventura publicum agit Pariſiis profeſſorem, cujus doctrina commendatur. Moritur Elias pœnitens, ſed extra Sodalitium; in eodem vero Adolphus Comes. Expenduntur miracula ſanctæ Claræ. Joannes Diſt Sambienſis, deinde Lubicenſis Epiſcopus, partes agit Cæſaris, hortante Pontifice. Enarrantur plures dæmonum inſidiæ. Conceduntur Monaſteria, & privilegia.

Marian. lib. 2. cap. 21. Marc. 1. p. lib. 8. cap. 24. Auctor vitæ S. Claræ c. 25. Ann. 1251. n. 30.

Inviſit Pontifex S. Claram.

I. INnocentius Pontifex non minorem, quam par erat, concipiens opinionem de beata Virgine Clara, precibus Cardinalis Oſtienſis Protectoris excitatus, Peruſio venit Aſſiſium ad mortem languentem viſitaturus, ut ſuperius prætacta viſio ſuum ſortiretur effectum. Præmonſtratum etenim longo jam tabeſcentem languore, non morituram, quouſque Dominus cum ſuis diſcipulis adveniret,; at Summus Pontifex ultra hominem, citraque Deum exiſtens, perſonam Domini repræſentat, cui in Templo militantis Eccleſiæ, familiarius adhærent, velut diſcipuli, Domini Cardinales. Propoſitum fuit Sanctiſſimo Patri ſummum Claræ deſiderium de ſtabilienda in religioſioribus Monaſteriis Regula ſtrictiori a ſancto Franciſco præſcripta, & tollendis aliis laxioribus a Gregorio & Innocentio ipſo ſuperadditis; quare conceſſit eidem, ut nullo modo Generalis Miniſter, vel alius quiſpiam cogere poſſet Sanctimoniales ad obſervantiam alterius a prima illa Franciſci inſtitutione, commiſitque Domino Protectori Raynaldo, ut ipſam inviolabiliter obſervari faceret iis in locis, in quibus antea obſervabatur. Incipiunt conceſſionis litteræ *Recto aſſumpto tramite*, datæ xv. Aprilis. Deinde paucis diebus ante obitum ipſius beatæ Virginis, regulam ipſam ſuo diplomate confirmavit, uti mox dicemus.

Indulget obſervari ſtrictiorem ejuſdẽ regulam.

Cupit Virgo eſſe cum Chriſto.

II. Placuit jam tamdem divinæ providentiæ ſuum de Clara implere propoſitum, & pauperem peregrinam ad ſuperni Regni ſublimare palatium. Concupivit & illa toto deſiderio liberari de corpore mortis hujus: & in æthereis manſionibus Chriſtum videre regnantem, quem fuerat toto corde in terris pauperem paupercula proſequuta. Artubus itaque ſacris veteri morbo detritis, nova cumulatur debilitas; quæ & proximam vocationem ad Dominum indicat, & ſanitatis perpetuæ viam parat. Feſtinat itaque Sanctiſſimus Pontifex, una cum Cardinalibus viſitare Chriſti Ancillam, & cujus ultra fœminas illius temporis probaverat vitam, mortem non dubitavit Pontificali præſentia venerandam. Datus ei aditus per commodiorem ambitum, qui per oſtiolum patebat, aperto muro illa ex parte, qua ad cellulam beatæ Virginis facilior & compendioſior erat acceſſus. Ingreſſus itaque cum quatuor Cardinalibus, & totidem ex Minoribus Franciſci diſcipulis, pietate notiſſimis, perrexit ad lectulum; & infirmantis ori manum applicat oſculandam.

Reverentia Claræ erga Pontificem.

Quam illa gratiſſime ſuſcipit, & pedem Apoſtolicum ſumma cum reverentia oſculandum expoſcit. Aſcenſo ligneo ſcabello curialis Dominus, di-

dignanter pedem accommodat: ſuper quem illa ſurſum & deorſum inculcans oſcula, vultum reverenter acclinat. Petit exinde a ſummo Pontifice, vultu Angelico, remiſſionem omnium peccatorum. Qui cum diceret: *Utinam ego tanta venia indigerem*; perfectæ abſolutionis munus & Apoſtolicæ benedictionis gratiam impartitur. Traxit ſanctas moras cum Virgine a primo mane uſque ad tertiam, dulciter confabulatus de rebus divinis: dumque jam tempus eſſet, ut languidula ad medici præſcriptum comederet, ſupplex rogavit Chriſti Vicarium, ut appoſita benediceret. Cui Pontifex: *Ego nunc tibi committo ut ipſa benedicas*, & demum humiliter reluctanti, & diſcrete ſe excuſanti, ut ita faceret præcepit. Non licuit amplius tanto refragari præcepto, quare Crucis ſigno, conſecravit edulia, quod mox apparuit in pane coram poſito, atque aliis pluribus ſtudioſe illic adductis ab architriclina, ut a Pontifice benedicerentur. Etenim in omnibus continuo apparuit Crucis ſignum, & panis Dei famulæ appoſitus in Crucis formam mirabiliter ſciſſus, quatuor abiit in partes. Prodigioſus hic eventus amplius confirmavit ſanctiſſimo Patri, ceteriſque aſtantibus ſanctitatis Virgineæ dignitatem. Recedentibus autem omnibus, quia die illa de manu Provincialis Miniſtri, uti ſuperius diximus, ſacram receperat hoſtiam: ſublevatis in cœlum oculis, & junctis ſimul ad Deum manibus, cum lacrymis ait Sororibus ſuis: *Laudate Dominum filiolæ meæ: quia tale beneficium hodie Chriſtus mihi eſt dignatus tribuere, quod cœlum & terra non ſufficeret compenſare. Ipſum hodie recepi Altiſſimum, & ejus Vicarium videre commerui.*

Specul. vitæ ſancti Franciſci par. 2. cap. 30.

Crucis ſignum mirabiliter infigit eduliis.

Ann. 1251. n. 19.

III. Circumſtant matris lectum filiæ quam citius orphanandæ: quarum animas acerbi doloris gladius pertranſibat. Non ſomnus eas revocat, non fames ipſas divellit; ſed lectulorum oblitas & menſæ, nocte ac die ſolum plangere delectabat. Inter quas Agnes Virgo devota, lacrymarum inebriata ſalſugine, ſororem efflagitat, ne ſe relicta, diſcedat. Cui Clara reſpondit: *Placet Deo, ſoror cariſſima, quod diſcedam: ſed tu flere deſiſte; quoniam poſt me ad Dominum feſtine pervenies; & magnam*, inquit, *conſolationem tibi faciet Dominus, priuſquam moriaris.*

Prædicit Agneti ſorori mortem.

IV. Videtur tandem in extremis, plurimis laborare diebus, quibus fides gentium, & devotio populorum excreſcit: Cardinalium quoque & Prælatorum viſitatione frequenti, ut vere ſancta quotidie honoratur. Quod vero auditu eſt mirabile, cum decem & ſeptem diebus nullum cibum ſumere poſſet, tanta eſt a Domino fortitudine vigorata, ut omnes ad ſe venientes in Chriſti ſervitio confortaret. Nam cum vir benignus frater Raynaldus, in tantarum infirmitatum longo martyrio, ad patientiam hortaretur: liberrima ei voce reſpondit: *Poſtquam Domini mei Jeſu Chriſti gratiam per illum ſervum ſuum Franciſcum agnovi, nulla pœna moleſta, nulla pœnitentia gravis, nulla mihi, Frater cariſſime, infirmitas dura fuit.* Eumdem autem imitata Magiſtrum, ultimas ſuæ voluntatis tabulas reliquit, & paupertatis hæreditatem eodem modo, quo Franciſcus ſuis legaverat, univerſis ſectatricibus piis & candidis his verbis ex Memoriali antiquo MS. excerptis, devote reliquit.

A cibo abſtinet 17. diebus.

Mira in afflictionibus æquanimitas.

Cōdit teſtamentum.

In Nomine Domini. Amen.

V. *Inter alia beneficia, quæ a largitore noſtro Patre miſericordiarum recepimus, & quotidie recipimus: exinde ipſi glorioſo gratiarum actiones referre magis debemus. Magna eſt vocatio noſtra, quæ quanto perfectior & major eſt, tanto magis illi plurimum debemus. Unde Apoſtolus* agno-

Marian. cit. cap. 21.
Marc. citat.

1. Cor. 1. 26.

agnoſce vocationem tuam. *Factus eſt nobis filius Dei via, quam verbo, & exemplo oſtendit, & docuit nos beatus Pater noſter Franciſcus, verus amator, & imitator ipſius. Igitur conſiderare debemus, Sorores dilectæ, immenſa beneficia Dei nobis collata, ſed inter cetera, quæ per ſervum ſuum dilectum Patrem noſtrum beatum Franciſcum in nobis dignatus eſt operari:*

Refert vocationis initium.

non ſolum poſt converſionem noſtram: ſed etiam dum eſſemus in ſeculi vanitate. Nam cum ipſe Sanctus adhuc non habens Fratres nec ſocios, ſtatim quaſi poſt converſionem ſuam, cum Eccleſiam ſancti Damiani ædificaret, ubi conſolatione divina totaliter viſitatus, compulſus eſt ſeculum ex toto relinquere, præ magna lætitia & illuſtratione Spiritus ſancti de nobis prophetizavit, quod Dominus poſt adimplevit.

Vide Appar. Annal. §. 5. n. 2.

Aſcendens enim tunc temporis ſuper murum dictæ Eccleſiæ, quibuſdam pauperibus ibi juxta morantibus alta voce lingua francigena loquebatur. Venite & adjuvate me in opere Monaſterii ſancti Damiani, quoniam adhuc erunt Dominæ ibi, quarum famoſa & ſancta converſatione glorificabitur Pater noſter cœleſtis in univerſa Eccleſia ſua ſancta. *In hoc ergo conſiderare poſſumus copioſam benignitatem Dei in nobis. Qui propter abundantem miſericordiam & caritatem ſuam, de noſtra vocatione & electione per Sanctum ſuum dignatus eſt iſta loqui.*

2. ad Tim. 1. 9.

Et non ſolum de nobis iſta beatiſſimus Pater noſter prophetizavit, ſed etiam de aliis, quæ venturæ erant in vocatione ſancta, in qua Dominus nos vocavit. Quanta ergo ſollicitudine, quantoque ſtudio mentis & corporis mandata Dei, & Patris noſtri ſervare debemus: ut cooperante Domino talentum multiplicatum ei reddamus? Ipſe enim Dominus non ſolum poſuit nos, ut formam aliis in exemplum & ſpeculum, ſed etiam Sororibus noſtris, quas ad vocationem noſtram Dominus advocavit, ut & ipſæ ſint converſantibus in mundo ſpeculum & exemplum. Cum igitur nos vocaverit Dominus ad tam magna, ut in nobis ſe valeant ſpeculari, quæ aliis ſunt in exemplum, & ſpeculum: tenemur multum benedicere Dominum & laudare, & ad benefaciendum amplius in Domino confortari. Quapropter ſi ſecundum formam prædictam vixerimus, exemplum nobile aliis relinquemus, & æternæ beatitudinis bravium labore breviſſimo acquiremus. Poſtquam altiſſimus Pater cæleſtis per miſericordiam ſuam & gratiam cor meum dignatus eſt illuſtrare, ut exemplo & doctrina beatiſſimi Patris noſtri Franciſci pœnitentiam facerem, paulo poſt converſionem ipſius, una cum paucis Sororibus,

Converſatio ejus & Sororum.

quas Dominus paulo poſt meam converſionem dederat mihi, obedientiam ſibi voluntarie promiſi, ſicut Dominus lumen gratiæ ſuæ nobis contulerat, per ejus vitam laudabilem & doctrinam. Attendens autem beatus Franciſcus, quod eſſemus debiles & fragiles ſecundum corpus, nullam tamen neceſſitatem, paupertatem, laborem, tribulationem, vel vilitatem & contemptum ſeculi renuimus. Immo pro magnis deliciis reputabamus exemplis Sanctorum & Fratrum ſuorum, ſicut ipſe & Fratres ſui examinaverunt frequenter, gaviſus eſt multum in Domino, & ad pietatem erga nos motus, obligavit ſe, vel per ſe, vel per Religionem ſuam habere ſemper de nobis, tamquam de Fratribus ſuis, curam diligentem & ſollicitudinem ſpecialem. Et ſic de voluntate Domini, & beatiſſimi Patris noſtri Franciſci, ivimus ad Eccleſiam ſancti Damiani moraturæ. Ubi Dominus in brevi tempore per miſericordiam ſuam & gratiam nos multiplicavit, ut impleretur quod Dominus prædixerat per Sanctum ſuum. Nam ſteteramus in alio loco licet parum.

Franciſcus præſcripſit Clariſſis Regulam.

Poſtea ſcripſit nobis formam vivendi, & maxime ut in ſancta paupertate ſemper perſeveraremus. Nec contentus fuit in vita ſua nos hortari multis ſermonibus & exemplis, ad amorem & obſervantiam ſanctiſſimæ

mæ paupertatis; ſed & plura ſcripta nobis tradidit: ne poſt mortem ſuam ullatenus declinaremus ab ipſa, ſicut & Dei filius, dum vixit in mundo, ab ipſa ſancta paupertate, numquam voluit declinare. Et beatiſſimus Pater noſter Franciſcus ejus veſtigia imitatus, ſanctam paupertatem ſuam, quam elegit per ſe, & per ſuos Fratres, exemplo ſuo & doctrina, dum vixit ab illa nullatenus declinavit.

Valde cõmendat Sororibus paupertatem.

Conſiderans igitur ego Clara, Chriſti & Sororum pauperum Monaſterii ſancti Damiani Ancilla, licet indigna, & plantuncula ſancti Patris, cum aliis meis Sororibus, altiſſimam profeſſionem noſtram, & tanti Patris mandatum, fragilitatem quoque aliarum, quam timebamus in nobis poſt obitum ſancti Patris noſtri Franciſci, qui erat columna noſtra, unica conſolatio poſt Deum, & firmamentum: iterum atque iterum voluntarie nos obligavimus dominæ noſtræ ſanctiſſimæ paupertati, ne poſt mortem meam Sorores, quæ ſunt & venturæ ſunt, ab ipſa valeant ullatenus declinare. Et ſicut ego ſtudioſa & ſollicita ſemper fui, ſanctam paupertatem, quam Domino & Patri noſtro ſancto Franciſco promiſimus, obſervare, & ab aliis facere obſervari; immo etiam ad majorem cautelam ſollicita fui a Domino Papa Innocentio, ſub cujus tempore cœpimus, & ab aliis ſucceſſoribus ſuis, noſtram profeſſionem ſanctiſſimæ paupertatis, quam & Patri noſtro promiſimus, eorum privilegiis facere corroborari, ne aliquo tempore ab ipſa ullatenus declinaremus. Quapropter flexis genibus, & utroque homine inclinato, ſanctæ Matri Eccleſiæ Romanæ, Summo Pontifici, & præcipue Domino Cardinali, qui Religioni Fratrum Minorum, & nobis fuerit deputatus, recommendo omnes Sorores meas, quæ ſunt, & venturæ ſunt, ut amore illius Domini, qui pauper poſitus in præſepio, pauper vixit in ſeculo, & nudus remanſit in patibulo, ſemper gregi ſuo puſillo, quem Dominus Pater genuit in Eccleſia ſua ſancta, verbo & exemplo beati Patris Franciſci inſequendo paupertatem, & humilitatem dilecti Filii ſui, & glorioſæ Virginis Matris ſuæ, ſanctam paupertatem, quam Deo, & beatiſſimo Patri noſtro Franciſco promiſimus, faciat obſervari, & in ipſa dignetur fovere ipſas ſemper, & conſervare.

Eccleſiæ & Pontif. commendat filias ſuas.

Et ſicut Dominus dedit nobis beatiſsimum Patrem noſtrum Franciſcum in fundatorem, plantatorem, & adjutorem noſtrum in ſervitio Chriſti, & in iis, quæ Deo & ipſi Patri noſtro promiſimus, qui etiam dum vixit ſollicitus fuit verbo & opere ſemper excolere, & fovere nos plantulam ſuam, ſic recommendo & relinquo Sorores meas, quæ ſunt & venturæ ſunt, ſucceſſori beati Patris noſtri Franciſci, & toti Religioni, ut ſint nobis in adjutorium proficiendi ſemper in melius ad ſerviendum Deo, & ad obſervandum præcipue melius ſanctiſsimam paupertatem. Si vero contingeret aliquo tempore, dictas Sorores dictum locum relinquere, & ad alium ſe transferre, prædictam formam paupertatis, quæ Deo, & beatiſsimo Patri noſtro Franciſco promiſimus, poſt mortem meam ubicumque fuerint, ſervare nihilominus teneantur. Sit tamen ſollicita ſemper & providens tam illa, quæ erit in officio, quam aliæ Sorores, ne circa ſupradictum locum de terra acquirant, vel recipiant, niſi quantum extrema neceſsitas pro horto ad excolenda olera popoſcerit.

Terræ non vult poſſeſſiones.

Si autem aliquo tempore pro honeſtate & remotione Monaſterii extra ſeptum horti oporteret plus habere de terra, non permittant plus acquiri, niſi quantum extrema neceſſitas poſcit. Et illa terra penitus non laboretur, nec ſeminetur, ſed ſemper ſolida & inculta permaneat. Moneo & hortor in Domino Jeſu Chriſto omnes Sorores meas, quæ ſunt & venturæ ſunt, ut ſemper ſtudeant imitari viam ſanctæ ſimplicitatis, humilitatis, & paupertatis, ac etiam honeſtatem ſanctæ converſationis, ſicut ab initio noſtræ converſionis ad Chriſtum

edo-

edoctæ fuimus a beato Patre noſtro Franciſco. Ex quibus non noſtris meritis, ſed ſola miſericordia & gratia largitoris ipſe Pater miſericordiarum tam his, quæ longe ſunt, quam his quæ prope, bonæ famæ ſemper ſint in odorem. Et ex caritate Chriſti invicem diligentes, amorem, quem intus habetis, foris per opera demonſtretis: ut ex hoc exemplo provocatæ Sorores ſemper creſcant in amorem Dei, & in mutua caritate. Rogo etiam illam, quæ erit in officio Sororum, ut magis ſtudeat præeſſe aliis virtutibus, & ſanctis moribus, quam officio. Quatenus ejus exemplo provocatæ Sorores, non tantum ex officio ei obediant; ſed potius ex amore. Sit etiam provida & diſcreta circa Sorores ſuas, ſicut bona mater erga filias ſuas: & præcipue de iis quas Dominus dabit, eis ſecundum neceſſitatem uniuſcujuſque ſtudeat providere. Sit etiam tam benigna & communis; ut ſecure poſſint manifeſtare neceſsitates ſuas, & recurrere ad eam omni hora confidenter, ſicut eis videbitur expedire tam pro ſe, quam pro Sororibus ſuis. Sorores vero quæ ſunt ſubditæ, recordentur quod propter Dominum abnegaverunt proprias voluntates. Unde volo quod obediant ſuæ Matri; ſicut promiſerunt Domino ſua ſpontanea voluntate: ut Mater earum videns caritatem, humilitatem, & unitatem quas invicem habent, omne onus quod ex officio tolerat, levius portet, & quod moleſtum eſt, & amarum propter ſanctam earum converſationem, ei in dulcedinem convertatur. Et quoniam arcta eſt via & ſemita, & anguſta eſt porta, per quam itur & intratur ad vitam, pauci ſunt, qui ambulant & intrant per eam. Et ſi aliqui ſunt, qui ad tempus ambulant per eam, pauciſsimi ſunt, qui perſeverant in ea. Beati vero, quibus datum eſt ambulare per eam, & perſeverare uſque in finem. Caveamus ergo quod ſi per viam Domini intravimus, quod culpa noſtra, negligentia & ignorantia, aliquo tempore ab ipſa nullatenus declinemus, ne tanto Domino, & ſuæ Matri Virgini, & Patri noſtro beato Franciſco, & Eccleſiæ triumphanti, & etiam militanti injuriam deferamus. Scriptum eſt enim: maledicti qui declinant a mandatis tuis. *Hujus rei gratia* flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, *ſuffragantibus meritis glorioſæ Virginis ſanctæ Mariæ matris ejus, & beatiſsimi Patris noſtri Franciſci, & omnium Sanctorum: ut ipſe Dominus, qui dedit bonum principium, det incrementum, det etiam ſemper finalem perſeverantiam. Amen. Hoc ſcriptum ut melius debeat obſervari relinquo vobis cariſsimis & dilectiſsimis Sororibus meis præſentibus & futuris, in ſignum benedictionis Domini. & beatiſſimi Patris noſtri Franciſci, & benedictionis meæ, Matris & Ancillæ veſtræ.*

Commendat mutuum amorem.

Abbatiſſæ partes.

Arcta via ſalutis.

Pſal. 118. 21. 1. *Cor.* 3. 6.

VI. Numquam intermiſiſſe ſtudium paupertatis, quod a principio induit converſionis, probat hoc pium teſtamentum, atque ultra confirmat ardens, & vehemens deſiderium confirmandæ auctoritate Pontificia ſtrictioris ſibi traditæ a Franciſco Regulæ; quæ licet diplomate probaretur Cardinalis Protectoris Raynaldi, veluti ſuperius diximus, idque commiſſione ſibi facta a Pontifice, non tamen quieſcebat ſpiritus ejus, neque læta aut ſecura ex hoc mundo abibat, niſi prius ſtabilitam relinqueret diſcipulis fide Pontificia. Miſſo itaque Nuncio & ſupplici libello, rogavit hoc diſceſſuræ dari ſolatii: quod ultro Pontifex conceſſit, tum ob æquam petitionem, tum ob Virginis reverentiam. Inſertis itaque prioribus Cardinalis Oſtienſis litteris, atque ipſa Regula, ſuis tabulis fidem addidit, & firmitatem v. Idus Auguſti, tribus dumtaxat diebus, antequam illa clauderet extremum. Confirmationem ipſam hic ſubjicimus.

Ann. 1251. Confirmat Pontif. Regulam S. Claræ.

IN-

INNOCENTIUS &c.

Dilectis in Chriſto filiabus Sorori Claræ Abbatiſſæ, aliiſque Sororibus Monaſterii ſancti Damiani Aſſiſinatis.

Ex firmam trium Ordin. in fine.

Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impartiri. Ex parte ſiquidem veſtra nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut & vitæ formulam, juxta quam communiter in ſpirituum unitate, ac voto altiſſimæ paupertatis vivere deberetis, vobis a beato Franciſco traditam, & a vobis ſponte ſuſceptam venerabilis frater noſter Oſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus duxerit approbandam, ſecundum quod in ipſius Epiſcopi litteris confectis exinde plenius continetur, nos curaremus Apoſtolico munimine roborare. Devotionis igitur veſtræ precibus inclinati, quod ab eodem Epiſcopo ſuper hoc factum eſt, & ratum habentes, & gratum, illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri faciendo, quæ talis eſt. Deinde addit confirmationem Raynaldi, atque ipſam Regulam per omnia ſimilem Minoriticæ, tot etiam capitibus diſtinctam, quam nos dedimus alias; & ſtatim ſubjungit. *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Aſſiſii* v. *Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno* x.

An.1224. n. 11. tom. 2.

VII. Nihil carius, nullumque acceptabilius donum jam morituræ mittere poterat Pontifex hoc confirmationis diplomate, quo tradito, & curæ commendato Sororum, ſe totam collegit ad tranquillum ex hoc mundo diſceſſum. Sed dum aſtarent Sorores, inquit; *Abite in occurſum Sororum veſtrarum, quæ me viſum veniunt ex Monaſterio Florentino Montis-cœli; abite quantocius, jam præ foribus ſunt, atque aliquantulum prius refectas deducite, ut benedicat eis anima mea, antequam moriar.* Vere prophetaſſe compererunt Sorores, feceruntque quod præceperat. Advenis autem & incolis non ceſſabat Clara miniſtrare verba ſalutis, & regularem edocere profeſſionem, dicens quid debeant facere, & prædicens, quæ futura erant poſt ejus interitum. Legavit prædicto Virginum Collegio Florentino ſuum velum, quod ab Abbatiſſa, & Sorore Agnete, Claræ germana, illuc tranſmiſſum, integrum & illæſum in præſentem ſervatur diem, innumeraque patrantur ad ejus contactum miracula, præſertim in pueris lethargicis.

Prædicit Sororũ externarum adventum.

Gen. 27. 4.

VIII. Deficientibus jam tamdem viribus, poſt quadraginta & plurium annorum conſummatiſſimum curſum, in ſtadio altiſſimæ paupertatis tranſactum, inſtabat velox depoſitio ſacratiſſimi tabernaculi, atque aderat præ foribus ſponſus, deducturus in æterna tabernacula dilectam. Rogat illa ut ſacerdotes Domini, & perfecti circumſtent viri, recitantes paſſionem Dominicam, & verba ſalutis. Inter hos dum appareret Frater Juniperus, egregius Domini joculator, qui calida ſæpe verba de Domino eructabat; nova hilaritate perfuſa quærit, ſi aliquid novi de Domino haberet ad manum. Qui aperiens os ſuum, de fornace fervidi cordis flammantes verborum ſcintillas emittit; atque. in ejus parabolis Virgo

Circumſtant morituræ viri pii.

Dei

Digitized by Google

Dei magnum ſolatium ſumit. Lacrymantes tamdem ſe vertit ad filias, quibus paupertatem Domini recommendans, beneficia divina laudando, commemorat. Benedicit devotos, devotaſque ſuas; & omnibus Dominabus Monaſteriorum pauperum, tam præſentibus quam futuris largam benedictionis gratiam imprecatur. Cetera ſine fletu quis referat? Adſtant illi duo beati Franciſci ſocii benedicti; quorum unus Angelus, mœrens ipſe mœrentes conſolatur: alter Leo, recedentis lectulum oſculatur. Plangunt filiæ deſtitutæ piæ matris receſſum: & quam ultra viſuræ non eſſent, proſequuntur cum lacrymis recedentem. Dolent amariſsime, totum earum ſolatium cum illa migrare: ſeque in valle lacrymarum relictas, non jam a ſua Magiſtra ulterius conſolandas. Vix a dilaceratione corporum ſolus pudor continet manum: & doloris ignem, illud efficit acriorem, quod exteriori planctu non ſinitur vaporare. Imperat clauſtralis cenſura ſilentium, extorquet vis doloris gemitum & ſingultum, Tument lacrymis facies: & novas adhuc aquas mœrebundi cordis impetus ſubminiſtrat.

Dolor diſcipularum.

Alloquitur animam ſuam.

IX. Ad ſe autem converſa Virgo ſanctiſsima, ſuam animam ſilenter alloquitur; *Vade*, inquit, *ſecura: quia bonum habes conductum itineris*, *Vade*, ait: *quoniam qui te creavit*, *ſanctificavit: & cuſtodiens te ſemper*, *velut mater filiam*, *tenero amore dilexit*. *Tu*, inquit, *Domine*, *benedictus ſis*, *qui me creaſti*. Quam cum ſoror Anaſtaſia interrogaret cui loqueretur, illa reſpondit: *Ego loquor animæ meæ benedictæ*. Nec ille glorioſus conductus longe diſtabat. Nam ad ſororem Amatam neptem ſuam ſe convertens: *Vides tu*, inquit, *o filia*, *Regem gloriæ*, *quem ego conſpicio*? Super ſororem Benevenutam quoque facta eſt manus Domini, & corporalibus oculis felicem inter lacrymas excipit viſum. Jaculo quidem profundi doloris confoſſa, verſus portam domus aciem dirigit oculorum; & ecce in veſtibus albis turba ingreditur Virginum, quæ omnes aurea ſerta ſuis capitibus deferebant. Graditur inter eas una præclarior ceteris, ex cujus corona, quæ in ſummo ſui feneſtrati thuribuli ſpeciem prætendebat, tantus ſplendor irradiat, ut noctem ipſam in diei lucem intra domum convertat. Procedit ad lectulum, ubi ſponſa filii decubat; & amantiſsime ſe ſuper eam inclinans, amplexum dulciſsimum præſtat. Profertur a Virginibus miræ pulchritudinis pallium: ac certatim deſervientibus cunctis, & Claræ corpus tegitur, & thalamus adornatur. In craſtino igitur beati Laurentii egreditur anima illa ſanctiſsima, premio perpetuo laureanda: temploque carnis ſoluto, ſpiritus feliciter migravit ad aſtra, ætatis ſuæ anno ſexageſimo, a converſione vero anno XLII. Benedictus ſit talis exitus de valle miſeriæ, qui introitus ei beatæ eſt factus vitæ. Jam pro tenui viatico menſa lætatur civium ſupernorum; jam pro vilitate cinerum regno beata cœlico, æternæ ſtola gloriæ decoratur.

Apparet ei Dominus.

Et B. Virgo Maria cum turba Virginum.

Adornant Claræ thalamum.

Moritur ſanctiſſime.

X. Rumor incontinenti de tranſitu Virginis, totum ſtupendo auditu concutit populum Civitatis. Confluunt viri, confluunt mulieres ad locum: & in tanta multitudine gentes inundant, ut ſola videatur Civitas remanere. Omnes ſanctam, omnes Deo caram proclamant: & inter laudum verba nonnulli fletibus manant. Adcurrit Poteſtas cum caterva militum, & multitudine armatorum: ſeroque illo, ac tota nocte cuſtodias adhibet diligentes, ne forte de pretioſo theſauro, qui jacebat in medio, pati contingeret detrimentum. Commovetur ſequenti die curia tota: Chriſti Vicarius cum Cardinalibus accedit ad locum, totaque Civitas

Adhibentur corpori cuſtodes.

vitas

Digitized by Google

vitas verſus ſanctum Damianum dirigit greſſus ſuos. Ventum erat ad celebranda divina, cum Fratribus incipientibus Officium mortuorum, repente Dominus Papa Officium de Virginibus, non de mortuis fieri debere proloquitur, ut prius eam canonizare videretur, quam corpus traditum eſſet ſepulturæ. Reſpondente autem viro eminentiſſimo Domino Oſtienſi, moroſius in his fore agendum, miſſa de mortuis celebratur. Conſidente poſtmodum ſummo Pontifice, Cardinalium quoque & Prælatorum cœtu, Oſtienſis Epiſcopus, de vanitate vanitatum ſumpta dicendi materia, vanitatis egregiam contemptricem nobili ſermone commendat.

Accedit ad funus Pontifex cū Cardinalibus.

XI. Circumdant illico ſanctum funus devota dignatione presbyteri Cardinales, & circa Virginis corpus ſolita officia complent. Tamdemque nec tutum eſſe cenſetur, nec dignum, ut tam pretioſum pignus tam longe diſtet a civibus. Levatur cum hymnis & laudibus, cum tubarum clangore, ac jubilatione ſolemni ad ſanctum Georgium honorifice deportatur. Nam & hic locus ille eſt, ubi ſancti Patris Franciſci corpus primo conditum fuerat: ut qui viam vitæ viventi paraverat, etiam morienti locum quodam præſagio præpararet. Factus eſt proinde concurſus populorum multorum ad tumulum Virginis laudantium Deum, atque dicentium. *Vere ſancta, vere glorioſa regnat cum Angelis, quæ tantum honorem ab hominibus ſumit in terris: intercede pro nobis ad Chriſtum primiceria pauperum dominarum, quæ innumeros conduxiſti ad vitam.*

Magna pompa ſepelitur ad Sanctum Georgium.

XII. Multis ſtatim cœpit clarere miraculis, quæ ſanctitatem jam undique notam ulterius comprobarunt, quorum præcipua ex actis conſcripſit qui vitam compilavit ad Alexandri Epiſcopi præceptum, & nos ex eodem hic miniſtramus Lectori. Puer quidam Jacobinus nomine, de Peruſio, non tam infirmus, quam dæmonio peſſimo videbatur obſeſſus. Nunc enim in ignem ſeſe deſperate projiciens, nunc in terram collidens, uſque ad dentium fractionem lapides mordens, laniabat miſerrime caput ſuum, & corpus ſanguine cruentabat. Ore diſtorto linguam foras projiciens, membrorum machinam tam facile glomerabat, ut ſæpe crus ſuum poneret ſuper collum. Singulis diebus per duas vices puerum ipſum prædicta vexabat inſania: nec illæ duæ perſonæ obſiſtere poterant, quin propria exueret veſtimenta. Peritorum Medicorum juvamen requiritur; ſed nullus qui ſciat conſulere invenitur. Pater ejus, Guidolotus nomine, poſtquam infortunii tanti nullum remedium apud homines invenit, ad ſanctæ Claræ merita ſe convertit; *O Virgo*, inquit, *ſanctiſſima, o mundo venerabilis Clara, tibi miſerum natum devoveo, a te ſanitatem ejus tota ſupplicatione depoſco*. Feſtinat ad ſepulcrum ejus fide plenus: & allatum puerum ſuper tumbam Virginis ponens, ejus protinus opem dum poſcit, acquirit. Statim enim puer ab illa infirmitate liber efficitur, etiam ulterius nulla conſimili læſione vexatus.

Crebra ejus miracula.

Demoniacum liberat.

XIII. Alexandra de Fracta Peruſinæ diœceſis, dæmonio nequiſſimo vexabatur: quam dæmonium ita in ſuam redegerat poteſtatem, ut faceret eam per excelſam rupem, quæ in crepidine fluminis eminebat, ſicut aviculam volitare; per tenuiſſimum quoque arboris ramum fluvio Tyberis impendentem faciebat deſcendere, atque eam ibidem quaſi ludo vacare. Suorum quoque merito peccatorum, cum latus ſiniſtrum penitus amiſiſſet, & manum contractam haberet, medicis ſæpe tentatis, nihil proficiebat. Venit ad tumbam glorioſæ Virginis Claræ, corde compuncto, ejuſque meritis invocatis, contra ſuum illud triplex periculum,

Item dæmoniacam & morbidam.

Alteram etiam Dæmoniacam.

unius remedii ſalutarem ſumit effectum. Contracta quidem manus extenditur, latus ſanitati redditur, poſſeſſa a dæmonio liberatur. Altera mulier ejuſdem loci a dæmonio, & multis doloribus eodem tempore ante ſepulcrum Sanctæ munus liberationis accepit.

Furioſum curat.

XIV. Puerum quemdam Francigenum, qui curiam ſequebatur, furiæ morbus invaſerat, qui ipſi & loquelæ abſtulerat uſum, & corpus monſtroſe fecerat inquietum. Detineri ab aliquo minime poterat: ſed potius intra manus detinere volentium horribiliter ſe frangebat. Ligatur funibus lectulo mortuorum: & a compatriotis ad Eccleſiam ſanctæ Claræ defertur invitus; ante ſepulcrum ejus ponitur, & ſtatim pro fide offerentium peroptime liberatur. Valentinus de Spello caduci morbi ruinæ in tantum erat obnoxius, ut ſex per diem vicibus indifferenter ubilibet corrueret. Cruris etiam contractione plagatus, libere ambulare non poterat. Ducitur, aſello vectus, ad ſanctæ Claræ ſepulcrum, ubi duobus diebus & tribus noctibus jacet: die tertio nullo tangente, crus ejus fragore magno perſonuit, & ab utraque infirmitate ſanatus illico fuit. Jacobellus dictus, filius cujuſdam Spoletinæ, duodecim annorum cæcitate percuſſus, ducem itineris ſequebatur: nec ſine ductore quoquam poterat, niſi in præcipitium ambulare. Nam & ſemel a puero parumper dimiſſus, in præcipitium actus, brachii fracturam cum vulnere capitis reportavit. Hic cum juxta pontem Vernii, quadam nocte dormiret, apparuit ei Domina quædam in ſomnis, dicens: *Jacobelle, quare tu ad me non venis Aſſiſium, ut libereris?* Qui mane conſurgens, duobus aliis cæcis tremebundus recitat viſionem. Reſpondent illi; *Dominam quamdam nuper audivimus in Aſſiſii Civitate migraſſe, cujus ſepulcrum per ſanitatum munera, & per multa miracula manus Domini dicitur honorare.* Quo audito, impiger factus concite properat, & nocte hoſpitatus apud Spoletum, eamdem iterum cernit viſionem. Ocyus advolat, totum ſe præ amore luminis ad curſum præcingens. Perveniens autem Aſſiſium, tantas ante Virginis Mauſolæum gentium concurrentium reperit turbas, ut ipſe intrare nullatenus poſſet ad tumbam. Supponit lapidem capiti ſuo, & cum fide magna, dolens tamen, quod introitum habere non poſſet, ſomnum capit præ foribus ejus. Et ecce tertio vox ad eum: *Benefaciet tibi Dominus Jacobe, ſi poteris introire.* Evigilatus ergo rogat cum lacrymis turbas, clamans & preces ingeminans, ut ei propter divinam pietatem viam præſtare dignentur. Data ſibi via, calceamenta projicit, veſtes exuit, collum corrigia cingit: & ſic humiliter ſepulcrum contingens, lentum ſomnum incurrit. *Surge*, inquit ei beata Clara, *ſurge, quia liberatus es.* Extemplo ſurgens, omni cæcitate diſcuſſa, omni oculorum caligine relegata, dum clare per Claram videt luminis claritatem, Deum laudando clarificat, & pro tanti mirificentia operis ad benedicendum Deum omnes gentes invitat.

Sanat morbo caduco laborantem.

Cæco viſum reddit.

Magnus concurſus ad ejus ſepulcrum.

Quaſſatam manum ſanat.

XV. Peruſinus quidam, vocatus Bonus Joannes, cum ſuis civibus contra Fulginates perrexerat. Cumque hinc inde concertatio incepiſſet, gravis ictus lapidis ejus manum dura quaſſatione perfregit. Expendit in medicos pecuniam multam ſanitatis amore: ſed nullo poteſt medicinali ſuffragio intantum juvari, quin ipſam manum portet inutilem, & ad omne opus penitus impotentem. Dolens itaque illius, quaſi non ſuæ dextræ pondus ferre, uſu carere; optat ſibi pluries eſſe truncatam. Audiens vero quæ per famulam ſuam Claram Dominus dignabatur oſtendere, votum vovens, ad ſepulcrum Virginis properat; offert ceream ima-

Digitized by Google

imaginem manus, & ſuper tumbam ſanctæ Claræ incumbit. Statim, priuſquam Eccleſiam exeat, manus ejus perfectæ reſtituta eſt ſanitati.

XVI. Petronus quidam de Caſtro Bitone, trium annorum infirmitate conſumptus, totus fere diutini languoris tabe deſiccatus apparuit. Cujus violentia morbi adeo contractus erat in cruribus, ut curvus ſemper, & ad terram reflexus, vix cum baculo pergere poſſet. Explorat pater pueri multorum ſolertiam medicorum, illorum præcipue qui fractis oſſibus medendi peritiam habebant. Paratus erat omnia bona ſua expendere, pro recuperanda pueri ſanitate. Cumque reſponderetur ab omnibus, nullius artis ope illi morbo poſſe ſuccurri; ad novæ Sanctæ ſuffragia, cujus audiebat magnalia, ſe convertit. Portatur puer ad locum, ubi pretioſa Virginis ſpolia requieſcunt: & non diu ad ſepulcrum jacens, perfectæ ſanitatis gratiam ſumit. Confeſtim namque rectus & ſanus exurgit, ambulans, & exiliens, & laudans Deum, & ad ſanctæ Claræ laudes populum confluentem invitat. Recurvum dirigit puerum.

XVII. Erat puer decem annorum in Villa ſancti Quirici, Aſſiſinatis Diœceſis, claudus ex utero matris ſuæ, tibias habebat exiles, pedes in tranſverſum jactabat: & tortuoſe deambulans, vix poterat ſurgere cum cadebat. Mater ejus beato Franciſco pluries eum devoverat, nec ullius meliorationis opem acceperat. Audiens vero beatam Claram novis coruſcare miraculis, ad ſepulcrum ejus puerum deportavit. Poſt aliquot dies, ſanatis oſſibus tibiarum, ad naturalem rectitudinem ſunt membra redacta: & quod ſanctus Franciſcus multis precibus exoratus non tribuit, ſua diſcipula Clara virtute divina conceſſit. Claudum conſolidat.

XVIII. Civis Eugubinus nomine Jacobus de Franco, puerum quinquennem habens, qui debilis pedibus, numquam ambulaverat, nec poterat ambulare, tamquam oſtentum ſuæ domus, & opprobrium ſuæ carnis, ipſum puerum deplorabat. Cubitabat in ſolo, reptabat in cinere, voluens ſe quandoque ad ſcamnum, nec potens erigere: cui natura gradiendi deſiderium dederat, negaverat facultatem. Vovent puerum parentes ejus meritis ſanctæ Claræ: atque ut ipſorum verbo dicatur, volunt eſſe hominem ſanctæ Claræ, ſi per eam ſanitatem fuerit conſecutus. Protinus voto emiſſo, Virgo Chriſti ſuum hominem ſanans, liberæ ambulationis officium in oblato ſibi puero reparavit. Illico parentes ad Virginis tumulum cum puero properantes, eum ſubſilientem, & gaudentem Domino obtulerunt. Rurſus claudum alterum.

XIX. Mulier quædam de Caſtro Mevanii, Plenaria nomine, diu contractionem renum perpeſſa, non niſi baculo ſuſtentata poterat ambulare: adminiculo tamen baculi, non curvum erigebat corpus, ſed nutantes utcumque trahebat greſſus. Deferri ſe fecit quodam die Veneris ad tumulum ſanctæ Claræ, ubi preces ad eam devotiſſime fundens, celeriter obtinuit quod fideliter poſtulavit. Sequenti namque Sabbato integra ſanitate obtenta, domum propriis pedibus eſt reverſa, quæ fuerat per alios aſportata. Recurvam ſanat mulierem.

XX. Tumores gutturis, quos vulgari ſermone ſcrofulas vocant, puella quædam Peruſina cum dolore multo diu portaverat: viginti quidem glandulæ numerabantur in gutture, ut ipſum puellæ guttur capite craſſius videretur. Duxit eam ſæpe mater ejus ad Mauſolæum Virginis Claræ, ubi ipſius ſanctæ beneficium devotiſſime implorabat. Cumque tota quadam nocte ante ſepulcrum puella jaceret, prorumpente ſudore, ſtrumæ illæ mollificari cœperunt, atque de ſuo loco paululum commove- Strumoſam ſanat.

Digitized by Google

ri. Proceſſu vero temporis, per ſanctæ Claræ merita ſic evanuerunt, ut nulla penitus veſtigia remanerent.

A lupis raptos pueros liberat.

XXI. Crudelium luporum feralitas ſæva territorium illud vexare ſolebat: qui in ipſos homines irruentes, humanis ſæpe carnibus paſcebantur. Mulier ergo quædam nomine Bona, de Monte Galliano Aſſiſinatis Diœceſis, duos filios habens, unius quem lupi rapuerant, vix planctum compleverat, cum ecce ad ſecundum conſimili voracitate feſtinant. Stante namque matre in domo, & aliquid rei familiaris agente, puero deambulanti exterius lupus dentes infigit, ac per cervicem mordens, cum tali præda ad ſilvam quantocyus tendit. Audientes autem homines pueri ſtridores qui erant in vineis, ad matrem clamant dicentes; *Vide, ſi filium tuum habes, quoniam ploratus inſuetos paulo ante perſenſimus*. Cognoſcens mater filium a lupo direptum, clamores in excelſum levat, & ululatibus aërem complens, virginem Claram invocat, dicens: *Sancta & glorioſa Virgo* Clara, *redde mihi miſerum filium meum. Redde*, ait, *redde infelici matri natellum: quod ſi non feceris, meipſam aquis ſuffocabo*. Currentes itaque vicini poſt lupum, reperiunt infantulum a lupo in ſilva dimiſſum, & canem juxta puerum ejus vulnera delingentem. Cervici primos injecerat morſus beſtia fera; dehinc ut prædam levius ferret, ipſius pueri renibus ſuas impleverat fauces, & utrobique non levis attactus ſigna reliquerat. Voti compos effecta mulier, cum ſuis vicinis ad ſuam properat adjutricem: & pueri varias plagas omnibus videre volentibus monſtrans, Deo & ſanctæ Claræ gratias copioſas exſolvit.

Item puellam.

XXII. Puella quædam de Caſtro Cannarti, clara die ſedebat in agro, in cujus ſinu mulier altera reclinaverat caput. Et ecce lupus hominum rapax, furtivos ad prædam concitat greſſus; quem tamen puella vidit, ſed quia cani prope reclinanti credidit, non expavit. Cumque infantula cœpto intenderet ſcrutinio capillorum, effertur in illam beſtia truculenta, ejuſque vultum ſuo vaſto hiatu concludens, prædam portabat ad ſilvam. Surgit protinus mulier ſtupefacta; & ſanctæ Claræ memor, clamores excitat, dicens: *Succurre ſancta* Clara, *ſuccurre: tibi in hac hora puellam iſtam commendo*. Ipſa denique, mirabile dictu! quæ lupi dentibus portabatur, contra lupum invehitur, dicens; *Portabis me tu latro ulterius, tantæ Virgini commendatam*? Qua invectione veluti confuſus, puellam ſtatim in terram molliter poſuit, & quaſi latro deprehenſus feſtine diſceſſit.

Moritur B. Agnes Claræ ſoror.

XXIII. Nonaginta ſeptem diebus poſt ſororis Claræ obitum Agnes Virgo ad Agni nuptias evocata, XVI. Kalendas Decembris exceſſit e vivis, anno ſuæ ætatis LVI. cujus vitæ ſancte tranſactæ quædam hic obiter recenſere juvabit. Tantæ ſanctitatis exemplo inter conſodales converſata eſt, ut ſingularem quamdam perfectionis ſemitam viſa ſit excogitaſſe.

Ejus virtutes.

A tenella ætate ad mortem uſque aſperum eſt induta cilicium, cibuſque quotidianus fuit panis & aqua in tenui menſura. Sibi auſtera, aliis benigne compatiebatur; in oratione, diviniſque contemplationibus ad miraculum aſſidua. In chori angulo, dum aliquando oraret in noctis ſilentio, viſa eſt a ſorore Clara a terra elevari, atque in aëre conſiſtens, tribus coronis per aliqua temporum intervalla coronari. Interrogata die ſequenti quid ſub illa hora meditaretur, dicere erubeſcebat, donec Primiceriæ conſtricta præcepto, id enarrare opportuit. *Primo*, inquit, *Dei bonitatem, & longanimitatem contemplabar, quatenus ingratos & obdu-*

ratos

Digitized by Google

ratos peccatores divinam ſuam Majeſtatem quotidie laceſſentes ad vindictam, ſuſtinet patienter. Secundo indicibilem amorem, quo peccatores proſequutus eſt, acerbiſſimam paſſionem, & fœdam pro eis ſufferens mortem. Tertio animarum in Purgatorio exiſtentium pœnas, quarum levamen penes ipſas non eſt. Idem ferme eidem contigiſſe in Nativitatis Dominicæ nocturnis ſolemnibus, quod ſupra retulimus de Clara, ſcribit Rodulphus, nimirum in lectulo decumbentem Fratrum pſalmodiam audiviſſe, & ultra infantulum Jeſum in præſepio vivum reclinantem; ſed & poſtero die retuliſſe cuncta, quæ noctæ illa in ſanctis excubiis Fratres longe diſtantes, peregerant. A veſpere quoque cœnæ Dominicæ uſque ad Sabbatum ſanctum in extaſim facta, paſſionem Chriſti adeo profunde in ſpiritu eſt contemplata, ut ad ſe rediens, unius ſere horæ ſpatio ſe putarit obdormiiſſe.

An.1251. n.19.
Rodulph.fol.136.

XXIV. Claruit miraculis multis & magnis, quorum plurima enarrat Marianus, ex quo damus præcipua. Ad ejus tranſitum multi concurrebant viri pii, & Civitatis proceres, qui dum catervatim per ſcalam aſcenderent, ruit univerſa graduum moles, multique graviter ad mortem ſunt vulnerati. Invocarunt omnes Dei famulam agonizantem, cujus inviſendæ gratia devote accedebant, & ſtatim omnes priſtinam conſecuti ſunt ſanitatem. Quamdam puellam Peruſinam a gravi fiſtula, & Sanctimonialem Monaſterii ſanctæ Mariæ Angelorum ejuſdem Civitatis a peſſimo ulcere ſeptem horribilibus patente foraminibus, liberavit. Alii Venetæ mortali pectoris ulcere tabeſcenti apparuit, ſimul cum ſorore Clara, & copioſa turba virginum ejuſdem Sodalitii, varias thecas aromatarias & unguentarias afferentium, quæ ſalutifero adhibito emplaſtro, mox ſalvam fecerunt. Altera Aſſiſias ſexdecim annis fœda lepra laborans, emiſſo de ſacra Virgine honoranda voto, evaſit ab omni contagione libera. Civis quidam Aſſiſias vehementer crure dolebat, neque ullum medicamentum efficax erat malo ſuperando. Efferri ſe fecit ad ſanctæ Virginis tumulum, ubi repente convaluit. Palmerius Peruſinus ad lectum morientis fratris plorans, invocavit Agnetis Aſſiſiatis auxilium, ſubitoque Virgo utrique fratri coram apparuit, & ſtatim ſanus ut eſſet effecit, qui paulo ante moriebatur: neque ulla interceſſit mora, quin reſiliret e lecto, ambularet, ederet, ceteraſque valentis exerceret functiones. Puerulum Aſſiſiatem a dæmone, Peruſinum a febre & apoſtemate; Mathioli Petri & Dominæ Vitulæ Aſſiſiatum filium ab ulcere peſſimo mirabiliter liberavit. Dominæ Floræ Aſſiſiatis filium duodennem horribile habentem in pectore ulcus, & ſepulcrum ejuſdem viſitantem ſanavit, noctu apparens ſimul cum Clara germana. Sanctimonialem ſui Monaſterii unius oculi viſu omnino privatam, altero cæcutientem, perfecta utriuſque luminis donavit incolumitate. Alia hujus generis vitandi tædii ergo ſubticentur.

Ejus miracula.
Maria. lib.2. cap.21.

XXV. Harum Virginum mater Hortulana inſigni etiam fulſit pietate, cujus aliqua præmiſimus encomia. Filias imitata eſt in converſatione regulari, poſt mariti obitum religionis ſe aſtringens ſtatutis, velumque ab ipſo inſtitutore Franciſco recipiens. Præter has duas, tertiam habuit filiam Beatricem juniorem, quam tutelæ commiſit Domini Monaldi conſanguinei: quæ cum perveniſſet ad annos nubiles, voluit cum ſororibus Chriſto copulari. Virtutibus & ſignis claruit, ita ut magnam de ea conciperent opinionem Clara filia, & Franciſcus inſtitutor, tranſmitterentque ad eamdem frequenter infirmos curandos. Ductum ad ſe puerum

Tom.1. an.1212. num.14.
Marian. l.1. c.9.
Rodulph.fol.139.
Hortulana Claræ & Agnetis mater.

Altera ſoror B. Claræ.

Mater etiam miraculoſa.

Tom.2. an.1229. num.14.

rum maculoſum habentem oculum, Clara ſigno crucis affecit, remiſitque ad matrem, ut ab illa etiam ſignaretur. Ingeminavit illa ſignum, & ſalutem impertivit. Fit deinde inter matrem & filiam ſancta contentio ad modum illius, quam diximus inter ſanctam Eliſabetham & Conradum magiſtrum exortam; unaquæque tanta ſe gratia dignam negat, & alteri laudem tribuit, ſed Clara diſcipulas monet, mira atque his majora matrem apud Deum mereri, & egenis poſſe præſtare. Quando obierit non conſtat, filias præceſſiſſe communior opinio; ſortita eſt cum eiſdem ſepulturæ locum in Eccleſia ſancti Georgii, ad quam translata eſt ab æde ſancti Damiani.

Cathedræ ceſſit Joan. de Rupella. Trith. de ſcript.

an.1238. num.8.

An.1242. num.2.

Tom.2. an.1222. num.30.

XXVI. Cathedræ magiſtrali regendæ ceſſit hoc anno Joannes Rupella, vir in divinis ſcripturis, ut habet Trithemius, eruditus, & in Philoſophia Ariſtotelica magnifice doctus. Ejus mentionem ſæpius egimus ſuperius, & plura dedimus tantæ eruditionis indicia, dum graviſſimis conſultationibus cum primariis Theologis interfuiſſe, una cum tribus eruditiſſimis, Magiſtrum deſtinatum regulæ interpretandæ, & divinitus oſtenſum Alenſi, quem laureandum Univerſitati Pariſienſi proponeret, referremus. In publico Theologicæ profeſſionis munere, qui Alenſi ſuccederet, primariis Academiæ Pariſienſis viris efflagitantibus, unus potiſſimum delectus eſt. Eo cedente, cura hæc omnium conſenſu & gaudentibus animis delata eſt ad Bonaventuram Fidantium, uſque adeo tunc non ſanctimoniæ ſolum, ſed doctrinæ ſplendore prælucentem, ut præclare de eo ita teſtatus ſit Gerſonius. *Neſcio ſi unquam talem doctorem, ſicut Bonaventuram, habuerit ſtudium Pariſienſe*. Itaque ipſo illo tempore vel potius die, quo Magiſtralem cathedram ſanctus Thomas in eadem Academia aſſecutus eſt, ſuam etiam aſcendit Bonaventura, qui priorem locum adeptus, ſancto Thomæ præ humilitate ceſsit in laureatu. Tempus obtentæ hujus dignitatis, atque annos, quibus antea audiit, vel docuit, difficulter percipies ex Galeſino, quos etiam alii confundunt. Hic ait, ſeptennium in Philoſophia & Theologia probe addiſcendis inſumpſiſſe; deinde ſeptennio pene confecto, Lutetiam Pariſiorum ad Alexandrum Alenſem veniſſe; paulo poſt, Alexandrum annos tres audiviſſe, poſtremo tertio poſt anno, quam Pariſios venit, idoneum ac dignum habitum, qui Theologiæ illic interpretandæ munus publicum ſuſciperet ac ſuſtineret. Hæc ſane cohærere non poſſunt cum iis, quæ ſupra ex probatis auctoribus & communi ſenſu ſcripſimus circa Bonaventuræ ortum, & Alenſis interitum, hujus diſcipulatum & illius magiſterium. Natum aſſeruimus Bonaventuram anno MCCXXI. initiatum MCCXLIII. vel anteriori, circa ætatis vigeſimum ſecundum; ſi ſeptennio poſt confecto venit Lutetiam, quomodo Alenſem anno MCCXLV. defunctum potuit audire.? Multo minus poſt illos ſeptem monachatus annos elapſos, tribus aliis potuit illius eſſe diſcipulus, qui ante tres annos poſt ejus initiationem e vita deceſſit. Quare ut omnia cohæreant, ſubſiſtatque ab omnibus aſſertum Alenſis magiſterium, ita dimetiendum tempus, ut ſtatim a tirocinio miſſus ſit Lutetiam, & triennio minus, vel trium annorum particulis Alenſi operam dederit; deinde ſub Rupellio, & aliis didicerit uſque ad ſeptennium, & ſuæ ætatis vigeſimum vel circiter; hinc impoſita cura libros Sententiarum legendi ſuis Conſodalibus; demum commiſſa ei in Academia cathedra Magiſtralis. Ita ex aliis rationabilius percipi poteſt, & clarius dixit Piſanus auctor vetuſtus. *Septimo anno poſt ingreſſum Ordinis legit Sententias Pariſiis, in decimo anno recepit cathedram magiſtra-*

Ei ſuccedit Bonaventura.

Gerſon. de libris legened. conſid.5. part.2.

Bruliſer in prolog. ſen.

Tempus quo ſtudit & legit.

Galeſ. c.7.

Idem. c.8.

Tom.2. an.1221. num.44.

Tom.3. an.1245. num.24.

Piſan. conformit. 8.

giſtralem , in tertiodecimo anno ad regimen Ordinis eſt aſſumptus.

XXVII. Sub Alenſi ita ſe geſsit, ut verum eſſe Iſraëlitam, bonus magiſter dictitaret, admirareturque, non ſolum puram integramque ab omni vitio vitam, planeque Angelicam, ſed jucundam etiam morum consuetudinem, cum pietate, gravitateque conjunctam, aſpectus pulchritudinem & dignitatem, ſermonis vim plenam ſuavitatis, & ingenii præſertim animique indolem ſummam, cum ad omnes virtutes, tum ad ſacram Theologiam. Interpretandi autem & docendi publicum munus cum ſuſcepiſſet, ita egregie ſuſtinuit, ut quam de ſe concitaverat opinionem, longe ſuperarit. Quæcumque enim exponere aggreſſus eſt, egregie, dilucideque ſic explicavit, ut non interpres, ſed auctor fuiſſe videretur diſciplinarum, quas interpretaretur. Et vero in ea ipſa Pariſienſi Academia cum publice profiteretur, illam conſectatus eſt docendi rationem ac doctrinam, quæ ſapientiſſimis omnibus probata, omnium etiam florentiſſima extitit. Docendo namque nitebatur primum divinarum litterarum ſententiis, deinde probatiſsimorum Patrum auctoritatibus, tum argumentis firmiſsimis, rationumque graviſsimis momentis. Quo fit, ut illius explanationes plenæ ſint, & cumulatæ litteris, digito Dei ſcriptis, non verbis affluentes, ſed rerum ubertate, moreque ſuo ſeraphico ſententiarum gravitate diſtinctæ, ac perpetuo diſciplinæ præceptis conſperſæ: uſque adeo, ut ex auctore doctrina, rurſuſque auctor ex doctrina cognoſcatur.

Indoles & virtutes Bonaventuræ.

XXVIII. Confirmaverim hæc opportune graviſsimis, piiſque Cancellarii Pariſienſis teſtimoniis, quibus, quid ponderoſe & erudite ſenſerit de Bonaventuræ doctrina, propalat. *Si quæratur a me*, inquit, *quis inter ceteros Doctores plus videatur idoneus? reſpondeo ſine præjudicio, quod Dominus Bonaventura: quoniam in dicendo ſolidus eſt, & ſecurus, pius, & juſtus & devotus. Præterea recedit a curioſitate quantum poteſt, non immiſcens poſitiones extraneas, vel doctrinas ſeculares, Dialecticas, aut Phyſicas, terminis Theologicis obumbratas more multorum. Sed dum ſtudet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem & religioſitatem affectus. Unde factum eſt, ut ab indevotis Scholaſticis, quorum prob dolor! major eſt numerus, ipſe minus extiterit frequentatus: cum tamen nulla ſublimior, nulla divinior, nulla ſalubrior atque ſuavior pro Theologis ſit doctrina; de quo vere dicitur illud Chiſti de Joanne*; Erat lucerna ardens & lucens.

Elogia doctrinæ Bonaventuræ.

Gerſon.lib.de col. 1. examin. doctr.

Joan.5.35.

XXIX. *Alibi inquit*; Ignem veni mittere in terram, *dicebat Chriſtus*; & quid volo niſi ut ardeat? *In dextera nempe Dei eſt ignea lex*; *cujus* eloquium ignitum eſt vehementer, *cujus oculi ſunt ſicut flamma ignis, cujus præco Joannes dictus eſt lucerna ardens, inſtar Eliæ. Conſiderans iſta noſter Euſtachius, Dominus Bonaventura, voluit eſſe Doctor ardens: ſciens, quoniam lucere parum eſt, & ſæpe vanum, ſæpe noxium, quoniam ſcientia inflat, & dæmonium facit. Quid enim* dæmon *interpretatur, niſi ſciens? Sed abſque caritate. Sortitus eſt idcirco, ſecundum laudem vitæ ſuæ, pariter & doctrinæ, nomen ipſe Bonaventura, ut antonomaſtice*, Doctor Seraphicus *nominetur. Sint alii Doctores, qui dicantur Cherubici: Bonaventura veriſſimo nomine*, Seraphicus *ſimul &* Cherubicus *eſt: quia inflammat affectum, & erudit intellectum, reducit & unit ad Deum, per amorem excitativum; dum alii multum divaricant, & diſpergant intellectum.* Alio item in loco addit. *Neſcio ſi præcipuus inter omnes numerandus ſit Euſtachius: ita enim nomen iſtud ſuum vulgatum* Bonaventura, *videor poſſe tra-*

Idem epiſt. de laud. doct. ſancti Bonav.

Luc. 12. 49.

Deut. 33. 2.

Pſ.118. 140.

Apoc. 2. 18.

Joan. 5. 35.

Idem de libris legend. conſid.5. par. 2.

Digitized by Google

tradere; ille enim ſingulariter inter omnes Doctores Catholicos, pace omnium ſalva, videtur idoneus & ſecuriſſimus, ad illuminandum intellectum, & inflammandum affectum.

Marian. l. 2. cap. 19. Anton. tit. 24. c. 9. §. 4. Proceſſus de morte Eliæ. Bzov. an. 1254. n. 10. An. 1244. n. 7.

Moritur frater Elias

Contritus & pœnitens.

XXX. Hoc ipſo anno XXII. Aprilis feria 3. ſub feſto Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ obiit Cortonæ, quod oppidum erat nativum, in domo, quam ſibi extruxerat frater Elias (ex aperto errore quintus Ordinis Miniſter dictus a Bzovio, cum fuerit a Franciſco primus) quem ſuperius diximus, Friderico Imperatori adhæſiſſe; poſt cujus mortem reverſus in patriam, totus incumbebat amplæ ædificandæ Minoritis Eccleſiæ, cum contiguis ædibus; licet ab illis ſegregatus habitu, & converſatione, ſecularium more, ſub proprio vivens tecto, nulli ſubditus Prælato. In ultima decumbente infirmitate, & deficientibus viribus, jam deſperatam ſalutem, dum audiiſſet germanus frater laicus Minorita, feſtinus Cortonam abiit, ſeriuſque egit de reconciliando homine & religioſo Cœtui, & Pontificiæ obedientiæ. In ſe reverſus, quam euſque erraverit extra obedientiam evagatus, vel ſero confeſſus, petiit a Fratre, Aſſiſium celerrime abiret, veniam & abſolutionem pro Dei & Franciſci amore petiturus a Pontifice. Dum abiit, excreſcente morbo, per octiduum ante mortem eum viſitabat Dominus Bonus Abbas de Ciglado, ad veram invitans pœnitentiam: neque inaniter: expreſſit enim ſingultus, & gemitus, & lacrymas. In Sabbato ſancto, vocato ad ſe Bencio Archipresbytero Cortonenſi, egit de redeundo ad Pontificis obedientiam, & veram ſemitam ſalutis; quare præſtito juramento de adeundo Pontifice ſi valeret, vel mittendo alio, ſi longiori tempore langueret, ut indulgentiam & pœnitentiam ſuorum peteret errorum, ſibi ad mortem properanti petiit humiliter conferri abſolutionem a cenſuris Eccleſiaſticis, quibus innodabatur, & peccatorum plenam remiſſionem. Adhibitis debitis cautionibus coram quinque ſacerdotibus, & tribus publicis Notariis, videlicet Cambio, Bucamonte, & Hugone Raynaldi, abſolutionem dedit Archipresbyter, commiſſos errores & inobedientiam contra Pontificem, & contra Ordinem ſuum confitenti. Deinde peccatorum rite in confeſſione expreſſorum, remiſſionem accepit ab alio Presbytero dicto Ventura; demum Euchariſtiam ſecunda feria in Paſchate a fratre Deotiſece Minorita, non ſine lacrymis, & veræ contritionis indiciis obtinuit, recitato prius pſalmo illo pœnitentiali, *Miſerere mei Deus*, emiſſis ad ſingulos verſus altis ſuſpiriis, elevatiſque in cœlum oculis & brachiis, & prolatis frequenter illis ſimilibusque verbis jaculatoriis: *Domine parce mihi peccatori; Domine non intres mecum in judicium; Domine adjuva me propter miſericordiam tuam, & propter merita ſervi tui Franciſci, quem indigne & ingrate contempſi*; Non eſt unctus oleo ſancto, quia deerat in oppido, cetera autem pœnitentis & Chriſtiani hominis præmiſit officia, mortuus extra Ordinem, ſicut antea prædixerat Inſtitutor.

Tom. 1. An. 1220. n. 25. Anton. tit. 24. c. 9. §. 3.

Viſio S. Franciſci de Eliæ fine.

XXXI. Rem ſemel indicavimus, & alias clarius Franciſco revelatam narrat ex legenda antiqua Antoninus. Accepit, inquiunt, a Deo Eliam demum damnandum, & extra Ordinem moriturum; quare deinceps Vir ſanctus Eliæ conſortium & aſpectum fugiebat. Rei cauſam importunius inveſtigans Elias, tamdem extorſit quam ille acceperat, revelationem. Toto riguit miſellus corpore, & proſtratus ad pedes optimi Magiſtri, inſtantiſſime rogavit, ut ſuis precibus intercederet, ne commiſſa ſuæ cuſtodiæ ovicula in æternum periret: neque moveat, inquit, te prolatum in viſione judicium; *Novit enim Dominus mutare ſententiam,*

ſi pec-

Digitized by Google

ſi peccator noverit mutare delictum. Tantum, cariſſime Pater, tuis fido orationibus, quod ſi in infernum detruderer, juxta monſtratam viſionem, fierent mihi pœnæ leviores. Ora pro me, Pater, ora, & abſque dubio Dominus ſententiam mitigabit, & ego mutatis moribus melior evadam. Fecit ita Franciſcus, ſeque exauditum accepit in oratione, neque condemnandum in ſempiternum Eliam, vere autem extra Ordinem moriturum. Hic admonuerim, non adeo deſipuiſſe Eliam, virum omnium calculo doctum, ut putaret revocabilem fuiſſe Dei abſolutam ſententiam, neque mutabilem ejus voluntatem, ſed intellexiſſe, quaſdam eſſe Dei ſententias comminatorias, & voluntates ſigni, quæ juxta diſpoſitionem cauſarum inferiorum & hominum pœnitentiam, abſque Dei mutatione mutantur; juxta illud Hieremiæ: *Loquar adverſus gentem, & adverſus regnum, ut eradicem & deſtruam, & diſperdam illud; ſed ſi pœnitentiam egerit gens illa a malo ſuo, agam & ego pœnitentiam a malo, quod cogitavi ut facerem ei*. Recte quidem dixit Doctor Angelicus, Deum aliquando pronunciare aliquid futurum ſecundum quod continetur in ordine cauſarum inferiorum, ut puta ſecundum diſpoſitionem naturæ vel meritorum, quod tamen non fit, quia aliter eſt in cauſa ſuperiori divina; ſicut cum prædixit Ezechiæ; *Diſpone domui tuæ, quia morieris, & non vives*, neque tamen ita evenit, quia ab æterno aliter fuit in ſcientia & voluntate divina, quæ immutabilis eſt; propter quod dicit Gregorius, quod *Deus immutat ſententiam, non tamen mutat conſilium*. Neque vero verba illa ex Ambroſio allata adeo ſcholaſticis argutiis illorum inſerviunt; qui frequenter eadem proferunt ad probandum prædeſtinationem aut reprobationem divinam eſſe fallibilem, aut voluntatem eſſe mutabilem: quippe ſanctus Doctor illo agit loco de pœna temporaria amiſſæ loquelæ inflicta Zachariæ, ob incredulitatem, qua depoſita, remiſſa eſt & pœna; *Continuo*, inquit ſanctus Doctor, *reſoluta eſt lingua ejus, quia quam vixerat incredulitas, fides abſolvit*. Dum ergo peccator correxerit errores, Deus condonabit delicta, & immiſſa mala revocabit.

Ambroſ. l. 2. in Luc. & habetur de pœnit. d. 1. c. Novit. Dom.

Quomodo dicitur Deum mutare ſententiam.

Hierem. 18. 7.

Thom. 1. p. q. 19. art. 7.

Iſai. 38. 1.

Greg. l. 20. Mor. c. 23. ad med.

XXXII. Porro Eliæ frater facile obtinuit apud Pontificem criminum remiſſionem & cenſurarum abſolutionem: quam tamen conferendam voluit per fratrem Walaſcum Minoritam ſuum Pœnitentiarium, quem ad hoc ipſum Cortonam miſit ut ægrotantis exploraret pœnitentiam, & vere contritum ad debita humilitatis & obedientiæ excitaret officia. Sed tarde ſub fine Aprilis acceſſerunt Pœnitentiarius & Frater, homine jam defuncto, cujus præſtitæ obedientiæ, oſtenſæ contritionis, & acceptorum Sacramentorum fidem in publica redegerunt acta die 11. Maii, & ſequentibus convocatis, auctoritate Pontificia, optimis quibuſque teſtibus, quorum nomina & teſtimonia penes me habeo in exemplari authentico originarii proceſſus, quem diligenter cuſtodiunt Patres Conventuales in tabulario Aſſiſiati. Unde planus error cenſendus eſt, quod in Memoriali Ordinis, & in Firmamento trium Ordinum ſub quarto Miniſtro Generali habetur, videlicet Eliam hunc in Galliis, in Civitate Imperiali Biſuntinenſi Provinciæ Burgundiæ, tunc Franciæ, in Conventu Minorum honorifice fuiſſe ſepultum.

Mittitur Pœnitentiarius abſolutum Eliam.

An. 1239. n. 11.

XXXIII. In hunc annum reducenda eſt mors Adolphi Comitis Holſatiæ, quem anno MCCXXXIX. diximus Franciſcanis nomen dediſſe, & ſplendorem addidiſſe; ſi verum eſt, quod Rodulphus aſſerit, quatuordecim annis eum in Ordine vixiſſe, qui ſub hoc tempore terminatur. Al-

Moritur Comes Adolphus.

Rodul. fol. 214. Crantz. in Wandal. lib. 7. c. 18.

Idem in Saxon. l. 8. c. 7. Piſan. confor. 8.

Apparet ei beata Virgo.

bertus Crantzius in ſua Wandalia, ultra viginti annos Minoritam fuiſſe ſcribit, & conſequenter in Saxoniæ hiſtoria ejus mortem reponit ſub anno MCCLXI. quem non omnino rejiciendum putem; quippe illius gentis hiſtoricus exactius res potuit domeſticas ſcire. In Conventu Kylonis Provinciæ Colonienſis ſepulturam accepiſſe, ſcribit Piſanus. Ibi ſub mortem ei apparuit beata Virgo, magno circumdata lumine, & copioſo Sanctorum agmine animam de corpore exire trepidantem excitatura; *Quid*, inquit, *dilecte fili trepidas? quid times? quid ultro beatificandam animam ex corporis ergaſtulo vereris dimittere? En præ foribus ſtat filius meus dilectus ſpiritum excepturus tuum, & in ſinum Abrahæ deducturus, qui vitæ religioſæ tot annis tranſactæ præmium dabit immenſum. Secure & lætanter egredere anima ſancta, felix & jucundus te locus expectat*; quibus in verbis ſpiritum emiſit. Alias latius de hujus Viri factis, & humilitate ſermonem inſtituimus.

Ann. 1244. n. 16. Legen. antiqua. Marian. l. 1. cap. 21. An. 1252. n. 9.

XXXIV. Poſt conſecratam a ſe Eccleſiam Portiunculæ, & in æde majori ſancti Franciſci canonizatum beatum Stanislaum Cracovienſem, uti diximus ſuperius, Pontifex Romam tranſtulit Curiam, in qua non pauci erant, qui magnificabant Virginis Claræ, paulo ante defunctæ, virtutes, & plura referebantur miracula ejus meritis facta. Non neceſſe fuit multis Pontificem rogare: ut de canonizanda tractaret, qui viventem cognovit, morientem aſpexit, & ſepultam comperit Aſſiſii miris operibus claruiſſe. Quare datis decima octava Octobris ad Bartholomæum Epiſcopum Spoletanum litteris incipientibus *Glorioſus Deus in Sanctis ſuis*, commiſit, ut veritatem inquireret tot mirabilium, quæ per Claræ merita fieri per vallem Spoletanam ferebatur. Non diſtulit examen Epiſcopus. Aſſumptis etenim ſecum Leonardo Archidiacono Spoletano, & Jacobo Archipresbytero Trevii, abiit ſtatim Aſſiſium, ingreſſuſque clauſtra ſancti Damiani, ſimul cum fratre Leone, ſancti Franciſci olim Confeſſario, fratre Angelo Reatino ejuſdem ſocio, & fratre Marco Monialium ſacellano, incœpit inter domeſticas & diſcipulas, vitæ, ſanctitatiſque inquiſitionem, die XXIV. Novembris, moxque perfecit inter Cives Aſſiſiates. Compactum totum proceſſum, ſub initio ſequentis anni tranſmiſit ad Pontificem, qui dum ad alia opportuit attendere, & Neapolim, ubi vitæ poſuit terminum, pergere, non potuit ſolemnem hanc canonizationem perficere.

Jubentur examinari acta ſanctæ Claræ.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. *Ex Bulla Innoc. IV.*

Fr. Simon Lector Mediolanen. pacificat Fratres Auguſtinianos.

,, XXXV. Fratres Eremitæ ſancti Auguſtini in duas partes diſſecti,
,, propter duorum Priorum Generalium, ſcilicet Hugonis Mantuani, &
,, Marci Cæſenatis electionem, in multiplices contentiones, & diſcor-
,, dias abjerunt, fluctuante interim vehementer ipſorum inſtituto. Miſſis
,, itaque ex ſuis conſodalibus quatuor ad Curiam Romanam, & ad Guillel-
,, mum S. Euſtachii Diaconum Cardinalem Ordinis Protectorem pro uni-
,, tate & pace conſequenda, dum Cardinalis per ſe commode non pote-
,, rat hos Procuratores audire, prudentibus Viris N. electo Paduano,
,, & fratri Simoni Mediolanenſi Lectori Ordinis Minorum, Capellanis,
,, ſociis ſuis commiſit, ut illos diligenter audirent, & prout ſtudioſius
,, poſſent, Ordinem ipſum ad unitatem & pacem curarent revocare. Illi
,, vero ſtatu, & conditionibus Ordinis per Procuratores prædictos
,, plenius intellectis, quoſdam articulos pronunciaverunt in Ordine
,, ſervandos, per quos ſumma pax & tranquillitas in Ordine ſtabilita
,, eſt, cedentibus gradui ſuo duobus illis Generalibus, & in plenis to-
,, tius Ordinis Comitiis ſubſtituto Lanfranco Mediolanenſi viro optimo,

qui

Digitized by Google

„ qui vacillantem, teneris adhuc initiis, Religionem prudenti regimine „ conſolidavit.

XXXVI. Conradi Friderici filii in Germania fautores nihil intentatum relinquebant contra Innocentium Pontificem, & Willielmum Regem Romanorum; quare non neglexit Antiſtes eorum conatibus occurrere, Imperatori ſubveniendo, & Prædicatores, præſertim ex Dominicana & Franciſcana familiis, exhortando, ut ſermonibus ſuis populos excitarent ad vindictam & exterminium malorum. Præ his commendatur negotium Joanni de Diſt Minoritæ, Capellano & familiari Imperatoris, recenter electo Epiſcopo Sambiæ (quæ Pruſſiæ ducalis erat Provincia; ſedes autem Epiſcopalis in Regio-Monte; donec Epiſcopatum extinxit Albertus Brandeburgicus, ex Magiſtro Equitum Teutonicorum creatus Dux Pruſſiæ) cui etiam antea commiſſum hoc idem contra Fridericum & filium, ut ſuo loco narravimus, & ex his ipſis, quas ſubjicimus, litteris conſtat. Joan. de Diſt prædicat Crucē contra Conradum.

Fratri Joanni de Ordine Minorum Epiſcopo Sambien.

Cum tibi dudum prædicationem Crucis contra quondam Fridericum, olim Imperatorem ac fautores ejus, perſecutores Eccleſiæ, in Regno Alamaniæ per noſtras litteras ſub certa forma commiſiſſe dicamur: Nos de tua circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatenus in prædicatione hujuſmodi contra Conradum, ejuſdem Friderici filium, ac adhærentes eidem, abſque negligentiæ torpore procedas, juxta earumdem continentiam litterarum. Datum Peruſii v. *Idus Februarii anno* x. Reg. Vatic. ep. 465.

XXXVII. Translatum porro Joannem hunc ab Eccleſia Sambienſi ad Lubicenſem, omnium ferme Saxonici nominis ornatiſſimam, atque in ea regenda plura laudabiliter præſtitiſſe, ita ſcribit Albertus Crantzius. *Lubicenſi Eccleſiæ ademptus Albertus (Archiepiſcopus ſcilicet Rigenſis, de quo præmiſerat cap.* 10.) *in Livoniam ad Eccleſiam ſuam Rigenſem jam occupatore vacuatam, transfertur: ſuccedit illi in eadem Lubicenſi frater Joannes de Diſt ex Ordine Minorum, oriundus de Brabantia, ad petitionem Romanorum Regis Willielmi, cujus fuit Capellanus, & Conſiliarius, per Innocentium IV. a Sambienſi Eccleſia, quam ante tenuerat, ad iſtam translatus. Magnus Theologus, & Prædicator Crucis ſolemnis: prudens nihilominus Paſtor Eccleſiæ. Hic reperit redditus menſæ Epiſcopalis valde diſſipatos & diminutos per Comites Holſatiæ, Joannem & Gerhardum: & propter penuriam, cum non haberet unde ſe ſuſtineret, cum familia ceſſit ad integrum annum. Et reverſus, conſecravit plures Eccleſias in diœceſi, & extra, ut illis velut quotidianis procuratoribus ſuſtentaretur. Tamdem conſiderans gentem gravem & aſperam, redemit vexationes bonorum Eccleſiæ* 800. *marcis a Comitibus & miniſterialibus, ut pacem inveniret; relaxavit, remiſitque Comitibus* 200. *marcas, & villam Flemingdorpe reſignavit, & villam Lankem commutavit, ut liberaret colonos Eccleſiæ univerſos a præſtatione collectæ, quæ dicitur Grevenſtbat. Et advocatiam in Uthin emit a Vuolrado de Lapide, & manſionem principalem advocati* 600. *marcis. Inſtauravit quoque in Eccleſia Lubicenſi novam dignitatem Cantoriam: ſtatuens ut certis feſtivitatibus, cum argenteo baculo, cum ſocio ſimiliter gerente baculum ejuſdem formæ incedat, aſſignando ei certos redditus. Oppidum quoque manſionis ſuæ Uthin juri ſubdidit Lubicenſi, quæ ma-*

Transfertur ad EpiſcopatumLubicenſem.

Crant. lib. 8. Metrop. cap. 17.

Multa in eā præſtitit.

magna cenſetur liberatio, ut cauſas appellationum devolvant ad judicium, quod habent velut Imperiale in urbem Lubicenſem. Fecit etiam plures milites & militares ſuæ diœceſis pro ſuis exceſsibus nudatos, in proceſsione reconciliari. Multa utilia privilegia pro Eccleſia impetravit. Tamdem rediens ad Romanorum Regem, obiit circa partes Rheni in Eſſendia, & ſepultus eſt in Nuſsia. Præfuit autem ſuæ Lubicenſi per annos ſolos ſex. Alterum commemorat ſub hoc tempore Epiſcopum Minoritam Guillelmus Eyſengrenius in catalogo teſtium veritatis, Joannem Boſſinenſem in Hungaria, ſeu Sclavonia Epiſcopum, Germanum, patria Friburgenſem ex Briſgoja, in lege Dei exercitatiſſimum, & in ſacris ſcripturis doctiſſimum. Mortuum, ait, in Germania, & ſepultum in Conventu ſui Ordinis Argentoratenſi.

Eyſengrenius ad ann. 1250.

Joann. Epiſcop. Boſſinen.

XXXVIII. Moleſta nimis fuit Minoritis cura Monialium ſanctæ Claræ injuncta a Pontifice, & Cardinale Protectore Epiſcopo Oſtienſi ad petitiones Epiſcoporum, ſed præcipue Monaſteriorum non exemptorum a juriſdictione eorumdem. Datis itaque ſequentibus litteris, liberavit eos ab hac moleſtia Pontifex, inſuper concedens, ut minime tenerentur ſe intromittere de Monaſteriis noviter exemptis, aut de cetero eximendis abſque ſpeciali mandato ſuo, vel Epiſcopi memorati.

Liberat Pontif. Minores a cura Monialium.

Generali Miniſtro, & univerſis Fratribus Ordinis Minorum.

Reg. Vatic. epiſt. 814.

Petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod Moniales quamplurium Monaſteriorum, quæ Ordinis ſancti Damiani fore ſe aſſerunt, diœceſana lege diœceſanis Epiſcopis ſubjectorum, noſtras, & venerabilis Fratris noſtri Oſtien. & Velletren. Epiſcopi, cui cura ipſius ſancti Damiani Ordinis a Sede Apoſtolica eſt commiſſa, ad vos litteras impetrarunt, ut Monaſteriorum ipſorum ſollicitudinem gerentes, & curam eis correctionis & viſitationis officium impendatis, & miniſtretis Eccleſiaſtica ſacramenta. Quia vero quædam ex Monialibus ipſis interdum diſcurrunt per patriam, cum deberent potius vivere ſub clauſura, iidem diœceſani, ad quos cura Monaſteriorum ipſorum noſcitur pertinere, non ſolum contra Moniales ipſas, verumetiam contra vos, quibus invitis earum cura interdum committitur, ſæpius concitantur, ſuper quo petiiſtis a nobis, per ipſius Sedis providentiam ſubveniri. Cum autem intentionis noſtræ, vel ipſius Epiſcopi non exiſtat, vos gravare ſuper hoc, ſeu diœceſanis ipſis aliquod præjudicium generare; vobis univerſis & ſingulis auctoritate præſentium indulgemus, ut ad gerendam curam aliquorum Monaſteriorum prædicti Ordinis ſancti Damiani, vel eis hujuſmodi officium impendendum, ſeu miniſtrandum ſacramenta prædicta, niſi ad Romanam Eccleſiam nullo pertineant mediante, minime teneamini, prætextu aliquarum litterarum a nobis, vel eodem Epiſcopo ad vos obtentarum, vel obtinendarum in poſterum, abſque ſpeciali mandato noſtro vel ſuo, faciente de exemptione ipſorum Monaſteriorum plenam & expreſſam de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Inſuper vobis concedimus, ut vos intromittere non teneamini de Monaſteriis ipſis ſancti Damiani Ordinis de novo exemptis, aut de cetero eximendis, abſque ſpeciali mandato noſtro, vel Epiſcopi memorati. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Aſſiſii VIII. *Idus Julii anno* X.

XXXIX.

Digitized by Google

XXXIX. Magna quotidie offerebantur munera, & plurimæ fiebant oblationes, nobiliſſimaque mittebantur donaria a Principibus ad Eccleſiam ſancti Franciſci Aſſiſiatis, ut nobilius haberetur in veneratione ſacratiſſimus corporis theſaurus ibidem reconditus. Timebant incolæ, ne admiſſa tanta & tam pretioſa ſupellectile violaretur ſtricta paupertas, voto firmata. Dum vero recurrunt ad Pontificem, omnino voluit, ut admitterentur hæ oblationes, & in honorem ſancti Patriarchæ ſervarentur, ablata auctoritate Ordinis præfectis, eas alienandi, vel illinc auferendi. Diploma ipſum ſubjicio. *Jubet admitti oblationes ad ſepulcrum S. Franciſci.*

Fratribus Minoribus Eccleſiæ ſancti Franciſci de Aſſiſio.

D*Ignum exiſtimamus & congruum, quod loca ſancta, & religione conſpicua, ſicut devotione coluntur fidelium, ſpecialibus honore, & gratiis, & inſigniis decentibus decorentur, ut ex iis ſalutares Catholicæ plebis affectus ad ipſorum venerationem locorum vehementius inardeſcant; & ſicut ipſa devotio habita circa illa eſt ad impendendam eis honorabilem gratiam inductiva, ſic & exhibita ipſis gratia ſingularis ſit allectiva fidelium ad exhibendam illis reverentiam ampliorem. Hinc eſt, quod dum Eccleſia veſtra beati Franciſci de Aſſiſio, ſpecialis quidem Apoſtolicæ Sedis, & ad eam nullo pertinens mediante, inter ceteras regulares venerabilis habeatur, & in eam pro ipſius pretioſi Confeſſoris honore, cujus corpus requieſcit ibidem, Chriſtiani populi undique confluat multitudo, nos ob hoc ipſam, quam amore præcipuo proſequimur, & favore volentes, præ aliis Ord. FFr. Minor. Eccleſiis, privilegiis, & gratiis inſignire, ut eadem Eccleſia, libros, calices, thuribula, cruces, baccilia, ſive de auro, ſive de argento, tunicas, Dalmaticas, planetas, & cappas, ſeu pluvialia, & quæque indumenta & paramenta, tam ſerica, quam alia, ſive ad altarium & perſonarum, ſive ad alium ipſius Eccleſiæ ornatum, campanas quoque magnas & parvas, & cetera ornamenta, & vaſa Eccleſiaſtica libere ac ſpecialiter habere valeat, auctoritate ſpeciali, indulgemus. Diſtrictius inhibentes, ne Generalis vel Provincialis Miniſter, ſeu Cuſtos, aut Guardianus, qui pro tempore fuerint vel quivis Frater, ſeu Capitulum Generale, vel Provinciale, aut particulare ipſius Ordinis, ſeu quælibet alia perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis, ea quæ ipſa Eccleſia de prædictis nunc habet, vel habebit in poſterum, & quæ pro iis dabuntur, vel offerentur Eccleſiæ, ſibi auferre vel exinde amovere, aut alibi transferre, ſeu pignori obligare, vel quoquo modo diſtrahere, aut quomodolibet alienare præſumat abſque mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, decernentes, ſi ſecus præſumptum fuerit, irritum fore & inane. Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, vel conſtitutionibus contrariis ipſius Ordinis, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis &c. Datum Aſſiſii* XVII. *Kalendas Auguſti anno* XI.

XL. Subnecto hic ad aliorum doctrinam multas horum temporum dæmonis inſidias Minoribus ſtructas, & præſens ſemper Chriſti ſubſidium. In Hiſpania Cuſtos quidam, vita regularis, & prædicatione celebris, perſuaſus a Diabolo in Chriſti ſpecie apparente, ad ſummum perfectionis gradum ſe perveniſſe, nec quidquam præter vitam mortalem intercedere, quin ſtatim gloria frueretur æterna, ſtatuit ad illuſoris conſilium, pulvinari ori immiſſo, ſibi mortem inferre; & plane feciſſet, *Marian. lib. 2. cap. 19.* *Fraus dæmonis cluſa.*

ſet, niſi ſuperveniens quiſpiam luctantem ex violentia ſpirituum perſentiret, & ſpiraculi impedimentum, vel invito removeret. Advocati Conſodales orarunt omnes genuflexi, ne amplius circumveniretur ab hoſte. Se deceptum, Deo illuminante, apprehendit; quare protinus exiliens e lecto, fune ad collum alligato, veniam a circumſtantibus dati ſcandali, & tanto profluvio lacrymarum a Domino ſui criminis petiit remiſſionem, ut mereretur audire, facta ſibi cœlitus voce, donatum eſſe reatum, neque amplius ſupereſſe diabolo in eumdem poteſtatem.

Igne concupiſcentiæ ſuperatur.

XLI. In eodem Regno alius viſum abiit parentes, apud quos cum ſedula illi miniſtraret compta ancilla, ante ſuſceptum monachatum familiaris, totus exarſit in ejus concupiſcentiam. Noctu de ea cogitabat, quam in die ſerius aſpiciebat, nec requieſcere valens, ſurrexit e lecto ad illam perrecturus. Sed ecce in via magnus ignis accenſus, qui interiorem aliquantum reſtringebat, neque tamen extinguebat, dum tertio & quarto in rem malam abire tentabat. Conſiderans demum, non ab homine, ſed a Deo ſeptam ſibi illo igne viam, exteriori voluit interiorem opprimere. Immiſit itaque ſe nudum in flammas, per quas concupiſcentiam omnem vere exuſtus abegit, neque amplius in domo paterna judicavit hærendum, ubi dæmon dulces parabat inſidias. Summo mane, inſalutatis parentibus, rediens cum ſocio in Monaſterium, invenit in obvia Eccleſia Parochum & Diaconum exorcizantes dæmoniacum, garrulum nimis, neque quidquam eorum conatus curantem. Cum vero illi ſuas preces multiplicarent & exorciſmos repeterent, dixit malus hoſpes: *Non me hinc ejiciet alius, niſi qui nocte præterita igne ignem extinxit.* Dum hoc ſæpius diceret, ſocius quidpiam ſuſpicatus, admiratuſque quare ita diluculo & inurbane receſſerit, interrogavit Fratrem, ſi quidpiam ei nocte illa contigerit? Rem faſſus, cogitur a ſocio, ut ſtolam exorcizantis ſibi inducat, & miſerum illum a dæmone ſalvificet. Fecit humiliter, inſtanter rogatus, & ſtatim dæmon receſſit.

Parta victoria Minorita dæmonem expellit.

XLII. Non diſſimile prorſus ſucceſſit alteri fratri Hetruſco, qui ut abigeret circa viſam mulierem, moleſtam exortam tentationem, durius in ſe animadvertit verberibus, flagellis, crinium evulſione, aliiſque mortificandæ carnis operibus. Sed cum ſopita aliquantulum, iterum acrius vexaret, importunitati cedens, noctu muros tranſiliit ad mulierem acceſſurus. Factus extra clauſtra, Dei gratia excitante, cogitavit factum, perpendit faciendum, examinavit voluptatis brevitatem, culpæ fœditatem, & pœnæ diuturnitatem. Genuflexus in aperto campo humiliter cum lacrymis Deum exoravit, ut misereretur, & infirmitatem adjuvaret. Statim circumfulſit eum lux de cœlo, & facta ad eum iſta vox. *Ferme periiſti, ſed jam viciſti; ſurge vincens, & regredere ad caſtrum cum triumpho.* Cum ſurgeret, & ad Monaſterium rediret, iterum audivit ſibi dicentem: *Vis videre mulierem, cujus concupiſcentia te vexavit?* Viditque ante ſe poſitam fœdiſſimam, vermibus ſcaturientem, & ſtercore fœtidiorem. *En*, inquit ex alto loquens, *qualis futura eſt, quam tu adeo irrationabiliter concupieras.* Adeo horribilem & deformem fuiſſe ſibi oſtenſam figuram, referebat poſtea ſæpius Frater, ut tunc eam aſpicere non potuerit abſque abominatione, neque poſtea de ea cogitare abſque faſtidio.

Alius Dei gratia carnis concupiſcentiam ſuperavit.

XLIII. In Provincia Aquitaniæ tentatus alius eodem malo, orabat, ſed tepide, ante Chriſti crucifixi imaginem, ut liberaretur a tentatione. Orabat ſæpius eamdem orationem, neque tamen exaudiebatur. Viſus ſibi

Tepide orantem nõ exaudit Chriſtus.

Digitized by Google

ſibi poſtea vidiſſe Chriſtum, a deprecante faciem avertiſſe, ille tremefactus rogavit aſtantes Virginem Mariam, atque Evangeliſtam Joannem, ut Chriſtum redderent propitium. Rogantibus reſponſum a Chriſto: *Quomodo miſerebor ejus, qui negligit ſibi miſereri, & frigide nimis a malo liberari deſiderat?* Quo audito, quaſi in deſperationem actus, concupiſcentiæ fræna laxare cogitavit: ſed Dei miſericordia præventus, rediit ad orationis locum, proſtratuſque coram Crucifixo, inſtanter & ferventer petiit miſericordiam & efficax auxilium. Addentibus etiam Divis ſuas preces, reſpondit Dominus: *Nunc eſt hora & tempus miſerendi. Bene oranti ſit venia peccatorum, & præſens aderit auxilium.* Ita ſenſit ille, tranquille & pie deinceps vivens in Religione.

Ferventer oranti adeſt.

XLIV. In Regno Luſitaniæ invaſit Diabolus adoleſcentulam compte nimis ſe componentem ad ſpeculum. Multi tentarunt invaſorem expellere, neque poterant; quibus tamdem ille: *Nullus me deturbare poterit ab hac ſede, niſi quidam Minorita hujus oppidi incola.* Interrogatus cur huic ſoli illa conceſſa poteſtas? Reſpondit: *Quia paucis ab hinc diebus dum mitterer ut eum circa opera carnis tentarem, viriliter repulit tentantem.* Vocato Fratre, & fugiente dæmone ad ejus præſentiam, conſtitit de rei veritate.

Reſiſtentes Diabolo fiunt ei formidoloſi.

XLV. Alii etiam tentati circa hoc tempus, ut ſpreta regulari diſciplina ad laxitudinem ſeculi redirent, e quibus nobilis quidam delicatule enutritus in ſeculo, durius ferens ſodalitii aſperitatem, tentavit recedere. Dum abire vellet occulte, amiſſo viſu, numquam viam evadendi, quantumvis frequenter aggreſſus, inveniebat. Obſtinatus in propoſito, dum aliam tentaret viam per Eccleſiam abeundi, humiliato capite ſalutavit Chriſtum in altari cruci affixum. Immiſſa e ſimulacro vox fugam objiciens, & interrogans quare recederet? Reſpondit nimis durum illud vitæ genus molliter enutrito. Cui Chriſtus: *Reſpice ad manus meas, & pedes meos, conſpice latus hoc pro te transfixum, collige pro te manantem ſanguinem, & appone oculis tuis collyrium hoc, & videbis quam inanes ſint illæ tuæ paſſiones reſpectu malorum, quæ pro te perpeſſus ſum.* Vere diſtillatum ſanguinem e vulnere laterali, intincto digito, appoſuit oculis frater, & perfecte vidit quam egregia ſit cathedra docentis, crux Chriſti patientis.

Inanes noſtræ paſſiones ſi conferantur ad Chriſtum.

XLVI. In Provincia Januæ factus Minorita, patre defuncto, locuples adoleſcens, relictis conſanguineis bonis paternis, cum obligatione ſatisfaciendi quibuſvis oneribus, ceſſit. Paucis ab initiatione diebus apparuit ei dæmon in patris effigie, miſerabiles effundens querimonias, & dicens: *Cur ingrate & immiſericors fili ita me torqueri vis in purgatorio? Detineor, & crucior in flammis ob male tibi acquiſita, & debita inſoluta, quibus non eſt ullus qui ſatisfaciat, quantumvis mea bona alii ſuſceperint. Si mihi, juxta debitum filii compati volueris, oportet ut omnino regrediaris in domum tuam, & a vinculis ſolvas animam meam.* Perterritus juvenis conſuluit tirocinii præceptorem, cujus illud conſilium, ut mala ſuadentem repelleret fictum patrem, neque alium eſſe quam patrem mendacii. Ita fecit conſtanter, frequenter apparenti reſtitit, & expuit in faciem; non tamen impune. Deſcendenti etenim in Eccleſiam, occurrit eadem inculcans. Quem cum adoleſcens contempſiſſet, apprehenſum extra Eccleſiam duxit, & medio læſit corpore, exuſta veſte ea parte, qua contemnentem apprehendit. Patienter tulit inimici injurias pius adoleſcens, confidens in adjutorio Altiſſimi, quod liberaret eum a laqueo

Aſtus dæmonis ut a Religione retrahat.

Digitized by Google

laqueo venantium, & a verbo aſpero. Ita factum; nam miſſus ſanctus Franciſcus, qui decumbentem in lecto ſanavit, & fecit ut valde deſiderans intereſſe ſolemnibus Matutinis cujuſdam feſtivitatis, plene poſſet, neque amplius ſentiret inſidiantis moleſtias.

Virgo Maria tironem confirmat in fide.

XLVII. Tiro alius tentatus in fide, dum ficta omnia Chriſtianorum dogmata dæmon perſuaderet, voluit recedere, & vacare mundi oblectamentis. Non omnino extinctus fidei igniculus, neque plane abolita erga Virginem Matrem devotio, quam quotidianis obſequiis magiſter impreſſit. Dum proinde diſcederet, voluit Virgini valedicere, & ſuum ſtatum exponere. At illa miſericorditer nutantem confirmavit in fide ſui unigeniti, quem ulnis tenebat, eamque confirmatam voluit, dato in manum ſigillo, filii & matris effigiem habente. Mirabiliter ille ſtabilitus fortiter ſe geſſit deinceps. Tunc etiam Canonicum cujuſdam Eccleſiæ Gallicanæ Franciſcanum factum, valde a dæmone tentatum, invocato fideliter ejus nomine, ſacra Virgo, ut perſeveraret, effecit.

Non ſunt condignæ noſtræ paſſiones.

XLVIII. Apud Lunellum Cuſtodiæ Montiſpeſſulani Provinciæ, tiro alius ſeverius probatus, & per multa tentatus a rigido Guardiano, cum duriorem ſibi impoſitam pœnitentiam compleret, abiit in Eccleſiam, ubi proſtrato coram Crucifixo, allegabat ſuam ſufferentiam, dicens: *Domine, ecce quanta pro te patior, ecce quot mihi moleſtias ingerit hic inhumanus Guardianus; tu noſti me potuiſſe calamitates iſtas evadere, neque enim mihi deerant in ſeculo facultates laute vitam tranſigendi.* Cui ſtatim indignabundus Chriſtus: *Ecce etiam, quæ ego pro te paſſus ſum; quæ mihi illata ludibria, quæ vulnera quæ ſuprema malorum, neque vero ulla mea culpa, tua omnis: ego innocens pro te peccante omnia perpeſſus.* Attonitus Frater erubuit de ſua jactantia, in poſterum mala quæque pro Chriſto libenter toleraturus. In ipſo Conventu Montiſpeſſulani voluit dæmon ſub boni Angeli ſpecie ſuadere pio cuidam Fratri, cum jam impeccabilem, non debere amplius confiteri ſacerdoti. Quod dum Frater illuſus feciſſet, alia multa ſub ſpecie pietatis dæmon proponebat, ſeque magiſtrum in omnibus exhibuit, quem quaque verſus euntem juſſit, ut ſequeretur. Prompte magiſtri præcepta obſervabat miſellus diſcipulus, donec in puteum dare callide vellet, atque hic moneretur ab altero, qui dæmonis prævidit inſidias. Invocato mox ſacratiſſimæ Virginis auxilio, illuſor receſſit, & Frater ad ſtultam ſuam ſimplicitatem erubuit.

Suadet dæmon Minoritę ne confiteatur peccata.

Vult in præcipitium agere.

Rodulph. fol. 273.
Conventus Brixienſis.

XLIX. Tranſlati hoc anno Minores Brixienſes ex anguſto hoſpitiolo ad commodiorem ædem in civitate Brixia in Lombardia Tranſpadana, divite, affluente, ædificiis pulchra, magnifica, lautis ac nobilibus colonis decorata. Capaciorem hunc locum ita extructum refert Rodulphus. Pulſo Lambertino de Bononia Brixiæ Gubernatore per Obizonem de Ugonibus, Girardum Gambaram, Fridericum Griphum, & Rizzardum Bucam Conſules, ſeditio magna extemplo facta eſt inter partes Gibellinorum & Guelphorum. Quare ſævientibus rurſum & in urbe, & in provincia factionibus, & quibuſdam tyrannis, ut hæc Civitas a tanta calamitate liberaretur, Deo & beato Franciſco vovit, ſi ab hujuſmodi infortuniis eximeretur, Templum in Dei & Franciſci honorem quamprimum ædificaturam, quod in ora Campi-baſſi in prædio (ut fertur) a Patritiis de Bruſatis elargito, decenti opere conſtruxit, quo ſancti Franciſci diſcipulos, qui in anguſta jam Eccleſia ſancti Georgii ſatis incommode manebant, induxit tempore Cavalcani de Salis, Patritii, & Epiſcopi Brixiæ anno MCCLIII. quod poſtea Generalis Samſon egregio opere per-

fe-

fecit, & abſoluit, ſacrarium præcipue argenteis vaſis & paramentis exornavit, quæ narrare longum eſſet & operoſum. Magiſter Hieronymus Girellus valetudinarium extruxit, & paterno ære dotavit.

L. Hoc anno Hiſpelli in Umbria conceſſa Minoritis cum contigua domo, Eccleſia parochialis ſancti Andreæ, in qua miniſtrabant tres presbyteri. Juxta illam ſibi domum ædificarunt, quam hodie incolunt Patres Conventuales. Conceſſionem approbarunt Bartholomæus Epiſcopus Spoletanus, clerus ſanctæ Mariæ Hiſpellatis, & communitas populi; confirmarunt vero Innocentius & Alexander IV. In prædicta Eccleſia habetur in veneratione corpus Beati Andreæ Caccioli, ſive, ut aliis placet, de Lacchis Hiſpellatis, cujus feſtum celebrant III. Junii magna cum ſolemnitate, cujus etiam geſta nos alias recenſebimus. Ante hunc annum initium accepiſſe Monaſterium Clariſſarum Almaſani in Hiſpania, indicat Gonzaga, dum in priori loco (a quo ad præſentem, quem modo occupat translatum eſt) ædificatum ait ex oppidanorum facultatibus, Beata Virgine Clara adhuc ſuperſtite, ab altera ex ejus diſcipulis.

Conven. Hiſpelli.

Idem fol. 213. Monument. Urbis.

Monaſt. Almaſani.

Gonzaga in Provin. Concept. Monaſt. 18.

LI. Plura conceſsit hoc anno privilegia Pontifex; indulſit ut de his quæ pro cultu divino, victu aut veſtitu Fratrum offeruntur, nulli ſolverent portionem canonicam: *Pacem veſtram*. Datum XII. Kalendas Auguſti. Monaſterium Sancti Pauli Interamnenſe Damianitarum liberum voluit a quibuſcumque impoſitionibus: *Vobis quas in paupertatis*, Datum XVI. Kalendas Martii. Monialibus Monaſterii ſanctæ Eliſabethæ Rhemen. Diœceſis ejuſdem Ordinis conceſſit, ut a quoquam conveniri non poſſent per litteras Apoſtolicas non facientes expreſſam mentionem de eiſdem: *Cæleſtia quærentibus*, Datum VI. Nonas Julii. Guardiano Minorum Gerunden. in Catalonia commiſit, ut confirmaret electionem & poſtulationem Guillelmi Prioris de Colle in Abbatem Monaſterii Sancti Petri de Biſulduno, Ordinis ſancti Benedicti, adhibitis cautionibus & inſtructionibus neceſſariis: *Dilecti filii* XIV. Junii. Binis litteris Fratri Walaſco ſuo pœnitentiario tranſmiſit facultatem diſpenſandi cum Rege Bohemiæ ducente in uxorem Margaritam Auſtriæ Duciſſam, ſibi quarto conſanguinitatis & tertio affinitatis gradu conjunctam: *Devotione quam dilectus*, Datum III. Nonas Julii; Et *cum dilectus filius*, Dat. II. Nonas Julii.

Privilegia varia.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. INnocentius IV. hoc anno præter ea, quæ recenſentur in an-
„ nalibus de vita & moribus ſanctæ Claræ, quam impenſe dili-
„ gebat & venerabatur, epiſtolas dedit: *Glorioſus Deus &c.* X. Kalen-
„ das Novembris: & pro legatis, & male habitis ad Moniales Aſſiſienſes
„ Breve direxit *Veſtræ meritis &c.* VI. Idus Februarii. Sed Fratribus ne
„ poſſent cogi ad collectionem pecuniarum, quæ ſecum trahebat diverſa
„ incommoda Ordini, benigne conceſſit: *Veſtra ſemper &c.* Kalendas
„ Auguſti: Cuſtodi vero Guaſconiæ: *Sedis Apoſtolicæ &c.* VI. Idus Au-
„ guſti: & Guardiano Zitentrenſi: *Omnium decimarum &c.* XVI. Ka-
„ lendas Octobris: & *Cum dilectus filius &c.* Sub eadem data executoria-
„ les expedivit, ſicut etiam Fratri Deodato: *Olim bonæ memoriæ &c.*
„ XVI. Kalendas Februarii: Fratri Joanni quoque de *Diſt*, de Braban-
„ tia oriundo, Capellano, & Conſiliario Willielmi Regis Romanorum,
„ nec non Epiſcopo Sambiæ, quæ Pruſiæ Ducalis erat Provincia, &

Diploma in honorem ſanctæ Claræ.

Indicul. ex Archiv. Aſſiſien.

,, Sedes Epiſcopalis in Regio Monte, quaſdam pariter executoriales
,, ſcripſit, quarum principia ſunt: *Sinceritas &c.* IV. Idus Decembris:
,, Circa quoddam matrimonium: *Attenta &c.* V. Kalendas Martii, &
,, *Ad hoc &c.* V. Kalendas Martii: ac etiam pro mortuis in duello: *Cum*
,, *ſacri &c.* XIII. Kalendas Martii, ex Vaticano congeſtas a Petro de
Indicul. ex Vatic.
,, Alva, & Aſtorga: Præterea etiam Guardiano Tarraconenſi executo-
,, rialem: *Cum olim &c.* II. Idus Maii: & ad inſtantiam certi Cuſtodis
,, etiam beneficium contulit: *Volentes &c.* III. nonas Septembris: Ce-
,, terum pro expeditione, & ſubſidio Terræ Sanctæ: *Cum in ſuccurſum*
Ex Oderic. fol. 698. & 707.
,, *&c.* nonis Octobris: & pro expeditione ſancti Ludovici Regis Fran-
,, corum, & rebus Hieroſolymitanis: *Gravem dudum &c.* Idibus Ja-
,, nuarii.

,, II. A Religioſis noſtris quamdam canonicam portionem Legatorum
,, ipſis, vel eorumdem Eccleſiis factorum nonnulli Eccleſiaſtici exigere
,, prætendebant: unde ſine litigiis, & altercationibus per ea tempora
,, non vivebant in Ordine Fratres: Innocentius IV. de his certior fa-
,, ctus, ad ſedandas hujuſmodi controverſias, definivit ut infra.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

Dilectis Filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris, & aliis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Specul. fol. 5.
,, *PAcem veſtram, cum pacis ſitis humiles, & aſſidui profeſſores, volen-*
,, *tes, quantum cum Deo poſſumus, exterioris perturbationis inquie-*
,, *tationibus, Apoſtolici favoris patrocinio communire, ne de his, quæ in*
,, *ornamentis Dei pro eis, ſeu fabricis, luminaribus quoque, anniverſa-*
,, *riis, ſeptimis, vigeſimo, trigeſimo, ſive aliis ad perpetuum cultum Di-*
,, *vinum, vobis, vel locis veſtris in ultima voluntate legantur, canonica*
,, *portio ab aliquibus deducatur, dummodo in fraudem hujuſmodi legata*
,, *non fiant, ut Epiſcopi, ſeu Parochiales Eccleſiæ debita portione frauden-*
,, *tur, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus. Nulli ergo omnino*
,, *hominum liceat &c. Datum Aſſiſii* XII. *Kalendas Auguſti Pontificatus*
,, *noſtri anno* XI.

,, III. Paulo poſt, ideſt XV. Kalendas Octobris, idem Pontifex in
Canonizat. beatus Stanislaus mart.
,, Baſilica Aſſiſiana S. P. N. Franciſci, ſacram apotheoſim ſancti Stanislai
,, Epiſcopi Cracovienſis & martyris celebravit, & feſtiva dies erat Na-
Miechov. l. 3. cap. 51. *Vide Bullar. Cherub.*
,, talis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ut refert Miechov. At in feſto ſancti
,, Joannis Baptiſtæ Joannes Parmenſis Miniſter Generalis, quem Sum-
,, mus Pontifex ſuum legatum miſerat in Orientem, in regreſſu Pragam
Joan. Parmen. celebrat capitul.
,, in Bohemia perveniens, ibidem Capitulum Provinciale, in quo idem
,, præſidebat, celebraverat, & reelecto in Miniſtrum Provinciæ Polo-
Caſimir. Biern. art. 18. n. 12. Ægidius reeligitur.
,, niæ, & Bohemiæ Fratre Ægidio, qui tunc Provincialatus triennium
,, abſolverat, ſua benedictione impartita, confirmaverat, in paceque
,, eos Fratres, proſequuturus ſuum iter, reliquerat; In memoriam ve-
,, ro præfatæ canonizationis ſancti Stanislai, Fratres Cracoviæ ejuſdem
,, Urbis Epiſcoporum imagines, tum prædeceſſorum, quam ſequen-
,, tium, perpulchra atque exquiſita arte, additis inſcriptionibus, de-
,, pingi curaverunt, quæ cum intercolumnia clauſtri ornarent, intuen-
,, tiumque oculos oblectarent, memoriam præteritorum inducentes,
etiam

Digitized by Google

„ etiam pietatem, & venerationem ingerebant; ſed tamdem, neſcio „ quo caſu, ex immani conflagratione illius Conventus, quam Wadding. commemorat, deletis earum nonnullis, & reliquis deturpatis, „ triſte ſpectaculum exhibuerunt cum ipſa urbe, cujus media ferme „ pars igne conſumpta fuit.

Wadd. ad ann. 1462. n.3.

ARGUMENTUM.

Moritur Innocentius IV. regularibus ſub mortem infenſus, prius Minoribus beneficus, quibus plurimum uſus eſt in inquirendis hæreticis. Succeſſit Alexander IV. optimus Minorum protector, quorum precibus ſemet commendat. Regreditur ex Oriente ſanctus Ludovicus Gallorum Rex, cujus pleræque virtutes recenſentur, & vitæ genus ſub Franciſci Inſtituto probatur. Regiæ virgines Iſabella & Salomea fiunt Clariſſæ: aliæ duæ, Claræ diſcipulæ, vitæ terminum poſuerunt. Duo item viri ſancti, Petrus Brabantinus, & Philippus Claromontanus, atque alii duo ad Pontificatum evecti. Minorum opera utitur Pontifex in Anglia ad tollendos multos abuſus; & in Germania pro tuendo jure Cæſareo. Conſtruuntur Cœnobia, & Pontificia conceduntur indulta.

I. INnocentius ad finem hujus anni legatione Neapolim evocatus a Parthenopæis, ut jura regni Siculi tueretur contra Manfredum, Friderici nothum, tyrannice, Conrado fratre II. Kalendas Junii extincto, per multas fraudes utriuſque Siciliæ Regna ambientem, cum valido abiit præſidio, res ejus Regni, Sedis Romanæ beneficiarii, viſurus & compoſiturus. Sed dum brevi ſe univerſo Regno potiturum, & Manfredi partes debellaturum ſperat, ætate & ærumnis ad VIII. Idus Decembris, non menſe Januarii, ut habet Blondus, ex hac vita deceſſit, magnum ſui deſiderium relinquens, cum Eccleſiam ſanctitate & doctrina ornaſſet, & multa cum prudentia atque conſtantia rexiſſet. Sepultus eſt ex præcipuo erga Minores affectu, in Eccleſia eorumdem, ſancto Laurentio ſacra, uti ſcribunt Platina, Panvinus, Bzovius & alii. Licet Ciaconius, Michaël Zappullus & Tempeſta in Eccleſia Cathedrali humatum velint, & ſane illic modo jacere ipſe conſpexit, ſcribitque Cæſar Engen. de rebus ſacris illius urbis, ſermonem inſtituens de Eccleſia matrice. Salvandos primos & graviores Auctores velim, atque ita omnes concordandos judicaverim, ut prius ſepultus ſit in æde D. Laurentii, atque inde in Cathedralem translatus, diruta prima Eccleſia ſancti Laurentii per Carolum Andegavenſem, & reædificata alia ampliori, auguſtiorique in ipſis urbis penetralibus. Idque inſinuat ipſe Cæſar Engenius, qui quantumvis in Eccleſia Cathedrali ſepultum dicat, ejuſque tranſcribat Epitaphium, tamen ſtatim a morte ſepultum, ait, in Eccleſia ſancti Laurentii; & dum res iſtius Monaſterii deſcribit, præfatam ædis translationem recenſet. Profecto Alexander IV. in bulla denuntiationis ſuæ aſſumptionis ad Pontificatum, univerſis Prælatis tranſmiſſa, in *Eccleſia Neapolitana* ſepultum refert. An hoc vero intelligendum de Cathedrali, quod probabilius videtur, an vero de illa ſancti Laurentii, omnino incertum. Ejus ſepulcro inciſum hoc Epitaphium ab Umberto de Monte aureo Burgundo, illius urbis Archiepiſcopo circa annum MCCXVIII.

Moritur Innoc. IV.

Blond. decad. 2. lib.7.

Ubi ſepultus.

Platina Panvin. in Innoc. IV. Bzov. anno 1254. num.4. Ciacon. in Innoc. Zappul. de rebus Neapolit. cap. 4. Tempeſta in Innoc. IV. Engen. in Neap. ſacra.

Ejus Epitaphium.

Digitized by Google

Hic ſuperis dignus, requieſcit Papa benignus,
Lætus de Fliſco, ſepultus tempore priſco.
Vir ſacer, & rectus, ſancto velamine tectus,
Ut jam collapſo mundo, temeraria paſſo.
Sancta miniſtrari, urbs poſſet rectificari.
Concilium fecit, veteraque jura refecit.
Hæreſis illiſa tunc extitit, atque reciſa.
Mœnia direxit, rite ſibi credita rexit:
Stravit inimicum Chriſti, colubrum Fridericum.
Janua, de nato gaude ſic glorificato
Laudibus immenſis, urbs tu quoque Parthenopenſis
Pulchra, decora ſatis dedit hic tibi plurima gratis,
Hoc titulavit ita Umbertus Metropolita.

Annibal Capuanus hoc noſtro ſeculo aliud elegantius ita inſculpi curavit. *Innocentio IV. Pont. Max. de omni Chriſtiana Repub. optime merito, qui natali ſancti Joannis Baptiſtæ anno* M. CC. XLIII. *Pontif. renunciatus, die Apoſtolorum Principi ſacra coronatus: cum purpureo primus pileo Card. exornaſſet, Neapolim a Conrado everſam S. P. reſtituendam curaſſet, innumeriſque aliis præclare & prope divine geſtis, Pontificatum ſuum quam maxime illuſtrem reddidiſſet, anno* M. CC. LIV. *deceſſit.*

Annibal de Capua Archiepiſcopus Neapolitanus in ſanctiſſimi Viri memoriam, aboletum vetuſtate epigramma R.

Ann. 1251. n. 33.

Inviſus Mendicantibus illorum revocat privilegia.

II. Paulo ante commotus quibuſdam ex cauſis, quas mox ſubjiciemus, & excitatus falſis ſuggeſtionibus Pariſienſium, tunc Mendicantibus inviſorum, propter lites, quas ſupra retulimus, revocavit optima quæque illorum privilegia, & multa ſtatuit univerſis Ordinibus derogantia. Præcepit enim in virtute ſanctæ obedientiæ, ut Parochianos alienos diebus Dominicis, & feſtivis de cetero in ſuis Eccleſiis, ſeu Oratoriis temere non reciperent ad divina, nec ipſos ullatenus ad pœnitentiam admitterent, ſine ſuorum licentia Sacerdotum: nec eis in ſuis prædicarent Eccleſiis ante miſſarum ſolemnia, pro quibus audiendis prima diei parte iidem Parochiani conſueverunt, & debent in ſuis Eccleſiis convenire: nec ſermones etiam ſolemnes facerent illa hora, ſed nec ad prædicandum ſolemniter ad Parochias alienas accederent, niſi eſſent ab eorum Sacerdotibus invitati, vel ſaltem niſi ſe ad id humiliter peterent, & obtinerent admitti, nec ea die, qua diœceſanus Epiſcopus, vel alius loco ejus prædicaret ſolemniter, maxime in Eccleſia Cathedrali, aliquis ipſorum in eadem civitate, vel loco præſumeret prædicare. Si vero in caſu licito Parochianum alterius eos in ſuis Eccleſiis recipere ad ſepulturam contingeret, omnium quæ obtentu conſequerentur hujuſmodi ſepulturæ, portionem canonicam, etiam non requiſiti, infra octo dies a tempore receptionis eorum, Epiſcopo, vel Sacerdoti, de cujus Parochia mortuus eſſet aſſumptus, exhibere curarent. Si autem aliquis Religioſorum ipſorum, hujus præcepti tranſgreſſor, contra prædicta, vel aliquod prædictorum venire præſumeret, præter inobedientiæ vitium, & excommunicationis ſententiam, quam eum incurrere voluit ipſo facto, gradus ſui periculo ſubjaceret: & nihilominus a diœceſano ad præmiſſa univerſa & ſingula obſervanda per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, diſtrictius cogeretur, nullis ei contra hæc indulgentiis, vel privilegiis Apoſtolicis valituris. Omnia hæc habentur inſerta bullis duabus Alexandri IV. in quibus anno 1. ſui Pontificatus reſtituit res omnes ſuo priſtino ſtatui.

III. Uni-

Digitized by Google

Quæ inde ſequuta.

Cantipr. de apib. lib.2. c.10. n.21.

Zach. 11. 7.

Ann.1256.

III. Univerſos Regulares Ordines ægre tuliſſe præcepta hæc, & ad imminuta, ſeu potius revocata, ſua privilegia doluiſſe, credibile eſt. Multi præſertim Prædicatores, & Minores ad Dominum cum tribularentur, clamaverunt, & exaudivit eos, ſi verum eſt, quod Thomas Cantipratanus, hujus temporis candidus ſcriptor enarrat, & alii communiter confirmant. *Quidam noſtro tempore Papa* (inquit citatus Auctor) *cujus nomen propter ſanctæ Sedis reverentiam, ſilentio pertranſimus, cum ſicut ab illis indubitanter accepimus, qui Romæ in Curia tunc fuerunt, litteras dediſſet contra privilegia a ſeipſo, & ſuis prædeceſſoribus quatuor Apoſtolicis, obtenta, duorum Ordinum, quorum unum per Zachariam Prophetam Conditor ab æterno* decorem *vocavit, Prædicatorum ſcilicet; alterum vero* funiculum, *quo lucidiſsime intelligas Minores: eadem die paralyſi percuſſus obmutuit, nec umquam poſtea invaluit, aut ſurrexit. Qui etiam a quodam ſanctiſsimo viro extra muros urbis Romæ, manifeſtiſſime viſus eſt mortuus dari ſanctis Dei Franciſco, atque Dominico. Litteras vero datas beatiſsimus Alexander Papa cum conſilio Fratrum Cardinalium ſolemniter revocavit. Et vide quam utilis Eccleſiæ fuit illa revocatio litterarum. Pro conſtanti enim recepimus a fide dignis, quod ſi proceſſum ſuum prædicta machinatio per dictas litteras habuiſſet, potentiſsimi Reges Orbis, ut audiere poſtea Papale mandatum, cum juramento dixerunt, ſibi & Prælatorum, & Clericorum ſecularium poſſeſsiones & redditus uſurpaſſe, ſi dictos duos Ordines Apoſtolicus deſtruxiſſet. Dixerunt enim Prædicatores & Minores, propter exemplum & doctrinam, in ſalutem maximam a Deo datos eſſe hominibus. Et hoc manifeſtum eſt toti mundo. Quales autem illi eſſent, per quos eorum deſtructio parabatur, nec Deum, nec Sanctos latet, nec ipſos inhabitantes orbem, quibus eorum vita nota eſt & probata. Hujus crudeliſsimi edicti quatuor præcipue Magiſtri fuerunt Pariſiis infatigabiles intentores, qui ſimplicitatem ſcholarium Pariſiis contra dictos Fratres feraliter concitarunt in tantum, ut niſi ſe piiſsimus ac devotiſsimus Ludovicus Rex Francorum, necnon & frater ejus pius Comes Pictaviæ Alphonſus, antequam ipſe Rex a tranſmarinis partibus rediret in Galliam, muros, inquam, ſe pro Fratribus poſuiſſent, abdicatos eoſdem rebus & corporibus exterminaſſent. Hinc cum nihil aliud poſſent, litteras infamatorias, plenas mendaciis contra dictos Fratres per diverſa loca & regna miſerunt.* Et ſtatim plura ſubnectit de controverſia ſcholæ Pariſienſis, quæ nos amplius ſuo loco miniſtrabimus. Tacet vero Pontificis nomen, ſed ex circumſtantiis prodit; a quatuor prædeceſſoribus, ait, conceſſa privilegia, videlicet ab Innocentio III. Honorio III. Gregorio IX. Cœleſtino IV. & renovata ab Alexandro IV. Ejus litteras revocatorias derogationis hujus Innocentii nos dabimus anno 1. Pontificatus ejuſdem Alexandri.

Plat. lib.1. c. 34.

Divinum ſenſere regulares auxilium.

IV. Cofirmant hæc, quæ clarius ſcripſit Hieronymus Platus dum Virginis Mariæ beneficia erga religioſos Ordines commendat. *Atque hoc quidem,* inquit, *patrocinium tum alias ſæpe Virgo reipſa præſtitit, tum maxime Innocentio IV. Pontifice, qui cum, neſcio quibus cauſis, eſſet in utramque Ordinem, nulla eorum culpa, incitatus, & quibuſdam etiam edictis eorum privilegia, ac facultates impediſſet, ii quidem ad cœleſte auxilium implorandum, inter alias preces, litanias etiam quotidianas indixere, quæ dum Romæ a Fratribus Dominicanis in Eccleſia recitarentur, uni ex ipſis contigit, ut ipſam Virginem videret ſuper altari ſtantem, una cum Filio, itaut ipſo vultu ejus familiæ mærorem, ac lacrymas, quas uberius fundebant, miſereri videretur: & ad filium converſa hæc verba, ut in litaniis*

Digitized by Google

Pſalm. 38. 12. *Senen. in Chron. Prædic. an. 1250.*

niis ſolet, iterare: Fili exaudi eos. *Nec multo poſt ipſum etiam Innocentium ferunt, cum Neapoli decumberet, morte jam imminente, graviter pœnituiſſe, illaque verba ex pſalmo protuliſſe*, Propter iniquitatem corripuiſti hominem, & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam ejus, *ſtatimque ex hac vita migraſſe*. Similiter rem hanc narrat Antonius Senenſis, qui & addit abiiſſe in commune proloquium in Curia; *cavendum eſſe a litaniis Prædicatorum*. Cauſas etiam attingit hujus averſæ voluntatis Pontificiæ, quas largius commemorat Ferdinandus Caſtillius; videlicet quod quidam ejus conſobrinus fuerit in ſodalitium Prædicatorum admiſſus, & clanculum retentus, ita ipſo expetente adoleſcente, donec ſacris votis Inſtituti ſe religaret; quod ægerrime tulit Pontifex, dum ex humano affectu, & nimio erga conſobrinum amore, eum exaltare voluit in ſeculo. Alteri item conſobrino voluit extruere in editiſſimo urbis Januenſis colle magnificum palatium, aggeribus & bellicis munimentis fortiter vallatum, cui ædificando omnino neceſſarium erat, ut loco cederent Dominicani. Præcaverunt ſibi Januenſes, ne Principis potentia mox abiret in tyrannidem, & vellet conſobrinum ex alto fortalitio univerſæ dominari Civitati. Reſiſtentibus ſe adjunxerunt Prædicatores, qui domicilium ſuum dolebant in profanas ædes converti, idque effecerunt ut Pontifex non poſſet votis potiri.

Caſtill. in Chron. Prædic. 1. p. l. 2. c. 51.

Cauſæ indignationis Pontificiæ.

Cantiprat. cit. n. 34.

V. His de cauſis, aliiſque ſimilibus infeſtus Pontifex Ordinibus; commotumque amplius narrat citatus Cantipratanus per quemdam ex Cardinalibus, ob leviſſima quædam Prædicatoribus & Minoribus iratum. Hiſtoriam ex ipſo tranſcribo. *Quædam*, inquit, *referam de Magiſtro quodam, opinione permaximo, qui prius Præpoſitus ſolemnis Eccleſiæ, domum Fratrum Prædicatorum conſtructam in oppido violenter ejecit: ſed ruina turpiori, ut audies, eſt ejectus. Factus enim Epiſcopus & Romanæ Curiæ Cardinalis, tyrannizavit feraliter contra Fratres Prædicatores, pariter & Minores, & ob hoc, ut patuit, tali morte mulctatus eſt. Cadens enim de loco editiori, fractis cervicibus expiravit. Et vide mirabilius & gravius, quam audiſti. Eadem die qua cecidit, cum ejus mors ſubita, ex revelatione cujuſdam mulieris ſanctiſſimæ per Fratrem quemdam Minorum prædiceretur ei, ſprevit arguentem ſe, & invectus contumelia dixit*: Non es propheta, neque filius prophetæ; *& ego quidem procuravi, ut Ordo veſter, & Ordo Prædicatorum ſubjiciantur Epiſcopis, addam & hoc, ut ſubjiciamini viliſſimorum pedibus ſacerdotum. Hæc dicens, vidit ſigna prædicta ſibi, & non advertit*: Excœcavit enim eum ſuperbia, *quam non vidit. Et hæc ſigna fuerunt, quod ira immoderata dominaretur ei, dum in ipſo mane diei, quo acceſſurus erat ad altare, pacificari non poſſet: quod loturus manus ſuas, Epiſcopalem annulum perderet: quæ omnia luce clarius ſunt completa. Cum enim Dominus Papa Eccleſiam quamdam Fratrum Minorum conſecrare debuiſſet, & dictus Epiſcopus Cardinalis ad Portam Fratrum Minorum pulſans, intromiſſus celeriter non fuiſſet, tanta ira raptus eſt extra ſe, ut celebraturus primam miſſam nullo modo, etiam facta confeſſione, pacificari poſſet: & tamen ad terrifica ſacramenta proceſſit. Poſt hæc vero cum manus ſuas, regreſſus ad hoſpitium, abluere voluiſſet, & aſtanti Epiſcopalem annulum ad tenendum porrexiſſet, lotus, mox illum qui haberet annulum non invenit. Statimque miratus, dixit*: Ego perdidi Præſulatum. *Omnibus itaque ſubticentibus atque ſtupentibus, aſcendit editius, & ſolus contra conſuetudinem ſuam, ſenex ac debilitate confectus, proceſſit ad cameram, & diſſiliente aſſere, deorſum excidit, & expiravit. Et vide ſtu-*

Cardinalis quidam Prædic. & Minoribus infeſtus moritur.

Amoſ. 7. 14.

Sap. 2. 21.

Digitized by Google

ſtupendum valde & occultum Dei judicium. Cognovi ipſe hominem, ut commenſalis dilectus, & familiaris eidem, ſecum una domo Pariſiis hoſpitatus. De quo fateor, raro ſecularem clericum tam ſobrium, tam honeſtum, tam affabilem, tam largum in pauperes me vidiſſe. Et eum equidem vidi novem Epiſcopatuum contemptorem, tamdemque per tres menſes excommunicatione coactum, Archiepiſcopatus cujuſdam ſuſcipere dignitatem; inde vero translatus, Romanæ fit Curiæ Epiſcopus Cardinalis, & in tali eminentia taliter ut audiſtis, deſpuit. Sed ſpero quod non in finem Deus obliviſcatur ejus, Pſal. 76. 10. nec in ira ſua continebit miſericordias ſuas; *ſed magna pietate ſua miſerebitur forſitan pœnitenti.*

VI. Ex ſignis facile me deveniſſe puto in cognitionem hominis, etſi Quis fuerit hic Cardinalis. nomen meus Auctor tacuerit. Præpoſitum, ait, fuiſſe cujuſdam ſolemnis Eccleſiæ, mox Archiepiſcopum, deinde Epiſcopum Cardinalem, & Ciacon. in Innoc. IV. creat. 1. diutius Pariſiis commoratum. Apud Ciaconium invenio in quem hæc coeunt univerſa. Is fuit Magiſter Petrus de Colle-medio Gallus, olim Honorii III. & Gregorii IX. Capellanus, Præpoſitus ſancti Audomarii, diœceſis Morinenſis, ex Archiepiſcopo Rothomagenſi Epiſc. Card. Albanus, diu in Anglia in contubernio fuit Pandulphi electi Hornicenſis, Nuncii Apoſtolici, & Camerarii S. R. E. Pariſiis diu manſit. Ad Curiam ſub Innocentio IV. veniens, cum Epiſcopo Mutinenſe, & Abbate ſancti Facundi, Nuncius ad Imperatorem a Pontifice miſsus eſt, ut pacem componeret, poſtea ab eodem in Concilio generali Lugdunenſi Cardin. cum aliis duodecim creatus. Cohærent etiam ea de conſecrata a Pontifice Minorum Eccleſia, cum iis, quæ ſupra indicavimus de conſecratione Eccleſiæ Portiunculæ, & mortuum ſub hoc anno probat peractus hic An. 1253. conſecrationis ritus anno ſuperiori, & in hoc ipſo, in regeſto Pontificio Innocentii (uti notat Ciacon.) Cardinalem hunc dici *bonæ memoriæ*; Ciac. cit. quare eſt cur obiter admirer, Auctorem hunc fui oblitum, paucis intermiſſis foliis, iterum ſcribere ſub Alexandro IV. mortuum. Concordant itaque cum Cantipratani narratione hominis ſtatus, rerum circumſtantiæ, & temporis, quo deceſſit, obſervatio. Oleum camino exardeſcenti præter hunc Cardinalem, infuderunt etiam Pariſienſes & alii, qui ſufferre non poterant adeo honorifice habitos in populo clauſtrales, delatoſque eis primos honores, & pingues quaſque oblationes. Tunc omnium erupit virus, quando Principem compererunt animo alienum, ſuamque addiderunt operam, ut quidquid contra eos ſtatueret, & a ſe atque aliis utriuſque Ordinis Eccleſiaſtici & ſecularis Principibus exaltatos imum deprimeret. Ultra hæc falſos rumores ſpargentes in populos, infames ſubmittebant libellos, undique detrahebant innocuis, & graviores paſſim inferebant moleſtias. Id familiare in omni republica, ut a Principe ſpretum populus ſpernat, & in optimos quoſque viros Principi adverſos omnes inſane deſæviant. Hinc cavendum Rectoribus, ne ſacros Dei homines oſtendant ſe habere deſpectui, ne illorum contemptus diffundatur in populos per exemplum, qui nihil tam curant, quam Principum animos induere, & ſuis moribus contrariam ſacerdotalem aut monaſticam carpere vitam; quo fit ut Principe ſtatum regularem contemnente, contra eumdem *omnis conſonet chorus, & univerſa latrent ſubſellia.* Hier. ep. 10. ad Furiam.

Conſpirarunt cũ Cardinale Pariſienſes contra Mendicantes.

VII. Ante hanc commotionem ab initio Pontificatus, atque hoc ipſo anno ſumme profecto propenſus Innocentius in Prædicatores & Minores, multis eos donis afficiens, magnis honoribus eos eſt proſequutus. Honorificum

Digitized by Google

Innoc. Mendicatibus prius beneficus.

rificum illud præ ceteris eis commiſit munus in hæreticos inquirendi, & fidem læſam vendicandi in diverſis orbis partibus. Sed ne promiſcua poteſtas, & vicina locorum juriſdictio confuſionem parerent, aut quæſtiones excitarent circa conſtitutos ſibi terminos, revocavit omnes a ſe datas in negotio fidei commiſſiones, atque utrique Ordini Italiæ fines diviſit in funiculo diſtributionis. In præclaris & optimis regionibus Inquiſitores inſtituit Fratres Minores, in ipſa urbe Romæ, in univerſa Tuſcia, in Patrimonio beati Petri, in Ducatu Spoletano, in Campania, in Maritima, & Romania; Prædicatores vero ampliſſimis tractibus Lombardiæ, Romaniolæ, Marchiæ Tarviſinæ, & Januenſis. Bullas harum commiſſionum in præſignatis regionibus, Fratrum Minorum curæ commendatis, ſtatim ſubjiciemus; quæ ad deſignata Prædicatoribus loca attinent Abrahamus Bzovius tranſcripſit. In aliis vero regionibus Italiæ ante hanc revocationem ſeu diſtributionem factam, Inquiſitores egiſſe Minoritas conſtat ex una atque altera bulla hoc anno data ad eoſdem, ut ſedulo & indefeſſe procederent conrra vulpeculas, vineam Domini demolientes. Prima eſt ad Miniſtrum & Prælatos Provinciæ Romanæ, ſeu adminiſtrationis Urbis; ſecunda ad Minores Inquiſitores deputatos in Urbe, Patrimonio beati Petri, & aliis terris Eccleſiæ, Regno, Apulia, Tuſcia, Marchia Tarviſina & Sclavonia. Habentur hæ bullæ ſanæ & integræ originariæ in Archivo Aracœlitano ſub plumbo num. 125. & 31.

Inquiſitores per univerſam conſtituit Italiam. Quos conſtituit utrique Ordini limites.

Bzov. anno 1252. n. 3. & an. 1254. n. 3.

INNOCENTIUS &c.

Dilectis filiis Miniſtris & Cuſtodibus vel eorum Vicariis Ordinis Fratrum Minorum, adminiſtrationis Urbis.

Quia tunc potiſſime acceptabile Jeſu Chriſto exhibetur obſequium, cum ei pro Catholicæ fidei conſervatione, cujus eſt ipſe ſtabile & perpetuum fundamentum, pura intentione ſervitur; providimus ſpecialiter in hoc ipſi ſtudioſum & placidum, eo cooperante, impendere famulatum, & præcipue in Urbe, in Patrimonio beati Petri, & aliis terris Eccleſiæ, Regno, Apulia, Lombardia, Romaniola, Marchia Tarviſina, ac in Tuſcia; circa quas debemus ſollicitius vigilare, inſtantius & validius ſatagere contra ejuſdem fidei diros hoſtes, ut cultura ſalubris per nos agris Dominicis impenſa, vicinis utilis ſit longinquius, & verbi divini ſemen fuſum in proximis, fructificet etiam in remotis; licet Sedes Apoſtolica tales hoſtes undique indefeſſa ſollicitudine proſequatur, nec unquam ab hujuſmodi exercitio ceſſaverit cura ejus. Convenit namque ut quia Inquiſitores contra peſtem hæreticam roborare ac renovare per diverſas ſeculi volumus regiones, id agere in Urbe ac terris aliis ſupradictis, majori opportunitate nunc habita, nullatenus omittamus, cum quanto proprius noſtris adſunt aſpectibus, tanto juſtius, niſi attente ſaluti proſpiceremus ipſorum, poſſemus argui de negligentia. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus tam per vos, quam per alios idoneos Fratres veſtræ curæ commiſſos, quibus negotium hujuſmodi, quod principaliter noſtro reſidet corde, auctoritate noſtra duxeritis committendum, totis aſſumentes affectibus, & ferventibus animis proſequentes ad extirpandam de Provincia tua, fili Miniſter, curæ commiſſa pravitatem hæreticam ſollicite & efficaciter laborantes, ſi quos ibi de pravitate ipſa culpabiles inveneritis vel infectos, ſeu etiam infamatos, niſi examinati

Sollicitudo Eccleſiæ contra hæreticos.

Digitized by Google

minati velint abſolute mandatis Eccleſiæ obedire, contra ipſos, & receptatores, defenſores & fautores eorum, humano amore poſtpoſito, juxta ſanctiones Canonicas, auctoritate Apoſtolica procedatis, invocato contra eos ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Si vero aliqui, hæretica labe penitus abjurata, redire voluerint ad Eccleſiaſticam unitatem, eis, juxta formam Eccleſiæ, abſolutionis beneficium impendentes, injungetis eiſdem, quod talibus injungi convenit. Proviſo ſolerter, ne ſimulata converſione redeant fraudulenter, & vos, imo potius ſe fallentes, ſub agni ſpecie gerant lupum. *Quod ſi forte (quod non credimus) aliqui cujuſcumque conditionis huic negotio ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, ut non poſſit per vos procedi libere in eodem, imo niſi foverint illud, & juverint ſtudioſe, contra eos ſecundum ſanctiones Canonicas, eadem auctoritate libere procedatis. Ut autem prædicta poſſitis utilius & liberius exercere, vobis largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quoties opportunum videritis, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad veſtram prædicationem propter hoc faciendam acceſſerint, plenam tenore præſentium concedimus poteſtatem. Illis vero, qui ad impugnandum hæreticos, fautores, & receptatores, ac defenſores eorum, vobis ex animo auxilium, conſilium præſtiterint, vel favorem, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, tres annos de injuncta ſibi pœnitentia relaxamus. Et ſi qui ex iis ad proſecutionem hujuſmodi negotii contra prædictos hæreticos, fautores, receptatores, vel etiam defenſores perſonaliter iverint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compeſcendi quoque, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, prædicatores quæſtuarios, quorum intereſt tantum caritativa ſubſidia ſimpliciter petere, ac indulgentiam (ſi quam forte habent) exponere, a prædicationis officio, quod ad ipſos nullatenus pertinet, liberam vobis tribuimus facultatem. Quod ſi ſimul iis non interfueritis, unus veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Lateran. v. Kal. Aprilis Pontific. noſtri an.* XI.

Procedendum contra hæreticos & fautores.

INNOCENTIUS &c.

Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis a ſuo Ordine deputatis in Urbe, Patrimonio beati Petri, & aliis terris Eccleſiæ, Regno Apuliæ, Tuſcia, Marchia Tarviſina, & Sclavonia.

CUm negotium fidei Catholicæ adverſus hæreticæ pravitatis errores vobis (ut veſtra prudentia deprehendatis vulpeculas demolientes vineam Domini) ſub certa forma per noſtras litteras duxerimus committendum; ut commiſſum vobis ab Apoſtolica Sede tam ſalubre & utile miniſterium exequi liberius, ac exercere poſſitis efficacius, in hac parte interpretandi ſtatuta Eccleſiaſtica & ſecularia contra hæreticos edita, & hæreticorum filios & nepotes, credentium quoque, fautorum, defenſorum, & receptatorum ipſorum dignitatibus, perſonatibus, ac honoribus quibuſcumque ac beneficiis Eccleſiaſticis & publicis officiis; illos etiam qui hæreticorum vel aliorum prædictorum interventu, intuitu vel gratia talia ſunt adepti, vel in poſterum aſſequentur privandi hujuſmodi dignitatibus, perſonatibus, honoribus, beneficiis & officiis, liberam vobis auctoritate præſentium concedimus poteſta-

Cant. 2.15.

Privandi hæretici, filii, &c. omnibus honoribus.

Digitized by Google

ſtatem. Sane volumus ut nomina tam accuſantium pravitatem hæreticam, quam teſtificantium ſuper ea, nullatenus publicentur, propter ſcandalum vel periculum, quod ex publicatione hujuſmodi ſequi poſſet, & addhibeatur dictis hujuſmodi teſtium nihilominus plena fides. Quod ſi ſimul his non interfueritis exequendis, unus veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Lateran. XI. *Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno* XI.

VIII. Commendavit etiam obnixe eamdem curam in fidei hoſtes inquirendi univerſis Eccleſiarum Prælatis, per Italiam conſtitutis, atque Prædicatoribus & Minoribus, in eodem miniſterio laborantibus, ut diligenter adeſſent, ſerius eſt exhortatus, quibus ſignificavit, ſe utriuſque Inſtituti ſectatoribus inquirendi regulas & juriſdictionis terminos præſcripſiſſe, atque Apoſtolicas litteras, quæ ſuper hoc negotio a feſto Dominicæ Nativitatis anni proxime elapſi, uſque ad feſtum Aſcenſionis hujus anni, tunc proxime tranſactum, emanarunt, ſe penitus revocaſſe, volentem ut juxta formam illam dumtaxat, quæ in ſuis litteris, quas poſt Idus Maii proxime præteriti ſuper hoc dederat, continebatur, per prædictos inſtitutos Inquiſitores procederetur. Litteras binas damus, primas ex regeſto Vaticano num 40. & Archivo Aracœlitano num. 32. ſecundas ex eodem regeſto num. 43.

INNOCENTIUS &c.

Venerabilibus Fratribus univerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filiis aliis Eccleſiarum Prælatis & Clericis per Italiam conſtitutis.

MAlitia hujus temporis in diverſis mundi partibus, & maxime in Provincia Lombardiæ, perverſorum morum peperit corruptelam, ex quibus lethifera peſtis hæreticæ pravitatis abundantius ſolito noſcitur pullulaſſe. Ad expurgationem igitur ejuſdem peſtis, juxta officii noſtri debitum, ex animo intendentes, volumus adverſus hujuſmodi iniquitatis operarios, qui maſſam Catholicæ puritatis fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles, ut conſurgant ſtentque nobiſcum pro Evangelicis, quas profeſſi ſunt, legibus defendendis, ſalubribus adhortationibus incitari. Quocirca univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos Fratres Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi in Civitatibus & diœceſibus veſtris contra hæreticos, eorumque fautores proponere curetis populis publice verbum crucis, & eos, qui tacti zelo fidei ad extirpandam pravitatem eamdem, votum aſſumpſerint, crucis charactere conſignare.

Jubetur prædicari verbum crucis contra hæreticos.

Ut autem vobis de prædicatione hujuſmodi, & fidelibus, qui ejuſdem crucis ad hoc votum aſſumpſerint copioſæ mercedis præmium afferatur, vobis & eiſdem fidelibus illam indulgentiam, illudque privilegium elargimur, quæ tranſeuntibus in Terræ Sanctæ ſubſidium in generali Concilio conceduntur. Cum autem hujuſmodi crucis verbum proponi contigerit, relaxandi omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad audiendum verbum ipſum devote affuerint, quadraginta vel viginti dies de injunctis ſibi pœnitentiis libera ſit vobis, Fratres Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & ſingulis veſtrum, de noſtra conceſſione, facultas.

Et juvari Prædicatores & Minores.

Cum autem inquiſitionis contra eoſdem hæreticos & prædicationis crucis contra eos, eorumque fautores officia per dilectos filios Prædicatorum & Minorum Ordinum Fratres ſub certo modo, & Ordine, diſtinctis locis, & perſonis ſecun-

ſecundum loca congrue ordinatis, per noſtras litteras mandaverimus exequenda, ut tantæ pietatis propoſitum in eorumdem Fratrum manibus omnium veſtrum auxiliis adjuvetur; Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Fratribus ipſis in proſecutione laboris injuncti, omnes & ſinguli prompte ac favorabiliter aſſiſtatis, opportunis eos præſidiis efficaciter fulcientes; ita quod zelum fidei Catholicæ, prout decet Eccleſiæ Principes & Paſtores ac miniſtros, habere probemini, & pravitatem adverſitatis hæreticæ deteſtari, noſque ſinceritatis veſtræ fervorem dignis ſuper hoc inveniamus laudibus extollendum, quibus erit cura propenſior ſcire qualiter quiſque veſtrum opus Domini perfecerit in hac parte, utrum videlicet negligenter ad pœnam, quod abſit, an ad præmium, quod affectuoſe cupimus, diligenter. Datum Aſſiſii III. *Kalend. Junii Pontific. noſtri anno* XI.

Univerſis Patriarchis, Archiepiſcopis & dilectis filiis Eccleſiarum Prælatis præſentes litteras inſpecturis.

IX. *Cum ſuper inquiſitione pravitatis hæreticæ & prædicatione crucis contra hæreticos, atque fautores in diverſis partibus Italiæ faciendis ad dilectos filios Fratres Ordinis Prædicatorum & Minorum diverſa dudum Apoſtolicæ Sedis ſcripta manaſſent, nos poſtmodum de conſilio Fratrum noſtrorum, ipſo negotio melius providentes, dictæ inquiſitionis & prædicationis officium, qualiter per ipſos Fratres in prædictis partibus geri aebeat, duximus per litteras noſtras nuper editas conſultius diſponendum. Nos igitur omnes litteras Apoſtolicas, quæ ſuper dictis negotiis a feſto Dominicæ Nativitatis proxime præteritæ, uſque ad feſtum Aſcenſionis proxime tranſactum, emanarunt ſub forma quacumque, penitus revocamus, ipſaſque ac quidquid earum fuerit de cetero attentatum aut præſumptum, nullius decrevimus exiſtere firmitatis. Volentes, in prætactis inquiſitionis & prædicationis officiis per Fratres ipſos procedi, juxta formam illam dumtaxat, quæ in litteris noſtris, quas poſt Idus Maii proxime præteriti ſuper hoc dedimus, continetur, & quod ſecundum eam factum fuerit, obtinere roboris firmitatem. Datum Anagniæ* VI. *Nonas Junii, anno* XI. Nova diſpoſitio Inquiſitionis.

X. Forma autem præſcripta & regulæ inquirendi, & regiones, in quibus Inquiſitionis officium exercere deberent Minores, ſequentibus litteris continentur, quarum in ſuperioribus ad Prælatos Eccleſiarum datis fecit mentionem. Eas ad rei veritatem dilucidandam, Pontificis zelum circa fidem retinendam, vel reſtituendam, atque in Minores affectum commendandum, huc tranſcribi curavimus ex prædicto regeſto num. 44.

INNOCENTIUS &c.

Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in Urbe, Tuſcia, Patrimonio beati Petri, Ducatu Spoletano, Campania, Maritima, & Romania.

Licet ex omnibus mundi partibus, quæ nomine Chriſtiano cenſentur, teneamur ex officii noſtri debito expurgare lethiferam peſtem hæreticæ pravitatis. In Italia tamen, & maxime in Urbe, Tuſcia, Patrimonio beati Petri, Ducatu Spoletano, Campania, Maritima & Romania immi-

net nobis hæc ſollicitudo propenſius, ubi eamdem peſtem, propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei Catholicæ perverſos mores peperit, ex vicinitate proſpicimus abundantius ſuccreviſſe. Cum igitur ad Inquiſitionis officium contra hæreticos in eiſdem Provinciis ſitis auctoritate noſtra, per conſilium deliberationis provide conſtituti, diſcretionem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente, vobis per Apoſtolica ſcripta in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus in caritate Dei, hominum timore poſtpoſito, virtutem Spiritus induentes ex alto, prætactum officium ubique intra deſignatos vobis limites ſimul vel ſeparatim, aut ſinguli, prout negotii utilitas ſuadebit, ſub ſpe mercedis æternæ ſic efficaciter proſequi ſtudeatis, ut per ſollicitudinis veſtræ prudentiam de prædictis Provinciis radix iniquitatis hæreticæ ſuccidatur, & vinea Domini, exterminatis vulpeculis, quæ
2. 15. Cant. *perverſis moribus demoliuntur eamdem, fructus afferat Catholicæ puritatis. Si quos autem de pravitate prædicta culpabiles inveneritis, vel infectos, ſeu etiam infamatos, contra ipſos, niſi examinati abſolute velint mandatis Eccleſiæ obedire, nec non & receptatores, defenſores, & fautores eorum, juxta ſanctiones canonicas, auctoritate Apoſtolica, hominis metu divino timori poſtpoſito, procedere procuretis; invocato ad hoc contra eos, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Contradictores & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Si vero aliqui ex eis, hæretica labe penitus abjurata, redire voluerint ad Eccleſiaſticam unitatem, eis juxta formam Eccleſiaſticam, abſolutionis beneficium impendentes, injungatis eiſdem, quod injungi talibus conſuevit, Proviſo ſolerter, ne ſimulata converſione redeant fraudulenter, & vos immo potius ſeipſos, fallentes ſub agni ſpecie gerant lupum. Ut autem commiſſi vobis officii debitum liberius exequamini, committendi citationes, teſtium examinationes, cum de prædicto crimine, ac ipſius circumſtantiis duxeritis inquirendum, & ſententiarum denunciationes, quas in quoslibet hac de cauſa tuleritis, plenam vobis concedimus facultatem. Non obſtante ſi religioſis quibuslibet, quod cauſarum, vel negotiorum commiſſiones minime teneantur ſuſcipere, quodque excommunicari, interdici vel ſuſpendi nequeant, a Sede Apoſtolica ſit indultum. Sed quia in tam gravi crimine cum multa opportet cautela procedi, ut in reos ſine ullo proferatur errore duræ ac dignæ ſeveritas ultionis, volumus, & mandamus ut vos, vel quos ad hoc duxeritis deputandos, in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto ipſumque contingentibus opportuerit, adhibeatis vobis duas religioſas & diſcretas perſonas, ſub quarum præſentia, per viros idoneos fideliter eorum teſtium depoſita conſcribantur. Ceterum cum aliqui fuerint judicandi hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro hujuſmodi crimine infligenda, ad id de Diæceſanorum, vel Vicariorum ſuorum, ſi ipſi, Diæceſanis abſentibus, præſentes fuerint, conſilio procedatis, ut in tantæ animadverſionis judicio, non poſtponenda Pontificum auctoritas intercedat. Quod ſi forte; quod non credimus, aliqui cujuſcumque conditionis huic negotio, vel prædicationis crucis officio contra hæreticos per vos, vel per alios, prout per litteras noſtras nuper diſpoſuimus, exequendo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, ut non poſsit procedi libere in eiſdem, immo niſi requiſiti utrumque foverint, & juxta officium, & poſſe ſuum ſinguli juverint ſtudioſe, contra eos, tamquam contra hæreticorum fautores & defenſores, ſecundum ſanctiones canonicas, eadem freti auctoritate intrepide procedatis. Nos enim nihilominus ad comprimendam tam ſuperbam & pernicioſam audaciam, & omnimode confundendam, in illos gladium Eccleſiaſticæ poteſtatis acri-*

acriter extendemus, & Reges & Principes, alioſque Chriſtifideles, ſive pro Terræ ſanctæ ſuccurſu, ſive alias pro Chriſti ſervitio, crucis caractere inſignitos, necnon & ceteros Catholicos invocabimus contra eos, ut cælum & terra adverſus deteſtabilem temeritatem ipſorum pariter moveantur: cum non minus expediat, immo magis, fidem in locis prope ſitis, quam procul diſtantibus defenſare. Verum ut prædicta poſsitis utilius & liberius exercere &c. ut ſuperius in bulla ſub numero 7. quæ incipit: *Quia tunc potiſſime*, uſque ad finem. *Datum Aſsiſii* III. *Kalendas Junii anno* XI.

XI. Deinde ſubmiſit ad Poteſtates, Rectores, Conſilia, & Communitates Civitatum Italiæ conſtitutiones a ſe factas ad extirpanda de medio populi Chriſtiani zizania hæreticæ pravitatis. Dignæ ſunt, quæ huc transferantur, & alias ab aliis excuſæ, ſæpius omnium oculis obtrudantur. Hæ ut obſervarentur, & ubique publicarentur, commiſit curæ Inquiſitorum Prædicatorum & Minorum. Eas exſcripſimus ex citato regeſto, num. 46. excuſaſque, quæ pro Prædicatoribus ſunt datæ, habet Penna ad calcem directorii, Bzovius anno MCCLII. num. 3. & Laertius Cherubinus conſtit. 9. ſub Innocentio IV.

INNOCENTIUS &c.

Poteſtatibus, ſive Rectoribus, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum per Italiam conſtitutis.

AD extirpanda de medio populi Chriſtiani zizania hæreticæ pravitatis, quæ abundantius ſolito ſuccreverunt, ſuperſeminante illa licentius his diebus homine inimico, tanto ſtudioſius, juxta commiſſam nobis ſollicitudinem, inſudare proponimus, quanto pernicioſius negligeremus eadem in necem Catholici ſeminis pervagari. Volentes autem, ut adverſus hujus nequitiæ operarios conſurgant, ſtentque nobiſcum Eccleſiæ filii, ac orthodoxæ fidei zelatores, conſtitutiones quaſdam ad extirpationem hæreticæ peſtis edidimus, a vobis, ut fidelibus ejuſdem fidei defenſoribus, exacta diligentia obſervandas, quæ ſeriatim inferius continentur. Quocirca Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli conſtitutiones eaſdem conſcribi in veſtris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, ſecundum eas contra omnem hæreſim ſe adverſus ſanctam Eccleſiam extollentem, ſine omiſsione aliqua procedatis; alioquin dilectis filiis Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis Ordinis Prædicatorum & Minorum, & eorum ſingulis, damus noſtris litteris in mandatis, ut ſingulos veſtrum ad id per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terram, appellatione remota, compellant. Conſtitutiones autem ſunt hæ. Matth. 13. 28.

Statuimus, ut Poteſtas, ſeu Rector qui Civitati præeſt, vel loco alii ad præſens, aut pro tempore præfuerit in futurum in Italia, juret præciſe, ac ſine tenore aliquo attendere ac inviolabiliter obſervare, & facere ab omnibus obſervari toto tempore ſui regiminis, tam in Civitate, vel loco ſui regiminis, quam in terris ſuæ ditioni ſubjectis omnes & ſingulas tam infraſcriptas, quam alias conſtitutiones & leges, tam canonicas, quam civiles editas contra hæreticam pravitatem, & ſuper his præciſe ſervandis recipient a quibuslibet ſibi in poteſtaria, vel regimine ſuccedentibus juramenta. Quæ qui præſtare noluerint, pro poteſtatibus, vel Rectoribus minime habeantur, & quæ ut Poteſtates, vel Rectores fecerint, nullam penitus habeant firmitatem,.

Leges contra hereticos. Eas jubet ab omnibus Rectoribus obſervari.

tatem, nec ullus teneatur, aut debeat ſequi eos, etiamſi de ſequela præſtanda, eis exhibuerit juramentum. Quod ſi Poteſtas vel Rector aliquis hæc omnia & ſingula ſervare noluerit, vel neglexerit, præter notam perjurii, & perpetuæ jacturam infamiæ, ducentarum marcarum pœnam incurrat, quæ irremiſſibiliter exigantur ab eo, & in utilitatem Communis cui præeſt, integre convertantur; & nihilominus ut perjurus & infamis, & tamquam hæreticorum fautor, de fide ſuſpectus, officio & honore ſui regiminis ſpolietur; nec ulterius Poteſtas ſeu Rector habeatur in aliquo, aut de cetero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum ullatenus aſſumatur.

Ut proſcribat hæreticos.

Idem quoque Poteſtas vel Rector cujuslibet Civitatis vel loci, in principio ſui regiminis in publica concione, more ſolito congregata, banno Civitatis vel loci ſupponat, tamquam pro maleficio, omnes hæreticos utriuſque ſexus, quocumque nomine cenſeantur, & teneatur bannum hujuſmodi a ſuis prædeceſſoribus poſitum confirmare. Præcipue autem quod nullus hæreticus vel hæretica de cetero habitet, vel moretur aut ſubſiſtat in Civitate, ſeu alio loco juriſdictionis, aut diſtrictus ejuſdem.

Ut bonis ſpolientur.

Et quicumque ipſum vel ipſam invenerit, libere capiat, & capere poſſit impune. Et omnes res ipſius vel ipſorum eis licenter auferre, quæ ſint auferentium pleno jure, niſi auferentes hujuſmodi ſint in officio conſtituti.

Ut inſtituantur Inquiſitionis Miniſtri.

Idem quoque Poteſtas ſeu Rector, infra tertium diem poſt introitum regiminis ſui, duodecim viros probos & Catholicos, & duos Notarios, & duos ſervitores, vel quotquot fuerint neceſſarii, inſtituere teneatur, quos Diœceſanus, ſi præſens extiterit, & intereſſe voluerit, & duo Fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc a ſuis Prioribus, ſi Conventus ibi fuerit eorumdem Ordinum, deputati, duxerint eligendos. Inſtituti autem hujuſmodi, ac electi poſſint & debeant hæreticos, & hæreticas capere, & eorum bona illis auferre, & facere auferri per alios: & procurare hæc omnia, tam in Civitate, quam in tota ejus juriſdictione, atque diſtrictu plenarie adimpleri, & eos ducere & duci facere in poteſtatem Diocæſani, vel ejus Vicarii ſeu Inquiſitorum.

Ut curent Rectores duci hæreticos ad carceris locum.

Teneatur autem Poteſtas, ſeu Rector quilibet in expenſis Communis, cui præeſt, facere duci eoſdem hæreticos ita captos quocumque Diœceſanus, vel ejus Vicarius, ſeu Inquiſitores prædicti, in juriſdictione, vel diſtrictu diœceſani Epiſcopi, ſeu Civitatis, vel loci voluerint illos duci.

Quid præſtare debeant Officiales Inquiſitorum.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad eorum officium pertinere noſcuntur, ſine aliquo ſpeciali præſtito juramento, probatione aliqua in contrarium non admiſſa, ubi duo vel tres, ſeu plures præſentes fuerint ex eiſdem. Porro cum Officiales hujuſmodi eliguntur, jurent hæc omnia exequi fideliter, & pro poſſe, ac ſuper his ſemper meram dicere veritatem: quibus ab omnibus, in iis, quæ ad officium eorum pertinent, plenius pareatur, & tam diu dicti duodecim, quam ſervitores & Notarii prætaxati, ſimul vel diviſim, plenariam præcipiendi ſub pœna & banno, quæ ad officium ſuum pertinent, habeant poteſtatem.

Indemnitas Officialium.

Poteſtas autem vel Rector teneatur habere firma & rata omnia præcepta, quæ occaſione officii ſui fecerint duo ex ipſis, ſeu plures, & pœnas exigere non ſervantium. Quod ſi dictis Officialibus aliquo tempore aliquod damnum contigerit in perſonis, vel rebus pro ſuis officiis exequendis, a Communi Civitatis, vel loci per reſtitutionem plenariam ſerventur indemnes. Nec ipſi Officiales, vel eorum hæredes poſſint aliquo tempore conveniri de iis, quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium: niſi ſecundum quod eiſdem Diœceſanis, & Fratribus, & Inquiſitoribus videbitur expedire. Ipſorum au-

Digitized by Google

Tempus durationis.

autem officium duret tantummodo per ſex menſes , quibus completis , Poteſtas teneatur totidem ſubrogare Officiales , ſecundum formam præſcriptam , qui dictum officium , ſecundum formam eamdem , in aliis ſex menſibus ſequentibus exequantur .

Eis exhibenda expenſa.

Sane ipſis Officialibus dentur de Camera Communis Civitatis vel loci , quando exeunt Civitatem vel locum , pro hoc officio exequendo , unicuique pro qualibet die XVIII. *Imperiales in pecunia numerata , quos Poteſtas vel Rector teneatur eis dare vel dari facere infra diem tertium , poſtquam ad eamdem redierint Civitatem vel locum , & inſuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum & receptatorum eorum , quæ occupaverint , & mulctarum in quas fuerint condemnati , ſecundum quod inferius continetur , & hoc ſalario ſint contenti .*

Sint liberi ad exequendũ ſuum officium.

Sed ad nullum aliud , quod iſtud officium impediat , vel impedire poſſit , ullo modo officium vel etiam exercitium compellantur . Nullum etiam ſtatutum conditum , vel condendum eorum officium ullo modo valeat impedire .

Submoto uno ſubrogandus alius.

Et ſi quis horum Officialium propter ineptitudinem vel inertiam , aut occupationem aliquam vel exceſſum Diœceſano & Fratribus ſupradictis , viſus fuerit amovendus , ipſum ad mandatum , vel dictum eorum teneatur amovere Poteſtas aut Rector , & alium , ſecundum formam præſcriptam , ſubſtituere loco ejus .

A quo corrigendi.

Quod ſi quis eorum contra fidem & ſinceritatem officii ſui in favorem hæreſis deprehenſus fuerit exceſſiſſe , præter notam infamiæ perpetuæ , quam tamquam fautor hæreticorum incurrat , per Poteſtatem vel Rectorem ad Diœceſani loci , & dictorum Fratrum vel Inquiſitorum arbitrium puniatur . Poteſtas præterea militem ſuum vel alium aſſeſſorem , ſi Diœceſanus , vel ejus Vicarius aut Inquiſitores a Sede Apoſtolica deputati , ſeu dicti Officiales petiverint , cum ipſis Officialibus mittere teneatur , & cum ipſis eorum officium fideliter exercere .

Adiuvandi ubique.

Quilibet ſi præſens in terra vel requiſitus fuerit , teneatur tam in Civitate , quam in juriſdictione vel diſtrictu quolibet dare ipſis Officialibus , & eorum ſociis , conſilium & juvamen , quando voluerint hæreticum vel hæreticam capere , vel ſpoliare , aut inquirere , ſeu domum vel locum , aut aditum aliquem intrare pro hæreticis capiendis ſub librarum XXV. *Imperialium pœna vel banno ;*

Pœna non juvantium ſeu contradicentium.

Univerſitas autem Burgi ſub pœna & banno librarum centum , Villa vero L. *Imperialium pro qualibet vice ſolvenda in pecunia numerata . Quicumque autem hæreticum vel hæreticam captum vel captam auferre de manibus capientium , vel capientis auſus fuerit , vel defendere ne capiatur , ſeu prohibere aliquem intrare domum aliquam , vel cortem , ſeu locum aliquem ne capiatur , & inquiratur ibidem , juxta legem Paduæ promulgatam per Fridericum , tunc Imperatorem , publicatis bonis omnibus , in perpetuum relegetur , & domus illa , a qua prohibiti fuerint , ſine ſpe reædificandi funditus deſtruatur , & bona quæ ibi reperta fuerint , fiant capientium , ac ſi hæretici fuiſſent ibidem inventi ; & tunc propter hanc prohibitionem vel impeditionem ſpecialem Burgus componat Communi libras* CC. *& Villa libras* C. *& Vicinia tam Burgi quam Civitatis libras* L. *Imperialium in pecunia numerata , niſi infra tertium diem ipſos defenſores , vel defenſorem hæreticorum Poteſtati captos duxerint perſonaliter præſentandos .*

Tute incarcerandi hæretici.

Teneatur inſuper Poteſtas , ſeu Rector quilibet omnes hæreticos & hæreticas , qui capti amodo fuerint , cuſtodiri facere ſub expenſis Communis loci , cui præeſt , per viros Catholicos ad hoc electos a Diœceſano , ſi fuerit præſent , & Fratribus ſupradictis ſeu Inquiſitoribus in aliquo ſpeciali carcere tuto , & ſecuro , in quo ipſi ſoli detineantur ſeorſum a latronibus & bannitis , donec de ipſis fuerit diffinitum .

Si

Et pro eis ſuppoſiti.

Si quandoque aliqui vel aliquæ non hæretici, pro captis hæreticis, ipſis non contradicentibus, fuerint aſſignati, vel ſe forſitan aſſignaverint, prædicti ſuppoſiti carceri mancipentur, & hæretici nihilominus redire & aſſignari cogantur. Et qui hunc dolum fecerint, juxta legem prædictam bonis omnibus publicatis, in perpetuum relegentur.

Præſentandi Inquiſitoribus.

Teneatur inſuper Poteſtas vel Rector quilibet cum bono & ſecuro comitatu omnes hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, infra dies XV. *poſtquam capti fuerint, Diœceſano vel ejus ſpeciali Vicario ſeu hæreticorum Inquiſitoribus præſentare, pro examinatione de ipſis, & eorum hæreſi facienda.*

Rectores tute illos ſervent.

Damnatos vero de hæreſi per Diœceſanum, vel ejus Vicarium, ſeu Inquiſitores prædictos, Poteſtas vel Rector, vel ejus nuncius ſpecialis, eos ſibi relictos recipiat ſtatim, vel infra quinque dies ad minus, circa eos conſtitutiones contra tales editas, ſervaturus.

Cogendi ad confeſſionem erroris, & revelationem complicum.

Teneatur præterea Poteſtas ſeu Rector omnes hæreticos, quos captos habuerit, cogere, citra membri diminutionem & mortis periculum tamquam vere latrones & homicidas animarum, & fures ſacramentorum Dei, & fidei Chriſtianæ, errores ſuos expreſſe fateri, & accuſare alios hæreticos, quos ſciunt, & bona eorum, & credentes & receptatores & defenſores eorum, ſicut coguntur fures & latrones rerum temporalium accuſare ſuos complices, & fateri maleficia, quæ fecerunt.

Receptacula hæreticorũ quibus damnis ſubjiciãtur.

Domus autem, in qua receptus fuerit aliquis hæreticus, vel hæretica, ſine ulla ſpe reædificandi funditus deſtruatur, niſi dominus domus eos ibidem procuraverit reperiri. Et ſi dominus illius domus alias domos habuerit contiguas illi domui, omnes illæ domus ſimiliter deſtruantur, & bona, quæ fuerint inventa in domo illa, & in domibus illis adhærentibus publicentur, & fiant auferentium, niſi auferentes fuerint in officio conſtituti: & inſuper dominus domus illius, præter notam infamiæ perpetuæ, quam incurrat, componat Communi Civitatis vel loci ſummam L. *lib. Imperialium in pecunia numerata: quam ſi non ſolverit, in perpetuum carcerem detrudatur. Burgus autem ille, in quo hæretici capti fuerint, vel inventi, componat Communi Civitatis lib.* C. *& Villa lib.* L. *& Vicinia tam Burgi quam Civitatis lib.* L. *Imperialium in pecunia numerata, niſi infra tertium diem receptatores ipſorum captos repræſentaverint Poteſtati.*

Aliæ pœnæ fautorum.

Quicumque vero deprehenſus fuerit, dare alicui hæretico vel hæreticæ conſilium vel auxilium, ſeu favorem, præter aliam pœnam ſuperius & inferius prætaxatam, ex tunc ipſo jure in perpetuum ſit factus infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, vel ad eligendos aliquos ad hujuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ei ſuper quocumque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi forte judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si Tabellio, inſtrumenta facta per ipſum nullius penitus ſint momenti. Credentes quoque erroribus hæreticorum tamquam heretici puniantur.

Hæretici ſcribendi & publicandi.

Teneatur inſuper Poteſtas, ſeu Rector nomina virorum omnium, qui de hæreſi fuerint diffamati, vel banniti, in quatuor libellis unius tenoris facere annotari, quorum unum Commune Civitatis vel loci habeat, & alium Diœceſanus, & tertium Fratres Prædicatores, & quartum Fratres Minores, & ipſorum nomina ter in anno in concione publica ſolemniter faciat recitari.

Te-

Digitized by Google

Damna filiorum.

Teneatur quoque Poteſtas ſeu Rector filios & nepotes hæreticorum, & receptatorum, defenſorum, & fautorum eorum diligenter inveſtigare, eoſque ad aliquod officium publicum ſeu conſilium nullatenus admittere in futurum.

De Officialium aſſeſſoribus.

Teneatur præterea Poteſtas, ſeu Rector unum de aſſeſſoribus ſuis, quem elegerit Diæceſanus, ſi fuerit præſens, & Inquiſitores prædicti ab Apoſtolica ſede dati, mittere cum eis quandocumque voluerint, in jurisdictione Civitatis atque diſtrictus. Qui aſſeſſor, ſecundum quod prædictis Inquiſitoribus viſum fuerit, ibi tres, aut plures boni teſtimonii viros, vel totam viciniam, ſi eis videbitur, jurare compellat, quod ſi quos ibidem hæreticos ſciverint, vel bona eorum, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, ſeu a communi converſatione fidelium, vita & moribus diſſidentes, vel credentes, aut defenſores, ſeu receptatores, vel fautores hæreticorum, eos dictis Inquiſitoribus ſtudeant indicare. Ipſe autem poteſtas contra accuſatos procedat ſecundum leges quondam Friderici tunc Imperatoris, Paduæ promulgatas.

Exequendæ pœnæ ſub ſtatuto tempore.

Teneatur inſuper Poteſtas, ſeu Rector in deſtructione domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inventis vel occupatis, conſignandis, & dividendis, de quibus ſuperius dicitur, infra decem dies, poſtquam accuſatio ſeu denunciatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu, & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menſes exigere & dividere illas, ſicut inferius continetur. Et eos qui ſolvere non poterunt, banno maleficii ſupponere, & donec ſolvant, in carcere detinere; alioquin pro his omnibus & ſingulis ſyndicetur, ſicut inferius continetur.

Aſſignandus executor.

Et inſuper teneatur unum de Aſſeſſoribus ſuis, quemcumque Diæceſanus vel ejus Vicarius, & dicti Inquiſitores hæreticorum voluerint, ad hæc peragenda fideliter aſſignare, & mutare pro tempore, ſi eis viſum fuerit opportunum.

Pœnę nullatenus relaxandę.

Omnes autem condemnationes & pœnæ, quæ occaſione hæreſis factæ fuerint, neque per concionem, neque per conſilium, neque ad vocem populi, ullo modo, aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari.

Bona confiſcata quibus dividenda.

Teneatur inſuper Poteſtas ſeu Rector omnia bona hæreticorum & receptatorum eorum, quæ per dictos Officiales fuerint occupata ſeu inventa, & condemnationes pro his exactas dividere tali modo: una pars deveniat in Commune Civitatis vel loci: ſecunda pars in favorem & expeditionem officii detur Officialibus, qui tunc negotia ipſa peregerint: tertia ponatur in aliquo loco tuto, ſecundum quod dictis Diæceſano & Inquiſitoribus videbitur reſervanda, & exponenda per conſilium eorumdem in favorem fidei, & ad hæreticos extirpandos, non obſtante hujuſmodi diviſioni ſtatuto aliquo condito vel condendo.

Statutorum corruptores quibus pœnis ſubjiciantur.

Si quis autem de cetero aliquod iſtorum ſtatutorum, ſeu conſtitutionum attentaverit delere, diminuere, vel immutare, ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, Poteſtas ſeu Rector, qui pro tempore fuerit in illa Civitate vel loco, teneatur eum tamquam defenſorem hæreticorum publicum & fautorem, ſecundum formam præſcriptam, perpetuo publice infamare, atque punire in lib. L. Imperial. in pecunia numerata: quam ſi exigere non potuerit, eum maleficii banno ſupponat, de quo eximi non valeat, niſi ſolverit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Syndicandi Rectores & Aſſeſſores.

Teneatur ſane Poteſtas ſeu Rector infra decem dies ſui regiminis, ſyndicare præcedentem proximo Poteſtatem vel Rectorem, & ejus etiam Aſſeſſores per tres viros Catholicos & fideles electos ad hoc per Diæceſanum, ſi fuerit præſens, & per Fratres Prædicatores & Minores de omnibus iis, quæ

in ſtatutis iſtis ſeu conſtitutionibus & legibus contra hæreticos, & eorum complices editis, continentur: & punire ipſos ſi exceſſerint, in omnibus & ſingulis, quæ omiſerint, & cogere reſtituere de propria facultate. Non obſtante ſi per aliquam licentiam Concilii, vel alterius cujuslibet a ſyndicatione fuerint abſoluti. Jurabunt autem prædicti tres viri bona fide ſyndicare præfatos de omnibus ſupradictis.

Invalida quæcumque ſtatuta his contraria.

Ceterum teneatur Poteſtas ſeu Rector cujuslibet Civitatis, vel loci delere, ſeu abradere penitus de ſtatutis vel capitularibus Communis, quodcumque ſtatutum conditum, vel condendum, quod inveniatur contradicere iſtis conſtitutionibus, ſeu ſtatutis, & legibus, ſive quomodolibet obviare, & in principio & in medio ſui regiminis hæc ſtatuta, ſeu conſtitutiones, & leges in publica concione ſolemniter facere recitari, & etiam in aliis locis extra Civitatem ſuam, vel locum, ſicut Diœceſano ſeu Inquiſitoribus & Fratribus ſupradictis videbitur expedire. Porro hæc omnia ſtatuta ſeu conſtitutiones, & leges, & ſi quæ aliæ contra hæreticos, ac eorum complices tempore aliquo, auctoritate Sedis Apoſtolicæ conderentur, in quatuor voluminibus unius tenoris debeant contineri, quorum unum ſit in ſtatutario Communis cujuslibet Civitatis, vel loci; ſecundum, apud Diœceſanum; tertium, apud Fratres Prædicatores; quartum apud Fratres Minores cum omni ſinceritate ſerventur, ne poſſint per falſarios in aliquo violari. Datum Aſiſii XIII. *Kalendas Junii anno* XI.

Scribenda quatuor libris hæc ſtatuta.

Leges latæ a Friderico cōtra hæreticos.

XII. Ultra hæc dedit ad eoſdem exemplar legum, a Friderico Imperatore latarum adverſus hæreticos, ſua etiam auctoritate ſtabilitas, ut viderent utrumque concurriſſe gladium contra fidei hoſtes, & diligentius contra eoſdem procederetur. Habentur in eodem regeſto, num. 47. & apud citatos Auctores.

INNOCENTIUS &c.

Poteſtatibus, Conſiliis & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum.

Cum adverſus hæreticam pravitatem quondam Fridericus, Romanorum Imperator, promulgaverit quaſdam leges, per quas ne pervagetur, compeſci poterit peſtis illa. Nos illas volentes ad robur fidei ac ſalutem fidelium obſervari, Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eas, quarum tenorem vobis mittimus inſertum præſentibus, faciatis ſinguli in veſtris Capitularibus annotari, contra hæreticos ſectæ cujuslibet, ſecundum eas exacta diligentia proceſſuri. Alioquin dilectis filiis Fratribus Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis Ordinis Prædicatorum, vel Minorum, ac eorum ſingulis litteris noſtris injungimus, ut vos ad id per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terram, appellatione remota, compellant. Tenores autem legum ipſarum hi ſunt: Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Siciliæ Rex: dilectis Principibus ſuis, Venerabilibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque Eccleſiarum Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Poteſtatibus, Scultetis, Burgaviis, Advocatis, Judicibus, Miniſterialibus Officialibus, & omnibus per totum Imperium conſtitutis præſentes litteras inſpecturis, fidelibus ſuis gratiam ſuam & omne bonum. Commiſſi nobis cœlitus cura regiminis, & Imperialis, cui dante Domino præſidemus, faſtigium

Digitized by Google

gium dignitatis, materialem, quo diviſim a ſacerdotio fungimur, gladium adverſus hoſtes fidei, & in exterminium hæreticæ pravitatis exigunt exercendum, ut vipereos perfidiæ filios contra Deum & Eccleſiam inſultantes, tamquam materni uteri corroſores, in judicio & juſtitia perſequamur, maleficos vivere non paſſuri, per quorum ſcientiam ſeducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oves morbidas gravior infligitur corruptela.

Gladius materialis contra hæreticos.

Statuimus itaque ſancientes ut hæretici, quocumque nomine cenſeantur, ubicumque per Imperium damnati fuerint ab Eccleſia, & ſeculari judicio aſſignati, animadverſione debita puniantur. Si qui vero de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi, territi metu mortis, redire voluerint ad fidei unitatem, juxta canonicas ſanctiones, ad agendum pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur.

Coërcendi hæretici.

Terrore reſipiſcentes non ſtatim dimittendi.

*Præterea quicumque hæretici recepti fuerint in Civitatibus, oppidis, ſeu aliis locis Imperii per Inquiſitores ab Apoſtolica Sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores, ii qui juriſdictionem ibidem habuerint ad Inquiſitorum, & aliorum Catholicorum virorum inſinuationem eos capere teneantur, & eos captos arctius cuſtodire, donec per cenſuram Eccleſiaſticam damnatos damnabili morte perimant, qui fidei ſacramenta & vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti cenſemus omnes, quos ad fovendum hæreticorum errorem callidus hoſtis ſuſcitat advocatos, vel parat illicitos defenſores, maxime cum facinus, quos inquinat, æquat, niſi monitione præmiſſa, deſtiterint, & eorum vitæ duxerint conſulendum. Eos præterea qui convicti in uno loco de hæreſi, ad alia loca ſe transferunt, ut cautius poſſint effundere virus hæreticæ pravitatis, debitam cenſemus ſubire vindictam * ut ſuper hoc per viros ab eodem errore converſos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæreſi convicerunt (quod & in hoc caſu concedimus licite faciendum) * evidens teſtimonium habeatur.*

Caute incarcerandi.

Similiter fautores.

* alias niſi. *Vide Pennam ſchol. 104. in 3. p. direct.*
* al eorumdem.

Item mortis ſententiæ duximus addicendos, ſi quos hæreticorum ad judicium tractos, in extremo vitæ periculo hæreſim abjurantes, poſtmodum de falſo juramento conſtiterit, & fide mentita convinci, ac eos contingeret ejuſdem morbi ſpontaneam incurrere recidivam, ut ſibi damnabilius iniquitas ſic mentita, & pœnam debitam mendacium non evadat. Omne inſuper proclamationis & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus & fautoribus eorumdem penitus amovemus, volentes ut de finibus Imperii, in quibus ſemper debeat exiſtere fida fides, hæreticæ labis genimina modis omnibus deleantur.

Relapſi ultimo afficiendi ſupplicio.

Nulla admittenda appellatio.

Ceterum, quia quanto majora divinæ nutu miſerationis accipimus, & altiorem locum præ filiis hominum obtinemus, tanto devotiora debemus obſequia gratitudinis conferenti, ſi quando in noſtri nominis contemptores noſtri culminis excandeſcit auctoritas, ſi reos læſæ Majeſtatis in perſonis eorum, & liberorum ſuorum exhæredatione damnamus, multo fortius, juſtiuſque contra Dei blaſphematores nominis, & Catholicæ fidei detractores provocamur, eorumdem hæreticorum & receptatorum, fautorum & advocatorum ſuorum hæredes & poſteros, uſque ad ſecundam progeniem, beneficiis cunctis temporalibus, publicis officiis, & honoribus Imperiali auctoritate privantes, ut in paterni memoriam criminis continuo mœrore tabeſcant, vere ſcientes quod Deus zelotes eſt, *peccata parentum in filios potenter ulciſcens. Nec quidem a miſericordiæ finibus duximus excludendum, ut ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces, latentem patrum perfidiam revelaverint, quacumque reatus illorum animadverſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubjaceat innocentia filiorum.*

Filii & hæredes hæreticorũ plectendi.

Exod. 20. 5.

Dum non revelaverint ſcelus.

Inquiſitores ſub protectione Imperiali.

Adjuvandi ab omnibus.

Ad hæc notum fieri volumus, Fratres Prædicatores de Ordine Prædicatorum & Minorum, pro fidei negotio in partibus Imperii noſtri contra hæreticos deputatos: ceteros quoque qui ad hæreticos judicandos acceſſerint, niſi aliqui eorum ab Imperio fuerint proſcripti, eundo, morando, & reducendo ſub noſtri Imperii ſpeciali defenſione receptos, & quos apud omnes ſub ope & recommendatione fidelium Imperii eſſe volumus inoffenſos. Univerſitati veſtræ mandantes, quatenus quocumque & apud quemcumque veſtrum pervenerint, benigne recipiatis eoſdem, & perſonas ab incurſu hæreticorum eis inſidiantium, conſervantes indemnes, omne conſilium, ducatum, & auxilium impendatis pro tam acceptis coram Deo negotiis exequendis. Hæreticos vero, quos & oſtenderint ipſi vobis, in juriſdictione veſtra ſinguli capientes, diligenti cuſtodia detinendos. Sciturі quod in executione ipſius negotii gratum Deo & laudabile nobis obſequium conferetis, ſi ad expellendam de partibus noſtri Imperii novam & inſolitam hæreticæ pravitatis infamiam, opem & operam, una cum eiſdem Fratribus præſtiteritis efficacem. Et ſi quis foret exinde negligens & remiſſus ac inutilis, coram Domino & in conſpectu noſtro poterit merito culpabilis apparere. Datum Paduæ XXII. Februarii XII. Indictione.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator
ſemper Auguſtus, &c.

Hæreſis, diviſio. Statutum contra Patarenos.

Hæreticorũ nomina, ſeu ſimilitudines.

Patareni unde dicti?

Eorum improbitas.

Quantum ſe diffuderint Patareni.

XIII. INconſutilem tunicam Dei noſtri diſſuere conantur hæretici, & vocabuli vitio ſervientes, quod ſignificationem diviſionis enunciat, in ipſius indiviſibilis fidei unitate nituntur inducere ſectionem, & oves a Petri cuſtodia, cui paſcendæ a paſtore bono ſunt creditæ, ſegregare. Hi ſunt lupi rapaces intrinſecus, couſque manſuetudinem prætendentes ovium, quouſque ovile poſſint ſubintrare dominicum. Hi ſunt Angeli peſſimi. Hi ſunt filii pravitatum a patre nequitiæ & fraudis auctore ad ſimplices animas deſtinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt. Hi ſunt ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine virus evomere, ut vitæ cibum miniſtrare ſe ſimulent, a cauda feriunt, & mortis periculum, velut quoddam diriſſimum venenum, immiſcent. Horum ſectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non ſunt notatæ nominibus, vel, quod eſt forte nefandius, non contentæ; ut vel ab Arrio Arriani, vel a Neſtorio Neſtoriani, aut a ſimilibus ſimiles nuncupentur, ſed in exemplum martyrum, qui pro fide Catholica martyria ſubjerunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni. Hujuſmodi miſeri Patareni, a quibus abeſt ſancta credulitas divinitatis æternæ, ſub uno contextu nequitiæ, inſimul tres offendunt, Deum videlicet, proximos & ſeipſos. Deum, dum Dei fidem & Filium non agnoſcunt; decipiunt proximos, dum ipſis ſub ſpe ſpiritualis alimoniæ, hæreticæ pravitatis oblectamenta miniſtrant: crudelius etiam ſæviunt in ſeipſos, dum poſt animarum diſpendium corpora denique ſeveræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram, & veræ fidei poſſent evadere, vitæ prodigi, & necis improvidæ ſectatores involvunt: & quod eſt ipſo dictu diriſſimum, ſuperſtites etiam non terrentur exemplo. Contra tales ſibi, Deo & hominibus ſic infeſtos continere non poſſumus motus noſtros, quin debitæ ultionis in eos gladium exeramus: tanto ipſos inſtantius perſequentes, quanto in evidentiorem deluſionem fidei Chriſtianæ prope Romanam Eccleſiam, quæ caput omnium Eccleſiarum judicatur, ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latius exercere noſcuntur; adeo quod ab Italiæ finibus, preſertim a partibus Lombardiæ, in quibus pro certo per-

Digitized by Google

perpendimus ipſorum nequitiam latius abundare, jamque uſque ad Regnum noſtrum Siciliæ ſuæ perfidiæ rivulos derivarunt: quod acerbiſſimum reputantes, ſtatuimus in primis, ut crimen hæreſeos, & damnatæ ſectæ cujuslibet, quocumque nomine cenſeantur ſectatores, prout veteribus legibus eſt indictum, inter publica crimina numerentur, immo crimine læſæ Majeſtatis noſtræ debet ab omnibus hominibus judicari, quod in divinæ Majeſtatis injuriam noſcitur attentatum, quamvis judicii poteſtate alterum alteri non excellat. Nam ſicut perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum & bona, & damnat poſt obitum memoriam defunctorum, ſic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obſervari; & ut ipſorum nequitia, qui, quia Dominum non ſequuntur, in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente, inveſtigari volumus diligenter hujuſmodi ſcelerum patratores, & per Officiales noſtros, ſicut & alios malefactores inquiri, ac inquiſitione notatos, etiamſi levis ſuperſtitionis argumento tangantur, a viris Eccelſiaſticis & Prælatis examinari jubemus, per quos ſi inventi fuerint a fide Catholica, ſaltem in articulo deviare, ac per ipſos paſtorali more commoniti, tenebroſi diaboli relictis inſidiis noluerint agnoſcere Deum lucis, ſed in erroris concepta inſtantia perſeverent, præſentis noſtræ legis edicto damnatos morte, pati Patarenos, alioſque hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, decernimus, quam affectant, ut vivi in conſpectu hominum comburantur, flammarum commiſſi judicio. Nec dolemus quod in hoc ipſorum ſatisfacimus voluntati, ex quo pœnam ſolummodo, nec fructum alium conſequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo intervenire præſumat, quod qui fecerit, in ipſum noſtræ indignationis aculeos non immerito convertemus. Datum Paduæ XXII. *Februarii*, XII. *Indictione*.

Statutæ in eos leges.

l. Manichæ et de hæret.

l. penult. C. ad l. Jul. majeſt. §. interdum inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deſer.

Vivi comburendi.

Imperator FRIDERICUS ſemper Auguſtus, &c.

XIV. *Patarenorum receptatores & complices, & quocumque modo fautores, qui ut a pœna alios poſſint eximere, de ſe velut improvidi non formidant, publicatis bonis omnibus, relegandos in perpetuum eſſe cenſemus: & ipſorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum hujuſmodi detexerit aliquem Patarenum, de cujus perfidia manifeſte probetur, in fidei præmium, quam agnovit, famæ priſtinæ, de Imperiali clementia reſtitutionis beneficium integrum conſequatur.*

Contra eoſdem Patarenos & fautores.

Incipiunt Capitula Conſtitutionis contra Patarenos, edita per Dominum Fridericum Illuſtrem Virum, Rom. Imperatorem ſemper Auguſtum, Hieruſalem & Siciliæ Regem.

XV. *Catharos, Patarenos, Speroniſtas, Leoniſtas, Arnaldiſtas, & Circumciſos, Paſſaginos, Joſepinos, Garratenſes, Albarienſes, Franciſcos, Bagnarolos, Comiſtas,* Valdenſes, Runcarolos, Communellos,* * Wallinos * *& Ortolenos, cum illis de Aquanigra, & omnes hæreticos utriuſque ſexus, quocumque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffinimus * atque bannimus, cenſentes ut bona talium confiſcentur, nec ad eos ulterius revertantur; ita quod filii ad eorum ſucceſſionem pervenire non poſſint. Cum longe ſit gravius æternam, quam temporalem offendere Majeſtatem. Qui autem inventi fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ juxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtraverint, tamquam infames*

* al Commixtos, ſeu Commiſſos.
* *al* Communellos.
* *al* Warrinos.

Hæretici infames.

* *al* Diffidamus.

Bona confiſcanda.

c. Vergentis de hæreticis.

Ad hæc notum fieri volumus, Fratres Prædicatores de Ordine Prædicatorum & Minorum, pro fidei negotio in partibus Imperii noſtri contra hæreticos deputatos: ceteros quoque qui ad hæreticos judicandos acceſſerint,

Inquiſitores ſub protectione Imperiali.

niſi aliqui eorum ab Imperio fuerint proſcripti, eundo, morando, & redeundo ſub noſtri Imperii ſpeciali defenſione receptos, & quos apud omnes ſub ope & recommendatione fidelium Imperii eſſe volumus inoffenſos.

Adjuvandi ab omnibus.

Univerſitati veſtræ mandantes, quatenus quocumque & apud quemcumque veſtrum pervenerint, benigne recipiatis eoſdem, & perſonas ab incurſu hæreticorum eis inſidiantium, conſervantes indemnes, omne conſilium, ducatum, & auxilium impendatis pro tam acceptis coram Deo negotiis exequendis. Hæreticos vero, quos & oſtenderint ipſi vobis, in juriſdictione veſtra ſinguli capientes, diligenti cuſtodia detinendos. Scituri quod in executione ipſius negotii gratum Deo & laudabile nobis obſequium conferetis, ſi ad expellendam de partibus noſtri Imperii novam & inſolitam hæreticæ pravitatis infamiam, opem & operam, una cum eiſdem Fratribus præſliteritis efficacem. Et ſi quis foret exinde negligens & remiſſus ac inutilis, coram Domino & in conſpectu noſtro poterit merito culpabilis apparere. Datum Paduæ XXII. *Februarii* XII. *Indictione.*

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c.

Hæreſis, diviſio. Statutum contra Patarenos.

XIII. *INconſutilem tunicam Dei noſtri diſſuere conantur hæretici, & vocabuli vitio ſervientes, quod ſignificationem diviſionis enunciat, in ipſius indiviſibilis fidei unitate nituntur inducere ſectionem, & oves a Petri cuſtodia, cui paſcendæ a paſtore bono ſunt creditæ, ſegregare. Hi ſunt lupi rapaces intrinſecus, couſque manſuetudinem prætendentes ovium, quouſque ovile poſſint ſubintrare dominicum. Hi ſunt Angeli peſſimi. Hi ſunt filii*

Hæreticorũ nomina, ſeu ſimilitudines.

pravitatum a patre nequitiæ & fraudis auctore ad ſimplices animas deſtinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt. Hi ſunt ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine virus evomere, ut vitæ cibum miniſtrare ſe ſimulent, a cauda feriunt, & mortis periculum, velut quoddam diriſſimum venenum, immiſcent. Horum ſectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non ſunt notatæ nominibus, vel, quod eſt forte nefandius, non contentæ; ut vel ab Arrio Arriani, vel a Neſtorio Neſtoriani, aut a ſimilibus ſimiles nuncupentur, ſed in exemplum martyrum, qui pro fide Catholica martyria ſubierunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni.

Patareni unde dicti?

Hujuſmodi miſeri Patareni, a quibus abeſt ſancta credulitas divinitatis æternæ, ſub uno contextu nequitiæ, inſimul tres offendant, Deum videlicet, proximos & ſeipſos. Deum, dum Dei fidem & Filium non agnoſcunt; decipiunt proximos, dum ipſis ſub ſpe ſpiritualis alimoniæ, hæreticæ pravitatis

Eorum improbitas.

oblectamenta miniſtrant: crudelius etiam ſæviunt in ſeipſos, dum poſt animarum diſpendium corpora denique ſeveræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram, & veræ fidei poſſent evadere, vitæ prodigi, & necis improvidæ ſectatores involvunt: & quod eſt ipſo dictu diriſſimum, ſuperſtites etiam non terrentur exemplo. Contra tales ſibi, Deo & hominibus ſic infeſtos continere non poſſumus motus noſtros, quin debitæ ultionis in eos gladium exeramus: tanto ipſos inſtantius perſequentes, quanto in evidentiorem deluſionem fidei Chriſtianæ prope Romanam Eccleſiam, quæ caput omnium Eccle-

Quantum ſe diffuderint Patareni.

ſiarum judicatur, ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latius exercere noſcuntur; adeo quod ab Italiæ finibus, preſertim a partibus Lombardiæ, in quibus pro certo per-

perpendimus ipſorum nequitiam latius abundare, jamque uſque ad Regnum noſtrum Siciliæ ſuæ perfidiæ rivulos derivarunt: quod acerbiſſimum reputantes, ſtatuimus in primis, ut crimen hæreſeos, & damnatæ ſectæ cujuslibet, quocumque nomine cenſeantur ſectatores, prout veteribus legibus eſt indictum, inter publica crimina numerentur, immo crimine læſæ Majeſtatis noſtræ debet ab omnibus hominibus judicari, quod in divinæ Majeſtatis injuriam noſcitur attentatum, quamvis judicii poteſtate alterum alteri non excellat. Nam ſicut perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum & bona, & damnat poſt obitum memoriam defunctorum, ſic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obſervari; & ut ipſorum nequitia, qui, quia Dominum non ſequuntur, in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente, inveſtigari volumus diligenter hujuſmodi ſcelerum patratores, & per Officiales noſtros, ſicut & alios malefactores inquiri, ac inquiſitione notatos, etiamſi levis ſuperſtitionis argumento tangantur, a viris Eccelſiaſticis & Prælatis examinari jubemus, per quos ſi inventi fuerint a fide Catholica, ſaltem in articulo deviare, ac per ipſos paſtorali more commoniti, tenebroſi diaboli relictis inſidiis noluerint agnoſcere Deum lucis, ſed in erroris concepta inſtantia perſeverent, præſentis noſtræ legis edicto damnatos morte, pati Patarenos, alioſque hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, decernimus, quam affectant, ut vivi in conſpectu hominum comburantur, flammarum commiſſi judicio. Nec dolemus quod in hoc ipſorum ſatisfacimus voluntati, ex quo pœnam ſolummodo, nec fructum alium conſequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo intervenire præſumat, quod qui fecerit, in ipſum noſtræ indignationis aculeos non immerito convertemus. Datum Paduæ XXII. *Februarii*, XII. *Indictione.*

Statutæ in eos leges.

l. Manichæ os de hæret.

l. penult. C. ad l. Jul. majeſt. §. interdum inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deſer.

Vivi comburendi.

Imperator FRIDERICUS ſemper Auguſtus, &c.

XIV. *PAtarenorum receptatores & complices, & quocumque modo fautores, qui ut a pœna alios poſſint eximere, de ſe velut improvidi non formidant, publicatis bonis omnibus, relegandos in perpetuum eſſe cenſemus: & ipſorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum hujuſmodi detexerit aliquem Patarenum, de cujus perfidia manifeſte probetur, in fidei præmium, quam agnovit, famæ priſtinæ, de Imperiali clementia reſtitutionis beneficium integrum conſequatur.*

Contra eoſdem Patarenos & fautores.

Incipiunt Capitula Conſtitutionis contra Patarenos, edita per Dominum Fridericum Illuſtrem Virum, Rom. Imperatorem ſemper Auguſtum, Hieruſalem & Siciliæ Regem.

XV. *CAtharos, Patarenos, Speroniſtas, Leoniſtas, Arnaldiſtas, & Circumciſos, Paſſaginos, Joſepinos, Garratenſes, Albarienſes, Franciſcos, Bagnarolos, Comiſtas,* * *Valdenſes, Runcarolos, Communellos,* * Wallinos * *& Ortolenos, cum illis de Aquanigra, & omnes hæreticos utriuſque ſexus, quocumque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffinimus* * *atque bannimus, cenſentes ut bona talium confiſcentur, nec ad eos ulterius revertantur; ita quod filii ad eorum ſucceſſionem pervenire non poſſint. Cum longe ſit gravius æternam, quam temporalem offendere Majeſtatem. Qui autem inventi fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ juxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtraverint, tamquam infames*

* *al* Commixtos, *ſeu* Commiſſos.

* *al* Communellos.

* *al* Wartinos.

Hæretici infames.

* *al* Diffidamus.

Bona confiſcanda.

c. Vergentis de hæreticis.

fames & banniti ab omnibus habeantur, ita quod ſi ſic per annum permanſerint, ex tunc eos ſicut hæreticos condemnamus.

Concil. Bierren. c. 32.

Ab omnibus terris expellēdi hæretici.

Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, ut Poteſtas & Conſules ſeu Rectores, quibuſcumque fungantur officiis, pro defenſione fidei publice juramentum præſtent, quod de terris ſuæ juriſdictioni ſubjectis, univerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt, ita quod amodo quandocumque quis fuerit in perpetuam poteſtatem vel temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum juramento firmare. Alioquin neque pro Poteſtatibus, neque pro Conſulibus, ſeu Conſularibus habeantur, eorumque ſententias ex tunc decernimus inutiles & inanes. Si vero Dominus temporalis requiſitus & monitus ab Eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica pravitate, poſt annum a tempore monitionis elapſum, terram ipſius exponimus Catholicis occupandam, qui eam, exterminatis hæreticis, abſque ulla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſervent. Salvo jure Domini temporalis, dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum, neque aliquod impedimentum apponat: eadem nihilominus lege ſervata contra eos, qui non habent Dominos principales. Credentes præterea, receptatores, fautores & defenſores hæreticorum bannimus; ſtatuentes ut ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit, infra annum ex tunc ipſo jure ſit factus infamis, & ad publica officia ſeu conſilia, vel ad aliquos eligendos hujuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus ei præterea ſuper quocumque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi Judex extiterit, ejus ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad ejus audientiam perferantur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si Tabellio, ejus inſtrumenta confecta per manum ipſius, nullius penitus ſint momenti. Adjicimus inſuper, quod ſi hæreticus per hæreticum convinci poſſit, quod domus Patarenorum, receptatorum, defenſorum & fautorum, ſive ubi docuerint, ſive ubi aliis manus impoſuerint, deſtruantur, nullo tempore reſtituendæ. Dat. Paduæ XXII. *Februarii,* XII. *Indictione.*

Rex Regum &c. Apoſtatantes a fide Catholica penitus execramur, inſequimur ultionibus, bonis ſuis omnibus ſpoliamus, & ut a profeſſione vel vita naufragantes legibus coarctamus, ſucceſſiones tollimus ab eis, omne jus legitimum abdicamus. Datum Aſſiſii XI. *Kal. Junii, an.* XI.

XVI. Conſtitutis, promulgatiſque his ſuis & Friderici legibus, ſcripſit Innocentius quibuſdam Provincialibus Minorum adminiſtrationis Romæ Tuſciæ, & ſancti Franciſci, ut ſecundum eaſdem, Inquiſitores inſtituerent ſui Sodalitii homines, opere & ſermone potentes, & habentes zelum fidei; ſi vero quempiam ex inſtitutis ex cauſa judicarent amovendum, præmiſſo conſilio quorumdam, amoverent. Conſervantur hæ litteræ originales in Archivo Aracœlit. num 43. nec non binæ aliæ de multiplici auctoritate eorumdem Inquiſitorum, & de publicandis conſtitutionibus ſupra poſitis contra hæreticos, eorumque fautores, a Friderico editis. Signantur in dicto Archivo num. 112. & 32. Non tæduit omnes has bullas hic inſerere, ut ex illis appareat quo in loco tunc erant dignitas & opinio Minoritarum, eoſque operam poſuiſſe in extinguendis hæreſibus præclaram; neque aliis magis proprium Inquiſitionis munus ab ipſa ſua origine, quam eiſdem fuiſſe.

Di-

Dilectis filiis Miniſtris Fratrum Minorum de adminiſtrationibus, Romæ, Tuſciæ, & ſancti Franciſci.

Licet ex omnibus mundi partibus, quæ nomine Chriſtiano cenſentur, teneamur ex officii noſtri debito expurgare lethiferam peſtem hæreticæ pravitatis, in Italia tamen imminet nobis hæc ſollicitudo propenſius, ubi eamdem peſtem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei Catholicæ perverſos mores peperit, ex vicinitate perſentimus abundantius ſuccreviſſe. Volentes igitur in Urbe, Tuſcia, Patrimonio, Ducatu, Campania, Maritima, & Romania per aliquos de Fratribus veſtris ſuper hoc partes noſtræ ſollicitudinis adimpleri, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus diſcretorum Fratrum communicato conſilio, tu fili Miniſter Urbis duos de tuæ, tu fili Miniſter Tuſciæ duos de tuæ, tu vero fili Miniſter ſancti Franciſci unum de tuæ adminiſtrationum Fratribus, opere ac ſermone potentes, & habentes zelum fidei, aſſumatis: quibus Inquiſitionis officium contra hæreticos in terris earumdem adminiſtrationum, juxta formam, quam in eis per alias hactenus noſtras expreſſimus, exequendum, injungere procuretis, quos eam, quam in eiſdem litteris comprehendimus, habere volumus poteſtatem. Si vero quemquam eorumdem Inquiſitorum ex cauſa videritis aliquando amovendum, alium illo amoto ſubſtituatis pari poteſtate functurum, quotiens id faciendum, deliberatione cum diſcretis Fratribus præhabita, vobis, vel Vicariis veſtris, vobis abſentibus, viſum fuerit expedire. Datum Aſſiſii III. *Kalendas Junii, Pontificatus noſtri anno* XI.

Jubet inſtitui aliquos Inquiſitores ex Minoritis.

1. *Macab.* 2.27.

Dilectis Filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis præſentibus, & futuris in Urbe, Tuſcia, Patrimonio beati Petri, Ducatu Spoletano, Campania, Maritima, & Romania.

XVII. *Ut commiſſum vobis Inquiſitionis officium contra pravitatem hæreticam in Urbe, Tuſcia, Patrimonio beati Petri, Ducatu Spoletano, Campania, Maritima, & Romania efficacius & liberius impleatis interpretandi, & declarandi, una cum Diœceſanis locorum, in quibus idem vobis officium eſt commiſſum, vel ipſorum Vicariis, cum Diœceſanos abeſſe contigerit, ſtatuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores ipſorum edita, & in capitularibus, ſeu ſtatutorum libris Civitatum, aliorumque locorum, in quibus dictum officium eſt commiſſum vobis, & exequendum incumbit, poſita vel ponenda, quotiens in eis apparuerit aliquid ambiguum vel obſcurum; necnon & eoſdem hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores, eorumque filios & nepotes dignitatibus, perſonatibus, & honoribus quibuſcumque, ac beneficiis Eccleſiaſticis, & publicis officiis, illos etiam qui hæreticorum, vel aliorum prædictorum interventu, vel gratia talia ſunt adepti, vel in poſterum aſſequentur, eiſdem privandi de Diœceſanorum, vel eis abſentibus, Vicariorum ſuorum conſilio, liberam vobis & ſingulis veſtrum, tenore præſentium, concedimus poteſtatem. Sane ſi accuſatoribus, aut teſtibus, quos a vobis, vel aliis vice veſtra ſuper crimine hæreſeos recipi contigerit, ex publicatione nominum eorumdem videritis periculum imminere, eorumdem nomina non publice ſed ſecreto coram aliquibus perſonis providis, & honeſtis, religioſis, & aliis*

Jus interpretandi leges latas contra hæreticos cõfertur Inquiſitoribus.

Varia alia indulta.

ad

ad hoc vocatis, de quorum conſilio ad ſententiam, vel condemnationem procedi volumus, exprimantur. Et ſic ad cognitionem judicis inſtruendam eorumdem teſtium depoſitionibus plena fides & auctoritas habeatur. Datum Anagniæ XI. *Kalendas Julii, Pontificatus noſtri anno* XI.

Dilectis Filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in partibus Italiæ.

Ut curent ſervari leges Frider.

XVIII. C*Um adverſus hæreticam pravitatem quondam Fridericus tunc Romanorum Imperator, promulgaverit quaſdam leges, per quas ne pervagetur, compeſci poterit peſtis illa. Nos eas volentes ad robur fidei, ac ſalutem fidelium obſervari, dilectis filiis Poteſtatibus, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum Italiæ noſtris dedimus litteris in mandatis, ut ipſas, quarum tenores ſibi præfatis inſertos litteris miſimus, ſinguli faciant in ſuis capitularibus annotari, contra hæreticos ſectæ cujuslibet, ſecundum eas exacta diligentia proceſſuri. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi præfati Poteſtates, & alii Civitatum, & locorum, in quibus vobis Inquiſitionis Officium contra hæreticos eſt commiſſum, mandatum ſuper hoc Apoſtolicum neglexerint, adimplere, vos vel quivis veſtrum eos ad id per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terram, remoto appellationis obſtaculo, compellatis. Non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, vel indulgeri contigerit, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint, vel certe ſubjici Eccleſiaſtico interdicto. Datum Anagniæ Nonas Julii, Pontificatus noſtri anno* XII.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

XIX. Præclara hæc monumenta aperte teſtantur Innocentii erga
Minores ſincerum affectum. ,, Inſuper ſex ſecum ſemper in aula ha-
,, buiſſe Minoritas ſcripſit vitæ ipſius auctor, & ex eis dilectum fratrem *Panſa in vita Innocent. IV.*
,, Nicolaum Anglicum in ſacellanum, cui conſcientiæ referebat arcana,
,, & Aſſiſii tradidit Epiſcopatum, remoto fratre Creſcentio Æſino, uti *Ann. 1247. Fr. Nicol. Epiſc. Aſſiſii.*
,, alias enarravimus, quod tamen in annum MCCLIII. refert Ughellus in
,, ſua Italia ſacra, & Alexandro IV. a ſacris fuiſſe confeſſionibus: ab
,, eoque ad illam Sedem Aſſiſienſem fuiſſe promotum enarrat. Sed tria
,, ipſius Innocentii diplomata, quæ in Tomi primi appendice exſcripſi-
,, mus, manifeſte probant contrarium. Id inſuper confirmant, quæ de
,, Nicolao his ipſis verbis Pitſeus enarrat. *Nicolaus Anglicus natione &* *Pitſ. in append.*
,, *cognomine, Ordinis ſancti Franciſci, ſacræ Theologiæ Doctor. Hic poſt-*
,, *quam in patria pietatis, & doctrinæ optima poſuiſſet fundamenta, miro*
,, *diſcendi amore Galliam etiam, & Italiam peragravit, utrobique notæ*
,, *melioris Academias frequentans, & cum doctioribus viris ſæpe conferens.*
,, *Romam tamdem pervenit doctiſſimorum & ſanctiſſimorum hominum domi-*
,, *cilium, ubi fama ejus percrebreſcente, cœpit notus eſſe Pontifici ſummo*
,, *Innocentio IV. qui perſpecta viri doctrina, prudentia, gravitate, &*
,, *aliis virtutibus pene ſingularibus, eum ſibi fecit a moderamine con-*
,, *ſcientiæ, & in his quæ ad Deum ſunt, directorem. Cui muneri cum ad*
,, *aliquot tempus abunde ſatisfeciſſet, Pontifex ei contulit Epiſcopatum*
,, *Aſſiſienſem. Scripſiſſe quædam perhibetur, ſed quænam illa fuerint, non*
,, *invenio. Hæc ex Thoma Euleſtono, & Joanne Lelando.* Habebat etiam
,, Innocentius magno in pretio Alexandrum Alenſem, eoque familiari-
,, ter utebatur, dum hæreret Lugduni, & in graviſſimis Concilii, a ſe
ce-

„ celebrati, negotiis conſiliarium adhibuit. „ Quod vero Innocentius tantum erga Minores affectum in adverſum ſub morte mutaverit, ſiniſtri id facere potuerunt rumores, vel adverſariorum ſuggeſtiones, vel etiam indiſcretus quiſpiam zelus ipſorum Religioſorum in Pontificiis nutibus, ſeu decretis eludendis. Porro ſi hoc, vel nimius amor conſanguineorum non obſtat, homo fuit undequaque laudabilis, Eccleſiaſticæ auctoritatis propugnator acerrimus, infracto ſemper animo reſiſtens Friderici & Conradi filii conatibus, ad violanda minuendaque Eccleſiæ jura tendentibus, in regimine prudens, in re litteraria excultiſſimus, in politica verſatiſſimus. Initiatum receperunt Romani advenientem in Urbem, magno apparatu & applauſu obviam prodeuntes; Defunctum Neapolitanus Clerus, & populus dudum luxerunt, magnifice ejus funere curato. Floruerunt ſub eodem viri ſapientiſſimi, ipſo doctiſſime plura ſcribente. Ejus juſſu Alexander Alenſis egregiam, & omnium copioſiſſimam Theologiæ ſummam conſtruere cœpit, ſed morte præventus non perfecit, ut alias commodius dicemus.

Laudes Innocentii.

Juſtinian. lib. 3. hiſtor. Genuen.

Anno 1257.

XX. Vacavit per ejus mortem ſedes, non annis duobus, ut habet Matthæus Florentinus, & ex eo Chronicon magnum Belgicum, quibus alii accedunt: neque anno uno adjectis aliquot menſibus, uti ſcribunt alii, ſed diebus dumtaxat quatuordecim, ut præter Panvinum, Ciaconium & alios, ipſe ſucceſſor Alexander in ſuis litteris, quibus ſuam electionem Eccleſiarum Prælatis, atque aliis ad Minores ſcriptis, quas mox dabimus intimavit. Celeris creationis inde Cardinalibus inſitum ſtudium, ut poſtpoſita longiore mora, rebus Eccleſiæ a Manfredi, Friderici nothi, violentia inſidiiſque alioquin periclitaturis per novi Pontificis creationem providerent. Juvit, ſeu potius coegit eos Batolinus Tavernarius eques, ab Innocentio, cui cognatus erat, Urbis Præfectus creatus, & jam conclavis cuſtodiæ præſes. Is enim vir prudens honeſta ac conſueta vi adhibita, illos cibo per ſingulos dies imminuto, ut in aliquem concordarent, potius impulit, quam hortatus eſt electores.

Florent. in Chro. Chron. Belg. hoc ann. Panvin. in Chro. Eccleſ. Ciacon. in Innoc. IV.

Quoto tempore vacaverit Sedes poſt mortem Innocentii.

XXI. Fuit Alexander Innocentii ſucceſſor, ex nobili Comitum Signiæ progenie, inter Hernicos, modo Campanos, illuſtri, Patre Gerardo Retrahente natus, uti ſcribit Panvinus, cui tamen Philippum ab Anagnia progenitorem tribuit Ciaconus; & alii conſanguineum volunt Rubeorum, ex illo Thierici Vallicoloris ad Cardinalem Antherum Urbani IV. nepotem, de recuperatione terrarum Eccleſiæ poemate, apud Maſſonium de Epiſcopis Urbis, ad finem vitæ Urbani:

Porro Raynaldus Rubeus de ſanguine Quarti
Natus Alexandri, progenieque nepos.

Gregorii IX. nepos, & Innocentii III. propinquus, ab illo primo Diaconus ſancti Euſtachii, mox Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Velliternus creatus, vir doctrina, eruditione, & ſanctitate inſignis, ideo dignus judicatus, (cui licet valde reluctanti,) communi ſuffragio, & unanimi conſenſu tantum Magiſtratum Cardinales conferrent. Sed dum turbulentiſſimo tempore, quo Eccleſia Romana undique vexata, pene proſtrata jacebat, ad tantam evectus dignitatem, uti erat vir timoratus & pius, omnium preces expoſcit, altero ab electione die miſſis litteris ad univerſos Eccleſiarum Prælatos, quas in regeſto ejuſdem legimus in Archivo Vaticano. Minorum pium & beneficum egit tutelarem ſeu protectorem, commiſſa ei cum Cardinalitio a patruo Gregorio IX. aſſidua eorumdem tutela. Non ſegniter, neque oſcitanter certe peregit offi-

Alexander IV. qualis.

Panvin. in Chro. Ciacon. in Alex. Thiericus Vallicol.

Alexand. ſcribit de ſua electione Eccleſiarum Prælatis.

Digitized by Google

cium, cujus diligenter & affectuoſe gerendi non obſcurum vidit in eodem patruo exemplar. Neque male ſucceſſit Minoribus in bino ſuo Protectore, dum utrumque ſumme erga ſe benevolum experti, viderunt ad Pontificatum aſſumptum. Longa experientia optima de eiſdem concepta opinione hortari eos voluit, ut pro ſe orarent. Quare miſſis litteris nunciavit Miniſtro Generali, & univerſis Ordinis Prælatis ſuam

Nec non Minoritis.

aſſumptionem, commendans eorum precibus turbatum Eccleſiæ ſtatum, ſuamque perſonam. Habentur in noſtro Archivo, hiſque per omnia ſimiles ad Prædicatores in Regeſto Vaticano num.2.

ALEXANDER &c.

Dilectis filiis Miniſtro Generali, & univerſis Prælatis, ac Fratribus Ordinis Minorum &c.

XXII. *Summa ſummi artificis providentia ſumme univerſa diſponens, certum modum, rectumque ordinem univerſis ſtatuit creaturis,*

Optima diſpoſitio univerſi.

imponens ſingulis metas ſuas, earumque ſtatum propria limitum determinatione diſtinguens, ut per diſcretionem hujuſmodi vitaretur in rerum univerſitate confuſio, & tot differentium entium eſſentia tali differentia ſervaretur. Hac itaque ordinis congruentia Operator ille omnipotens diſcreta congeſſit, fœderavit varia, contexuit diſſimilia, copulavit diverſa, elementa ligavit, compegit orbem, mundi firmavit machinam, totumque univerſum mira omnium interveniente concordia ſtabilivit. Sic & univerſalis Eccleſia, diſtributis in ea gradibus, officiiſque diſtinctis, directa horum diſpoſitione, ſtabilique ordinatione conſiſtit: quia cum hujuſmodi miniſteria gradatim inter ſe differant, dum potiores minoribus imperant, & inferiores ſuperioribus reverenter intendunt, dum hi humiliter ſubſunt, & illi benigne præſunt, dum congruis illi premunt juſſionibus, & devotis iſti animis obſequuntur, viget ex hoc in diverſis Eccleſiæ officiis conveniens conſonantia, totumque ipſius Eccleſiæ corpus in ſuo decoro ſtatu per hanc ordinatam & conſonam diverſitatem feliciter præſervatur, quamdam delectabilem & continuam miniſteriorum ſuorum decenti convenientia, in conſpectu

Regimen Monarchicum Eccleſiæ.

Altiſſimi reſonans harmoniam. Et quoniam ad ſubſiſtentiam multorum, & regimen præeſſe opporteret unum ſingulare, præcipuumque, pluralitas in præſiſtentia, ſciſſuram induceret, ſubſiſtentibus diſcrimen inferret, & ſolidam gubernaculi diſrumperet firmitatem; præeminet quidem ob hoc diſpoſitione divina cunctis Eccleſiis Apoſtoli Petri Sedes, a qua velut a capite ad ipſas Eccleſias, tamquam cohærentia ſibi membra per ejuſdem Apoſtoli ſucceſſores documenta ſalubria, vivendi norma, munimina opportuna & canonica

Inconſtantia rerũ humanarum.

inſtituta procedunt. Verum quia fragilis eſt, & caduca conditio terrenorum, quibus ingruit ſenectus ex tempore, ex exercitio laſsitudo, languor ex permanentia, ex conſiſtentia caſus, & ex diuturnitate defectus, labilis humana natura huic legi corruptionis addicta, quanto longius ſuum eſſe producitur, tanto tendit propius ad non eſſe: propter quod vivendi ſpatium in unoquoque mortali ſua innata infirmitate reſtringitur, & propriæ fragilitatis occaſu deſinit in quolibet vitæ curſu. Hic profecto ſtatus occiduus omnibus communiter imminet, magnis quippe & parvis, prælatis & ſubditis, ſublimibus pariter, atque imis. Sed licet Eccleſiaſtico gregi paſtorum ſuorum deceſſus eveniens turbationem non modicam ingerat, & dolorem, magnam tamen affert ſibi lætitiam grata ſubrogatio ſucceſſorum, & præſer-

Digitized by Google

Innoc. mortuus Neapoli 7. Idus Decembris.

ſertim cum in ſubſtitutione non intervenit tarditas, & voluntatum communio intercedit. Sane fel. rec. Innocentio Papa prædeceſſore noſtro VII. *Idus Decembris in Regno Siciliæ, in Civitate ſcilicet Neapolis, de anguſto & tetro carnis carcere vocato, ſicut ſperamus, ad ſpatioſum & lucidum cæli palatium, ut de multis laboribus, quos pro Eccleſiæ honore ac libertate conſtanter pertulit, mercedem quietis percipiat ſempiternæ, ac deinde ipſius ſolemniter celebratis exequiis, ejuſque corpore honorifice, prout decuit, tumulato. Nos tunc Oſtien. & Vellitren. Epiſcopus, & ceteri Fratres noſtri, mox pro eligendo ſucceſſore ſimul convenimus, dirigentes mentes ad Deum, ut gregi ſuo paſtorem idoneum conſueta miſericordia largiretur. Cumque, ut moris eſt, Spiritus ſancti poſtulato ſuffragio, ſingulorum vota diligenter exquiſita fuiſſent, in nos demum ſuum converterunt intuitum, direxerunt animos, & conceptus expreſſere, ac firmavere conſenſus, præeligentes indignitatem noſtram ad exequendum tantæ officium dignitatis, cum noſtrorum parvitatem meritorum deceret ſubeſſe potius, quam tanto culmine præſidere. Nos autem noſtram attendentes imbecillitatem, & inſufficientiam cogitantes, penſantes quoque tam gravis ſarcinæ molem, & tanti honoris altitudinem advertentes, nimium trepidavimus, validoque membra noſtra obriguere pavore, ac intra nos cor noſtrum vehementi quaſi ſtupore gelavit, & eorumdem intentioni Fratrum pro poſſe reſtitimus, contra concordes ipſorum affectus plurimum reluctantes, renuendo prorſus ad ſummi Pontificatus apicem ſublimari, & exorando inſtanter, ut imponerent alii onus iſtud. Ipſi vero ſuo propoſito fortius inſiſtentes, noſtra recuſatione ac deprecatione omnino repulſa, perſonam noſtram quantumcumque renitentem quadam violentia coegerunt, & extenſis in eam manibus ad aſſentiendum eorum deſideriis nos pertinaciter attraxere. Unde ne divinæ videremur providentiæ obviare, ſuæque diſpoſitioni obicem protervæ difficultatis inferre, ac ne ſcandali vel diſſenſionis materiam præberemus, devicti dura & ferventi prædictorum Fratrum inſtantia, votis ad ultimum, quamquam inviti, acquievimus eorumdem, ſubmittentes noſtræ debilitatis humeros ad portandum: non quod de aliqua noſtra virtute fiduciam habeamus, ſed quia de illius ſperamus auxilio, qui pro eo laborantibus dat ferre jugum ſuaviter, & leniter onus ſuum portare, qui de affluentis ſuæ bonitatis irriguo ſperantium in ſe pectora largiflue compluit & fœcundat, qui balbutientium linguas ſuæ virtutis potentia eloquentes efficit, & facundas. Porro quia noſtrum recognoſcimus imperfectum, propter quod aliis ſubſidiis potiſſime indigemus, ad ſinceram devotionem veſtram confidenter recurrimus, veſtraque ſuffragia fiducialiter poſtulamus, rogantes vos & attentius exhortantes, quatenus ſedula nos apud Deum interceſſione juvetis, ſolventes linguas in preces, & in juges pro nobis orationes labia exercentes. Ex intimis quæſumus affectibus ſupplicationes ad cœlum dirigite, ac ſine intermiſſione nos Deo ſacris veſtris interventionibus commendate, crebra ob hoc ſibi munera & ſacrificia offerentes, ut ſuper nos imbrem gratiæ ſuæ pluat, & rorem ſolitæ benignitatis infundat: quod nos actus noſtros dirigentes ad ipſam Eccleſiam ſuam, quam nobis committere voluit, ſalubriter regere, ac de univerſo ipſius grege vigilantiæ noſtræ credito curam gerere debitam, juxta ſuum beneplacitum valeamus; nam cum ſitis de curis ſecularibus eruti, & de mundi retibus expediti, commodius & frequentius intendere orationi poteſtis, & contemplationis alis ad ſupplicandum & colloquendum Deo levius & expeditius elevari. Oretis inſuper, ut Conditor Orbis, & Dominus, proſtratis guerrarum & inimicorum fluctibus, pacis impertiatur tranquil-*

Alexan. electioni de ſe factæ valde reniſus.

Aliorum preces expoſcit.

lum, Matrem Eccleſiam protegat, & exaltet, & ei cunctos ipſius humiliet inimicos. Nos vero quia ſemper veſtri Ordinis ſpeciales amatores extitimus, & honoris & boni ſui fervidi zelatores, firmiter in animo gerimus, vos, & eumdem Ordinem paterna benevolentia confovere, vobiſque continue opportunis adeſſe præſidiis, & veſtrum ac ejuſdem Ordinis ſtatum congruis roborare gratiis, & aſſidue in melius, adjutore Domino, conſervare. Datum Neapoli XI. *Kalend. Januarii, anno* 1.

Gaufrid. de bello-loco cap. 18. *& ſeq.*
Æmil. in Lud. IX.
Sur. ad 25. *Auguſt.*

S. Ludovicus regreditur ex Oriente.
Quam præclare ſe geſſit in Oriente.

Paris ad annum 1254.

XXIII. His de Innocentii morte, & Alexandri aſſumptione præmiſſis, ad cetera hujus anni geſta regrediamur. Atque præ ceteris recurrit memorandus Ludovici Gallorum Regis ex Oriente regreſſus, poſt reparatas multas Chriſtianorum Civitates, quas Barbari diruerant; poſt redemptos innumeros captivos, poſt lecta & ſepulta manu ſua oſſa fidelium, & præclare geſtas res magnas in fidei Catholicæ commendationem, ita ut vita ejus etiam Barbaris foret miraculo, compluresque, quod armis extorquere nulla potuerat vis, voluntarie ſacra lotione ſint candidati, prædicatione inſtructi, a Fratribus Minoribus & Prædicatoribus, quorum plurimi venerunt in Galliam, uti ſcribit Matthæus Paris, vel ejus continuator, acceptis litteris a Rege, ut de ærario regio ſuſtentarentur, donec ipſe adveniret. Obteſtatione igitur ſuorum, lacrymiſque permotus, cum omne pietatis, perpeſſionis, animique invicti malis præbuiſſet exemplum, e Syria deceſſit, non ſine lacrymis Prælatorum, militum, & totius populi Acconenſis, ubi ſolvit in Europam. Tertia qua navigavit nocte, ſæva tempeſtate orta, navis ejus vi procellæ dorſo immanis cautis illata ſedit. Eam divinitus non ſolutam, neque fractam procumbente Rege, Numiniſque fidem implorante, ut ſuos milites reduces domum ſiſteret, creditum eſt. Namque ea concuſſione excitati Sacerdotes, clerici & ceteri ſanctum Regem invenerunt coram ſacroſancto Chriſti corpore devote orantem: omneſque in ea fuerunt ſententia, mortis tam præſens diſcrimen, ejus meritis & precibus ſe evaſiſſe.

Suis precibus liberatur a naufragio.

XXIV. In Franciam reverſus, ſumma omnium gratulatione excipitur; atque ab eo tempore magis magiſque de virtute in virtutem proficiens, ad omnimodam vitæ perfectionem pervenit. Etſi vero ab infantia cum illo creverat miſeratio: deinceps tamen evidentius eam declaravit in afflictos & inopes, quibus omnibus pro viribus opitulabatur. Juſſit enim extrui domos hoſpitales, Monaſteria Religioſorum: & in diverſis Regni ſui locis multas quotannis diſtribui pecunias iis, qui majori preſſi inopia videbantur. Multa Dominicanorum & Franciſcanorum condidit Cœnobia a fundamentis: multiſque aliis pauperibus religioſis Eccleſias, & ædificia opportuna conſtruxit, largis additis eleemoſynis. Cæcis in qualibet fere Civitate, & caſtello Regni ſui domos ipſis congruas & opportunas benigniſſime attribuit, certos illis proventus aſſignans. Non pauca diverſorum Ordinum monaſticorum Cœnobia ex integro conſtruxit, & magnis ea redditibus inſtruxit: in quibus etiam non raro miræ humilitatis, & caritatis officia exhibuit, ſuis manibus humiliter ac devote ſerviens ægrotis.

Ejus in pauperes & religioſos beneficentia.

Erga infirmos obſequia.

XXV. Cum veniret Pariſios, aut ad alias urbes, domos hoſpitales, in quibus magna erat male habentium copia, humaniſſime inviſens, nulliuſque morbidi deformitatem, aut ſordes refugiens, infirmis omnibus flexis genibus fercula offerebat. In Abbatia Regii montis, Ciſtercienſis

Or-

Digitized by Google

Ordinis, quam ille magnifice imprimis & condidit & ditavit, ut res ipſa teſtatur, crebro id genus officia præſtitiſſe fertur. Erat ibi Monachus quidam leproſus, quem fœdus ille morbus horridum, & abominabilem reddiderat, naſo ejus & oculis plane corroſis & exeſis. Ei ſanctiſſimus Rex prandenti in os cibum & potum inferebat, abſque ulla abominatione, officioſiſſime illi inſerviens genibus flexis: ita ut Abbas, qui tum aderat, & vix id intueri ſuſtinebat, in gemitus & lacrymas prorumperet. Quamvis autem nulli indigenti ſua benignitate non ferret opem; at illis tamen, qui divino cultui & ſaluti animarum vacarent, liberalius & crebrius eleemoſynas præſtabat: ſolebatque dicere nonnumquam familiaribus ſuis, de magnis illis eleemoſynis, quas Pariſiis conferebat quotannis in Fratres Dominicanos, & Franciſcanos; O Deus quam bene collocatæ ſunt hæ eleemoſynæ in tot, tantoſque Fratres ex toto orbe terrarum Lutetiam adventantes! ut quod hic ex divinis Scripturis hauriunt, in totum mundum effundant, in honorem Dei & ſalutem animarum. Alias ejus tum annuas, tum quotidianas eleemoſynas quis vel enumerare queat?

In Dominicanos & Franciſcanos liberalis.

XXVI. Præcipua vero devotione ſanctas venerabatur reliquias; cultumque Dei & honorem Sanctorum ſemper amplificare nitebatur. Pariſiis in palatio Regali ſacellum elegantiſſimum extruxit, in quo ſacroſanctam Domini Jeſu coronam ſpineam, magnam ſanctæ Crucis portionem, ferrumque lanceæ, quod Salvatoris latus fodit, admodum reverenter repoſuit, cum multis aliis reliquiis, quas a Conſtantinopolitano Imperatore immenſo labore, & magnis impendiis acceperat. Cum in Eccleſia divina officia perſolverentur, nullius admittebat colloquium, niſi aut neceſſitas cogeret, aut evidens utilitas id poſcere videretur: ſed neque ſic tamen niſi breviter & ſuccincte, ne ipſius lacrymæ & pietas ſive devotio interturbarentur. Nam inſtar Jeremiæ in precibus ſuis & exercitiis pietatis, lacrymarum fontem ſitiens, ſuo confeſſario quandoque in familiari colloquio fatebatur nonnumquam ſibi oranti divinitus datas fuiſſe lacrymas, quæ per genas in os influentes, non ſolum cor, ſed etiam os ipſum guſtu ſuaviſſimo affeciſſent. Tanta reverentia ſanctæ Crucis ſignum proſequebatur, ut ſi illud humi expreſſum vidiſſet, calcare pedibus auſus non eſſet: exegitque a multis Cœnobitis, ne deinceps in ſuis Monaſteriis permitterent illud in pavimento effingi; & ſicubi jam humi effictum eſſet, id penitus abolerent. Quam vero reverenter annis ſingulis in Paraſceve ad adorandum ſanctæ Crucis lignum, ſolutis capillis, flexis, atque etiam nudis genibus acceſſerit, teſtantur eorum oculi, qui tunc eum ſine lacrymis conſpicere non potuerunt. Illum diem in quo, ut paulo ante diximus, ſacras reliquias a Conſtantinopolitano Imperatore acceptas, in palatii ſacello collocavit, annua ſolemnitate voluit celebrari, idque triduo, ita ut primo die divina officia peragerent Dominicani, ſecundo Minores, tertio alii Monachi: atque ad eam rem magnas a Sede Apoſtolica condonationes ſive indulgentias impetrarat. Cum Saraceni ab eo exigerent, ut quæ cum ipſis pactus erat de numeranda pecunia pro ſui, & Chriſtianorum libertate, ea conditione firmaret, ut teſtaretur ſe velle Chriſti fidem abjuraſſe videri, ſi non ſtaret promiſſis; prorſus abhorruit dicens: *Etiamſi corpus occidatis, animam occidere non poteſtis*. Sed cum quidam ex ſuis dicerent, ſine peccato ita eum jurare poſſe: placide reſpondit, *Ego vero uſque adeo hæc verba de neganda fide exhorreo, ut ea ore exprimere non poſſim*. Orabant eum quidam cum

Reliquias ſacras maxime colebat.

Jerem. 9. 1.

Dulces illi lacrymæ.

Crucis ſignum digne veneratur.

Juramentum impiis verbis conceptum deteſtatur.

Saraceno baltheum negat.

Digitized by Google

cum eſſet in locis tranſmarinis, ut nobilem quemdam Saracenum, qui recens Sulthanum interfecerat, militem crearet; ille reſpondit: *Abſit a me, ut vel pro ſervanda vita, vel morte declinanda, quemcumque a Chriſtiana religione alienum, baltheo militari donare velim.*

Æquus in ferendis ſententiis.

XXVII. In Regni adminiſtratione eam prudentiam & auctoritatem adhibebat, ut ſine acceptatione perſonarum, controverſiis quorumcumque diligenter excuſſis, juſtam ferret ſententiam. Conſiliarii ejus, & Regni proceres cernentes eum ſapientia Dei præditum, ſincere atque

Pauperum cauſas ipſe cognoſcebat.

ex animo diligebant illum, & non mediocriter verebantur. Cum autem formidaret pius Rex, cauſas pauperum non magnæ illic curæ eſſe, ut minimum bis hebdomadibus ſingulis in loco publico reſidens, audiebat eorum querelas: & tum juſtitia, tum miſericordia eas expendens, celeriter illos expediebat.

Duella cum uſuris prohibuit.

Duella, ut quæ jure eſſent vetita, ad nullius preces admittere voluit: ſed alia ratione, quæ juri conſentanea eſſet, etiam magnatum maleficia caſtigabat. Et ut uſurarum immanis vorago obſtrueretur, ſtatuit ut eos, qui per litteras Judæis, aut aliis publice uſuras exercentibus ſe obligaſſent, non cogerent ad ſolutionem judices.

Iſa. 32. 17.

Et quia veriſſime dixit Iſaias, *Erit opus juſtitiæ pax*: Deus juſto & pio Regi pacem, & Regno tranquillitatem præſtitit. Habebat hoc peculiare a Deo munus, ut qui inter ſe diſcordia laborarent, eos ut plurimum conciliaret.

In Apologet. de monach. S. Frāc. num. 30. & anno 1212. num. 59.

XXVIII. Ex longa inſerta narratione, & ſæpius facta in his noſtris Annalibus mentione hujus ſancti Regis, & data jam fide anno ſuperiori, onus nobis incumbere videmus probandi jus, quod in eumdem,

An tertii inſtituti fuerit S. Ludovicus.

tamquam in noſtri Inſtituti virum, vendicamus, præſertim cum nuper

Marq. de orig. Erem. c. 25. §. 4.

fuerit, qui non ſolum jus noſtrum ſubobſcurum & dubium judicaverit, verum & ex plano errore ortum duxiſſe ex inſtituto probare contendit. Is fuit Joannes Marquez, qui ut probaret beatam Claram oppidi Montisfalci, ex ſimilitudine nominis & patriæ vicinitate ejuſdem cum ſancta Clara Aſſiſiate inſtituti, a quibuſdam auctoribus falſo judicari, in exemplum duxit ſimilem, ut putavit, errorem. *Canonizato & celebri facto*, inquit, *Ludovico Caroli II. Siciliæ Regis filio, Epiſcopo Toloſate, Minorum Ordinem profeſſo, & ex illuſtri Francorum progenie ſato, cum alii ex nominis & ſtirpis paritate in illum inciderent errorem, ut Ludovicum etiam ſanctum Gallorum Regem Ordini aſſererent Minorum; atque poſtea rejiceretur falſitas aſſerti ex connubio procreatis filiis, & retento ad mortem uſque regni regimine; eam invenerunt adendi viam alii, ut non vere*

Platina in Boniſ. VIII.

Minorita, ſeu primi, ſed tertii fuerit Ordinis Franciſcani. Atque adeo, inquit, *error invaluit, ut Platina utrumque Ludovicum confuderit, & Canonizationem Ludovici Epiſcopi tribuerit Bonifacio VIII. qui non hunc, ſed Ludovicum Regem Sanctis annumeravit: Joannes vero XXII. Ludovicum Toloſatem Antiſtitem.* Addit etiam in rei confirmationem, nullum coævum ſcriptorem commemoraſſe hujuſmodi Inſtituti rationem a Ludovico Rege ſuſceptam, neque quemquam alterum ei habitum, quam vulgarem præſcripſiſſe. Hæc contrariæ aſſertionis fundamenta apud doctum hunc virum, præter quem alium non vidi, qui data opera hoc vivendi genus ſancto Regi negaret.

XXIX. Ex coævis tamen Auctoribus indicatam, a poſterioribus ſcri-

Qualis veſtis S. Ludovici.

ptoribus aſſertam, & aliunde probatam, non erit adeo difficile piam Minorum aſſertionem ſtabilire. Atque ut ab exteriori teſſera, & veſtis indiciis exordiamur; non adeo eam vulgarem volunt coævi Auctores, quin

Digitized by Google

quin quidpiam habuerit ſingulare, & peculiarem aliquam notam, ultra commune vulgi veſtimentum, qua innuebatur quidpiam religioſum aut peculiare genus vivendi. Teſtis eſt Thomas Cantipratanus Ludovico ſynchronos, & notus: quod ex altiſſima, inquit, humilitate peculiarem veſtem aſſumpſit, & Deus inſigni miraculo in tanta ſui dejectione irridentem ſevere punivit. Rem ejus verbis refero, quam ab iis, qui præſentes aderant, monet ſe recepiſſe: *Nobiliſſimus*, ait, *in comitibus Germaniæ, Comes Gelriæ Otto curſorem cum litteris Pariſios miſerat, curſu propero rediturum. Quem redeuntem Comes interrogans, quæſivit ſi Regem Franciæ Ludovicum vidiſſet? At ille, ubi more ſubſannantis contorſit collum: Vidi*, inquit, *vidi illum miſerum papellardum Regem, caputium habentem capitis ſuper ſcapulam ex adverſo ſuſpenſum. Hæc dicens faciem contorſit ex adverſo, & ſic facies contorta remanſit*. Hoc ipſum refertur in vita ejuſdem, quam Surius tranſcripſit, opinaturque a Gaufrido de Bello-loco ejuſdem Regis diuturno confeſſario, Ordinis Prædicatorum, exaratam; ſed diſcrepat ab alia vita, ſeu potius vitæ fragmentis ab eodem Gaufrido collectis, quæ penes me habeo, inconcinne congeſta. Confirmat id ipſum quod de veſte ſcribunt hi Auctores, Bonifacius VIII. qui eumdem canonizavit, in ſermone primo, quem de illo habuit in ſuo palatio apud Urbem Veterem, & circumfertur cum actis ejuſdem ſancti Regis, conſcriptis a prædicto Gaufrido confeſſario, & Guillelmo Carnotenſi, intimo ſacellario. Scribit enim, *Quod poſtquam a carcere fuit liberatus, non vixit, nec indutus fuit, ſicut prius, licet vita & converſatio ejus prius fuiſſet ſatis honeſta. Veſtes enim quas poſtea habuit, non erant regiæ, ſed religioſæ, non erant militis, ſed viri ſimplicis*. Ajunt illi Auctores caputium habuiſſe ſuper ſcapulas ſuſpenſum, quod religioſæ veſtis nota eſt; & Bonifacius Pontifex, qui hominem novit, & geſta, dum eſſet Cardinalis, examinavit, religioſas portaſſe veſtes, aperte teſtatur. Habemus ergo quod Marquez deſideravit Scriptores coævos, & ultra vulgarem ſeu communem habitum indicia vitæ religioſioris.

Cantiprat. lib. 2. de apib. cap. 57. num. 63.

Irridens S. Ludovicum miraculoſe punitur.

Bonif. VIII. ſer. 1.

XXX. Propterea vero Breviarium Romanum, aliique Auctores referunt vulgari uſum habitu, quia ſimplici, ut ait Bonifacius, quia modeſto, quia pretii vulgaris, juxta præſcriptam in regula Tertiariorum a ſancto Franciſco indumentorum qualitatem. *Fratres*, inquit, *ipſius fraternitatis de humili panno in pretio & colore non prorſus albo vel nigro, communiter veſtiantur; niſi fuerit ad tempus in pretio per viſitatores de conſilio Miniſtrorum ob cauſam legitimam, & apertam cum aliquo diſpenſatum. Chlamydes quoque ac pelles abſque ſcolatura ſciſſas vel integras, affibulatas tamen, non patulas, ut congruit honeſtati, clauſaſque manicas Fratres habeant ſupradicti*. Quam his congruunt quæ de veſte Ludovici ſcribunt Auctores. Gaufridus ejus Confeſſarius. *Ex quo prima vice viam arripuit tranſmarinam, numquam indutus eſt ſcarleto, vel panno viridi, ſeu bruneto, nec pellibus variis, ſed veſte nigri coloris, vel camolini, ſeu perſei*. Bonifacius in Bulla Canonizationis. *Poſt primum potiſſime de ultramarinis partibus reditum, ſummæ humilitatis inſignia demonſtravit. Nec enim aureis vel argenteis ornamentis, non regalibus veſtibus, non variis vel griſeis, ſed aliis humilibus pellibus uſus fuit: ſecularibus pompis a ſe penitus abdicatis*. Vita ejuſdem veteri charactere apud me MS. eadem ferme habet, quæ Gaufridus. *Scarleto etiam ſeu bruneto*, inquit, *aut viridi, vel alia veſte pompoſa uti nolebat, nec pellibus variis, aut nimium ſumptuoſis, ſed ſemper humili veſte contentus, maxime poſtquam de partibus tranſmari-*

Gaufr. c. 8.

Bonif. VIII.

Legen. MS.

nis

Antonin. tit. 19. c. 9. §. 4. Sabell. lib. 2. exemp. c. 10.

nis rediit prima vice. Idem habet Guillelmus Nangius, & Claudius Menardus in ejuſdem Sancti vita, ab eiſdem deſcripta, necnon ſanctus Antoninus. M. Antonius Coccius Sabellicus: *Ludovicus Galliarum Rex libentius cilicina uſus tunica, quam aurea & purpurea, hoc, quod terreni erat inſigne, aſpernans, illud cupide complexus, quod auguſtioris imperii perpetuoque manſuri*.

Gaufr. c. 12. Clichtou. ſerm. 2. de S. Ludov.

Voluit Lud. vitam ſubire monaſticam.

Æque diligebat Prædic. & Minores.

XXXI. Mutationem hanc veſtium feciſſe, cum ex Oriente rediret, omnes concordant, atque tunc potiſſimum judicarim, cum ut ſcribit Confeſſarius Gaufridus, & ex eo Jodocus Clichtovæus, ad id perfectionis faſtigium conſcendit, ut contemptu mundi concepto, decreverit obtento uxoris aſſenſu, filio primogenito jam adulto, Regni moderamen committere, & Religionem ex duabus unam, vel Prædicatorum vel Minorum profiteri. Hos etenim ſacros Ordines intime diligebat, dicens, quod ſi corpus in duas poſſet partes diſcindere, unam Minoribus, alteram daret Prædicatoribus. Atque ita æque utrique favebat, & adhærebat, ut gloriari ſoleret, non potuiſſe familiares, neque ex aulicis quemquam diſcernere quemnam alteri præferret. Sed dum conſilium Reginæ aperuiſſet, refragata eſt conſtanter, neque ullis ab eo potuit precibus induci, ut aſſentiretur, illa contendente hinc plurimum incommodi Regno proventurum. *Fruſtratus itaque ſuo pio propoſito* (inquit Confeſſarius) *deinceps cum minori amore, & cum majori humilitate ac timore remanſit in mundo*. Veroſimile proinde, cum non liceret monaſticam vitam ſubire, voluiſſe tertium ſancti Franciſci Ordinem deligere, in quo conjugatus, & Regno proſpiciens, poſſet Deo, quo humilius, eo ſecurius deſervire.

XXXII. Et vere tertii hujus Inſtituti ſectatorem fuiſſe expreſſe habetur in officio proprio, quod in ejuſdem feſtivitate recitant Fratres Pœnitentes tertii Ordinis per univerſam Galliam, Pariſiis, haud pridem impreſſum apud Petrum Mettayer Typographum & Bibliopolam Regium, extractum ut habetur in pagina præliminari, ex Anthiphonario Regiæ Navarræ. In hoc porro officio illa eſt Antiphona ad Magnificat. *Ludovicus ne molleſcat, & ſecurum iter agat, inter mundi diſcrimina, ſe Franciſco aſſociat, ut greſſus ſuos dirigat ſub Pœnitentum Regula*. Neque in una dumtaxat parte ſuſcepti hujus a Ludovico Inſtituti in eodem officio fit mentio. Atque ab immemorabili tempore tamquam Franciſci ſectatorem, univerſi tres Ordines ab eodem Inſtituti ſanctum Regem peculiari celebrant ritu & feſtivitate. Paulus item III. in diplomate, *Cum a nobis petitur*, dato anno MDXLVII. pridie Kalend. Martii, eumdem inter Sanctos tertii Ordinis Pœnitentes atque ut pluribus gaudeant indultis in ejus feſtivitate Fratres enumerat, concedit. Demum ſi audiendi ſunt domeſtici teſtes, non deſunt. Bernardinus a Buſtis, Franciſcus Gonzaga, Antonius a Sillis, Marianus Florentinus, Ludovicus Miranda, Ludovicus Rebolledo, Marcus Ulyſſiponenſis atque alii paſſim pii viri, qui contentioni, aut æmulationi minime ſtudent. Hæc ſatis ſuperque probant, Franciſco ſub Pœnitentum teſſera Ludovicum nomen dediſſe; idque ita receptum in univerſis Chriſtiani orbis regionibus, ut ubique occurrat ſub Franciſcano habitu ejuſdem effigies. Alias ſancti Viri ulterior atque opportunior occurret memoria; & ſub mortem dicemus quæ ſui in Minores affectus legaverit.

Buſt. par. 2. Roſar. ſerm. 27. par. 2. Gonz. par. 1. Chron. Sillen. l. 1. de reb. tertii Ord. Maria. l. 2. c. 22. Miran. in reg. 1. Ord. cap. 19. Reboll. p. 1. Chronic. in fin. & par. 2. lib. 1. c. 69. Marc. 1. par. lib. 9. c. 27.

Iſabella ſoror S. Ludovici Clariſſa.

XXXIII. Hujus Ludovici ſororem Iſabellam Franciſcanam, etiam ſub Damianitarum ſeu Clariſſarum Inſtituto factam, diximus ſuperius, atque

Digitized by Google

atque apertius teſtatur Hieronymus Platus, & Sanctimonialem evaſiſſe ſcribit ex eodem Plato Abrahamus Bzovius, licet Religionis nomen, pro ſuo in Franciſcanos candore, in hac atque in Joanna Regis Navarræ filia, etiam Clariſſa, tacuerit. *Iſabella porro* (inquit Platus) *Francorum Regis filia, ſancti Ludovici ſoror, mundo contempto, Chriſti Crucem in Ordine ſanctæ Claræ ſuſtulit tanto ardore, ut etiam miraculis claruerit, multaſque virgines ad conſecrandam Deo virginitatem illexerit*. Illud poſt recenſitas alias fœminas præclaras, ei affixit elogium coœvus ſcriptor Cantipratanus. *Vidimus*, inquit, *& illam quam minus juſte extremam ponimus, filiam Ludovici Regis Francorum, ſororem ſcilicet devotiſſimi Regis Ludovici, qui feliciſſime regnat ad præſens. Hæc deſponſata Conrado filio Friderici Romanorum Imperatoris, in virginitate permanere innuba prælegit. Quæ ſoli Deo vacans, adeo contemplationi deditur & virtuti, ut nulla ei cura in illis tranſitoriis videatur*. Cui loco notam adjunxit Georgius Coluenerius illam ipſam eſſe, quam Platus factam Clariſſam referebat. Codex MS. hiſtoriæ univerſalis Jornandis in Biblioth. Vatic. ait, ſub anno MCCLIX. eam Monaſterium Sororum Minorum ſuper Sequanam ædificaſſe, atque ibi vitam duxiſſe religioſam. Eamdem hujus Inſtituti faciunt Rodulphus, Marianus, & alii, atque in Monaſterio Campi-longi jacere miraculis illuſtrem. Invenio in Pontificis regeſto datas litteras ad Miniſtrum Minorum in Francia, ut eidem Iſabellæ concedat aliquos ex Fratribus ad animi ſolatium, & conſcientiæ levamen. Non expreſſe dicit Clariſſam, ſed quandoque in clauſtris Monialium converſatam. Fortaſſis quod non ſtatim poſt ſpretum connubium Conradi Auguſti ſe Religioni aſtrinxerit; vel quod indulgentia Prælatorum, aut ſpeciali quodam privilegio egredi quandoque, ſeu ad placitum licuerit. Tenor litterarum hic eſt.

An. 1252. n. 1. Plat. de bono relig. ſtatu, c. 27. Bzov. an. 1241. n. 18. Cantipr. l. 2. c. 29. n. 40.

Colvener. in not. Jorn. c. 234. partic. 9.

Rodul. fol. 140. Marian. l. 2. cap. 20.

INNOCENTIUS &c.

Miniſtro Fratrum Minorum in Francia.

XXXIV. D*Ecens, ac debitum arbitrantes ut vota, quæ commodum reſpiciunt animarum, favore benevolo proſequamur. Dilectæ itaque in Chriſto filiæ Iſabellæ, ſororis cariſsimi in Chriſto filii noſtri Illuſtris Regis Franciæ, devotis ſupplicationibus inclinati, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus cum ipſa, quæ tamquam præcipua honeſtatis & ſanctimoniæ imitatrix, quandoque in clauſtris Monialium dicitur converſari, aliquos ex Fratribus tui Ordinis ſecum ad decorem honeſtatis ſuæ, & confitendum eis peccata infirmitatis propriæ affectet deſideranti animo commorari; ipſius in hac parte propoſitum favorabiliter proſequens, aliquos ſibi ex Fratribus ipſis, quos ad hoc idoneos videris, ſine difficultate concedas, cum ab ipſa fueris requiſitus, non obſtantibus quibuſcumque contrariis mandatis Regulæ, vel ſtatutis Ordinis ſupradicti. Datum Aſſiſii* VII: *Kal. Junii, anno* XI.

XXXV. Ex aliis ejuſdem Pontificis litteris, hoc etiam anno datis, mihi conſtat jam factam Virginem Veſtalem Clariſſam beatam Salomeam, aliis Salonicam, Leſci, ſive Leskonis Cracoviæ ac Sandomiriæ Ducis filiam (non Sororem, ut habent Cromerus & Michovia, ſi Pontificis litteris credamus) Boleslai Pudici, Poloniæ Regis ſororem,

B. Salomea Polona qualis fuerit.

Cromer. l. 7. rerum Polon. ſub Leſco Albo.

Matthias de Michovia. lib. 3. hiſt. Polon. c. 32. Legen. MS. Rodul. fol. 141.

Colomanni Hungari, Andreæ Regis filii, & Belæ IV. atque ſanctæ Eliſabethæ fratris (qui poſtea factus eſt, Ruſſis Principibus expetentibus, Galatiæ ſive Halitiæ Rex, per Vincentium Cracovienſem, & quoſdam Hungariæ Epiſcopos inunctus) uxorem. Tertio ſuæ ætatis anno ducta eſt in Hungariam, futuris nuptiis adaptanda, ita poſtulantibus Andrea Rege, Baronibus & Conſiliariis Regni. In infantili hac ætate, a Spiritu

Ejus adoleſcentia.

ſancto præventam oſtendit optima indoles, & ſancta ac matura nimis converſatio. Simul cum ſponſo diſciplinis tradita ſcholaſticis, ita in omnibus profecit, ut Evangelium, quod inter ſacra excipiebat, jubente præceptore, vulgari repeteret ſermone, & ad mores egregie interpretaretur; quod aliquando non adeo tenero ſponſo erat jucundum, dum

Vixit cum ſponſo in perpetua caſtitate.

ſuperante ſponſa ejus indolem, neque illo quidpiam tale præſtante, aliquoties vapulabat a Rege. Thoro maturis, ſolemni ritu parantur nuptiæ, ſed animo potius copulantur, quam corpore, pacti prima nocte, ut propter Conditoris amorem, a carnis operibus abſtinerent. In eodem cubiculo diverſis ſeparati thalamis, nocturnas exercebant in oratione

In oratione aſſidua.

vigilias, ſed frequentior & diuturnior in ſanctis exercitiis Salomea, atque adeo conſtans, ut præ nimia laſſitudine, & interni affectus conatu, viribus deſtitueretur, paſſimque rogaretur a ſponſo ut ſibi parceret, ſaluti conſuleret, & moderatius in macerando corpore ſe haberet. Cum ſemel laſſo corpore deficerent vires ex diuturnitate orationis, tota nocte protractis excubiis, facta eſt ad eam vox de cœlo, dicens: *Conſummatum eſt*; a quo tempore amplius ſemper neglexit res mundanas & corporis commoditates.

Pulla ſemper utebatur veſte, & quare.

XXXVI. Ob deprimendum animi tumorem, ob retundendam fœmineam in luxu petulantiam, & cavendum in ſponſo concupiſcentiæ incitamentum, pulla veſte & viduali habitu incedebat. Quam id prudenter & ſecure fecerit, comperit experimento; etenim, abſente Rege honeſta quadam de cauſa, mundo muliebri, & veſtibus jucundatis ſuæ ſpecioſe circumamicta, varietate decoris multum ſibi advexit pulchritudinis. Advenit repente Rex, nec per tempus licuit, neque propter aulicos decuit adventante viro, lugubri ſuperindui veſte, quæ abſente induebatur decore: quare ut erat ornata, cubiculum ingredientem caro, ſed caſto recepit amplexu. Commotus ille & excitatus miro Virginis ſplendore, ulnis exceptam depoſuit in lecto, & hærens & prope ſtans, admiratus claritatem vultus ejus, ſublatis oculis, inquit, *O Domine*

Magnum incentivum compta mulier Nobilis mortificatio cōcupiſcentiæ.

quam libenter hæc propter te dimitto; quam pronitati ſenſuum reſiſto, & delectabilia, ſed & mihi etiamnum licita, propter te contemno, ut illicita mihi condones: Et demiſſis in ſponſam oculis: *Quam vehemens tui commercii me invaſit appetitus, ſed ne me dimittat Deus, ego te propter illum dimitto*; atque ita receſſit ſacra virgine inoffenſa. Quo facto videns ſponſa quem libidinis fomitem cultæ excitarent veſtes, humiles atque neglectas deinceps ſemper geſtavit. Sæpius excitabatur a Regina, Andreæ

Choreas & ſpectacula fugiebat.

Regis, ſui ſoceri ſecunda uxore, Marchionis Eſtenſis filia, ut ad ludos, & ſpectacula aulica prodiret; quod illa conſtanter recuſabat, dicens; *Domina omnem tibi parata ſum exhibere obedientiam, ſed vereor in virorum prodire conſpectum: mihi timeo comparando, illis caveo latendo.* Ita ſemper invigilabat corporis & cordis munditiei, ut pavida & tremens ſemper hæreret, undique caſtitatis paratas eſſe inſidias probe præſentiens. Theſaurum ut ſecurius cuſtodiret, corpus affligebat miris artibus, & triplici genere cilicii, aſperius vel lenius pro carnis moleſtia,

vel

Digitized by Google

vel tentationis gravitate commutans. Nullum quiſpiam, dum illa vixit, potuit videre, præter unum ſuum confeſſarium Adalbertum Minoritam, qui religioſa ſpiritualis magiſtri licentia, extorquere potuit unius ex tribus conſpectum. Tunica erat integra, non ſemicinctorium cilicium, ejuſque formæ erant alia duo, quæ magna veneratione ſervabantur in Caſtro Sandomirienſi, donec conflagrante oppido, hæ reliquiæ perierunt. *Tribus utebatur ciliciis.*

XXXVII. Mortuo Colomanno circa annum MCCXXV. ut ſcribit Matthias de Michovia, veneno ne an morbo, incertum dicunt Auctores Poloni (quem tamen a Tartaris cæſum alias exſcripſimus e codice MS. Lovanienſi: fortaſſis Ruthænos contra Colomannum agentes hi adjuverunt, neque plane de mortis conſtat qualitate.) Operibus pietatis totam ſe dedit Salomea, & facultates in refocillandis pauperibus, extruendiſque Minorum & Clariſſarum domiciliis omnes diſtribuit. Demum in Sanctimonialium coetum ſe recepit, nonniſi circa annum MCCXLIII. ſi verum eſt, quod ſcribit Rodulphus, eam a Prandota Epiſcopo Cracovienſi per impoſitionem ſacri veli, præſente vel coadminiſtrante fratre Raymundo Poloniæ Miniſtro in Veſtalem conſecratam eſſe;etenim Prandota, gente Odrovanſus, cognomento Bialaſſovius, non niſi circa illud tempus, Vislao Coſcelecio defuncto, in illa ſede ſucceſſerat. Viginti octo annos in pietatis operibus ante ingreſſum conſumpſiſſe tamquam humilem Reginam, idem eſt auctor, ſed tribus tantum annis pacatum Regnum obtinuiſſe Colomannum, habent hiſtoriæ Polonicæ. Habitam fortaſſis ſemper pro Regina, vel in ſuis dominiis Reginæ ſpeciem prætuliſſe, voluit intellectum. Ut ut eſt, jam ſub hoc anno Sanctimonialem fuiſſe, fratrem vero Boleslaum, non adhuc ad Poloniæ majoris Regnum aſſumptum, expreſſe docent litteræ Pontificiæ, quas ſubminiſtramus, mortem & reliqua ſanctæ Heroinæ geſta rejicientes in an. MCCLXVIII. quo in humanis eſſe deſivit.

Michov. cit. An. 1235. n. 12. tom. 2.

Faculrates pauperibus & religioſis diſtribuit.

Fit Clariſſa, & quando?

Rodul. cit.

Sorori Salonicæ Ordinis ſancti Damiani, natæ quondam L. Cracoviæ ac* Sandoin Ducis, &c.*

* *alias* Salomeæ.

* *alias* Sandomiriæ. *aliis* Wladimiriæ.

XXXVIII. *Tuæ devotionis ſinceritas exigit, ut tibi, quam digne poſſimus gratiam faciamus: Hinc eſt quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, auctoritate tibi præſentium indulgemus, ut ſi dilectum filium nobilem virum, B. Ducem Cracoviæ & Sandoin, germanum tuum contingat decedere ſine prole, tibique relinquere villas aliquas ad ſe jure ſpectantes, licite poſſis ad tuum & Monaſterii tui opus recipere, ac etiam dum vixeris retinere, ad ſucceſſores legitimos Ducis ejuſdem poſt tuum obitum redituras. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Anagniæ III. Non. Auguſti, anno XII.*

Reg. Vatic. epiſtol. 115.

XXXIX. Datus eſt Judex conſervator Prandota ſupradictus, Epiſcopus Cracovienſis, non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint, aut extra certa loca in cauſam trahi per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Hoc ipſo vel ſequenti anno, ut habent vetera monumenta Aſſiſii MSS. decedunt ex hac vita in Monaſterio ſancti Damiani, poſt pruden- *Moriuntur BB. Amata & Balbina.*

Digitized by Google

An. 1213. n. 63. tom. 1. An. 1215. n. 36. tom. 1.

ter gubernata & reformata alia Monaſteria, BB. Amata & Balbina germanæ ſorores, ſanctæ Claræ neptes, cum qua ſimul translatæ ſunt in Eccleſiam ſancti Georgii intra Civitatem. De utraque ſcripſimus quæ potiora occurrerunt.

B. Petrus Brabantinus. ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

An. 1249. n. 11. Ant. tit. 24. c. 9. §. 2.

B. Philippus Claramonten.

XL. Floruerunt etiam ſub hoc tempore duo Viri ſanctitate præclari, in Brabantia unus, Petrus nomine, quem alias diximus „ in Cuſtodia ejuſdem „ Brabantiæ requieſcere „. Magnæ perfectionis virum dicit Antoninus, atque ſemel in celebrantis manu viſas a puerulo ſacras hoſtiæ ſpecies converſas in formam pulcherrimi infantis. Quas cum ſumpſiſſet, admirabundus puer circumſtantibus dicebat; fratrem Petrum pueros parvulos devorare. Alter claruit in provincia Provinciæ apud Claramontem, nuncupatus Philippus, vir eximiæ ſanctitatis: qui cum in Caſtro Riomo prædicaret, quemdam publicum uſurarium vehementer redarguit, monuitque ut a fœneratione deſiſteret, & quæ injuſte acquiſiverat reſtitueret. Ille non niſi pollicebatur, ceterum neque uſuras temperabat neque male parta reddere cogitabat. Paulo poſt, cum Philippus graviter ægrotaret apud Montem Ferrandum, multis audientibus ex improviſo dixit: *Non poſſum modo, quando poteram, noluiſti*. Interrogatus cur ita diceret? reſpondit. Nunc anima illius fœneratoris Riomenſis a dæmonibus ad inferni ſupplicia deportatur, quæ cum a me auxilium imploraret, neque ego quidquam poſſem impendere, reſpondi. *Non poſſum modo, eo quod eo tempore quo poteram, noluiſti auſcultare, pœnitere, & reverti*. Et facta inquiſitione, compertum eſt, ea ipſa hora fœneratorem animam exhalaſſe.

Epiſcopus Anglonen. Minorita.

XLI. Aſſumpti ad infulas Pontificias duo Minoritæ hoc anno; Frater Deodatus de Squillatio ad Epiſcopatum Anglonenſem, in magna Græcia, in finibus Lucaniæ & Aprutii, ſuffraganeum Archiepiſcopi Materani, vir doctus, in rebus agendis peritus, & nobili viro Joanni de Monteſuſculo, prædictæ Civitatis Domino acceptus, cui in hac proviſione complacere voluit Pontifex. Perſonam idoneam eligendi auctoritatem per ſuum diploma dedit Fratri Henrico electo Barenſi Epiſcopo, cujus circa Deodati proviſionem litteras, ſuis inſertas, Pontifex confirmavit, atque alias Capitulo Anglonenſi ſcripſit, ut electo tamquam vero Paſtori obedirent. Alter Frater Raynutius Præfectus Eccleſiæ Biſiniani, Livio Beſidiæ, vulgo *Beſignano*, urbis Calabriæ citerioris in Regno Neapolitano, principatus titulo illuſtris. Epiſcopus hujus Eccleſiæ immediate ſubjicitur Pontifici Romano, & in ſua Diœceſi quoſdam habet vicos, quos incolunt Albani ſeu Albanenſes, ritu Græco officia divina celebrantes. Tranſmiſſa per Pontificias litteras poteſtas hunc eligendi ad Epiſcopum Aſſiſiatem. Utriuſque Epiſcopi aſſumptionis tabulas licebit videre in regeſto ad hujus tomi appendicem. Alterum Epiſcopum eligendi in Eccleſia Cotronenſi, etiam in Calabria, Archiepiſcopo Rhegino ſuffraganea, facultatem miſit ad Fratrem Joannem de Averſa, Miniſtrum Fratrum Minorum in Calabria, amoto inde Mauro presbytero, qui pro electo ſe gerebat in eadem Eccleſia.

Item Biſianen.

Barcius lib. 5. de antiq. Calabr.

Paris anno 1244. 1247. & alibi.

XLII. Pontificem hunc Innocentium ſæpius uſum Minorum opera in Anglia, præſertim ad ſubſidium Terræ ſanctæ & Imperii Romani colligendum, ſcribit Paris, quorum duos præcipue nominat, Joannem & Alexandrum Anglos, ab ipſo Pontifice miſſos, ſed pro ſuo more invehitur in eoſdem, perpetua concepta bile adverſus Pontificios. Innocentiam piorum virorum & laudabilem in injuncto miniſterio induſtriam

pro-

probavimus ſuperius. Joannes poſt præfecturam Provinciæ Teutoniæ; eamdem coactus eſt ſubire in patria, ubi a Pontifice excitatus ad onera quæque pro Eccleſiæ obſequio ſubeunda, ita præclare ſe in omnibus geſſit, ut ſuum in dicto Regno Nuncium conſtituerit Innocentius. Eumdem ipſum eſſe puto, quem idem Paris, & Continuator alibi vocat Joannem de Diva, & virum quidem commendabilem dicit, propterea miſſum, ut quæ indigebant emendatione, reformaret. Cantianum ex oppido nativo cognominat Pitheus. Dedit ad eum hoc anno Pontifex ſequentes litteras, in quibus reformationem multorum abuſuum in ſtatu Eccleſiaſtico eidem committit.

An.1247.n.25.

Joan. Cantianus Minorita Nuncius Apoſtolicus in Anglia.

Paris an. 1256.

Pitheus de ſcriptor. Ang. ad an. 1248.

Fratri Joanni Ord. Minor. Nuncio noſtro in Anglia.

XLIII. *Noſtris eſt nuper auribus intimatum, quod plerique Eccleſiarum Prælati Regni Angliæ, non attendentes, ad humanos uſus non debere transferri quæ juribus ſunt aſcripta divinis, jura patronatus & advocationis, quæ in aliquibus Eccleſiis obtinebant, in perſonas laicas conceſſionis, vel alienationis titulo, ſeu alias pro ſuæ voluntatis arbitrio tranſtulerunt, Capitulorum ſuorum aliquando interveniente conſenſu, & Diæceſanorum, quod vix credimus, accedente favore. Nonnulli quoque Abbates, & Priores diverſorum Ordinum tam exempti, quam non exempti, Regni præfati propriis commodis per modos illicitos inhiantes, in Eccleſiis Parochialibus jus patronatus emptionis titulo, vel aliis perverſis contractibus aſſequuntur, & ſic eaſdem Eccleſias quandoque de ſuorum Diæceſanorum aſſenſu, quandoque motu proprio non verentur ſuis vel membrorum ſuorum uſibus applicare contra Deum & Canonicas ſanctiones. Quidam vero executores ſuper Clericorum proviſionibus dudum in eodem Regno a Sede Apoſtolica deputati, cum aliqua beneficia Eccleſiaſtica, de quibus eiſdem Clericis provideri poteſt, vacare contingit, in alienis negotiis ſuæ fidei confidenter commiſſis, privata commoda infideliter proſequuntur, dum Abbates & Priores, alioſque Eccleſiarum Patronos, ad quorum præſentationem noſcuntur eadem beneficia pertinere, excommunicant, & ſuſpendunt, ipſoſque taliter impeditos ad ordinationes ſuarum Eccleſiarum procedere non permittunt, donec ſibi ipſis, vel aliis ſuis conſanguineis, aut amicis, non autem illis, quibus provideri mandavimus a patronis eiſdem, minis & dolis interdum inductis, eadem beneficia ſeu penſiones annuæ aſſignentur. Aliqui etiam executorum hujuſmodi ſe noſtros in Regno Angliæ Nuncios aſſerentes (quamquam alium, præter te, in eodem Regno nos habere Nuncium neſciamus) mandati noſtri prætextu, quo eis ut aliquibus clericis in eodem Regno de beneficiis Eccleſiaſticis, quæ tanto tempore vacaverunt, quod ad nos eſt eorum collatio ſecundum Lateranen. ſtatuta Concilii devoluta, providere procurent, dicimur injunxiſſe, religioſos viros ſuper Eccleſiis, quas ſibi conceſſas in uſus proprios per longiſſima tempora pacifice poſſederunt, infeſtant, nec ab eorum ſuper iis infeſtatione deſiſtunt, donec iidem Religioſi aliqua ſumma pecuniæ, vel aſſignatione annuæ penſionis vexationem ſuam redimere compellantur. Cum igitur hæc non ſint ſub diſſimulationis ſilentio tranſeunda, diſcretioni tuæ in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus inquiſita per te, ac alios ſeculares vel cujuſcumque religionis vel profeſſionis viros, quos ad hoc in diverſis locis ejuſdem Regni vice noſtra, quam tibi ſuper hoc præſentium auctoritate concedimus, duxeris deputandos, ſuper præmiſſis diligentius veritate, hujuſmodi alienationes, vendi-*

Reg. Vatic. n.25.

Committitur ei reformatio quorumdam abuſuũ.

Conc. Later. ſub. Innoc. III. can. 23.

venditiones, ſeu emptiones de patronatibus, & advocatiis Eccleſiarum, quæ cum ſpiritualibus ſint annexæ, vendi vel emi taliter nequeunt .... a quibuſcumque præſumptas, vel impoſterum præſumendas, quas irritas eſſe decernimus, denuncians nullas eſſe eas, & quidquid ex ipſis, vel ob eas circa Eccleſiarum parochialium ſtatutum, inveneris temere immutatum, in ſtatum debitum de plano, & abſque judicii ſtrepitu revocare procures. Executores vero prædictos ad reſignanda & reſtituenda quæcumque ipſos inveneris de prædictarum concuſſionum ſcelere percepiſſe, auctoritate noſtra per te, ac alios, quos ad hoc, ut prædiximus, deputabis, qua convenit diſtrictione compellas, redditurus nihilominus nos de illis, quos in his deliquiſſe compereris, per tuas litteras continentes meram & plenam rerum ſeriem, certiores ut circa eos, prout culpæ qualitas exegerit, procedamus. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus ſit ab Apoſtolica Sede conceſſum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, ſeu quod ad ſuſceptionem, vel executionem, quæ ſibi auctoritate Sedis Apoſtolicæ committi contingit, minime teneantur, vel conſtitutione de duabus Conc. Lateran. cit. *dietis edita in Concilio generali. Datum Laterani.* v. *Idus Januariis anno* XI.

An. 1253. n. 36.

Epiſcopo Sambien. Minoritæ cõmittitur prædicatio Crucis.

XLIV. Hoc item anno committitur Fratri Joanni de Diſt Minoritæ, Epiſcopo Sambienſi, de quo ſuperioribus annis præfati ſumus, ampla auctoritas prædicandæ Crucis in ſubſidium Imperii. Conceſſæ inſuper eidem ampliſſimæ poteſtates in multis diſpenſandi cum eis, qui ſe Cruce ſignarent, vel ſubſidium aliquod juxta facultates ſuas Willielmo Romanorum Regi, in communi cauſa Imperii, contra Conradum Friderici filium proſequenda, præſtarent. Ceteris omiſſis litteris, hic damus præcipuas.

Episcopo Sambien.

Reg. Vatic. epiſt. 476.

AD promotionem negotii Eccleſiæ ac Romani Imperii cunctis inhiantes affectibus jugi erga eam ſollicitudine vigilamus, & ut poſſit, auctore Domino, laudabiliter provenire, totius diligentiæ ſtudium adhibemus, impendendo ad hoc quam poſſumus, operam, & aliorum opem nihilominus poſtulando. Hinc eſt, quod nos de fraternitate tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, præſentium tibi auctoritate concedimus, ut per Regnum Alamaniæ poſſis Chriſti fidelibus proponere verbum Crucis, & omnibus, qui pro Eccleſiæ vel cariſſimi in Chriſto filii noſtri Willielmi Romanorum Regis Illuſtris auxilio, ſeu ſubſidio contra Conradum, natum quondam Friderici, Romanorum Imperatoris, ſuoſque fautores ipſius Crucis ſignum aſſumpſerint, illam peccatorum veniam, & illud privilegium, eamque immunitatem tribuere, quæ Cruceſignatis pro Terræ ſanctæ ſuccurſu conſuevit Sedes Apoſtolica elargiri, eoſque ſub protectione Sedis ejuſdem ſuſcipere, ac ipſis conſervatores, juxta formam prædictæ ſedis ſolitam deputare. Perſonis inſuper Eccleſiaſticis, quæ contra prædictos Conradum & fautores ipſius Crucis fuerint charactere inſignitæ, tribuere licentiam obligandi uſque ad triennium redditus & proventus ſuos Eccleſiaſticos, juxta indulgentiam Cruceſignatorum pro Terræ ſubventione præfatæ. Non obſtante conſuetudine qualibet, vel ſtatuto quacumque firmitate vallatis. Necnon convocare Plebanos, Recto-

Rectores & Clericos Eccleſiarum ejuſdem Regni, cum ſuis plebibus pro memorato negotio, quotiens videris expedire, & ipſos, ſi neceſſe fuerit, ut ad tuam convocationem accedant, per cenſuras Eccleſiaſticas privilegiis quibuslibet & indulgentiis Apoſtolicis nequaquam obſtantibus, coërcere. Ac ut copioſior ad audiendum verbum præfatum populi confluat multitudo, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad hujuſmodi tuam prædicationem acceſſerint XX. *vel* XL. *dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Lateran.* XIII. *Kalend. Martii anno* XI.

XLV. Fratrem Walaſcum miſit hoc anno ad Reges Luſitaniæ, Aragoniæ, & Caſtellæ de rebus gravioribus & ſecretis acturum. Hujus legationis bullas quatuor damus in regeſto Pontificio. Excepit etiam Regis Ungariæ Legatos Epiſcopum Zagabrienſem, & Fratrem Ecce Minoritam Pontifici obtemperaturos in iis, quæ ſtatuere placeret circa controverſiam inter eumdem Regem & Bohemum exortam, pro qua componenda olim amandatus eſt Nuncius prædictus Frater Walaſcus. Mirum ſane eſt, quot obierit legationes & labores pro ſancta Eccleſia religioſus hic vir, ad omnes undique Chriſtiani orbis Principes miſſus Legatus. Aliam graviorem excepit etiam hoc anno legationem Pontifex de converſione cujuſdam magni Principis, ſeu Regis ex Tartaris, ad quos miſſos ex Concilio Lugdunenſi Minoritas Laurentium de Portugallia & ſocios, atque ex Prædicatoribus alios diximus ſuperius, conceptamque certam ſpem de indomitæ gentis converſione. Ipſum Magnum Cham, ſeu ſupremum Tartarorum Dominatorem, cum aliis inferioribus Dynaſtis, paulo poſt fidei ſacramenta recepiſſe, teſtis ſunt Antoninus, Æmylius, Genebrardus, Gordonus, & alii. Ex his unus Sartach (fortaſſis ille ipſe quem Ertaclay vocat Antoninus) Ludovicum Regem Gallorum in Oriente degentem ſuæ fidei Chriſtianæ monuit, cujus litteras idem Auctor tranſcripſit; & dum alias ad Pontificem mitteret, Nuncius Joannes captus eſt a Conradi Imperatoris, Friderici filii, miniſtris; & in Sicilia detentus, donec mortuo eodem Conrado hoc anno, dimiſſus eſt. Ejus moram excuſat Pontifex, & ſummum conceptum gaudium de hominis converſione per ſubſequentes litteras demonſtrat.

Ex litteris ſecretis reg. epiſt. 35. 1. 2. & 3.
Ibid. epiſt. 4.

Convertitur Rex Tartarorum.

An. 1245. n. 2. & ſeq.

Antonin. in tit. 19. c. 8. §. 21. Æmyl. in Ludov. IX. Genebrar. in Chronol. Gordon. an. 1246. Antonin. cit.

Sartach Illuſtri Regi Tartarorum.

GRatias & laudes agimus Deo Patri omnium rerum viſibilium & inviſibilium creatori, & unico Filio ejus coæterno ſibi Domino Jeſu Chriſto, Redemptori, & Salvatori hominum. Tanto mentis noſtræ gaudio exultamus, quia ſicut jam in univerſo mundo incipit prædicari, ipſe Deus Pater in faciem cordis tui vitæ ſpiraculum inſpiravit, revelans tibi lumen claritatis ſuæ, ut de ſpeculo fidei, quo ad cognitionem inviſibilis gloriæ intellectus humani oculos illuſtratur, radium ſummæ veritatis accipias, quo ad veram & præſentem divinæ ſcientiæ certitudinem perducaris, immortalitatis & incorruptionis deſiderabili munere fruiturus. Nec mirum ſi ſuper tuæ illuminationis beneficio, quo de tenebris ignorantiæ, in quibus alieni a Dei vivi notitia homines evaneſcunt, ad lumen veræ cognitionis adduceris, applaudens tibi exultat humanitas, & fidelium Chriſti univerſitas collætatur, cum non ſit dubium in cœleſti curia, incrementum exinde receptura, non modicum de tua & tuorum converſione creviſſe gaudium Angelorum, quibus, ſicut Dominus Jeſus Chriſtus Rex eorum homo factus nunciavit, homi-

Ex litteris ſecretis reg. Vat. ep. 10.
Gen. 2. n. 7.
Luc. 15. 10.

hominibus de reconciliatione pœnitentium naſcitur in cœlo lætitia principalis. Propterea cum per dilectum filium Joannem presbyterum Capellanum tuum latorem præſentium, quem ad noſtram miſiſti præſentiam, nobis innotuit, quod tu cum nonnullis de populo tuo, relicto infidelitatis errore, veterem gentilitatis hominem in ſacro Chriſtiani baptiſmatis lavacro
Coloſſ. 3. 9. *exuiſti, & per fidem, & confeſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti filii Dei, novum induiſti hominem, qui ſecundum Deum in juſtitia & ſanctitate creatus, ad immortalitatis, & incorruptionis beatitudinem jugiter innovatur, repletum eſt os noſtrum Dei laude feſtiva, & in ſpiritu noſtro pro modulo*
Apoc. 17. 8. *imbecillitatis humanæ ineffabilem cum Angelis gaudii dulcedinem ſenſimus,*
Rom. 8. 17. *quia coram Deo in libro vitæ ſcriptum legitur nomen tuum, & per libertatem gloriæ filiorum Regni hæres Dei & cohæres Chriſti filii ejus effici meruiſti. Gaude igitur cariſſime fili, & non fatigeris aſſiduis laudibus divinæ pietatis rememorare clementiam, quæ tantam benignitatis miſericordiam tecum fecit, ut te ad lucem ſuam mirabilis inſpirationis electione vocaret, ne per antiquos cæcitatis errores in æternas ſpiritualis mortis tenebras traheteris. Gaude, inquam, inceſſanter, & lauda, quod ex tumulo mor-*
1. Cor. 15. 52. *tuorum, qui de turba Evangelii Chriſti nunc hauſerunt audiendo, & credendo vitæ ſpiritum, ſuſcitatus rationabilem ſenſuum motum, quo in ſanctam reſurrectionem viventium procedere valeas recepiſti. Ergo nos, quos licet immeritos idem Dominus Jeſus poſt Beatum Petrum Apoſtolorum Principem, cui quidem in Summo Apoſtolatu tempore ſucceſſimus, tenere voluit*
Matth. 16. 19. *ſuper homines vices ſuas, collata nobis in eodem Apoſtolorum Principe poteſtate, ſuper terram in cœlo quodcumque ligandi pariter & ſolvendi, de omnipotentis Dei auctoritate confiſi ſuper te, tamquam cariſſimum filium noſtrum, theſauros paternæ ac Apoſtolicæ benedictionis effundimus, ut ſis a Deo & nobis in ſecula benedictus, & in præſenti tempore augearis ſpiritualium & temporalium bonorum gratia, & in futuro ſeculo fælicitatis æternæ præmio ſublimeris. Proficiat quoque tibi, nobis pro te Dominum exorantibus, ſuſceptum Chriſtianæ fidei Sacramentum ad uberem meritorum gratiam promerendam, quod proculdubio tibi profuit ad plenam omnium tuorum indulgentiam peccatorum, & per quod tibi patuit aditus ad Regnum æternum, per illud invenias perventionis introitum ad ſalutem. Eum ſiquidem erga te concepimus dilectionis affectum, quo afficitur in filio ſuo pater; immo tanto majorem, quanto potentior & affectuoſior eſt ſpiritualis patris caritas, qua tibi vice Dei conjungimur, quam carnalis, quamvis ad tempus diligit filios carnis ſuæ. Ideoque, fili amantiſſime nobis, in Domino tuam Celſitudinem obſecramus, quatenus in fide, ſpe, ac dilectione Creatoris & Salvatoris noſtri, qui te vocavit in gratiam ſuam, ſuſcepit ad miſericordiam, elegit ad gloriam, per meditationem legis ipſius aſſiduam, & voluntariam diſciplinam mandatorum ejus ſtudeas exerceri. Illa quæſumus ſcrutare ſollicitus, in illis verſare quotidie, & in ipſis viarum Dei ſemitas inveſtiga, ut per hæc qualiter Deo placere te opporteat eruditus, in*
Pſal. 70. 16. *potentias Dei, cum te de infirmitate mortalis corporis educi contigerit, inducaris. Verum quia ſicut docuit ex conſcientia Dei divinus Apoſtolus Pau-*
Rom. 10. 10. *lus,* corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, *opportet excellentiſſime Princeps, ut ſuſceptam Chriſti fidem claro confeſſionis præconio declarare ſtudeas, & præ actionis teſtimonio dilatare. Sumat igitur ex te rationalis creaturæ multitudo, quam contines, Chriſtianæ inſtitutionis exemplar, & quia Salvator omnium dedit omnibus hominibus poteſtatem filios Dei fieri, credendo in nomine ipſius, qui neminem vult perire:*

rire: largiendi ac recipiendi adoptionem filiorum hujuſmodi per verbum Evangelii omnes te protegente, ſecuram habeant libertatem, ita quod ad ſummam tibi copioſæ retributionis accreſcat ſalutaris converſio plurimorum. Sane Capellani tui præfati mora prolixior excuſationis legitimæ apud regalem clementiam debet eſſe tuta præſidio, quia dudum cum ad nos accederet, procurantibus, ut dicitur, quibuſdam malevolis, a quodam Conrado, nato quondam Friderici olim Rom. Imper. in Regno Siciliæ captus fuit, & non niſi poſt mortem ejuſdem Conradi libertati proſequendi itineris, ſuis tamen rebus & litteris, quas afferebat, perditis, reſtitutus. Datum Anagniæ IV. *Kalendas Septembris anno* XII.

Joan. 1. 12. 2. *Petri* 3. 9. *Epheſ.* 3. 6.

An. 1238. *n.* 19.

Conventus Salamantinus celeberrimus.

XLVI. In Civitate Salamantina, quam alias ex celeberrima laudavimus Academia, inſigne ſucceſſivis incrementis, Minoritis accrevit Monaſterium, quo nullum undique, & omni ex parte perfectius, nullum Religioſorum habitationi optima univerſæ fabricæ diſpoſitione commodius, nullum pro ſua magnitudine celebrius, nullum ex auctoritate, ex diſciplina regulari, ex regiminis Monaſtici majeſtate & pondere in univerſo Sodalitio ædificium noverim commendabilius. Ex ipſa origine perpetuum fuit magnorum & doctorum virorum ſeminarium, quorum fama nullo non notiſſima loco. Hujus ædis alumni hoc ultimo floruerunt ſeculo (ut anteriorum modo taceam Doctores, ſuis locis referendos) doctiſſimi viri, & probati ſcriptores, Alphonſus a Caſtro, Andreas a Vega, Philippus Diez, Joannes Rada, Franciſcus Herrera, Emmanuel Rodericus, Ludovicus Miranda, Henricus Villalupenſis, quorum duo poſteriores adhuc ſcribunt; præter alios innumeros, quibus ne moleſtus fiam, ſuperſedeo. Omnium nationum eſt ſeminarium, ita ut ex remotiſſimis etiam Europæ Provinciis advenas amplo & grato excipiat ſinu, neque attendat, an exteri ſint, vel Hiſpani, dummodo ingenuam ſubodoret adventantium indolem, quo fit ut proceres viros, principes, Academiæ primates, & Magiſtros ſuos efficiat hæc domus; idque jactabunda viderit & læta, quod ultimis Comitiis generalibus an. MDCXVIII. apud ſe celebratis, ex diverſis hujus noſtri hemiſphærii, & remotiſſimis Indiarum Provinciis octodecim PP. Miniſtros & Cuſtodes Provinciales, ſuos connumeraverit natos; & paulo ante quatuor ejuſdem ædis alumni, unius ſimultanei tirocinii confratres, univerſam gubernaverint ſodalitatem, tam ex ſupremo vertice Generalatus, quam in officiis Curiæ Romanæ, Commiſſariatus generalis Indiarum, & excipiendorum Ordinis ſecretorum. Sub illo etiam tempore ejuſdem novitiatus diſcipulos duodecim variarum regionum Epiſcopos habuit alumnos coævos. Quod neſcierim, an de alio quovis poſſit referri tirocinio noſtri Inſtituti. In Hiſpania Joannem Portocarrero, olim Sereniſſimæ Imperatricis Mariæ Confeſſarium, Epiſcopum Almerienſem in Bethica, Granatanenſi Archiepiſcopo ſuffraganeum. Sebaſtianum Brixianos Philippo III. a ſacris concionibus, Epiſcopum Aurienſem, in Callecis ad Minium fluvium, Archiepiſcopo Compoſtellano ſuffraganeum. Berengelium Bardeoxium Epiſcopum Oſcæ Ilergeti in Aragonia, ſub Cæſarauguſtano Archiepiſcopo. Franciſcum a Soſa olim Ordinis Miniſtrum Generalem, deinde Epiſcopum Canarienſem, poſtea Oxomenſem, demum Segovienſem in Caſtella, ſub Archiepiſcopo Toletano, & ex ſupremis Inquiſitoribus Hiſpani Senatus. Antonium a Treio Generalem Ordinis Præfectum, Epiſcopum Carthaginenſem in Regno Murciano, ſub Archiepiſcopo

Floret viris doctiſſimis.

Gratanter advenas admittit.

Plures habuit ſimultaneos Epiſcopos.

Digitized by Google

item Toletano; deinde Oratorem Regium ad Paulum V. pro definienda controverſia Conceptionis Marianæ, cui ad hoc muneris Romam venienti, placuit me humilem tunc in eodem Cœnobio, Theologiæ profeſſorem, ſecum evocare. In Hibernia Matthæum Ovetenſem Archiepiſcopum Dublinenſem, in Provincia Lageniæ, & electum Aurienſem in Callecis Hiſpanis. Florentium Conrium virum doctum, atque in Auguſtini operibus ultra omnes, quos noverim, verſatiſſimum, in eodem Hiberniæ Regno Archiepiſcopum Tuemenſem, in Provincia Conaciæ; Joannem Radam Archiepiſcopum Lancianenſem in Regno Neapolitano, deinde Epiſcopum Pactenſem ſuffraganeum Archiepiſcopi Meſſanenſis in Regno Siciliæ; Petrum Gudinez Epiſcopum Cacerenſem in inſulis Philippinis, in Provincia Camerinenſi, & Inſula Luzonia ſuffraganeum Archiepiſcopi Manilienſis. Ferdinandum de Ocampo virum doctum, in rebus agendis peritum, ad quem optimi quique Salamanticæ tamquam ad oraculum adventitabant, illius ædis ter Præfectum, præclariſque muneribus functum, Epiſcopum Barancanum in illa Indiarum Provincia, quæ ſanctæ Crucis *de la Sierra* nominatur, ſuffraganeum Archiep. Platenſis, cui ſedes in Provincia Charquenſi. Hugonem Cavellum, qui poſt terſa & correcta opera fere omnia Scoti, & addita doctiſſima ſcholia, prudenterque promotum & rectum collegium Minorum Hibernorum Lovanii; poſt longa itinera, & magnos ſuſceptos labores pro gravioribus ſui Inſtituti negotiis, ad plura comitia generalia ſemper pedes profectus, per Hiſpaniam, Galliam, Germaniam & Italiam; poſt moderatum gymnaſium noſtrum Aracœlitanum: dum de ſeceſſu, & vita a turbis remota in hoc collegio inter ſuos conterraneos meditaretur, ab Urbano VIII. Pont. Max. hoc anno MDCXXVI. ſub menſis Martii die XVII. ad ſedem Armachanam Provinciæ Ultoniæ in Hibernia primam, aſſumptus eſt: conſecratus VII. Idus Junii in hac æde, ſimul cum D. Thoma Valeſio Archiepiſcopo Caſſellenſi ab Illuſtriſſ. D. Gabriele de Trejo, ſumme in Hibernos benevolo, Cardinale. Commoratus hic per æſtivos calores dum cogitaret de viſitanda & conſolanda ſua Eccleſia, communi patriæ jactura, & noſtro dolore obiit XI. Kalend. Octobris, ſepultus ante aram SS. Franciſci & Patritii. Joannem de Arauz præſtantiſſimum Eccleſiaſten, & regium Philippi III. & IV. Catholicorum Regum concionatorem, Epiſcopum Accitanum, ſeu Guadicenſem, ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi. Præter hos plures miniſtravit Regibus & Reginis Catholicis Confeſſarios, Academiæ Magiſtros, atque exteris Principibus conſiliarios, nec non viros plurimos ſanctitate, & miraculorum gloria conſpicuos fœcunda produxit, quorum ſuis temporibus ampliorem dabimus notitiam. Merito proinde dixit Illuſtriſſ. Franciſcus Gonzaga, Monaſterium hoc ſanctitatis, religionis, doctrinæ & gravitatis palmam ceteris

Gonzag. in Prov. S. Jacobi Con. 8.

omnibus hujus Provinciæ (addam ego abſque invidia, & plurimarum aliarum) Cœnobiis facile præripere.

Quando incepe-rit hic Conventus.

XLVII. Quo anno ſuam acceperit originem, omnino incompertum: id certum ſub hoc tempore jam extitiſſe, quod aperte comprobatur ex litteris Apoſtolicis Alexandri IV. in tabulario ejuſdem ædis plurimis, iiſque optimis monumentis referto, aſſervatis, datiſque anno I. Pontificatus ejuſdem, quibus quadraginta annorum indulgentiam omnibus hujus Cœnobii Eccleſiam, in feſtivitatibus Sanctorum Franciſci & Antonii viſitantibus elargitur. Facile exiſtimat Gonzaga, domum hanc eidem tempori, quo noſter Inſtitutor Hiſpaniam peragravit, eſſe coævam.

Sed

Digitized by Google

Sed nullum tam alte petitæ originis invenimus fundamentum, neque conſtare poteſt alia Chronologia, quam mihi inde tranſmiſerunt in Chronicis MSS. Provinciæ ſancti Jacobi & memoriali impreſſo a viro nobili & Doctore Salamanticen. Antonio Ramirez de Mendoza, porrecto Philippo III. Regi Catholico; dum ajunt ædem fundatam a Friderico, Ferdinandi ſancti ex Beatrice filio, & Alphonſi Sapientis Fratre, ejuſque conſorte Maria anno MCCXXXI. Non enim niſi ſub illo anno, vel anteriori regnare cœpit Ferdinandus adhuc juvenis, neque tunc filium habere potuit Fridericum uxoratum, ſacrarum ædium ſtructorem. Utique crediderim, hos habuiſſe ædem fundatores, vel primos promotores (quorum & filiorum corpora diverſis repoſita loculis inventa ſunt in ſacello majori ſub ara præcipua, eam in auguſtiorem redigente ſub anno MDLXXII. Antonio Bellono ædis præfecto) ſed tardius manum & operam admoviſſe, quam velint Chronica prædicta MSS. Vere ante annum MCCXLVI. habuiſſe Salmanticæ Minores domicilium, mihi probat aperte regeſtum Pontificium, ex quo notavi ſcriptum fuiſſe ſub illo anno ad Provincialem *Salamantinum*, ut curam & miniſterium ſuſciperet Monaſterii Damianitarum ſanctæ Euphemiæ Medinæ Campi; neque enim aliunde additum Provinciali illud *Salamantini* agnomen, quam ex obtento jam in illa Civitate domicilio. In eo loco, quo ſitus eſt Conventus, præextitiſſe ferunt Eccleſiam parochialem SS. Apoſtolis Simoni & Judæ ſacram; & amplum illud forum præ januis Templi nunc appellatum, *campus ſancti Franciſci*, tunc a ſancto Blaſio fuiſse cognominatum. Sub ipſo ortu ſtrictioris diſciplinæ & reſtitutæ obſervantiæ, tractarunt de hac æde reformanda Joannes II. & Maria conjux Reges Caſtellæ, & ante hos Regina Catarina prædicti Joannis mater; neque tamen obtinuerunt, reſiſtente Academia Salamaticenſi, & Patrum Conventualium partes agente, ob multiplicem hominum eruditionem, & plures ex eiſdem, qui cathedras in eadem præcipuas regebant, ita ut etiam juris canonici quaſdam poſſiderent, & vel eam, quæ *decretorum* dicitur, ultra centum & quadraginta annos perpetuo retinerent. Poſt introductam reformationem nihil priſtini ſplendoris remiſit, ſed plurimum auxit, tum in re litteraria, tum in vitæ ſanctimonia. Ornavit mirifice ædem ſub comitiis generalibus, a ſe illic intimatis, Reverendiſſimus Antonius a Trejo, de quo ſuperius ſumus effati, opitulantibus Provinciæ, & ædis Rectoribus, Divorum tercentum reliquiis decore & magnifice in Sacello majori repoſitis, & appenſis in apertum in clauſtro atque ampliſſima aula totius Sodalitii præcipuorum Divorum & Doctorum iconibus. In Eccleſia ſepulti ſunt viri principes, & heroes plerique, inter quos Garci Gonçalez de Herrera Mareſcallus Caſtellæ, & Gracian de Seſse Dominus oppidi *San Felices de los Gallegos*. In clauſtri muro interiori condita oſsa Sancii P. Infantis Petri filii, & Regis Alphonſi nepotis, qui obiit era MCCCLII. die 1. Octobris. In Sacello ſanctæ Catarinæ ſervantur oſsa B. Roderici Martinez de Lara, de quo alias. Plura de inſigni Cœnobio dicenda ſuperſunt, & meus multis titulis debitus mihi dictat affectus, ſed ne nimium excurrere videatur, ad alia tranſimus.

Vide Roder. Tolet. l. 9. de reb. Hiſpan. cap. 12. 14. Marian l. 12. cap. 15.

Quando reformatus.

XLVIII. Hoc anno datus Minoribus Conventus ſancti Fortunati in Provincia ſancti Franciſci, & Cuſtodia Tudertina Patrum Conventualium. Erat ante Eccleſia Monachorum Vallis Umbroſæ, cum qua permutarunt Fratres Eccleſiam ſancti Angeli de Fontanellis prope Tudertum, quod ſuis litteris poſtea confirmavit Alexander IV. Incipiunt: *Quanto plus*.

Rodul. fol. 254. Reg. Vat. an. 1. Alexan. IV. epiſtol. 15.

Conv. ſancti Fortunati.

BB. Guillelmus Rogerius, Petrus de Galliedo & Jacobus Benedictol. AliiViri qui ibidem floruere. *An. 1236. nu. 4. tom. 2.* *Idem f. 253.* Conv. Peruſin. Campi del horto.

plus. Datæ v. Kalend. Januarii. Claruit in hoc loco multis miraculis, tribus etiam mortuis reſuſcitatis, beatus Guillelmus; beatus item Rogerius, de quo diximus auctoritate Apoſtolica ferias fieri ſolemnes Tuderti, beatus Petrus de Galliendo, & beatus Jacobus Benedictoli. Floruerunt etiam ibidem per aliquod tempus, Matthæus Aquaſpartanus, & Bentivenga de Bentivengis, ob præclara merita ad Cardinalatum evecti Sub hoc etiam tempore, dum Monaſterio Minoritarum Peruſino dicto *Campo del horto*, Cuſtodiæ Peruſinæ eorumdem Patrum Conventualium, eſſet neceſſaria Eccleſia ſancti Matthæi, quæ pertinebat ad Monachos ſanctæ Crucis Fontis Avellanæ, dedit Alexander IV. litteras ad Epiſcopum Peruſinum, ut rogaret Prælatum & Conventum Monachorum, quatenus dignarentur prædictam Eccleſiam, cum domibus & horto contiguis, eiſdem Fratribus concedere, accepta ab eis compenſatione competenti; quod benigne præſtiterunt. Loci fundus emptus fuit a Domino Jacobo Palmerii Odonis, & a Gaulpedutio Altefrontis; Rogatuſque Rigonus Boni Joannis fuit; emptionem vero confirmavit Innocentius IV. In hoc loco tumulati ſunt beatus Conradus Offidanus, frater Ventura, & frater Nicolaus viri ſanctitate præclari. Floruerunt etiam ibidem egregii viri Philippus Peruſinus, qui ſcripſit brevem, ſed fidam Sodalitii hiſtoriolam, quam nos ſæpius citamus. Ante hunc annum extructus locus Coſignani, aliis Caſtignani in Provincia Marchiæ & Cuſtodia Aſculana, ut patet ex bulla Alexandri IV. ibidem aſſervata, hoc anno conſcripta.

B. Conrad. Offidan. ubi ſepult. FF. Ventura & Nicolaus. Conven. Coſignani. *An. 1211. n. 28. tom. 1. & anno 1251.*

XLIX. Hoc ipſo anno cum duæ teſtudines Templi ſancti Franciſci Bononienſis, de quo ſæpius ſermonem fecimus, forte procubuiſſent, ac Fratres ipſos incautos partim occidiſſent, partim fœda ruinæ ſtrage debilitaſſent, ceteris mœſtum ſilentium tenentibus, neque in publicum præ pudore prodire audentibus, Prætor religione accenſus accurrit, atque illis bono eſſe animo juſsis, ſe ſumptu publico damnum reſarciturum eſſe promiſit, quod & fideliter complevit. Circa hoc idem tempus Guillelmus Fliſcus ex Lavaniæ Comitibus Genuenſis, Innocentii IV. ex fratre nepos, Diaconus Cardinalis ſancti Euſtachii (qui dum Protectorem ageret Eremitarum ſancti Auguſtini, eorumdem Inſtitutum plurimum auxit, adnexis aliis pluribus congregationibus religioſorum) Damianitarum condidit Monaſterium ad Lavaniæ vicum in Liguria, ita a proximo adlabente ex Apennino fluvio, nominatam. „ Eccleſiæ titu-
„ lum indidit ſancti Euſtachii a diaconatu; Abbatiſſam voluit Cæciliam
„ Sanvitalem ſuam conſobrinam ex Monaſterio Clariſſarum Parmenſi
„ evocatam. Curam regiminis Fratribus Minoribus commiſit, & Mo-
„ naſterium ſufficienti cenſu cohoneſtavit.

Sigon. in hiſt. Bonon. lib. 6. & lib. 2. de Epiſcop. Bonon. in fine. Teſtudines Templi Bononien. reparatæ. Monaſt. Lavaniæ

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Panſa invita Innocen. IV.

L. Varia conceſsit Innocentius Pontifex hoc anno privilegia Conventibus Damianitarum ſancti Franciſci Argentinen. ſancti Franciſci Ripæ Tranſonis, Firmanæ Diœceſis, ſanctæ Ceciliæ Phullingen. Conſtantien. Diœceſis, & ſanctæ Mariæ de Paradiſo in Indeburch Salzeburgen. Diœceſis, indulſit ne conveniri poſſent per litteras Apoſtolicas, non facientes de eiſdem expreſſam mentionem. Incipiunt litteræ: *Cæleſtia quærentibus*. Datæ xii. Kalendas Martii, anno xi. Et: *Vacantibus amori* datæ iv. Kalendas Aprilis. Prædicto Monaſterio Phullingenſi conceſsit, ut converſi & familiares ejuſdem, habitum Religionis portantes, tempore interdicti poſsint intereſſe & communicare ſacris: *Devotionis augmentum* vi. Kalendas Junii. Confirmavit auctoritatem & jus omne paci-

Ciacon. in Innoc. IV. creat. Cardin. 1. Varia privilegia.

ſcen-

Digitized by Google

ſcendi, quod Raynaldus Cardinalis Oſtienſis Protector conceſsit Monaſterio Damianitarum Caſtri Florentini Vulterranæ diœceſis, cum Barone Simeonis de Wlterris ſeu conſanguineis, ſuper quibuſdam poſſeſſionibus & facultatibus, quas donavit fratri Philippo Longo, olim, ut alias diximus, Viſitatori Monialium, ut de eiſdem conſtrueret domicilium Ordinis ſupradicti: *Cum a nobis petitur* v. Kalendas Junii. Sororibus Monaſterii Toloſatis declaravit genuinum & originarium ſui Ordinis habitum, eſſe mantellum, tunicam, chordam, & velum, eumque ita portaſſe primigeniam Ordinis Claram (quam ſanctæ memoriæ, etſi minime adhuc canonizatam vocat, & matrem ipſius Ordinis) atque hoc, non alio debere uti, etſi non omnium harum rerum mentionem fecerit Hugolinus Protector, poſtea Gregorius IX. in Regula, quam Damianitis præſcripſit. Similiter incipiunt litteræ: *Cum a nobis petitur* VI. Idus Julii, anno XII. Confirmavit quaſdam Capellanias erectas in Monaſterio Monialium ſanctæ Eliſabethæ Rhemenſis Diœceſis, deditque judicem conſervatorem ſuper his Priorem ſancti Dionyſii Rhemenſis: *Porrecta nobis*. Idibus Auguſti, anno XII. Miniſtro & Fratribus Minoribus Spoletanis ratum voluit eſſe quidquid procuratores a Cardinale Protectore inſtituti feciſſent, cum eorundem Fratrum conſenſu: *Cum a nobis* III. Nonas Aprilis anno XI. Miniſtro & Fratribus Wratiſlavienſibus confirmavit licentiam traditam a Fratre Creſcentio olim Miniſtro Generali, ut poſsint uti pallis & ſericis veſtibus ſibi relictis, dum apud eoſdem ſepeliretur P. Dux Zleziæ: *Ex parte dilectæ*. Idibus Maii, anno XI. Alexander vero Pontifex ſtatim ut cathedram aſcendit, datis litteris incipientibus: *Nec inſolitum eſt*, *nec novum* XI. Kalendas Januarii, poſtridie ejus diei, quo creatus eſt, revocavit omnia quæ ſupra diximus, ſtatuiſſe Innocentium ſuum prædeceſſorem contra Minores, & ceteros regulares.

Tom. I. an. 1219. num. 48.

Originarius habitus S. Claræ.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

" I. HOc anno ſui Pontificatus ſupremo Innocentius IV. præter ea, quæ recenſet Wadding. litteras dedit pro receptione Inquiſitorum Ordinis Minorum: *Cum adverſus &c.* VII. Kalendas Julii: & pro reſtituenda pecunia Regi Caſtellæ: *Mirari non debet &c.* V. Kalendas Julii, & fratri Walaſco pro colligendis eleemoſynis: *Cum de ſinceritate &c.* III. Nonas Julii: & pro Inquiſitoribus Fratribus Minoribus: *Cum adverſus &c.* Nonis Julii: & ut Inquiſitores premant hæreticos: *Super extirpatione &c.* Nonis Julii: ac tamdem ad fratrem Walaſcum pro legatione ſua: *Poſtquam &c.* III. Idus Julii.

Ex Indicul.

" II. Iſte ſummus Pontifex numquam ſatis laudatus, qui tot gratiis, & favoribus, nec non privilegiis Ordinem noſtrum in ſpecie condecoraverat; ſub finem fere vitæ ſuæ, ſcholaſticorum quorumdam Pariſienſium cauſa, meliora, quæ conceſſerat, retraxit; Rem lege apud Waddingum hoc anno; ex quo nihilominus diſces, quod Neapoli mortuus idibus Decembris, creatis Cardinalibus XXI. quos primus purpureo galero donavit, ex devotione, quam ad Ordinem habebat, in Eccleſia ſancti Laurentii noſtrorum Fratrum ſepulturam accepit, licet poſtea ad Cathedralem ejuſdem Urbis translatus fuerit.

Moritur Pontifex.

Neapoli ſepelitur in Eccleſia FF. Minor.

AR-

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Favet Pontifex Regularibus in lite moleſta Pariſienſi, cujus initia & progreſſus referuntur. Canonizatur beata Clara. Sancti Franciſci ſtigmata a Pontifice celebrantur, & valde commendatur Mons Alvernæ. Stabilitur inter Prædicatores & Minores religioſa fraternitas. Patrocinatur Minoribus Pontifex, ex eis Inquiſitores, Legatos, Prædicatores Crucis, & Epiſcopos inſtituens. Moriuntur Franciſchina Eugubina, Arnaldus Abbas, apud Minores ſepultus, & Willielmus Imperator. Dantur Minoribus Monaſteria & Privilegia.

Alexander IV. ſumme beneficus in Minores.

Anno 1254.

Etiam in Pontificatu voluit agere protectoré Minorum.

Anno 1217. n.6. Tom.1.

I. IN ipſo limine ſui Pontificatus magna exhibuiſſe Alexandrum erga Minores ſui amoris indicia, diximus anno præcedenti, cujus anni licet dies pauci ſupererant poſt Pontificis creationem, non tamen tranſierunt ſine beneficiis. Illud ſingulare ſui affectus ſpecimen exhibuit, quod accedente Joanne Parmenſi Miniſtro Generali, cum præcipuis Ordinis Patribus, & poſt debitam congratulationem ſummi honoris collati, petente ex regulæ ſtatuto Sodalitii Protectorem, quod munus, eouſque ſtrenue & vigilanter ipſe peregit, renuit concedere, amanter dicens, nolle ſe vivo, alium dare tutelarem, qui protegat aut defendat, ſed hanc velle in ſe curam aſſumere, quod alias retulimus ex fido & coævo Auctore. Plene certe boni Protectoris partes obivit, undique Minoribus propitius, atque in cunctis tribulationibus præſens. Magnam & moleſtam hujus protectionis exercendæ occaſionem dederunt Magiſtri, & ſcholares Pariſienſes, qui dum audierant gravamina ab Innocentio ſub morte Mendicantibus inflicta, ab Alexandro ſtatim revocata, novas excitarunt turbas, & innocuos inceſſanter afflixerunt, eamdem proſequentes cauſam, quam ſupra retulimus, volentes omnino, ut Mendicantes extra ſcholas fierent. Rem omnem dabimus ex graviſſima bulla ipſius Pontificis, quam hic ſubſcribere erit operæpretium. Vere nihil hic rem concernit Franciſcanam, ſed lis tota erat cum Dominicanis, attamen quæ Fratrum ſunt tribulationes, noſtras putamus, & certe iſta noſtra evaſit, ut proximo referetur anno, Pontifexque pluribus litteris teſtatur. Iſtæ porro extractæ ex Reg. Vatic. num. 277. ita ſe habent.

Ann.1251. num. 33.

Excitantur denuo turbæ Pariſienſes.

Univerſis Magiſtris, & Scholaribus Pariſienſibus.

Commendatio ſtudii Pariſienſis.

II. *QUaſi lignum vitæ in paradiſo Dei, & quaſi lucerna fulgoris in domo Domini, eſt in ſancta Eccleſia Pariſien. ſtudii diſciplina. Hæc quippe velut fœcunda eruditionis parens, ad irrigandum ſterilem orbis faciem, fluvios de fontibus ſapientiæ ſalutaris cum impetu foras mittens, ubique terrarum Dei lætificat Civitatem, & in refrigerium animarum flagrantium ſiti juſtitiæ, aquas doctrinæ dividit publice in plateis. Ibi nimirum ordinatus eſt per providentiam Conditoris ad opus, ad cuſtodiam Doctorum ordo præcipuus, ut ad vitæ fructum rationabilis creaturæ deducat affectum, ne in guſtum mortis vetita veteris prævaricationis illecebra ſeducatur. Ibi humanum genus originalis ignorantiæ cæcitate deforme, per cognitionem veri luminis, qua ſcientia pietatis aſſequitur, reddita viſionis ſpecie reformatur. Ibi præcipue dat Dominus ſponſæ ſuæ os & ſapientiam, ac linguam myſticis eloquiis eruditam, cui reſiſtere nequit omnis adverſitas im-*

Digitized by Google

improborum. Ut igitur conſortii veſtri communicabile, ac commune omnibus bonum, omni pacis cuſtodia ſervare curemus, & favorabilibus patrociniis communire, ne in commune publicæ ſalutis exitium illud æmula caritatis, & unionis invida Sathanæ labefactare poſſit aſtutia; inſtructa quippe modis innumerabilibus ad nocendum in nobis, quos licet indignos, cunctis mortalibus Dei dignatio ſuperintendere voluit de ſupremo faſtigio domus ſuæ, præcipua ſollicitudinis vigilantia excitatur, & cor noſtrum urit curæ ſtimulus ſpecialis. Olim ſane, ſicut accepimus, cum quibuſdam ſcholaribus Univerſitatis veſtris collegis fuiſſent a vigilibus Civitatis Pariſien. atroces injuriæ irrogatæ, uno illorum occiſo, reliquis graviter vulneratis, & in carcerem, & in vincula conjectis, demum vos, quibus, ut dicitur fel. rec. Gregorius Papa prædeceſſor noſter indulſit, ut ſi vobis vel alicui veſtrum injuria vel exceſſus inferatur enormis, utpote mortis vel mutilationis membri cujuſquam, niſi congrua monitione præmiſſa, infra XV. dies fuerit ſatisfactum, licitum ſit vobis, uſque ad ſatisfactionem condignam, ſuſpendere lectiones: attendentes, quod licet iidem ſcholares, quos ſacrilega carceravit injuria, ut aſſeritur, vobis fuiſſent in craſtino redditi ſemivivi, juſtitiæ tamen executio in injuriarum hujuſmodi præſumptores videbatur ultra debitum prorogari, ſcholas a lectionibus ſuſpendiſtis. Verum cum nec ſic juſtitiæ debitum proveniret, vos tantæ enormitatis articulo ſuggerente, de communi conſilio ad dictas injurias ſecundum Deum & juſtitiam, quantum vobis foret licitum, ſi Judicis tepeſceret officium proſequendas, & ad quaſdam ordinationes alias vos per obligationem roboratam, juramentis adhibitis, aſtrinxiſtis. Et quia ſuper his dilecti filii Bonushomo & Elias, Prædicatorum Ordinis Fratres, ſcholas regentes Pariſiis in Theologica facultate, ex certis cauſis ſe ordinationibus & obligationi hujuſmodi ſubjicere noluerunt, ad Sedem Apoſtolicam appellando, eos beneficio ſocietatis in magiſtralibus privaviſtis, ipſoſque privatos publice nunciantes, injunxiſtis diſtricte, ut ſcholares lectiones eorum de cetero non audirent, ne ipſorum auditores a pœna, quam Univerſitas infligere talibus conſuevit, ſe poſſent per ignorantiam excuſare. Demum cum iidem Fratres ſuper hoc ad dictæ Sedis præſidium confugiſſent, fel. rec. Innocentius Papa prædeceſſor noſter, audito quod inter vos & cives, qui prædictas injurias irrogaverant, diſcordia per ſatisfactionem fuerat jam ſopita, volens de medio veſtrum controverſiæ ſubmovere materiam, & pacifice reformare mutuæ caritatis affectum, ipſos Fratres ad veſtrum Collegium & conſortium reſtituit de gratia ſpeciali, prohibitionem, ſeu mandatum factum ſcholaribus auditoribus eorumdem penitus revocando, ac dando vobis ſuis litteris in mandatis, ut prædictos Fratres ſine difficultate, ſeu dilatione reſumentes ad ſtatum priſtinum, & ad Collegium Magiſtrorum, ac Univerſitatis conſortium admittentes, eos occaſione præmiſſorum nullatenus vexaretis; Venerabilibus Fratribus noſtris Silvanecten. & Ebroicen. Epiſcopis ſuper hoc mandati Apoſtolic. executoribus deputatis. At licet ad vos mandatum reſtitutionis & revocationis hujuſmodi perveniſſe dicatur, ipſi tamen Fratres uſque nunc adipiſci efficax ſuæ reſtitutionis commodum, vobis quædam objicientibus, nequiverunt. Ceterum vos filii Magiſtri in Theologia Pariſiis tunc regentes, hæc ſtatuta deliberatione habita edidiſtis, ut videlicet de cetero Religioſus aliquis non habens Collegium Pariſiis, & cui eſt a jure publice docere prohibitum, ad ſocietatem Magiſtrorum nullatenus admittatur, utque ſingula Religioſorum Collegia ſingulis magiſtris actu regentibus, & unica ſchola de cetero ſint contenta. Ne quoque aliquis Baccallarius in Theologica facultate promoveatur ad Cathe-

Narratur origo controverſiæ Pariſien.

Innocen. IV. in principio favorabilis in hac controverſia.

Statuta Pariſienſium contra Mendicantes.

Digitized by Google

thedram, niſi prius examinaverit ſemetipſum, ſaltem aliquos libros Theologiæ gloſatos, & ſententias in ſcholis alicujus Magiſtri, actu legentis, diligenter legendo. Quod ſi aliquis contra dictas ordinationes veſtras venire præſumpſerit, ei ſocietas veſtra, tam in principiis, quam in aliis ſubtraheretur omnino. Quicumque vero Baccallarius licentiatus fuerit, & huic ordinationi conſenſum præſtare noluerit requiſitus, eum ſtatuiſtis excludi a conſortio Magiſtrorum, & eidem tam in principiis, quam in aliis ſocietatem magiſtralem penitus denegari; præmiſſis ſtatutis Univerſitatis, ut dicitur, accedente conſenſu, reverentia tamen & obedientia Sedis Apoſtolicæ, ac aliorum quibus obedire tenemini, ſemper ſalva. Statuiſtis inſuper, ne ullus Magiſter in quacumque facultate ad Collegium Magiſtrorum, vel conſortium Univerſitatis eorum aliquatenus admittatur, niſi prius in plena congregatione Magiſtrorum, vel ſaltem coram tribus Magiſtris ſuæ facultatis, ad hoc ſpecialiter deputatis, juraſſet ſtatuta veſtra licita, & honeſta, & vobis expedientia ſe firmiter ſervaturum. Secreta quoque & conſilia veſtra, poſt inhibitionem ſibi factam a vobis, fideliter celaturum: quodque obligationibus veſtris licitis, & honeſtis, ac vobis expedientibus præcipue, ex tenore privilegiorum veſtrorum vigorem capientibus pacifice concorditer conſentiet. Et ut hoc firmius ſervaretur, addidiſtis, ut nullus Magiſter principium alicujus Baccallarii tenere, vel ejus principio intereſſe præſumat, niſi prius ei conſtiterit, quod idem Baccallarius ad prædicta modo præhabito ſit ligatus, nec idem Bacallarius ſi alio modo inceperit, Magiſter aliquatenus a vobis habeatur. Statuiſtis præterea, ut ſi ceſſante ſtudio Pariſien. ob cauſas conſimiles, vel alias rationabiles aliquis interim Baccallarius in aliqua facultate de novo ſolemniter incipere, vel aliquis eorum, qui primum rexerunt, ſuas iterum reſumere præſumpſerint lectiones, ex tunc a conſortio veſtro in perpetuum excludatur, nec Pariſius ſeu alibi, ubi ſtudium transferri contigerit, inter Magiſtros ſeu ſcholares aliquatenus admittatur, & pœna conſimili ſcholaris, qui interim cauſa ſtudii Pariſius venire præſumpſerit, puniretur, niſi tranſgreſſores prædicti præſumptionem ſuam ad arbitrium Univerſitatis veſtræ curaverit emendare. Et hæc ordinaſtis, & ſtatuiſtis ſub pœna, quam infligere poteſtis, inviolabiliter obſervanda, nihilominus recenſentes excommunicationis ſententiam, quæ in tranſgreſſores præmiſſorum extitit, ut proponitur, promulgata, ab omnibus inviolabiliter obſervari, ſalvis in omnibus jure ac libertate Canonicis Pariſien. quantum ad omnia, in quibus, & per quæ a veſtris ordinationibus, & ſtatutis, auctoritate Apoſtolica, ſeu quacumque alia, ſunt exempti. Porro dilectis filiis Priore Prædicatorum, & Guardiano Minorum Fratrum, ſuam ad ſedem prætactam, refugium oppreſſorum, deferentibus quæſtionem, quod nos occaſione ſtatutorum hujuſmodi, a vobis, eis excluſis, pro veſtro libito editorum ipſos, & liberum, & quietum ſtatum Magiſtrorum, & Fratrum eorumdem Ordinum Pariſius ſtudio inſiſtentium, ac ſcholarium ſuorum indebite turbabatis, præfatus Innocentius nec expediens reputans, neque decens prædictis omnibus preſſuras hujuſmodi, vel moleſtias irrogari, vobis ſuis dedit litteris in mandatis, ut ab ipſorum quibuslibet novis moleſtiis, & inquietationibus, prædictis ſtatutis nequaquam obſtantibus, deſiſtentes, nihil penitus uſque ad feſtum Aſſumptionis beatæ Virginis proximo tunc venturum, in eorum vel priſtini ſtatus ipſorum præſumeretis præjudicium attentare. Et quoniam inter vos & Fratres prædictos idem Innocentius omnem ſcandali & diſcordiæ cupiebat materiam amputare, ut ſub vinculo pacis pacificis ſcientiæ ſtudiis vacaretis, ſupradictis Epiſcopis per ſua ſcripta manda-

Digitized by Google

davit , ut tam vos , quam Fratres eoſdem ex parte ſua peremptorie citare curarent , quod in præmiſſo feſto (niſi ſub iis interim proveniret concordia) per procuratores idoneos ad ipſius præſentiam veniretis , ut ſuper præmiſſis quod utile ſalubre & conveniens proſpiceret , auctore Domino , ordinaret ; nec permitterent iidem Epiſcopi, Fratres eoſdem a vobis contra præmiſſa medio tempore moleſtari . Denique idem prædeceſſor morte præventus , nihil potuit juxta pium conceptum animi ſui ſuper eodem negotio definire , ſicque nos habuit in hujuſmodi ſollicitudinis cura , ſicut & in ceteris paſtoralis anguſtiæ laboribus , licet immeritos , ſucceſſores . Veſtrum itaque ſufficiens ad ordinationem ſuſcipiendam habentes mandatum , & prædictorum Prioris & Fratrum Procuratoribus , nec non & dilecto filio Magiſtro Ordinis Prædicatorum , qui cum illis poſtulabat hoc ipſum , in noſtra præſentia conſtitutis ,

Temperantur ab Alexandro.

præmiſſa omnia , & proceſſus habitos , diligenter inſpeximus , quæcumque in auditorio noſtro ſuper his utrinque fuere propoſita , diligenter intelleximus , & tamdem per viam pacis , qua proceſſus eſt gratiæ ad dirimendum inter partes exortæ controverſiæ ſcrupulos , nos , Domino dirigente , aliqua ex præmiſſis ordinationibus, & ſtatutis a vobis editis , ut ſalubrius maneant , & utilius commoditati proficiant generali , de Fratrum noſtrorum conſilio moderanda providimus . Cetera vero , ne rigore diſtrictionis unitatem communionis exaſperent , reſecanda. Etenim circa id quod ſtatuere voluiſtis , ne ullus Religioſus nullum Pariſius habens Collegium , & a jure publice docere prohibitus , in Magiſtrorum Collegium ullatenus admittatur , & ſingula Religioſorum Collegia ſingulis Magiſtris actu regentibus , & unica ſchola de cetero ſint contenta , conſideranda nobis ea diligenter occurrunt , quæ memoratus Gregorius circa ſtatum ſcholarium , & ſcholarum Pariſien. ſtatuiſſe dicitur , obſervanda : videlicet , quod quilibet Cancellarius Pariſien. deinceps creandus coram Epiſcopo , vel de ipſius mandato in Capitulo Pariſien. vocatis ad hoc, & præſentibus pro univerſitate ſcholarium duobus Magiſtris, in ſua inſtitutione curabit , quod ad regimen Theologiæ , & decretorum bona fide ſecundum conſcientiam ſuam loco , & tempore ſecundum ſtatum Civitatis , & honorem , ac honeſtatem facultatum ipſarum , nonniſi dignis licentiam largiretur , nec admitteret indignos , perſonarum , & nationum acceptione ſubmota . Ante vero quam quemquam licentiet , infra tres menſes a tempore petitæ licentiæ , tam ab omnibus Magiſtris Theologiæ in Civitate præſentibus , quam aliis viris honeſtis & litteratis , per quos veritas ſciri poſſit de vita , ſcientia , & facundia , necnon propoſito , & ſpe proficiendi , ac aliis quæ ſunt in talibus requirenda , diligenter inquirat , & inquiſitione ſic facta , quid deceat , & quid expediat bona fide , det vel neget ſecundum conſcientiam ſuam , petenti licentiam poſtulatam . Magiſtri vero Theologiæ & decretorum , quando incipiunt legere , præſtabunt publice juramentum , quod ſuper præmiſſis fidele teſtimonium perhibebunt . Cancellarius quoque jurabit , quod conſilia Magiſtrorum in malum eorum nullatenus revelabit , Pariſien. Canonicis libertate , ac jure in incipiendo habitis , in ſua manentibus firmitate . Cum ergo ex conſtitutione hujuſmodi liqueat manifeſte , quæ in licentiando ſcholares ad ſcholarum regimen Cancellario ſit facultas , & quanta ſibi ſuper hoc religio fidei , & circumſpectionis neceſſitas indicatur , videri poteſt acutius intuenti , auctoritati conſtitutionis Apoſtolicæ , quæ ſtatui ſcholarum & ſcholarium providens , certos Cancellarii officio terminos poteſtatis indulget , per conſtitutionem veſtram in propagandi ſtudii diſpendium derogari . Volumus itaque , Cancellarii poteſtatem in conſtitutione ſæpefati Gregorii , circa ſtatum Pariſien. ſtudii decla-

Digitized by Google

ratam, nulla imminutione convelli. Ipſe tamen circa licentiandos tam de ſecularibus, quam de regularibus non ſolum ea, quæ attendenda in conſtitutione ipſius Gregorii exprimuntur, verum etiam ſtatum, & neceſſitatem Eccleſiæ generalis, & populorum ſalutem diligenter attendat, & iis, quos ſuffragantibus meritis, & ſuadentibus circumſtantiis, viderit ad Magiſterium promovendos, ſic faveat, quod capacem ſenſum a natura ſortiri ad profectum ſcientiæ, propoſito ſtudioſis magiſtralis tituli præmio, provocentur, & ad gubernaculorum officia, quæ intra ſanctam Eccleſiam ſæpius imminent, perſonis idoneis diſpenſanda, ſuppetere poſſit virorum copia probatorum, præſertim in arte artium, quæ profecto eſt regimen animarum.

Præfectura animarum ars artium.

Ex eo autem quod aliqua ſecularium, vel religioſorum Collegia, de licentia Cancellarii plures meruerunt habere Magiſtros hactenus, aut ſcholas, nolumus eis circa proprietatem, vel poſſeſſionem habendi hujuſmodi jus impoſterum proveniſſe: ſicut iis, qui non plures vel nullum hactenus habuiſſe noſcuntur, nolumus ex hoc viam aliquam habendi vel plures præcludi, ſi Cancellarius omnibus, quæ conſiderari debent, inſpectis, alicujus vel plurium licentiam eis viderit, prout ſibi competit, concedendam. Illud autem quod de Baccallariis ſtatuiſtis ad Magiſtralem Theologiæ facultatis cathedram, niſi aliquos ejuſdem facultatis libros gloſatos, & ſententias in ſcholis alicujus Magiſtri actu regentis legerint, nullatenus admittendis, ſic duximus temperandum, ut repelli tales non debeant, ſi ubicumque Pariſius, dummodo in loco publico & honeſto, eos prætactos libros legiſſe patuerit. Nec etiam hoc ipſum probationis experimentum exigi volumus circa illos, de quibus alias manifeſte conſtiterit quod ad ſcholarum regimen ſint idonei comprobati. Statutum vero, quo decreviſtis ne ullus Magiſter in facultate quacumque ad conſortium Magiſtrorum, vel Collegium Univerſitatis aliquatenus admittatur, niſi prius in plena Congregatione Magiſtrorum, vel ſaltem coram tribus Magiſtris ſuæ facultatis ad hoc ſpecialiter deputatis, præſtito juramento, quod ſecreta & conſilia veſtra poſt inhibitionem ſibi factam, a vobis bona fide celabit, alioquin pœnæ ſubjaceat, in ſtatuto hujuſmodi conſtitutæ, hoc moderamine mitigamus, ſaluti animarum & conſcientiarum ac famæ periculis præcaventes; ut ſi talibus ardua & difficilia negotia ab Univerſitate commiſſa fuerint in ſecreto tenenda, illa ſic teneantur bona fide celare, quod nemini ea in ejuſdem Univerſitatis diſpendium revelabunt, niſi forte talia eſſent, quæ non poſſent ſine animarum periculo ſubticeri. Denique ſuper ceſſatione ſcholarum, non obſtante alia ordinatione vel contraria conſtitutione a nobis edita, eam formam dumtaxat obſervari volentes, quam præfatus Gregorius in conſtitutione, quam ſuper hoc edidit, noſcitur tradidiſſe, quod videlicet ſi forte vobis hoſpitiorum ſubtrahatur taxatio, aut quod abſit, vobis vel alicui veſtrum injuria vel exceſſus inferatur enormis, utpote mortis vel membri mutilationis, niſi congrua monitione præmiſſa, infra XV. *dies fuerit ſatisfactum, liceat vobis, uſque ad ſatisfactionem condignam, ſuſpendere lectiones; & ſi alicui veſtrum indebite carcerari contigerit, fas ſit vobis, niſi, monitione præhabita, ceſſet injuria, ſtatim a lectione ceſſare, ſi tamen id videritis expedire. Eidem formæ adjiciciendo ſtatuimus, ut cum pro aliqua ex cauſis in eadem Gregorii conſtitutione contentis, Univerſitas veſtra lectiones duxerit ſuſpendendas, omnes Magiſtri tam regulares, quam ſeculares ipſas ſuſpendere teneantur, eas niſi cum Univerſitate minime reſumpturi. Sane ſi ſuper obſervantia hujus ſtatuti, de lectionibus ſuſpendendis, & ejus, quod præmittitur, videlicet de ſecretis & conſiliis Univerſitatis minime revelandis, aliquam obligationem videritis deliberatione provida*

ſta-

Digitized by Google

ſtatuendam, qua tam præſentes Magiſtri, quam poſteri ad ea explicite ac ſpecialiter aſtringantur, vobis, dummodo duæ partes Magiſtrorum Theologicæ facultatis, & eo modo duæ partes Magiſtrorum ſingularum facultatum reliquarum, videlicet Canoniſtarum, Phyſicorum, & etiam Artiſtarum ſuum ſuper hoc voluerint præſtare conſenſum, id faciendi liberam concedimus facultatem. His itaque ſtatutis & ordinationibus ſecundum moderationem noſtram robur inviolabilis obſervantiæ habituris, cetera pro pace veſtra, ſuadente providentiæ conſilio, reſecamus, denunciantes ne Magiſtri regulares, vel ſeculares ea ſervare teneantur ex debito præſtiti juramenti, vel ad ea obſervanda in poſterum ſacramento ligentur, libertatibus Pariſien. Eccleſiæ in omnibus, & per omnia ſemper ſalvis, & in aliis Univerſitatis veſtræ privilegiis, & immunitatibus in ſuo nihilominus robore duraturis. Prædictos inſuper Prædicatorum Ordinis Fratres, Theologicæ facultatis Magiſtros, ad Magiſtrorum conſortium, ipſoſque, ac auditores eorum ad Univerſitatis Collegium de noſtræ poteſtatis plenitudine reſtituentes omnino, & decernentes ad eadem conſortium & Collegium a vobis in dulcedinis ubere ſine difficultate qualibet admittendos, omnes ſententias privationis, ſeu ſeparationis a conſortio Univerſitatis vel ſimilibus, ſive pœnas alias in eoſdem Fratres & ſcholares eorum, præmiſſorum occaſione prolatas, penitus revocamus. Non obſtantibus ſtatutis quibuslibet, juramento, pœna ſive obligatione, vel confirmatione qualibet roboratis, aut litteris a Sede Apoſtolica impetratis, vel de cetero impetrandis, quæ de præſenti ordinatione ac providentiæ noſtræ ſtatuto plenam & expreſſam non fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, conſtitutionis, & revocationis infringere. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Neapoli XVIII. *Kalend. Maii an.* 1.

Gonzaga in Conven. Pariſ.

Innoc. IV. in hac controverſia favorabilis.

An. 1251.

III. Quod de præceptis Innocentii hic refert Alexander, narrat etiam Franciſcus Gonzaga aſſerens, eumdem anno XI. ſui Pontificatus, Kalend. Julii dediſſe ad Rectorem, Doctores & Proceres Univerſitatis litteras, ut e ſuo gradu remotos reſtituerent, illorum lectionibus publicis ſcholaſticos ſeculares adeſſe permitterent, & ſine ulla difficultate aut cunctatione injurias averterent. Deinde aliis datis VII. Kalend. Septembris hortatus eſt eoſdem, non tantum moleſtos non eſſe Minoribus, & Prædicatoribus, verumetiam eoſdem omni potius humanitate & amicitia fovere: & ut hoc omnino præſtarent, Epiſcopos Silvanectenſem & Ebroicenſem invigilare præcœpit. Aliud ſe legiſſe diploma Auctor præfatus enarrat, quo idem Innocentius anno II. ſui Pontificatus conſtituit, ut Theologiæ facultatis ſcholæ publicæ, diſputationes, & honorabiles gradus Minoribus & Prædicatoribus cum aliis eſſent communes. Hujus ſententiæ pro Fratribus per Innocentium non ſemel latæ mentionem fecimus ſuperius ex Cantipratano.

Plura adjunxit in hac re diplomata Alexander.

IV. Alias vero dedit Alexander litteras ad ipſos Magiſtros, ut priores exequantur ante quindecim dies a receptione earumdem. Duas deinde adjunxit ad Epiſcopos Aurelianenſem & Antiſiodorenſem, ut cenſuris Eccleſiaſticis reſtitui curarent prænominatos Magiſtros ad priſtinos in Academia honores. Aliis binis ſuſpendi voluit Guillelmum de ſancto-Amore, quamplures alios Magiſtros, & ſcholares Pariſienſes ab officiis & beneficiis, dum refragabantur conſtitutioni Apoſtolicæ circa reſtitutionem prædictorum Regentium, quos propter appellationem

Digitized by Google

Chronic. Norman. an. 1241.

Nominantur alii hujus tragœdiæ actores.

An. 1251. n. 33. Rodul. fol. 297. Colvener. in notis ad Cantiprat. lib. 2. c. 10. nu. 23. Pontac. in Chron. Tho. opuſc. contra impug. religionem. Prateol. de hæretic. Caſtro verbo Paupertas, hæreſ. 3. Anonym. vita S. Claræ c. 30.

factam ad Sedem Apoſtolicam, ejecerunt ex Univerſitate, ut Chronica habent Normanniæ, in quibus annorum calculus longe recedit a computo communi, ut vel ipſe notator admonuit in margine. Bullas has dabimus in hujus tomi regeſto, ne tot reſcriptis circa unum argumentum hic cumulatis nauſeam ingeramus Lectori. Præcipuos autem hujus tragœdiæ actores dedimus ſupra, quibus alii adhæſere, ut in ſimilibus tumultibus ſolet evenire. Rodulphus Sigerium quemdam nominat, Guillelmi ſocium conjuratum. Georgius Colvenerius ex quatuor præcipuis his Mendicantium adverſariis unum eſſe vult Deſiderium Longobardum, de quo Arnoldus Pontacus, ſanctus Thomas, Prateolus & Caſtrenſis; extra numerum hi acceſſerunt, atque aliis præcipuis actoribus adhæſere. Adeo famoſa evaſit hæc controverſia, ut nullus illius temporis gravis hiſtoricus eam præterierit. Varie tamen ſecundum varios animi affectus plures ſcribunt, quidam Regulares, alii Magiſtros condemnant Pariſienſes, alii vero ſerius & ſincerius rem referunt, ex quibus exactam rei veritatem candide dabimus ſingulis annis: neque enim uno vel altero duravit litigium, ſed ſæpius Pontificem, & Ludovicum ſanctum Galliarum Regem opportuit ſuas operas auctoritatemque interponere, ut exitum tamdem, & ſi tumultuantibus aſperum, lis iſta ſortiretur. Singula incrementa ingraveſcentis diſcordiæ ſuis locis referemus, & qualiter quod ſolum erat Prædicatorum, malum etiam Minores affecit.

Agitur de examinandis miraculis S. Claræ.

V. Mirum in modum hoc tempore reſonabat fama ſignorum & mirabilium, quæ Dominus dignabatur per merita ſacræ Virginis Claræ ubique operari. Pontifex ſibi relata jubet ut maturius examinentur, atque ad canonizationem tantæ Virginis procedatur. Committuntur perſonis ſolemnibus, & diſcretis examinanda miracula: vitæ quoque magnalia diſcutienda traduntur. Invenitur Clara dum viveret, omnium virtutum exercitio clariſſima: invenitur poſt tranſitum, veris & probatis miraculis admiranda. Die enim ad hoc ſtatuta, cum cœtus Cardinalium conveniſſet, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum conventus adeſſet, Cleri concio ac Religioſorum, ſapientum quoque & potentum plurima multitudo aſſiſteret: Summo Pontifice illud ſalubre negotium in medium proponente, ac Prælatorum judicium ſciſcitante: univerſi prompto favore propenſius annuentes, Claram dicunt in terris clarificandam, quam Deus clarificavit in excelſis. Duobus annis ab ipſius tranſitu revolutis, Prælatorum & totius Cleri multitudine convocata, ſermone quoque præmiſſo, felix Alexander, cui hæc a Domino fuerat gratia reſervata; cum celebritate permaxima, ſanctorum catalogo Claram reverenter aſcripſit; feſtum quoque ejus ſolemniter in tota Eccleſia celebrandum inſtituit, atque ipſe prius cum tota Curia ſolemniſſime celebravit. Acta ſunt hæc apud Anagniam in Eccleſia majori hoc anno, inſtante ipſo ejus migrationis die, uti ſcribit Auctor ejus vitæ, vel poſt eumdem ipſa in feſtivitate Aſſumptionis Virgineæ, uti habet Collector Firmamenti trium Ordinum; Marianus canonizatam refert die XXVI. Septembris. Inde putem ductus, quod bulla canonizationis, quam apud auctorem Firmamenti legit, data ſit VI. Kalendas Octobris. Variæ bullæ denunciationis hujus Apotheoſis ad Eccleſiarum Prælatos datæ ſunt ſub diverſis diebus. Neque enim id volunt hujuſmodi diplomata, quod eo die quo ſcribuntur, canonizati ſint Sancti, quorum gloriam deprædicatam denunciant: ſed enarrant jam factam, & tempus ferunt quo dantur ad Eccleſiarum Antiſtites. Plures vidi ex his litteris denunciatoriis ſolemnis iſtius canoni-

Anonym. citat. Firma. 2. p. tracta. 2. p. 1. Marian. l. 2. cap. 22.

Digitized by Google

zationis, tempore diſcordes; & originarias habeo apud me ſub plumbo, datas tamen XIV. Kalendas Novembris, quas huc tranſcripſi. Mendum Typographicum eſt apud Sedulium: pro Alexandro IV. præſcribitur VI. *Sedul. ad fin. vitæ S. Claræ in hiſtor. Seraph.*

ALEXANDER &c.

Venerabilibus Fratribus univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis per Regnum Franciæ conſtitutis &c.

VI. *Clara claris præclara meritis, magnæ in cælo claritate gloriæ, ac in terra miraculorum ſublimium clare claret. Claræ hujus arcta & alta religio hic coruſcat, hujus ſurſum æterni præmii radiat magnitudo, hujuſque virtutis magnifica mortalibus illuceſcunt. Huic Claræ intitulatum hic fuit ſummæ privilegium paupertatis: huic in excelſo rependitur inæſtimabilis copia theſaurorum, huic a Catholicis plena devotio, & honoris cumulus exhibetur. Hanc Claram ſua fulgida hic inſignierunt opera, hanc Claram in alto divinæ lucis clarificat plenitudo, hanc Chriſtianis populis prodigiorum ejus inſignia ſtupenda declarant. O Clara multimode titulis prædita claritatis, ante converſionem tuam utique clara, in converſione clarior, in clauſtrali converſatione præclara, & poſt decurſum vitæ præſentis ſpatium clariſſima illuxiſti! Ab hac Clara clarum exempli ſpeculum huic ſeculo prodiit; ab hac inter amœnitates cæleſtes ſuave lilium virginitatis offertur; ab hac in terris manifeſta ſubventionum remedia ſentiuntur. O admiranda Claræ beatæ claritas, quæ quanto ſtudioſius per ſingula quæritur, tanto ſplendidor in ſingulis invenitur! Emicuit hæc, inquam, in hoc ſeculo, in religione præfulſit. In domo illuxit ut radius, in clauſtro coruſcavit ut fulgor. Emicuit in vita, poſt mortem radiat: claruit in terra, in cælo relucet. O quanta hujus vehementia luminis, & quam vehemens iſtius illuminatio claritatis! Manebat quidem hæc lux ſecretis incluſa clauſtralibus, & foris micantes radios emittebat: colligebatur in arcto Cœnobio, & in amplo ſeculo ſpargebatur. Servabatur intra, & extra manabat. Latebat namque Clara, ſed ejus vita patebat: ſilebat Clara, ſed ſua fama clamabat: celabatur in cella, & in Urbibus noſcebatur. Nec mirum: quia lucerna tam accenſa, tam lucens abſcondi non poterat, quin ſplenderet, & clarum in domo Domini daret lumen. Nec recondi poterat vas tot aromatum, quin fragraret, & ſuavi odore Dominicam aſpergeret manſionem: imo cum in anguſto ſolitudinis recluſorio alabaſtrum ſui corporis hæc dure contereret, tota omnino Eccleſiæ aula ſanctitatis ejus odoribus replebatur. Sane cum ipſa, dum adhuc puella eſſet in ſeculo, hunc mundum fragilem ab ætate tenera tranſilire ſtuderet, & pretioſum ſuæ virginitatis theſaurum illibato ſemper pudore cuſtodiens, caritatis & pietatis operibus vigilanter intenderet; ita quod ex ea gratia & laudabilis ad vicinos alios fama prodiret: B. Franciſcus, audito hujus famæ præconio, cœpit confeſtim hortari eam, ut ad Chriſti perfectam induceret ſervitutem. Quæ ſacris illius monitis mox adhærens, & mundum cum terrenis omnibus abdicare, ac ſoli Domino in paupertate voluntaria famulari deſiderans, hoc ſuum fervens deſiderium, quam cito potuit, adimplevit: quia tamdem cuncta ſua bona, ut una ſecum quidquid etiam habebat Chriſti obſequio deputaret, in eleemoſynas & pauperum ſubſidia diſtribuit & convertit. Cumque de ſeculi ſtrepitu fugiens, ad quamdam campeſtrem declinaſſet Eccleſiam, & ab ipſo bea-*

Encomia S. Claræ a nomine ſumpta.

Breve ejus vitæ compendium.

to

to Franciſco ſacra ibi recepta tonſura, proceſſiſſet in aliam; conſanguineis ejus ipſam exinde reducere molientibus: illa protinus amplectens altare, pannoſque apprehendens ipſius, crinium ſui capitis inciſura detecta eiſdem conſanguineis in hoc fortiter reſtitit & conſtanter; quia cum jam eſſet mente integra juncta Deo, pati non poterat ab ejus ſervitio ſe divelli. De-

Oritur Ordo Damianitarum.

nique cum ad Eccleſiam ſancti Damiani extra Civitatem Aſſiſiatem, unde traxit originem, per eumdem B. Franciſcum adducta fuiſſet, ibi ei Dominus ad amorem & cultum aſſiduum ſui nominis plures ſocias aggregavit. Ab hac ſiquidem inſignis, & ſacer Ordo ſancti Damiani, per orbem jam longe diffuſus, ſalutare ſumpſit exordium. Hæc, adhortante ipſo beato Franciſco, huic novæ ſanctæque obſervantiæ ſequendum dedit initium: hæc hujus magnæ religionis fuit primarium & ſtabile fundamentum: hæc hujus alti operis lapis extitit primitivus. Hæc genere nobilis, ſed converſatione nobilior, virginitatem, quam prius etiam cuſtodierat, ſub hac Sanctimoniæ regula præcipue conſervavit.

Mater filiam imitatur.

Hanc poſtmodum religionem mater ejus Hortulana nomine, piis intenta operibus, ipſius natæ ſequendo veſtigia devote ſuſcepit; in qua demum hæc optima Hortulana, quæ in horto Dominico protulit talem plantam, concluſit feliciter dies ſuos. Poſt aliquot vero annos, ipſa beata Clara Monaſterii & Sororum regimen, nimis ejuſdem ſancti Franciſci devicta importunitate, recepit. Hæc utique fuit arbor procera & eminens, longis diſtenta ramis, quæ in agro Eccleſiæ dulcem fructum religionis attulit, & ad cujus delectabilem umbram ſub illius amœnitate, fructum hujuſmodi libaturæ concurrerunt undique multæ alumnæ fidei, & concurrunt. Hæc fuit nova munda vallis Spoletana, quæ novum aquæ vitalis fontem, ad refectionem animarum & commodum propinavit, qui jam per diverſos rivulos in territorium Eccleſiæ derivatus, plantaria religionis infudit. Hæc fuit altum ſanctitatis candelabrum, vehementer in tabernaculo Domini rutilans; ad cujus ingentem ſplendorem plurimæ properaverunt, & properant, ſuas de illius lumine lampades accendentes. Hæc profecto in arvo fidei plantavit, & coluit vineam panpertatis, de qua fructus ſalutis pingues & divites colliguntur. Hæc in prædio Eccleſiæ humilitatis hortum conſtituit, multiplici rerum conſertum inopia: in quo magna virtutum copia reperitur. Hæc in religionis diſtrictu arcem arctæ abſtinentiæ fabricavit; in qua larga ſpiritualis alimoniæ refectio miniſtratur. Hæc fuit pauperum primiceria, duciſſa humilium, magiſtra continentium, & pœnitentium abbatiſſa.

Qualiter Clara rexerit diſcipulas.

Hæc ſuum Monaſterium, creditamque in illo ſibi familiam ſollicite, ac prudenter in timore & ſervitio Domini, & plena Ordinis obſervantia gubernavit, vigil in cura, in miniſterio ſtudioſa, in exhortatione attenta, diligens in admonitione, in correctione moderata, temperata in præceptis, in compaſſione præſtabilis, diſcreta in ſilentio, in ſermone matura, & conſulta in cunctis ad perfectum regimen opportunis, volens magis famulari, quam dominari, & honorare potius, quam honore ſuſtolli. Hujus vita erat aliis eruditio & doctrina. In hoc libro vitæ ceteræ vivendi regulam didicerunt, in hoc vitæ ſpeculo reliquæ vitæ ſemitas inſpexere. Corpore namque ſiſtebat in terra, ſed animo verſabatur in cœlo: humilitatis vaſculum, armarium caſtitatis, caritatis ardor, dulcor benignitatis, patientiæ robur, nexus pacis, & familiaritatis communio: mitis in verbo, lenis in facto, & in omnibus amabilis & accepta. Et ut carne depreſſa, convaleſceret ſpiritu (quia quiſque hoſte ſuo debilitato fit fortior:)

Ejus lectus.

nudum ſolum, & interdum ſarmenta pro lecto habebat, & pro pulvinari ſub capite durum lignum:

Habitus.

unaque tunica cum mantello, de vili deſpecto & hiſpido panno conten-

tenta, his humilibus indumentis ad operimentum ſui corporis utebatur, aſpero cilicio de cordulis crinium equorum contexto, nonnumquam adhibito ad carnem. Arcta quoque in cibo, & in potu diſtricta, tanta ſe in his frænabat abſtinentia, quod longo tempore tribus diebus in hebdomada, videlicet ſecunda, quarta, & ſexta feria, nihil penitus pro ſui corporis alimento guſtavit: reliquis nihilominus diebus adeo ſe cibariorum paucitate reſtringens, quod aliæ de ipſa, quomodo ſub tam forti diſtrictione ſubſiſtere poterat, mirabantur. Vigiliis inſuper & orationibus aſſidue deduci, in his præcipue diurna & nocturna tempora expendebat. Diutinis tamdem perplexa languoribus, cum ad exercitium corporale non poſſet ſurgere per ſeipſam, Sororum ſuarum ſuffragio levabatur, & ad tergum ejus fulcimentis appoſitis, propriis manibus laborabat, ne in ſuis eſſet etiam infirmitatibus otioſa; unde de panno lineo hujus ſui ſtudii & laboris, plura pro altaris ſacrificio corporalia fieri fecit, & per plana & montana Aſſiſii, diverſis Eccleſiis exhiberi. Amatrix vero præcipua, & colona ſedula paupertatis, ſic illam ſuo affixit animo, ſic eam in ſuis deſideriis alligavit, quod ſemper in ipſius directione firmior & ardentior, in amplexu a diſtricta & delectabili ejus copula, pro nulla unquam neceſſitate diſceſſit; nec aliquibus potuit induci ſuaſibus ad conſentiendum, quod ſuum Monaſterium proprias poſſeſſiones haberet: quamquam felicis recordationis Gregorius Papa prædeceſſor noſter, de multa indulgentia ipſius Monaſterii pie cogitans, libenter illi voluerit pro Sororum ejus ſuſtentatione poſſeſſiones ſufficientes, & congruas deputare. Verum quia magnum & ſplendidum luminare ſupprimi non poteſt, quin ſuæ radios proferat claritatis: in ipſius etiam vita, multis & variis miraculis virtus ſuæ ſanctitatis effulſit. Nam cuidam de Sororibus ipſius Monaſterii vocem, quam a longo tempore quaſi omnino perdiderat, reſtauravit. Alii officio linguæ penitus deſtitutæ, loquelam reſtituit expeditam. Alteri aurem ſurdam aperuit ad auditum. Laborantem febre, tumentem hydropiſi, plagatam fiſtula, & aliis oppreſſas languoribus liberavit, facto crucis ſignaculo ſuper eas. Quemdam Fratrem de Ordine Minorum ſanavit ab inſaniæ paſſione. Cum autem quadam vice oleum in Monaſterio totaliter defeciſſet; ipſa vocato Fratre, qui erat eidem Monaſterio pro colligendis eleemoſynis deputatus, accepit urceum atque lavit, vacuumque juxta fores ipſius Monaſterii poſuit, ut illum idem Frater pro oleo acquirendo deferret: quem cum vellet ipſe apprehendere, invenit cum oleo, beneficio divinæ largitatis impletum. Rurſum cum uno die non niſi unius panis medietas pro refectione Sororum in eodem Monaſterio haberetur: ipſa medietatem eamdem juſſit in fruſtra diſtribui, & Sororibus diſpenſari; quam inter manus frangentis, ille qui vivus eſt panis, & dat eſcam eſurientibus, multiplicavit in tantum, quod quinquaginta ſufficientes factæ fuerint exinde portiones, & Sororibus diſcumbentibus diſtributæ. Per hæc & alia ſigna conſpicua, ſuorum, dum adhuc viveret, innotuit præeminentia meritorum. Nam & cum in extremis ageret, candidus beatarum Virginum cœtus, micantibus coronis ornatus, in quo una ex ipſis eminentior & fulgidior apparebat: viſus eſt domum intrare, ubi eadem Chriſti famula decumbebat; & uſque ad lectum ejus procedere, ac circa eam quaſi viſitationis officium, ad confortationis ſolamen, quodam humanitatis ſtudio exhibere. Poſt obitum vero ejus, quidam, qui morbo caduco ruebat, & propter crus contractum gradi non poterat, ad ſepulcrum delatus ipſius, fuit ibi, crure ipſo quaſi fragoris ſonitum faciente, ab utraque infirmitate curatus. Curvi, renibus, membriſque contracti, præcipites furia, & dementi furore ferales, receperunt

Cibus & potus.

Vigiliæ & orationes.

Paupertatis ſtudioſa.

Recenſentur quædam ejus miracula.

Morbidas ſanat ſorores.

Oleum divinitus miniſtratum.

Panis mirabiliter multiplicatus.

A beatis Virginibus inviſitur.

Miracula poſt exceſſum.

ibi-

Digitized by Google

Vaticinium ad matrem adimpletum.

Inter ſanctas Virgines adſcribitur.

Ejus feſtum annue celebrandũ.

Indulgentia ad ejus ſepulcrum.

ibidem integram ſoſpitatem. Cuidam ſua dextra manus, cujus ipſe uſum, ex illata ſibi vehementi percuſſione ita perdiderat, quod nihil omnino per eam, veluti prorſus inutilem, poterat operari; fuit ad actum ſuum priſtinum ipſius Sanctæ meritis plenarie reformata. Alius qui diutina cæcitate lumen amiſerat oculorum, cum ad idem ſepulcrum ſub ducatu alterius acceſſiſſet, recuperato inibi viſu, rediit exinde ſine duce. His & quamplurimis aliis operibus & miraculis hæc venerabilis Virgo reſplenduit glorioſis: ut evidenter appareat adimpletum id, quod de ipſa mater ejus, dum eſſet ex ea gravida, & oraret, dicitur audiviſſe: videlicet quod paritura erat quoddam lumen, quod orbem plurimum illuſtraret. Gaudeat itaque mater Eccleſia, quod talem genuit, & educavit filiam, quæ tamquam virtutum fœcunda parens, multas religionis alumnas ſuis produxit exemplis, & ad perfectum Chriſti ſervitium pleno magiſterio informavit. Lætetur & devota turba fidelium, quod Rex cælorum & Dominus ſororem ipſorum & ſociam, quam in ſponſam ſibi elegerat, ad ſuum præcelſum & præclarum palatium cum gloria introduxit. Nam & Sanctorum congaudent agmina, quod in ſuperna eorum patria novellæ regalis ſponſæ nuptiæ celebrantur. Ceterum, quia congruit, ut quam Dominus exaltavit in cælo, Catholica Eccleſia veneretur in terra: quia de ſanctitate vitæ ac miraculis ejus, diligenti & attenta inquiſitione, ac examinatione diſtricta, & ſolemni diſcuſſione, præmiſſis, liquido conſtitit; licet alias etiam, & in propinquis & in remotis partibus ſatis eſſent præcognita lucida ejus acta: nos de communi Fratrum noſtrorum, & Prælatorum omnium, tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium, conſilio & aſſenſu, de omnipotentia divina confiſi, auctoritate beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ac noſtra, ipſam catalogo ſanctarum Virginum duximus aſcribendam. Ideoque univerſitatem veſtram monemus & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus ſecundo Idus Auguſti, feſtum ejuſdem Virginis devote ac ſolemniter celebretis, & faciatis a veſtris ſubditis venerabiliter celebrari: ut ipſam habere mereamini apud Deum piam & ſedulam adjutricem. Et ut ad venerandum ejus ſepulcrum avidius & copioſius Chriſtiani populi confluat multitudo, ac celebrius ipſius feſtivitas præcolatur: omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad illud cum reverentia, in ejuſdem Virginis feſto, vel etiam infra ipſius feſti octavas annuatim acceſſerint, ipſius ſuffragia humiliter petituri; de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, unum annum & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Anagniæ XIV. *Kalendas Novembris, Pontificatus noſtri anno* 1.

Qui auctores de Clara ſcripſerunt.
Piſan. conf. 8.
Ant. tit. 24. c. 6.
Rodulph. fo. 132.
Surius ad 12. Auguſti.
Sedul. cit.

Quomodo depingitur.
An. 1251. n. 14.

Molan. lib. 3. de Imagin. cap. 31.

VII. Hæc ſunt quæ variis annorum temporibus, ex variis item Scriptoribus mihi dicenda erant de præclariſſima Virgine. Serium nihil prætermiſimus ex obſervatis apud Bartholomæum Piſanum, Antoninum, Rodulphum, Surium, & Sedulium. Conciones de eadem habuerunt, ſcripſeruntque optimi quique ex recentioribus & vetuſtioribus concionatoribus. Pingitur geſtare tabernaculum auguſtiſſimi Sacramenti, cujus aſſidua fuit cultrix; tum maxime quod ad præſentiam Dominici corporis Deum adorans cum Sororibus, Saracenos Imperatori Friderico II. Eccleſiæ hoſti militantes in Aſſiſii obſidione, jam Cœnobium ingreſſos vi precum exturbaverit, & tam a ſuo Monaſterio, quam Aſſiſio profligaverit, quod ſupra memoravimus, & annotavit Joannes Molanus.

VIII. Non ſolum ſanctæ Virginis Claræ gloriam pius Pontifex auxit

hoc

hoc anno, verum & ſancti Inſtitutoris Franciſci dignam venerationem omnibus Eccleſiarum prælatis commendavit ubique dilatandam, egregia addens ſancti Viri encomia, miris laudibus ſingulare illud ſacrorum ſtigmatum efferens privilegium, teſtimonium addens irrefragabile veritatis eorumdem a ſe viſorum, dum in minoribus conſtitutus familiarius ageret cum ſancto Patriarcha. Graviſſimas do litteras ex antiquis noſtris monumentis lectori, ſpondeo, valde placituras. *Firma. tract. 1. p. 1. f. 94.*

ALEXANDER &c.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis præſentes litteras inſpecturis & audituris, &c.

IX. *Benigna operatio divinæ voluntatis in cælo potens & innovans ſingula ſapienter, & immutans mirabilia ſuper terram, poſtquam Dei filius victor mortis ad Patrem, unde deſcenderat, vehiculo propriæ majeſtatis aſcendit, mirificæ fortitudinis viros ad conſummationem Sanctorum diverſis temporibus ſuſcitavit, a quibus teſtimonium ſpei gloriæ cum Chriſto, in Deo reconditæ, firmaretur: & Eccleſia ſanctæ ad promiſſam requiem feſtinandi in hoc peregrinationis exilio, quod tædioſa deſiderii ejus dilatione protrahitur, per ipſos conſolationis ſolatium perveniret. Inter alios autem diebus noſtris beatus Franciſcus almus Chriſti confeſſor apparuit, ſignis & virtutibus glorioſus, qui clariſſimus piæ vivendi meritis & exemplis ſanctam fœcundavit Eccleſiam, & caligantia præſentis ætatis tempora fulgoris ſui lampade illuſtrans, viam juſtitiæ perfecte præparans in eremo altiſſimæ paupertatis, quam ipſe currens & alacriter exultans contra carnem, mundum, & diabolum, velut gigas traxit poſt ſe de inferni faucibus, & traduxit ad Dominum populum humilem, bonorum operum ſectatorem: ſicut effuſa ſuper faciem orbis terræ copioſa profeſſionis ejus religioſa generatio patefacit. Ut autem ad illuminationem gentium celebris ejus memoria, tamquam rutilum ſydus in coruſco firmamenti myſtici æthere ſervaretur: multis eum divina potentia adhuc militantem inter homines, & demum in Sanctorum agmine triumphantem dignata eſt clarificare miraculis: quæ felicis recordationis Gregorius Papa prædeceſſor noſter, ne illa vel perverteret æmula ſanctitatis iniquitas, vel oblivionis digitus, qui rebus geſtis cito ſuperducitur, aboleſceret, ſolertiſſimis inquiſitionibus indagata, & comperta fideliſſimis documentis, fecit ad laudem Dei, & augmentum fidei, & inſtructionem ſalubrem tam præſentium, quam etiam futurorum monumentis perpetuis commendari: eumdem Confeſſorem Sanctorum catalogo aſcribendo: ſicut in plurimis locis liquido per ipſius prædictas litteras apparet, harum ſeriem explicite continentes. Porro quia longum eſſet nedum exarare per ſingula, verumetiam ſuccincta relatione perſtringere clara virtutis divinæ prodigia, quæ tam in operationibus ſanitatis, quam etiam in aliis mirabilibus argumentis probaverunt, eumdem Confeſſorem tenere cum Sanctis ſolium gloriæ in excelſis: ſignanter vobis ante oculos proponere volumus, recolenda frequentius, & vehementius admiranda illa ſaltem jucunda Dominicæ paſſionis inſignia: quæ in ejuſdem Sancti corpore, dum adhuc vitali ſpiritu foveretur, manus cæleſtis operationis impreſſit. Viderunt namque oculi fideliter intuentes, & certiſſimi palpantium digiti palpaverunt: quod in manibus ejus, & pedibus expreſſa undique ſimilitudo clavorum de ſubjecto pro-*

Inſigne reddit Pontifex teſtimoniū ſtigmatum S. Franciſci.

Encomia S. Franciſci.

Gregorius IX. miracula ſancti Franciſci fecit notari.

Præclarum de ſtigmatibus S. Franciſci teſtimonium.

propriæ carnis excrevit, vel de materia novæ creationis accrevit, quæ equidem Sanctus ſtudioſe ab oculis hominum, quorum refugiebat gloriam, dum viveret, abſcondebat. Inventa eſt patentius in ipſius defuncti corpore non inflicta humanitus, nec facta plaga vulneris lateralis, quaſi aliquid inſtar lateris Salvatoris, quod ſalvationis & redemptionis humanæ in Redemptore noſtro protulit Sacramentum. Quæ quidem plaga, ſicut quoſdam ex Fratribus ſibi familiariter adhærentibus, latere non potuit propter defluxum humoris, diu antea viruerat in vivente. Hæc igitur mira, & decora novæ demonſtrationis indicia magnæ debent eſſe devotionis divitiæ Chriſtianis, & inæſtimales religioſis deliciæ in ſpiritualibus communis Eccleſiæ orthodoxæ: cum ex his ſincera fides Chriſti accipiat, quod etiam illi poſſint eſſe paſſionis Chriſti ſine extrinſeco perſecutore conſortes, qui pro ejus amore carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis voluntarie crucifigunt. Sane de præfato Sancto hæc certius aſſerentes, indoctas fabulas, ſeu vanæ inventionis deliramenta non ſequimur, cum ea nobis dudum nota fecerit plenior fides rerum, quando videlicet in minoribus conſtituti, Confeſſoris ejuſdem familiarem ex munere divino meruimus habere notitiam, præfati prædeceſſoris noſtri domeſticis obſequiis tunc temporis inſiſtendo. Cum igitur oporteat cavere prudenter, ne tanta patrocinii gratia humano generi cælitus in memorato Confeſſore collata, in vacuum aſſumatur, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus ejuſdem Confeſſoris pretioſa merita, celebritate annua, prædicatione frequenti, & veneratione recenſentes, ad ipſius devotionem, gratiæ divinæ memoriam ſubditos veſtros celebribus monitis excitetis, ut eo pro univerſo fidelium populo, ac præſertim pro his, qui ſe invocarint, divinam miſericordiam implorante, mereantur ſupplices, quod operum poſſibilitas obtinere non poteſt, ejus interceſſionibus impetrare. Nemo itaque eidem Sancto audeat de cetero eſſe moleſtus, in corpore ſuo Chriſti triumphalia ſtigmata præferenti. Si quis igitur ſpiritu temerariæ præſumptionis inſaniens, divini muneris invidus, Apoſtolica indicia ſacrilegus impugnator, præmiſſa vel alia prodigiorum ſigna, quibus in Eccleſia Dei ſanctitas prædicti Confeſſoris eluxit, improbæ contradictionis morſibus obtrectanda crediderit: volumus & mandamus, ut eum ſanæ menti reſtituat judicialis ſeveritas diſciplinæ; ita quod diſtricta proprii Prælati caſtigatione correctus, Dei opera blaſphemare dediſcat, & fidei catholicæ fructus de pia mirabilium Domini credulitate pullulans, non areſcat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, confirmationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Anagniæ IV. *Kalendas Novembris, Pontificatus noſtri anno* I.

De vulnere laterali.

Nota hæc ipſi Pontifici.

Excitandi fideles ad reverentiam horũ ſtigmatum.

Gal. 6. 17.

X. Addidit ad hæc Alexander commendationem magnam Montis Alvernæ, in quo hæc inflicta ſunt vulnera, ſuſcipiens locum in ſuam protectionem, jubenſque ut nullatenus eum Fratres derelinquant, ſed aliqui incolant perpetuo.

Digitized by Google

ALEXANDER &c.

Univerſis Miniſtris & Cuſtodibus, & Guardianis, ac ceteris Fratribus Ordinis Minorum.

Firma. 1. p. tract. 2. f. 13.

SI novæ militiæ militantis Eccleſiæ in laudem beati Franciſci, Jeſu victoris ſigniferi penſemus præconia, nec non & gaudia & jubilos triumphantis: ex animo nempe cogimur ejuſdem Sancti omnia pedum veſtigia, latibula montium, & cavernas terrarum cum reverentia, ut humana fragilitas ſinit, indagare ſollicite, & reperta cum omni reverentia venerari. Sane, o dilecti filii, celebrem illum vernantis Alvernæ montem, in quo ſublimatum corpus a ſublimiori animo non diſſenſit, cum ibi nimius amor interius in mente fervens, intuitu Seraph incaleſcens, incendii fervore prorupit exterius, decorans corpus in cruce ſplendidum ſuis margaritis, affectionis brachiis amplectimur, tot & tanta mirifica recolentes. Quem enim amicum æternæ ſalutis ille locus non delectet quamplurimum, ubi extremo jam inſtante ſeculi ſeneſcentis interitu, oſtendit exceſſus Regis militem regiis militaribus inſignitum, ut Regis aciem jam labentem, jamjamque ab hoſtibus fugientem defenderet: & certamen victorioſum triumphatoris ſuperni verbis, actibus, & hoſtes aggredientibus prædicaret. O quam ibi lugubria cordis ſuſpiria, & ex intimis cordis anxios ſingultus eduxit! O quoties felicem montis humum felicioribus lacrymarum rivulis madidavit, feliciſſimum pectus ſternens; & ſi certe interdum civium ſupernorum ordinum præſentia & ſolatio levaretur! O quoties in inferiorum militia mens ejus plena divinis inſtillationibus lætabatur! Nos igitur de tanti Patris orationibus confidentes, hunc tractum præfati montis in ſpecialem tutelam aſſumimus, cunctis noſtris viribus protegendum. Quocirca univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandantes, quatenus in prædicto loco, quem nulla ratione volumus deſtrui, vel ab Ordine derelinqui, Fratres aliquos ſtatuatis, qui jugem ibidem ſtatuant Domino famulatum. Datum Neapoli VI. *Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno* 1.

Commendatur mons Alvernæ.

Jubet ne a Fratribus deſtituatur.

XI. Ante ſuum diſceſſum ab Urbe Parthenopæa ſcripſit ad Generalem & Patres Ordinis Prædicatorum, ut propter ſervandam pacem & caritatem inter utrumque Sodalitium, nullatenus Minores vel eiſdem ſacramento obligatos, ad ſuam ſocietatem reciperent. Tenor litterarum ita ſe habet.

Dilectis filiis Magiſtro & Fratribus Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Firm. ibid. fol. 132.

QUo vos in Chriſto ſinceriori caritate diligimus, eo plenius ut in cunctis providi ſitis & vigiles affectamus: turbationis non modicæ ſpiritum aſſumentes, ſi de vobis quandoque contrarium ad nos relatu perveniat aliquorum. Sane admirantes accepimus, quod vos, non abſque offenſa rectitudinis, quæ in veſtris debet actibus haberi continue ſpecialis, Fratres Minores, & eorum Ordini obligatos, frequenter ad veſtrum recipitis, unitatem ſpiritus in pacis vinculo non ſervantes. Verum cum ex hoc ſciſſuræ poſſit & ſcandali exoriri materia, quæ ſolatium pacis æternæ quærentibus debet omnibus modis exiſtere peregrina, Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in vir-

Jubet ne Minoribus adſtrictos admittant Prædicatores.

Epheſ. 4. 3.

virtute obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus tam Fratres eoſdem, quam eorum Ordini voto, vel juramento etiam obligatos, nullatenus de cetero, prætextu indulgentiæ alicujus, ſeu aliquarum litterarum obtentarum a Sede Apoſtolica, vel etiam obtinendarum in poſterum, quæ de præſentibus expreſſam non fecerint mentionem, niſi prius petita Miniſtri ſui fuerit, & obtenta licentia, recipere præſumatis. Alioquin decernentes irritum & inane, quidquid per vos in hac parte contra præceptum noſtrum contigerit attentari, præſentium auctoritate ſtatuimus, ut hujuſmodi præſumptores incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto, a qua nequaquam abſolvi valeant, niſi ſe apud Sedem Apoſtolicam perſonaliter repræſentent, ab ea ſicut viſum fuerit, abſolvendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Neapoli XI. *Kalend. Junii, Pontificatus noſtri anno* 1.

XII. Turbas aliquas vel pacis rupturas inter utrumque Ordinem tunc exortas, ex his litteris colligendum, quibus ut mederentur utriuſque Inſtituti Præfecti generales, ſerius de reſtauranda pace, & ſtabilienda fraternitate egerunt ad invicem Mediolani, inde ſcribentes communi nomine hanc epiſtolam encyclicam ad ſui nominis ſectatores. Eam ex-
Rodulphus corrigitur. ſcripſimus ex Chronicis MSS. Mariani, ſed & excuſam habet Rodulph. lib. 2. ſuæ hiſtoriæ; at errat pro Joanne Parmenſi præfigens Bonaventuram, qui hoc anno (ſub quo ex fine epiſtolæ, ex Chronicis Prædicatorum, 1. p. lib. 2. cap. 49. conſtat datam fuiſſe) adhuc non erat Miniſter Generalis. Verum eſt iterum fuiſse renovatas & publicatas has litteras anno MCCLVI. quo electus eſt Bonaventura in ſupremum Ordinis Præfectum, ut prædicta habent Chronica Prædic. lib. 3. cap. 23.

Cariſſimis & dilectis in Chriſto Jeſu Fratribus Prædicatoribus & Minoribus, per univerſum orbem diffuſis. Frater Humbertus eorumdem Prædicatorum Magiſter Generalis, & frater Joannes Parmenſis eorumdem Fratrum Minorum Generalis Miniſter, univerſis ſalutem: in ſancta vocatione digne & laudabiliter ambulare.

Salvator ſeculi, qui amat animas, & neminem vult perire, poſt primam humani generis ruinam, ad ejuſdem reparationem multimodam,
Præfecti Prædic. & Minor. ſuos exhortantur ad mutuam caritatem. Gravia encomia utriuſque Religionis. *remedia per miniſtros varios generationibus ſingulis adhibens inceſſanter; noviſſime diebus iſtis in fine ſeculorum duos noſtros Ordines in miniſterium ſalutis, prout indubitanter creditur, ſuſcitavit, vocans ad eos viros non paucos, & ditans eos donis cæleſtibus, per quod non ſolum ſuam, ſed aliorum efficaciter poſſent operari ſalutem, verbo pariter, & exemplo. Hi ſunt (ut ad gloriam Dei loquamur, non noſtram) duo magna luminaria,*
Geneſ. 1. 16. *quæ lumine cæleſti ſedentes in tenebris & umbra mortis, ubique terrarum*
Num. 10. 2. *illuminant, & miniſtrant. Hi ſunt duæ tubæ veri Moyſis, Chriſti Dei noſtri, quorum miniſterio multitudinem populorum jam ad ſuum principium convocavit. Hi ſunt duo Cherubin, pleni ſcientia, mutuo ſe reſpicientes,*
Exod. 25. 18. *dum idem ſentiunt, & alas ſuas extendentes ad populum, dum ipſum verbis & exemplis protegunt, & diſcurrunt ſecundum obedientiæ volatum ſuper*
Cant. 4. 5. *omnem populum diſſeminare ſcientiam ſalutarem. Hi ſunt duo ubera ſpon-*
Zach. 4. 14. *ſæ, ex quibus parvuli in Chriſto lac ſugunt, quo nutriantur, & augmenta recipiant in ſalutem. Hi ſunt duo filii olivæ ſplendoris, qui aſſiſtunt domina-*

Digitized by Google

natori univerſæ terræ, prompti ad ejus imperium, quocumque voluntas ejus eos duxerit, ſuam legationem implere. Hi ſunt duo teſtes Chriſti, qui ſaccis amicti jam prædicant, & teſtimonium perhibent veritati. Hi ſunt illæ duæ ſtellæ lucidæ, quæ ſecundum Sibyllinum vaticinium habent ſpecies quatuor animalium, in diebus noviſſimis nomine Agni vociferantes in directione humilitatis, & voluntariæ paupertatis. Quid plura? Quis enim enumerare plene valeat ſacros binarios, qui his ſacris Ordinibus poſſunt coaptari, dum digne, quæ ad ſuam creationem pertinent, exequuntur.

Apoc. 11. 3.

Vide Apparatum noſtrum ad Annales §. 2. n. 2.

Quare duplicem ordinem Deus produxit.

Non caret autem ratione binarii hujus productio, ſi quis excutiat diligenter. Noluit ſiquidem illa ſapientia, quæ prudenter in certo numero cuncta fecit, unicum Ordinem producere, ſed duos inſimul: ut emolumentum ex ſocietate mutua tam ipſis, quam aliis proveniat. Ipſis quidem dum in calore ſancto ſeſe mutuo confoverent, dum contra inſurgentes ſe alterutrum adjuvarent, dum ſancta æmulatione ad meliora ſe invicem provocarent; aliis vero, quorum ſaluti daturi erant operam, dum virtus duplicata reperitur magis efficax in opere ſalutari: dum quod uni deeſſet, ex ſui perfectione abundanter reperiretur in altero. Dum teſtimonium, quod perhibituri erant veritati: ex ore duorum, tamquam verius, & credibilius redderetur.

Eccl. 4. 9.

Exhortatio ad majora.

Penſate, dilectiſſimi, penſate quanta debet inter nos dilectionis ſinceritas abundare, quos eodem tempore genuit mater Eccleſia. Quos ad id opus, ſalutem ſcilicet animarum, communiter operando, æterna caritas ordinavit. Quos profeſſiones in modico differentes ſic aſſimilant, tamquam Fratres nos intime diligamus. Denique quomodo veri diſcipuli cognoſcemur, niſi dilectionem habuerimus ad invicem evidenter? Quomodo caritatem illam mutuam, quæ ante omnia ab omnibus eſt habenda, prædicationibus noſtris aliorum cordibus inſeremus, ſi læſa vel devians reperiatur in nobis? Quomodo ſtabimus contra perſecutiones imminentes, ſi inter nos perturbatione aliqua dividamur?

1. Pet. 4. 8.

Primitiva caritas utriuſque Ordinis.

O quantum exemplum mutuæ caritatis & pacis requirunt a nobis Patres noſtri ſanctus Franciſcus & beatus Dominicus, ceterique Fratres noſtri primitivi, qui ſic in vita ſua ſe tenere dilexerunt: tamque ſinceræ caritatis indicia oſtenderunt, videndo ſe ſicut angeli Dei, ſuſcipiendo ſe invicem ſicut Chriſtus, honore invicem præveniendo, in profectu mutuo congaudendo, alternis ſe præconiis extollendo, utilitates mutuas promovendo fideliter, a ſcandalis & turbationibus alterutris cavendo cum ſumma diligentia. Et (quod antiquus vidit & invidit hoſtis) quanta efficacia populi, quanta utilitas noſtra, quanta materia glorificandi Deum, ex ſupradictæ caritatis glutino ſequebatur? Vidit hæc proculdubio, & invidit leo iratus, & conatur caritatem antiquam ſuis machinationibus perturbare. Cavete benedicti Domini, cavete, ne quando glorietur & dicat; Prævalui adverſus eos, *quia recedentes a Patrum veſtigiis, jam ſecundum aſſuetam non ambulant caritatem. Inveniat nos ille nequam viros, viros virtutum, ſibi viriliter reſiſtentes in defendendo pretioſiſſimam ſubſtantiam prædictæ caritatis relictam a Patribus, & omni cuſtodia obſervandam. Quod ut fiat, implorandum eſt adjutorium Altiſſimi, quod numquam deſerat nos contra hoſtes, & cavendum ab omnibus diligenter, quæ turbare poſſent illam, quam ad invicem habemus, caritatem.*

Rom. 12. 10.

Pſal. 12. 5.

A quibus cavendum ut ſervetur pax.

Proinde cavendum eſt, ne noſtrum aliquis propriam adeo ſequatur commoditatem, quo cum gravi turbatione aliorum loca nimis notabiliter eis vicina recipiant, ſed potius ſecundum legem amicitiæ, damnum proprium propter amicum diligant in hoc caſu. Et rurſus cavendum, ne propter iniquitatem aliorum, alii ſic ſe abominentur, quod hoſtilitas inter nos, non fraternitas videatur. Cavendum eſt iterum,

ne

ne conceptum tranſeundi ad alterutrum noſtrorum Ordinum, quem aliquis invenerit in aliquo, debilitet, vel exinguat zelo ipſum attrahendi ad ſuum Ordinem, ſed potius inceptum propoſitum foveat, & confirmet. Item ne familiares & benefactores alterius Ordinis aliquis a ſua devotione audeat avertere, & ad Ordinem ſuum convertere, ut ad alterutrum Ordinem derivetur fructus devotionis hujuſmodi, qui alii proveniret. Item ne loca, quæ aliqui pro domibus conſtruendis accipere proponunt, præſentientes hoc alii, caute ſurripiant, alios excludendo. Item ne eleemoſynas, quas devotio fidelium aliquibus facere proponit, alii impediant, ut ipſi habeant; ſed potius cum interſunt teſtamentis, aut aliis negotiis, bona fide ſint memores aliorum, pias ſubventiones aliis fieri procurando. Item ne alii ſermones impediant aliorum, vel auditores ſubtrahant, aut ipſos ſermones ſibi ſubripiant alternatim. Quæ enim eſſet caritas ſubtrahere perſonas? ſubtrahere animos? ſubtrahere loca? ſubtrahere ſermonem? cum ſecundum caritatis re-
1. Cor. 10. 24. gulam, non quæ ſunt noſtra, ſed quæ ſunt alterius, ſuadente Apoſtolo, quærere debeamus. Cavendum eſt, ne quis noſtrum ſic Sanctos ſuos, ſic ſtatum ſuum imprudenter extollat, quod in aliorum depreſſionem laus taliter fieri videatur. Item ne quis obloquatur de aliis, non ſolum coram multis in publicum, ſed nec in clanculo coram externis, nec inter Fratres proprios in ſecreto. Item ne ſi ſiniſtrum aliquid alii ſciverint, aliis denudent, ubi nulla eſt utilitas, nec fructus: ſed potius ſic culpabiles, caritative corripiant, vel oſtendant correctoribus eorumdem. Quis enim neſciat quantum per hujuſmodi depreſſiones, obloquutiones, criminationes lædatur caritas, imo procul pellatur ab omni genere amicorum? Cavendum inſuper, ne quis mala ſibi relata de aliis, facta vel dicta, vel injuriam aliorum leviter credat, vel hujuſmodi inter Fratres ſuos referat, & referendo aggravet, corda Fratrum concitet, & ſic in eis caritatem concutiat, in quibus potius fuerat confir-
Gal. 5. 22. manda. Cavendum præterea, ne noſtrum aliqui, ſi læſi fortaſſe fuerint interdum ab aliis minus juſte, patientiæ, quæ de caritate producitur, obliti, ſic ſuam oſtendant impatientiam, quod propter unius vel paucorum ſtultitiam, contra alterius, vel aliorum Fratrum innocentiam moveantur. Illud autem omnino cavendum, ne Fratres, qui in ſe abhorrent hæc & ſimilia, in aliis diſſimulent, ſed potius ſi tale quid viderint in aliquo, zelo ſancto ſuccenſi, ſtatim fraterna correctione utantur, vel per illos, quorum intereſt, corrigi faciant hujuſmodi delinquentes. Illos autem qui curam habent aliorum, ſuper omnes reprehenſibiles judicantur, ſi in prædicta correctione fuerint negligentes. Obſecramus igitur fraternitatem veſtram per caritatem, quæ Deus eſt: ut ab hujuſmodi & ſimilibus offendiculis ſollicite præcaventes, ſectemini diligenter quæcumque valere poſſunt ad pacem noſtram, & mutuam in Domino caritatem, & indiſſolubilem unitatem. Scientes quod uterque noſtrum pleno corde, vult & deſiderat, plene hæc a ſuis ſubditis obſervari fideliter, & tranſgreſſores, tamquam inimicos unitatis & pacis, a ſuis correctoribus corrigi diligenter, & digne, ſecundum ſuorum exigentiam meritorum. Et proponimus contra correctionem hujuſmodi opportuno tempore non inveniri deſides, vel remiſſi: ſed invigilare cum zelo non modico & fervore. Hæc autem vobis ſcripſimus, ut exhortationis paternæ debitum, quod ore non poſſumus, ſaltem ſcripto, vobis omnibus redderemus & incitaremus corda veſtra, de quorum bona voluntate plenam habemus fiduciam ad id, quod Ordinibus nobis commiſſis perutile reputavimus ſuper materiam prædictam, & in extremo judicii examine, cum de vobis nos oportebit reddere rationem, noſtras poſſimus animas liberare.

Ne

Digitized by Google

Ne autem per ignorantiam & oblivionem circa ſupradicta Frater aliquis de Ordine poſſit ſe aliquatenus excuſare , injungimus vobis omnibus Provinciarum Rectoribus , quatenus circa iſta de confirmanda caritate inter vos , litteras has , vel conſcriptum ſub ſigillo noſtro faciatis legi per omnes Conventus Provinciæ vobis commiſſæ . Et excluſis novitiis & Fratribus illiteratis , exponi vulgariter , & in domibus ſingulis ad horum habendam memoriam retineri . Valete in Domino . Datum Mediolani . . . . . Anno Domini MCCLV.

Legendæ hæ litteræ per omnia Monaſteria .

XIII. Nonnulli Epiſcopi & alii Prælati Ducatus Spoletani , & Patrimonii, non obſtante revocatione Alexandri , qua irritum voluit , quod contra regularium privilegia ſtatuit ſuus prædeceſſor Innocentius, circa prædicandum verbum Dei , & confeſſiones excipiendas , fuerunt Minoribus valde moleſti , atque in aliis pleriſque rebus eoſdem gravare non ceſſabant in animarum ſuarum periculum , Fratrum injuriam , & ſcandalum plurimorum . His ut obviaret Pontifex , graves dedit ad eoſdem litteras , in quibus quam intimo habuerit corde Fratrum patrocinium lector perſpiciet ,

Præcipit Pont. ne amplius moleſtentur Minores .

Venerabilibus Fratribus Spoletano , & Aſsiſinen. Epiſcopis &c.

QUædam ab Apoſtolica Sede tempore felicis recordationis Innocentii Papæ prædeceſſoris noſtri litteræ proceſſerunt , in quibus ipſe univerſis Religioſis , cujuſcumque profeſſionis , vel Ordinis exiſterent , diſtricte in virtute obedientiæ injungebat , ut parochianos alienos diebus dominicis & feſtivis non reciperent in ſuis Eccleſiis , ſeu Oratoriis temere ad divina : nec ipſos ullatenus ad pænitentiam admitterent , ſine ſuorum licentia ſacerdotum : nec eis in ſuis prædicarent Eccleſiis ante miſſarum ſolemnia , pro quibus audiendis prima diei parte iidem Parochiani conſueverunt , & debent in ſuis Eccleſiis convenire : neque ſermones etiam ſolemnes facerent illa hora , ſed neque ad prædicandum ſolemniter ad parochias alienas accederent , niſi eſſent ab eorum ſacerdotibus invitati , vel ſaltem niſi ſe ad id humiliter peterent & obtinerent admitti , nec ea die qua diæceſanus Epiſcopus , vel alius loco ejus prædicaret ſolemniter , maxime in Eccleſia Cathedrali , aliquis ipſorum in eadem Civitate , vel loco præſumeret prædicare : ſi vero in caſu licito parochianum alterius eos in ſuis Eccleſiis recipere ad ſepulturam contingeret : omnium , quæ obtentu conſequerentur hujuſmodi ſepulturæ , portionem canonicam , etiam non requiſiti infra octo dies a tempore receptionis eorum , Epiſcopo vel ſacerdoti , de cujus Parochia mortuus eſſet aſſumptus , exhibere curarent . Si autem aliquis religioſorum hujuſmodi præcepti tranſgreſſor contra prædicta , vel aliquod prædictorum venire præſumeret : præter inobedientiæ vitium , & excommunicationis ſententiam , quam eum incurrere voluit ipſo facto , gradus ſui periculo ſubjaceret . Et nihilominus a Diæceſano ad præmiſſa univerſa , & ſingula obſervanda per cenſuram Eccleſiaſticam , appellatione poſtpoſita , diſtrictius cogeretur , nullis eis contra hoc indulgentiis , vel privilegiis Apoſtolicis valituris . Verum quia ſuper præmiſsis litteris cogitare attentius ac ſtudioſius deliberare proponimus , pacis commodum & quietis ſolatium Eccleſiis , & perſonis Eccleſiaſticis potiſsime cupientes , præfatas litteras , & ſi quæ aliæ ſuper prædictis , vel eorum aliquo contra præfatos religioſos , vel aliquos ex ipſis generaliter vel ſpecialiter , præter formam communem & ſolitam proceſſere : ac man-

Specul. Minor. tract.2. f.26.

mandata ſeu præcepta facta in eis, vel earum auctoritate duximus penitus revocanda; Venerabilibus fratribus noſtris univerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & ceteris perſonis Eccleſiaſticis tam ſecularibus, quam regularibus cujuſcumque Ordinis vel profeſſionis exiſterent, noſtris dantes litteris in mandatis, ut per hujuſmodi litteras, vel occaſione mandatorum, ſeu præceptorum aut ſententiæ, quæ continent, nihil prorſus agerent: cum nullam ex tunc haberent efficaciam, vel vigorem. Sed ſicut intelleximus, nonnulli Epiſcopi & Prælati Ducatus Spoletani, & Patrimonii, deliberatione noſtra ſuper præmiſſis litteris nullatenus expectata, dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum poſt hujuſmodi revocationem noſtram, inhibere generaliter, vel ſpecialiter præſumpſerunt, ne in locis ſuæ juriſdictionis prædicent, niſi licentiam ab eis ſuper hoc habuerint ſpecialem: & hi quibus conceſſa fuerit hujuſmodi licentia, teſtimonialibus litteris de hoc oſtendant ſe munitos: excommunicationis comminantes ſe laturos ſententiam tam in prædicantes, quam in audientes, ſi ſecus extiterit attentatum. Volunt etiam quod illi, quibus prædicandi concedunt licentiam, de hujuſmodi comminatione ſententiæ frequenter in ſuis prædicationibus faciant mentionem. Inhibent quoque parochianis ſuis, prædictis Fratribus ſua confiteri peccata, ne hac occaſione ad ipſos accedere: & Fratribus ne aliquos in ſuis Eccleſiis recipere ad divina præſumant. Quidam inſuper parochiales ſacerdotes eoſdem Fratres gravare, & moleſtare non ceſſant in animarum ſuarum periculum, ipſorum Fratrum injuriam, ac ſcandalum plurimorum. Cum igitur memoratum Ordinem pro eo maxime, quod fuit nobis in minori tunc officio conſtitutis, ab Apoſtolica Sede commiſſus, caritate præcipua diligamus: & Fratres ejuſdem Ordinis, tamquam prædilectos & ſingulares filios intra mentis ubera carius amplexamur: iidemque Fratres firmarint in nos, utpote in ſpecialem patrem, totius reverentiæ ac devotionis affectus, propter quod conſtanter in animo gerimus ipſos & eumdem Ordinem Apoſtolicæ benevolentiæ affluentia confovere: eiſque continue adeſſe præſidiis opportunis: nos pati nolentes, quod aliquid attentetur in ipſorum Fratrum præjudicium, & gravamen, hujuſmodi inhibitiones per prædictos Prælatos & ſacerdotes, ſeu per quoſcumque alios factas, necnon ordinationes quaslibet, & quoſcumque proceſſus contra Fratres ipſos, & eorum Ordinem poſt prædictam revocationem noſtram habitos, auctoritate Apoſtolica duximus revocandos, ac reducentes prædictos Fratres in eum ſtatum, in quo priuſquam prædictæ ipſius prædeceſſoris manarent litteræ, fuiſſe noſcuntur: decernimus irritum & inane quidquid per quemcumque in ipſorum præjudicium hactenus extitit, vel extiterit de cetero antequam ſuper prædictis declaraverimus litteris, attentatum. Ideoque fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa omnia in locis, in quibus expedire videritis, ſolemniter per vos, vel per alios denunciare curetis, non permittentes, prædictos Fratres eorumque Ordinem contra hujuſmodi revocationem & conſtitutionem noſtram ab aliquibus moleſtari: moleſtatores & contradictores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: non obſtante conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali: Quod ſi non ambo his exequendis poteritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Laterani II. *Idus Septembris, Pontificatus noſtri anno* I.

Meminit ſe Ordinis fuiſſe Protectorem.

Inſtituuntur Prædic. & Minores Inquiſitores in Francia.

XIV. Priori Provinciali Prædicatorum in Francia, & Guardiano Mi-

Minorum Pariſien. ad inſtantiam Ludovici Regis, onus impoſuit in hæreticos inquirendi per univerſam Galliam, ejuſque diſtrictum, exceptis terris Comitis Pictavii & Toloſæ. Amplam eis per has litteras fecit in hoc genere poteſtatem.

Priori Provinciali Fratrum Prædicatorum in Francia, & Guardiano Fratrum Minorum Pariſien.

PRæ cunctis mentis noſtræ deſiderabilibus, Catholicæ incrementum fidei affectantes, nimio utique dolore replemur, cum audimus aliquos vel ſentimus ad illius depreſſionem, quacumque malignitate ſatagere, vel damnabilibus ipſam depravando reprehenſionibus, aut detractionibus, & abrogabilibus derogando, ſeu commentis eamdem mendacibus pervertendo, ad quorum iniqua ſternenda molimina eo animoſius aſpiramus, quo in animarum ſtragem pernicioſius eos cognoſcimus conſpirare. Unde quia in aliquibus partibus Regni Franciæ adeo infidelitatis error invaluit, quod ibi quamplurimi a via veritatis prorſus averſi, euntes per devium falſitatis peſtiferas ad concutiendum orthodoxæ murum fidei machinas conſtruebant, molientes ipſum fallacium argumentationum impulſibus demoliri; Sedis Apoſtolicæ diligentia contra talium doloſam aſtutiam, ne diffuſus ſerperet morbus iſte, remedium adhibuit opportunum, inſtituens illic viros idoneos, quorum honeſta converſatio exemplum tribueret puritatis; & erudita labia doctrinam funderent ſalutarem, ut ſacro ipſorum miniſterio præfatæ partes ab hujuſmodi contagio purgarentur. Et licet horum ducatu homines partium earumdem, in rectam ſemitam ſint directi, & per hoc multis ſit ibidem periculis obviatum, cupientes tamen anxie, ut negotium inibi fidei jugi profectu, eliſis omnibus erroribus, fortius convaleſcat, vigilare ad hoc per nos & alios, prout ſolertius poſſumus, non ceſſamus: & modo circa id ipſum eo ſtudemus attentius, quo cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Illuſtrem Regem Franciæ ferventiorem ſentimus, ad idem negotium efficaciter promovendum. Quare habita deliberatione, providimus ibidem ad præſens perſonas aliquas circumſpectas pro tanto negotio deputare. Quia igitur de ſollicitudine, prudentia, & induſtria veſtra firmam in Domino fiduciam obtinemus, nos tamquam inter alios præelectos, in prædicto Regno ad inſtantiam præfati Regis ad hoc duximus deputandos: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandantes, ac in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus in caritate Dei, hominum timore poſtpoſito, virtutem ſpiritus induentes ex alto, Inquiſitionis officium contra hæreticos ad extirpandum de Regno ipſo, ejuſque diſtrictu hæreticam pravitatem, exceptis terris dilecti filii nobilis viri Pictavii, & Toloſæ Comitis, in quibus fidei negotium certis perſonis ſpecialiter eſt commiſſum, ſub ſpe mercedis æternæ totis aſſumentes affectibus, ſic efficaciter proſequi ſtudeatis, ut per ſollicitudinis veſtræ prudentiam de prædicto Regno ac ejus diſtrictu radix iniquitatis hæreticæ ſuccidatur, & vinea Domini, exterminatis vulpeculis, quæ perverſis moribus demoliuntur, eamdem, fructus afferat catholicæ puritatis; facientes vobis quaternos & alia ſcripta, in quibus inquiſitiones factæ contra hæreticos, & proceſſus contra ipſos habiti continentur, a quibuslibet detentoribus aſſignari. Si quos autem de pravitate prædicta culpabiles inveneritis, vel infectos, ſeu etiam infamatos, contra ipſos, niſi examinati abſolute velint mandatis Eccleſiæ obedire, necnon & receptatores, defenſores, & fautores eorum, juxta ſanctiones canonicas, auctoritate Apoſtolica, hominum metu divino timo-

Reg. Vatic. epiſtol. 752.

Plurimi hæretici in quibuſdā partibus Galliarum.

timori poſtpoſito, procedere procuretis, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis: contradictores & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus aliquibus litteris, ad quoſcumque alios, exceptis locorum diœceſanis, ſuper hujuſmodi negotio ab Apoſtolica Sede directis, quas auctoritate præſentium revocamus; nec tamen prætextu commiſſionis ſpecialiter eiſdem diœceſanis ſuper hoc factæ proceſſum veſtrum in eorumdem Civitatibus, e diœceſibus volumus impediri. Nec per hoc quod fidei negotium generaliter in præfato Regno vobis committimus, commiſſiones a præfata Sede ipſis factas, ſi forſan illarum, vel ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus revocare. Si vero aliqui ex hæreticis ipſis, hæretica labe penitus abjurata, redire voluerint ad eccleſiaſticam unitatem, eis juxta formam Eccleſiæ, abſolutionis beneficium impendentes, injungatis eiſdem, quod injungi talibus conſuevit. Proviſo ſolerter, ne ſimulata converſione, redeant fraudulenter ad vomitum, & vos, immo potius ſeipſos fallentes, ſub agni ſpecie gerant lupum. Ut ergo commiſſi vobis officii debitum liberius exequamini, committendi citationes, teſtium examinationes cum de prædicto crimine, ac ipſius circumſtantiis duxeritis inquirendum, & ſententiarum denunciationes, quas in quoslibet hac de cauſa tuleritis, plenam vobis concedimus facultatem. Non obſtante, ſi Religioſis quibuſlibet, quod cauſarum vel negotiorum commiſſiones minime teneantur ſuſcipere, quodque excommunicari vel interdici aut ſuſpendi nequeant a Sede Apoſtolica ſit indultum. Sed quia in tam gravi crimine cum multa oporteat cautela procedi, ut in reos ſine ullo proferatur errore, dure ac digne ſeveritas ultionis, volumus & mandamus, ut vos, vel quos ad hoc duxeritis deputandos, in examinatione teſtium, quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis vobis duas religioſas & diſcretas perſonas, ſub quarum præſentia per viros idoneos fideliter eorum teſtium depoſita conſcribantur. Ceterum cum aliqui fuerint judicandi hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro hujuſmodi crimine infligenda; ad id de Diœceſanorum vel Vicariorum ſuorum, ſi ipſi, Diœceſanis abſentibus, præſentes fuerint, conſilio procedatis, ut in tantæ animadverſionis judicio non poſtponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verum ut prædicta poſſitis utilius & liberius exercere, vobis largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videritis, omnibus pœnitentibus, & confeſſis, qui ad veſtram convocationem propter hoc faciendam, acceſſerint, plenam tenore præſentium concedimus facultatem. Vobis ſiquidem pro hujuſmodi negotio laborantibus, & omnibus perſonaliter vobis aſſiſtentibus in eodem, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ ſuccurrentibus Terræ ſanctæ in generali Concilio eſt conceſſa. Illos vero, qui ad impugnandum hæreticos, fautores, & receptatores, ac defenſores eorum vobis ex animo auxilium, conſilium præſtiterint, vel favorem, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, tres annos de injuncta ſibi pœnitentia relaxamus, & ſi qui ex iis in proſecutione hujuſmodi negotii forte deceſſerint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compeſcendo quoque, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, prædicatores quæſtuarios a prædicationis officio, quod ad ipſos nullatenus pertinet, quorum intereſt tantum caritativa ſubſidia ſimpliciter petere, ac indulgentiam, ſi quam forte habeant, exponere, liberam vobis tribuimus facultatem. Quod ſi non ambo, &c. Datum Laterani Idibus Decembris, anno 1.

Digitized by Google

XV. Non minus ampla conceſsa auctoritas fratri Ruffino Pontificis Pœnitentiario, & Capellano per Octavianum Ubaldinum Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Via-lata, Innocentii Legatum per omnem Lombardiam, & Venetias, Alexandri vero per Regnum Siciliæ. Huic ob rerum agendarum peritiam, vices ſuas commiſit, Vicariumque generalem conſtituit, quod Pontifex approbavit, multis ad eum datis litteris circa negotia ſpecialia. Virum vocat *magni conſilii* in litteris confirmationis, quas hic ſubminiſtramus, ceteras dabit Regeſtum hujus tomi.

Ruffinus Minorita cóſtituitur Vicarius generalis regni Siciliæ.

Fratri Ruffino de Ordine Fratrum Minorum, Cappellano, & Pœnitentiario noſtro.

Cum dilectus filius noſter Octavianus, ſanctæ Mariæ in Via-lata Diaconus Cardinalis, in Regno Siciliæ Apoſtolicæ Sedis Legatus, tibi, quem tamquam virum magni conſilii, ad partes Siciliæ & Calabriæ ad præſens tranſmittimus, vices ſuas in partibus eiſdem commiſerit, conſtituendo te ibidem ſuum Vicarium generalem: Nos commiſſionem hujuſmodi velut per nos factam, ratam & gratam habentes, diſcretioni tuæ præſentium auctoritate concedimus, ut ſi aliquando te occaſione aliquorum negotiorum contigerit occupari, ea quæ tibi prætextu hujuſmodi commiſſionis incumberent, poſſis, juxta tuæ diſcretionis arbitrium, committere perſonis idoneis exequenda. Datum Neapoli IV. *Kal. Febr. anno* 1.

XVI. Scripſit fratri Bartholomæo de Bohemia, ut in Polonia, Bohemia, Moravia, & Auſtria tam per ſe, quam per alios ſui Ordinis Fratres, verbum Crucis prædicaret contra Lithuanos, & Jentueſones, Paganos, Poloniam & finitimas Provincias hoſtiliter invadentes.

Alteri in Bohemia magna injunguntur.

Fratri Bartholomæo de Bohemia Ordinis Fratrum Minorum.

Nuper ad audientiam noſtram pervenit, quod Lituani, & Jentueſones, ac nonnulli alii Ethnici, qui Romanam Eccleſiam numquam matrem ſuæ profeſſione fidei agnoverunt, vires exacuunt contra ipſam, dum iidem Chriſtianorum finitimas regiones, videlicet Poloniam, & quaſdam alias vicinas Provincias hoſtiliter invadentes, multos ex populo Chriſtiano morti, & infinitos captivitati dederunt, non parcendo ſexui, neque ætati; & nec adhuc fidelium ſaturati cruore, ad impugnandum cum aliis Paganis & infidelibus Poloniam, & regiones finitimas, conflatis in unum viribus ſe accingunt: propter quod nos gravi dolore confodimur, & ſuper tanta ſtrage fidelium paterno compatientes affectu, remedia per quæ tantis obvietur periculis, ſollicite cogitamus. Nos igitur de circumſpectione tua nobis a pluribus, & in pluribus commendata, plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatenus tam per te, quam per Fratres tui Ordinis, quos ad hoc idoneos eſſe cognoveris, in Polonia, Bohemia, Moravia, & Auſtria, contra prædictos Paganos prædices, & prædicari facias verbum Crucis, conceſſa per nos auctoritate noſtra illis Chriſtianis earumdem partium, qui contra infideles eoſdem, Crucis aſſumpto ſignaculo, ſe duxerint accingendos, ſuorum venia peccatorum, quæ dari conſuevit euntibus in Terræ ſanctæ ſubſidium. Datum Anagniæ VIII. *Idus Auguſti, anno* 1.

XVII. Duos invenio hoc anno in Regeſto Pontificio Epiſcopos Mino-

Digitized by Google

Fr. Raynerius Epiſcopus Mainæ.

noritas, Raynerium unum, Antiſtitem Mainæ, Pauſaniæ, & Ptolomæo Leuctrum Laconicæ; urbs eſt in Peloponeſo ad ſinum Meſſeniacum. Peculiaribus eum favoribus hoc anno Pontifex affecit, atque illo præ ceteris, ut occupatis per infideles ſuæ Eccleſiæ proventibus & redditibus, propter diſcrimina bellorum quæ tunc vigebant, poſſet in Italia vel alibi vitam ducere, dum impedimenta redeundi durarent. Albertum alterum ex Lectore Theologiæ electum Tarviſinum, quæ Civitas Venetorum eſt, ſub Archiepiſcopo Aquilejenſi. Aliqualis fuit inter electores diſcordia, quam Albertus ſopire voluit, ſponte renunciando poſtulationi de ſe celebratæ, omnique juri, ſi quod exinde ſibi acquiſitum fuerat, & humiliter ſupplicando, ut paupertatis ac humilitatis ſanctum propoſitum, quod longo jam tempore fuerat amplexus, proſequi permitterent. Viſum tamen eſt Pontifici & Cardinalibus, eum magis idoneum neceſſarium que illi Eccleſiæ, quam ut exaudiri deberet. Multam ejus indolem probataſque virtutes refert ſuis in litteris Pontifex, quas hujus tomi dabit Appendix. In Urbe Vincentia ortum celebrem fuiſſe Doctorem docet Epitaphium hoc incultum ejus ſepulcro in Eccleſia Cathedrali affixum.

Fr. Albertus Epiſcopus Tarviſinus.

Hic jacet Albertus lapidis teſta coopertus,
Frater eratque Minor, ſed præſulis ordine Major.
Tarviſii præſul, ſed origine ſanguinis exul.
Ipſum namque virum genuit Vincentia mirum,
Doctoremque merum docuit qui lucide verum.
Oremus Dominum, ſibi quod donet Paradiſum,
Et quod lætemur pariter quando moriemur.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Petrus Epiſc. Hortan.

„ XVIII. Tertium inſuper ex eodem produco Regeſto fratrem Petrum Epiſcopum Hortanum in Etruria, prope Tyberim in antiquis Faliſcis, Octaviani Ubaldini ſanctæ Mariæ in Via-lata Diaconi Cardinalis Cappellanum a Clero electum, & ab Alexandro Pontifice confirmatum, quem in ſuis litteris ad eumdem Clerum vocat virum utique pietate, religione, ac honeſtate conſpicuum, conſilio providum, ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum. Eccleſiam ſancti Angeli ejuſdem Urbis ſuis Conſodalibus conceſſit. Multis annis Eccleſiam hanc gubernavit; obiit enim anno MCCLXXXIV. Ferdinandus Ughellus ait, electum & confirmatum ab Alexandro anno MCCLII. Sed illo adhuc anno ſedebat Innocentius IV.

Rodul. fol. 139. Monumen. MS. Aſſiſ.

Moritur S. Franciſchina Eugubina.

XIX. Moritur Eugubii hoc anno beata Franciſchina ibidem nata, mira abſtinentia, & miraculis perquam celebris. Aſſervantur reverenter ejus oſſa in capſa lignea ad ædem ſancti Franciſci, cujus tertium Inſtitutum ſuſcepit. Inculta & neglecta per aliquot delituit annos, donec Hungari quidam peregrini, patenti miraculo ejus virtutem experti, dignis laudibus mirificam celebrarunt; hinc Eugubini eam in pretio habere cœperunt.

Abbas Arnaldus moritur, ſepultus apud Minoritas.

XX. Extinctus ſimiliter hoc anno vir Dei Arnaldus Abbas Benedictinus ſanctæ Juſtinæ apud Patavium, vitæ ſanctitate & miraculis clarus, cujus virtutes & auctoritas in populo, dum Ecceliunm de Romanis humani ſanguinis ſitibundum potatorem, infenſiſſimum Eccleſiæ inimicum, ſexaginta Fratrum Minorum crudelem interfectorem terrerent, detruſum in carcerem, fame, & rerum omnium octenni triumque menſium inedia cruciavit, donec occidit apud Eſtem ſeptuageſimo ætatis anno, die x. Februarii. Imminente mortis hora, multi in caſtris adjacentibus, ſed præcipue ex Fratribus Minoribus viri devoti, viderunt manifeſte

Monach. Padua. lib. 2. ad hunc annum.

Digitized by Google

feſte ignea ſigna ad inſtar duarum facularum, quæ ſuper carcerem ejus tamdiu ſteterunt, donec illa anima ſanctiſſima carnis vinculo ſoluta evolavit, martyrii triumpho decoranda. Celebratis venerabiliter exequiis ab innumera concurrente multitudine, ſepultus eſt apud Minores ejuſdem oppidi. Poſt quinquaginta vero ab obitu dies, viſum fuit Minoritis ejus corpuſculum in ſepulcrum paratum decentius transferre. Procuraverunt autem noctis ſilentio homines conductionis ad hoc negotium peragendum adhibere, æſtimantes corpus putridum & penitus tabefactum, odorem intolerabilem exhalare. Aperientes itaque loculum, quo pia membra tenebantur incluſa, & nulla putredinis & corruptionis videntes veſtigia, præter quamdam albedinem ad modum lanuginis circa palpebras oculorum, admirationem maximam habuerunt, & cunctos de domo ad hoc miraculum convocantes, unanimiter Deum laudaverunt, qui in Sanctis ſuis mirabiliter eſt glorioſus. Venerabilis ſancti Viri (cujus vitam ſanctiſſimam largius exaravit Jacobus Cavaccius) apud noſtros depoſitas exuvias, libuit hic commemorare, atque ex tanto hoſpite advectum honorem inter noſtra referre.

Jacob. Cavac. l. 2. & 3. hiſt. Cœnob. Patav.

Incorruptū ejus corpus.

XXI. Interiit hoc anno (non ſequenti uti ſcribit Trithemius, cum quibuſdam aliis) Willielmus Romanorum Rex poſt indictum Coloniæ Conventum, in quo tractatum eſt de profectione in Italiam ad ſuccurrendum rebus Eccleſiæ contra Manfredum. Nam cum prius Friſones rebellantes, & Hollandiam igne, ferroque vaſtantes coercere vellet, infeliciter pugnavit. Licet enim manu valida eos aliquoties ſuperarit, contra impetum eorum caſtro Corenburg conſtructo; dum voluit ulterius progredi, equo in uliginem aliquantum glacie concretam delatus, cum neque progredi, neque egredi poſſet, a Friſonibus ex arundinetis prodeuntibus, neſcientibus tamen Regem eſſe, immaniter interficitur. Nauclerus ſcribit omine quodam ante ſuæ mortis, ſed ſubobſcure, præmonitum. Etenim cum juxta quamdam civitatem miro opere exornatum reperiſſet ſepulcrum, & cujuſnam id eſſet? inquireret: Cives reſponderunt, neminem hactenus illic ſepultum, ſed quodam occulto fato, id reſervari cuidam Romanorum Regi. Occiſus in idem ſepulcrum illatus, & poſt ſeptem viginti annos, a Florentio Comite Hollandiæ ejus nominis Quinto, Middelburgum ad Eccleſiam Præmonſtratenſium translatus eſt. Meyerus, & Crantius, cum aliis de loco dubitant ſepulcri. Poſt ejus mortem, diſcordantibus electoribus, ſequutum eſſe interregnum annorum duorum, & aliquorum menſium ſcribunt aliqui, quorum ſententiam nos ſuo loco examinabimus.

Trithe. in Chro. Hirſaug. & Spāxemen.

Obiit Willielmus Imperat.

Nancler. gener. 4.

Meyer. in Annal. Fland. Crant. in Metropol. lib. 8. cap. 22. Ann. 1256. n. 1.

XXII. Verduni, aliis Virduni, vulgo *Verdun*, urbis Epiſcopalis olim Germanici, nunc juris Lotharingici, ſuffraganeæ Archiepiſcopi Trevirenſis, ad Moſam fluvium, Minoritis extructum primo ferunt Cœnobium, pietate cujuſdam civis Virdunenſis, cognomento Porta. Quo certo anno non conſtat; ante hunc vero jam ceptum liquet ex ſepulcralibus marmoribus, quibus ipſe hic annus inſcriptus eſt. Præfati civis ingenua ſoboles tanto fuit in Ordinem devotionis zelo ſuccenſa, ut nequaquam ab incepto ædificio quieverit, donec extremam appoſuerit manum; quod maxime liqueſcit ex eo quod impenſis ingentibus, ſed zelo ardentiori, filius prædicti civis, Simon ſcilicet de Porta, quatuor clauſtri vias, immo totum clauſtrum fornicibus lapideis, opere exquiſitiſſimo extruendum curaverit. Eccleſia (ante cujus valvas eſt quædam platea, quam claud unt tres amplæ porticus, in quibus interdum fiunt concio-

Conv. Verduni.

Gonza. in Prov. Franc. Con. 10.

ciones ad populum, ſæpius vero ſupplicationes publicæ) titularem habet beatum Lambertum, cujus ſanctis reliquiis celebrior evaſit. In ſacello ſancti ſepulcri Salvatoris noſtri, lapide ingenti perbelle polito, teritur corpus humatum R. P. Fr. Chailletti, Doctoris Theologi, & Eccleſiæ Chalcedonenſis Epiſcopi, nec non Reverendiſs. Epiſcoporum, primo Verdunenſis, deinde Leodienſis a ſuffragiis, antea Inſtituti Franciſcani, & Cuſtodiæ Lotharingiæ, quæ nunc Rhemenſis vocatur, Cuſtodis, & hujus Conventus Guardiani, qui celebriorem poſteritati ſuam fecit memoriam, dum ædem ſacram, & cultum divinum auxit jocalibus, & ornamentis pretioſis.

Conv. Pontiſaræ.

Idem in Prov. Franciſc. Pariſ. Con. 4.

Ann. 1252. n. 1.

XXIII. Hoc anno Monaſterium Pontiſaræ urbis, quarto decimo a Lutetia lapide, Minoribus ædificatum, & D. Jacobo ſacrum extra civitatis mœnia, opere & ſumptibus Blanchæ Reginæ ſancti Ludovici genitricis, aſſerit Gonzaga. Sed vel in annorum calculo, vel in ipſa hiſtoria error eſt; quippe jam diximus ex probatis Auctoribus anno MCCLII. Candidam ſeu Blancham obiiſſe: fortaſsis ab illa inceptum, hoc anno conſummatum eſt. Cum autem prædictæ Civitati immineret periculum ab Anglorum, cum quibus tunc bellum, frequenti excurſione, a civibus dirutum delubrum anno MCCCLVIII. atque aliud erectum anno MCCCLX. intra Civitatem, conferentibus piis Fratribus uterinis Joanne Juveni, Roberto & Guillelmo domos quaſdam, & Roberto Becchelovinii in Normannia Abbate, quædam jura ad ſe ſpectantia ſponte concedente, quibus annuiſſe etiam Innocentium Pontificem, & Carolum XV. Gallorum Regem, ſcribit Gonzaga. Vere tunc regebat Innocentius VI. ſed Carolus Rex nonniſi quarto poſt anno Regnum obtinuit, mortuo per id temporis Joanne hujus nominis primo ſuo genitore. Niſi fortaſſis ita intelligendum ſit, ut ante adeptum Regni ſolium, quæ Principi debebantur, jura laxarit. Tranſiit ædes ad Patres Obſervantes anno MDI. ex mandato Alexandri VI. opera tamen Georgii ab Ambaſia ſenioris ſeu patrui, (alter enim junior & nepos ejuſdem nominis huic immediate ſucceſſit) Rothomagenſis Archiepiſcopi, ac S. R. E. Cardinalis, necnon & Sedis Apoſtolicæ Legati, qui ibidem voluit ſepeliri, ſed exenteratum cor, diviſum, & ſeparatum a tumulo corporis, locum obtinuit coram altari majori. In capitulo requieſcit beatus Joannes Coignet, ad cujus merita Deus plura miracula dignatur operari.

Æmil. in Joan. 1. ad fin.

Conven. Cadurcen.

Gonza. in Prov. Aquit. recen. con. 27.

Rodul. fol. 182.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Guillelm. de la Croix sub Guillelm. IV. n. 90.

XXIV. Cadurci, veteribus Divona Cadurcorum, vulgo *Caors en Quercy*, aliquando Cadurcorum populorum in Gallia Metropolis, extruxit hoc anno Minoribus ædificium Luzetenſium Dominus, primuſque Baro, atque Cadurcenſium Seneſcallus. „ Acta Epiſcoporum Cadurcenſium vetuſtiorem volunt eſſe hanc domum, atque a beato Chriſtophoro de Romandiola ſancti Franciſci diſcipulo, ſub Guillelmo de Cordaillac Epiſcopo initium ſuſcepiſſe: & deinde fratrem Arnoldum de Luzegio eamdem auxiſſe. „ Rex Navarræ per impios ſatellites anno MDLXXX. Civitatem & domum incendit, per quod factum eſt, ut quæ memoria digna erant, perirent. Circa hoc tempus accepit originem Monaſterium Terræ novæ in Sicilia, pertinens ad Cuſtodiam Drepani Minorum Conventualium. Suadet hoc inſcriptio campanæ referens annum MCCLXI.

Conven. Terræ novæ.

Monaſt. Taurinenſ.

XXV. Hoc anno fundatum vult Gonzaga Conventum Clariſſarum in civitate Taurinenſi, in Caſtella celebri & opulenta, per Berengariam, vulgo Hiſpanico *Berenguelam*, Alphonſi X. cognomento Sapientis, Caſtel-

ſtellæ & Legionis regis filiam ex Violante Aragonia ſuſceptam. Ab hac Monaſterium ſuam accepiſſe originem non negaverim; non potuit tamen eam tribuere hoc anno, quæ non niſi vel hoc, vel præcedenti anno nata eſt. Uſque ad hoc etenim tempus reginæ Violantis infœcunditas adeo Alphonſi animum angebat ſobolis creandæ cura præcipua, ut ſexto vel ſeptimo jam anno conſortii, miſerit Legatos ad Regem Daniæ, Chriſtinam ejus filiam in conjugium expetitum. Sed felicius res Violantis ſucceſſerunt. Nam eo tempore, quo Chriſtina ex longo itinere Toletum tamdem appulſa eſt, anno MCCLIV. Reginæ uterus ſenſim intumeſcere viſus eſt, ac palam gravidam eſſe intellectum, filiamque mox peperit hanc Berengariam, atque numeroſa alia prole, mariti animum ſibi devinxit; quare Chriſtina data eſt Philippo Regis fratri, Valliſoleti Abbati, & Hiſpalenſi Archiepiſcopo renunciato; quæ tamen parum ex dolore deluſi thori regii ſupervixit. Poſterior itaque ſtatuenda eſt per hanc fundatricem hujus ædis origo. Illius corpus in majori ædis ſacello ad lævam vetuſto conditum eſt ſepulcro. Curam ejus animæ ſeriam agi voluit Joannes II. mancipatis ſeptem ejuſdem urbis reddituariis eidem Monaſterio, quod ejus litteris conſtat, datis XV. menſis Martii, anno MCCCCVIII. Jacent in eadem Eccleſia præclariſſimæ virtutibus & pietate excultæ Sorores non paucæ, inter quas Mariæ de Turribus in prædicto ſacello majori celebrior eſt memoria. „ Circa hæc tempora referunt ſupradicta acta Epiſcoporum Cadurcenſium ſub Guillelmo de „ Cardaillac Monaſterium Clariſſarum conditum fuiſſe; & ſub Bartholomæo Antiſtite, augmentum haud mediocre circa annum MCCLXXIII. „ accepiſſe.

Gonza. in Prov. S. Jacob. mon. 3.

Joan. Marian. lib. 3. rerum Hiſpan. c. 9. Garibajus lib. 13. c. 7.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Mon. Cardaillacen. *Indid.*

Varia privilegia Pontificia.

XXVI. Singularem ſuum affectum erga Minorum Sodalitium oſtendit hoc anno Pontifex ex multis conceſſis privilegiis. Scripſit ad univerſos Eccleſiarum Prælatos, ut Minores adventantes benigne recipiant, receptis permittant ſuis obſervantiis uti regularibus, & privilegiis. Incipiunt litteræ: *Patri æternis benignitas*. Datæ V. Idus Aprilis. Confirmavit privilegia a ſuis prædeceſſoribus Minoritis conceſſa: *Quia Ordinem veſtrum*. Dat. pridie Kalend. Maii quod & ſequenti anno IV. Kalend. Februar. renovavit. Vetuit ne exigerentur a Fratribus obedientiæ manuales per Epiſcopos: *Inducimur*. XII. Kalend. Junii. Indulſit familiaribus & procuratoribus Fratrum, officio intereſſe divino tempore interdicti: *Ut in veſtris domibus*. V. Kalend. Julii. Miniſtris & aliis Prælatis dedit auctoritatem Apoſtatas corrigendi, incarcerandi, & aliis pœnis ſubjiciendi, quantumvis in alio inceſſerint habitu: *Devotionis veſtræ*. Idibus Julii. Prohibuit ne Prælati Eccleſiarum in ſocios Fratres aſſumerent ſine ſuorum Miniſtrorum licentia; qua non obſtante ſubeſſent diſciplinæ regulari, & correctioni ordinariæ Religionis: *Vobis per Apoſtolicæ*. VII. Kalend. Auguſt. Quadraginta dierum indulgentiam largitus eſt viſitantibus devote Eccleſias Minorum in diebus ſancti Franciſci & ſancti Antonii, & per octavas: *Cum ad promerenda*. V. Kalend. Auguſt. Declarat Minores non teneri, nec poſſe compelli virtute litterarum Apoſtolicarum ad aſſumendum curam Monialium: *Petitio veſtra*. XV. Kalend. Septembr. Idque ipſum declaravit peculiariter Miniſtro Alemaniæ & Definitoribus provincialium Comitiorum in Ezzelingen celebratorum (ubi obiter notanda antiquitas hujus officii & nominis *Definitorum* in Ordine) exceptis tamen tribus Monaſteriis, quæ nominat: *Cum a nobis petitur*. VIII. Idus Martii. Miniſtrum Generalem ſtatim poſt electionem

abſque

abſque ulteriori mora, poſſe ſuos Fratres regere, & incapacem officii poſſe removeri, declaravit: *Inter alia*. IV. Non. Octobris. Miniſtris & Cuſtodibus conceſſit, ut poſſent abſolvere a quibuſcumque ſuos ſubditos: *Licet ad hoc*. VII. Idus Octobris. Ejectos ex Ordine vel exeuntes, vetuit ne prædicarent, confeſſiones exciperent, aut docerent, niſi de licentia Sedis Apoſtolicæ ad alium Ordinem tranſirent, ſecus facientes poſſe excommunicari a Prælatis adjecit: *Juſtis petentium*. IV. Idus Octobris. Tribuit Prælatis ut ordinandos præſentarent Epiſcopis, qui eos abſque ulteriori examine poſſent initiare: *Convenit ut facer*. XVII. Kal. Novembris. Non poſſe cogi Minores ad perferendas litteras vel denunciandas ſententias contra viros principes, ſeu quoſpiam benefactores, niſi de hoc privilegio mentio fiat ſpecialis, liberaliter ad exemplum ſuorum prædeceſſorum indulſit: Idem eſt ac præcedentis initium tempuſque promulgationis. Transferentes Monaſterium de loco uno in alium, ut efferrent etiam ſuppellectilem ſacram atque profanam, conceſſit: *Ex parte veſtra*. XII. Kal. Novemb. Accedentibus ad loca interdicto ſuppoſita largitur ut celebrent: *Eis qui ſanandis*. Kal. Decemb. Electos ad dignitates extra Ordinem, jubet ut omnia quæ habebant, Monaſteriis in quibus degebant, relinquerent: *Ex parte veſtra*. Nonis Decembris.

Privilegia pro Clariſſis.

XXVII. Neque minus affectum ſuum erga Clariſſas oſtendit, multis eaſdem gratiis afficiens. Confirmavit unionem factam trium Monaſteriorum Monialium Ordinis ſancti Benedicti, videlicet, ſanctæ Mariæ de Miſericordia, ſancti Stephani, & ſanctæ Mariæ in Zagonia extra portam Aloni in Civitate Immolenſi, per ejuſdem urbis Epiſcopum ſub regula Clariſſarum: *Ea quæ auctoritate*. II. Idus Januarii. Damianitis Argentinenſibus inter varias regulas fluctuantibus Hugo de ſancto Caro Cardinalis, in Alemania Legatus ex ſpeciali Pontificis mandato dedit obſervandam illam dumtaxat vitæ formam, quam Innocentius IV. præſcripſit, & Monaſterium Ordini Clariſſarum incorporavit; cujus factum Pontifex ſuis litteris approbavit: *Solet annuere*. XV. Kalend. Febr. Donationem domus & Eccleſiæ ſancti Martini de Podio extra urbem Faventiæ, occaſione bellorum & obſidionis a Friderico Imperatore poſitæ, dirutam, cum omnibus poſſeſſionibus, & terris earum, & cum omnibus bonis ſuis mobilibus & immobilibus, juribus & actionibus temporalibus & ſpiritualibus ad dictas domum & Eccleſiam pertinentibus, per fratrem G. Epiſcopum Faventinum factam Sanctimonialibus Clariſſis Monaſterii ſanctæ Mariæ de Virginibus de Faventia, ſuo diplomate corroboravit: *Cum a nobis petitur*. XIII. Kalend. Febr. Damianitis Monaſterii de Paradiſo juxta Conſtantiam, ob illius regionis intenſiſſimum frigus indulſit ut pellibus uti valerent: *Divinæ affluentiam*. II. Non. Febr. In eumdem modum conceſſit etiam Sororibus Argentinenſibus. Prædictis etiam Conſtantienſibus tribuit ne extra Civitatem Conſtantiæ ſuper bonis, quæ habebant, in cauſam trahi poſſent per Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum ipſius litteras, niſi de hac indulgentia plenam de verbo ad verbum, & expreſſam facerent mentionem: *Veſtræ pacis*. Kalend. Febr. Univerſas Sanctimoniales Clariſſas exemit a præſtatione procurationum Legatorum Sedis Apoſtolicæ, vel Nunciorum ipſius, & exactionum vel collectarum ſeu ſubſidiorum quorumcumque: *Paupertati veſtræ*. Idibus Aprilis. Cavit ne Sorores Monaſterii ſancti Thomæ de Monte-ſancto Firmanæ diœceſis poſſent conveniri a quoquam per litteras Apoſtolicas non facientes de hoc privilegio expreſſam mentionem: *Cœleſtia quærentibus*. XII. Kalend.

Digitized by Google

lend. Maii. Dat amplum privilegium Sororibus ſanctæ Catarinæ Januen. inſeritque litteras exemptionis per Ottonem Archiepiſcopum conceſsæ, in quibus an. MCCLI. aſserit Otto, ſe ad beneplacitum, & de voluntate Domini Papæ, atque ad mandatum D. Gaufridi tit. ſancti Marci presbyteri Cardinalis domum fundaſse Damianitis infra Civitatem, prope fontanam Marolam, de conſenſu Capituli, eamque exemiſse a juriſdictione Epiſcopali: *Religioſam vitam*. II. Kal. Maii. In Monaſterio ſanctæ Eliſabethæ Rhemenſi jubet, ne ultra quadraginta Sorores recipiantur. *Etſi multitudo*. V. Kalend. Decembr. Eiſdem conceſſit, ne tenerentur ad vendenda, aut alienanda, juxta pravam quamdam conſuetudinem illius patriæ, bona Monaſterio relicta: *Exhibita nobis*. VII. Kalend. Decembr. Confirmavit Sororibus Monaſterii SS. Philippi & Jacobi Fanenſis urbis, ceſſionem portionis ſibi debitæ ab Avito Epiſcopo factam, non obſtante quod in hoc conſenſus non fuerit Fanenſis Capituli requiſitus: *Juſtis petentium*. III. Idus Decembr. Confirmavit Sororibus ſanctæ Mariæ urbis Fulginatenſis donationem Eccleſiæ ſancti Claudii eiſdem factam per Gregorium IX. *Cum a nobis*. eodem die. Prædictis Monialibus Fanenſibus privilegium exhibuit, ne ſolverent in ſuis cauſis quidquam ſive in foro Eccleſiaſtico, ſive in ſeculari: *Viam quæ ſub multæ paupertatis*. Datum ut ſupra. Dedit etiam Fratribus Tertii Ordinis ſeu de pœnitentia (ne ullum ex tribus Ordinibus abſque favore præteriret) privilegium, ne tenerentur recipere publica vel privata officia ſecularia, quocumque nomine cenſerentur contra illorum conſtitutiones vel privilegia a Sede Apoſtolica conceſsa: *Pia deſideria*. V. Kalend. Maii.

Privilegiũ Fratrum Pœnitentum.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Alexander PP. IV. creatur.

,, I. OCtavo Kal. Januarii Neapoli Alexander IV. ex Civitate
,, Anagniæ, Raynaldus antea vocatus, Philippi ex Comitibus
,, Signiæ filius, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus, creatus
,, eſt. Hic ſummus Pontifex præter ea, quæ commemorat Waddingus,
,, ad Ordinis indemnitatem ſtatuit, ex Fratribus noſtris aſſumptos ad
,, aliquam dignitatem extra Ordinem, bona quæ habuerint ipſi Ordini
,, conſignare debere, juxta tenorem ſequentis conſtitutionis.

ALEXANDER EPISCOPUS &c.

Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum &c.

Bulla proviſionalis in favorem Religionis.

Specul. fol. 6. Cherub. bullar. fol. 110.

,, 1. *EX parte veſtra nobis fuit intimatum, quod cum contingat inter-*
,, *dum ad Epiſcopalem, & alias ſuperiores, ſeu inferiores digni-*
,, *tates, aliquos de Fratribus veſtri Ordinis promoveri; ipſi libros, & alia,*
,, *quæ tempore ſuæ promotionis habebant, licet non ad eos, cum proprium*
,, *eis habere non liceat, ſed ad Ordinem pertineant memoratum, propriis*
,, *uſibus applicare præſumunt, in ſuarum perniciem animarum: Quare*
,, *ſuppliciter poſtulaſtis a nobis, ut providere ſuper hoc ſalubriter cura-*
,, *remus.*
,, 2. *Nos igitur eorumdem Fratrum ſaluti, & indemnitati veſtri Ordi-*
,, *dinis paterna volentes ſollicitudine providere, ut libros & alia, quæ*
,, *ipſos promotionis ſuæ tempore habuiſſe, ſeu habere conſtiterit, tibi fili*
,, *Generalis Miniſter, vel tuis Provincialibus Miniſtris, ſubmota quacum-*

Digitized by Google

,, *que dilatione, reſignent, ipſis Fratribus jam promotis in virtute obedien-*
,, *tiæ; Illis autem, quos promoveri contigerit, ne reſignare differant, au-*
,, *ctoritate præſentium duximus injungendum, niſi forſan vos ipſorum uſus*
,, *eis ad tempus conceſſeritis de gratia ſpeciali. Dat. Laterani Nonis Decem-*
,, *bris Pontif. noſtri anno 1.*

Plures alios favores, commiſſiones, executiones, ordinationes edit.

Indic. ex Vatic.

,, II. Sed & plura ſunt alia, quæ in ſuo Indiculo citat Petrus de Alva,
,, & Aſtorga: ut fratri Ruffino pro eleemoſynis colligendis: *Licet tibi*
,, *&c.* VIII. Kal. Februarii: Miniſtro Tiren. quædam executorialis: *Lecta*
,, *nobis &c.* Kal. Martii: Miniſtro Pariſienſi circa electionem executoria-
,, lis: *Delato ad Sedem &c.* VIII. Idus Martii: Regi Caſtellæ de Terræ
,, ſanctæ rebus: *Terræ Hieroſolymitanæ &c.* Idibus Aprilis: Sancto Lu-
,, dovico, ubi ejus encomia recenſentur: *Sublime Regnum &c.* Kalend.
,, Maii: Univerſis Chriſtifidelibus pro ſancto Ludovico: *Cariſſimo in*
,, *Chriſto &c.* VII. Kal. Maii: F. Guardiano de Pinarolio executoria-
,, lis: *Debitum &c.* V. Kal. Maii: Pro Monialibus Montis Lucis Peruſii:
,, *Ne de ſolutione &c.* VII. Idus Maii: Pro Confeſſariis Monialium
,, ſancti Benedicti: *Quanto ſtudioſius &c.* III. Idus Maii: Contra Eremitas
,, vagantes in habitu ſancti Franciſci: *Recordamur liquido &c.* XV. Kal.
,, Julii: Indulgentia tempore interdicti pro ſanctis Franciſco, & Anto-
,, nio: *Pro reverentia &c.* III. Kal. Auguſti: Pro donatione Monialium
,, Cracovien. *Ex parte tua &c.* V. Idus Auguſti: Fratri Henrico pro con-
,, firmatione Abbatiſſæ executorialis: *Dilectæ in Chriſto &c.* VII. Idus
,, Julii: Pro bonis relictis Fratribus Minoribus: *De pia & ſancta &c.*
,, Idibus Septembris: Ut Generales poſt electionem exerceant officium:
,, *Inter alia &c.* pridie Nonas Octobris: Ne Fratres ab Ordinariis poſ-
,, ſint conveniri: *Cum felicis &c.* Idibus Octobris: Priori Provinciali
,, Fratrum Prædicatorum, & Guardiano Pariſienſi circa Terram ſanctam:
,, *Quia in aliquibus &c.* Idibus Decembris: Pro Cruceſignatis, & Terræ
,, ſanctæ ſubſidio: *Dum diligenter &c.* XIII. Kal. Januarii: Forma licen-
,, tiandi Fratres ad alios Ordines: *Cum & plantarum &c.* De anno ap-
,, probationis inter Fratres Minores, & Prædicatores: *Non ſolum &c.*
,, Quod exempti in locis non exemptis non erigant Capellas: *Auctori-*
,, *tate Sedis &c.*

Ex Vatic.

Ex Oderic. fol. 34. tom. 14.

Ex eodem fol. 10. tom. 14.

Gerardi & Simon. laic. ſingularis virtus.

Gonz. in Conv. S. Franc. Cajetæ 7.

,, III. Florebant hoc tempore vitæ ſanctimonia plures, inter quos
,, micant ſingulariter Gerardus, & Simon ſocii, ambo de numero Laico-
,, rum, de quibus Gonzaga honorificam mentionem faciens, id enarrat,
,, inquiens: Aliud quoque mirabile duobus Laicis hoc in ipſo ſoco
,, (nempe in Conventu ſancti Franciſci Cajetæ) evenit: Præparaverant
,, ſe pro modulo ad ſacram Communionem cum ceteris Fratribus de re-
,, ligioſo more in die Cœnæ Domini faciendam: cumque nihil minus co-
,, gitarent, a loci Guardiano (urgebat ſiquidem neceſſitas) panem men-
,, dicaturi in Civitatem mittuntur: qui tamdem domum tardius reverſi,
,, cum & divinum Officium perſolutum, & reliquos Fratres menſæ aſſi-
,, dentes inveniſſent, ſacellum, ubi Venerabile Chriſti Salvatoris Cor-
,, pus more aſſervabatur, contempta refectione, petunt, ibique ſuas
,, vices, quod ſacra communione in tanta ſolemnitate privarentur,
,, miſerrime dolentes, gemitibus ac ſingultibus anxius vacabant; dum-
,, que nihil minus cogitarent, ex ipſa arcula, qua ſacroſancta Euchariſtia
,, recondebatur, quidam graviſſimus, pulcherrimus, & compoſitus Ju-
,, venis proſiliit, qui aſſerens, ſe Chriſtum Dominum eſſe, eorum utri-

que

„ que ſacram Communionem porrexit , ſtatimque locum , unde prodie- Miraculoſa communic.
„ rat , repetiit : extant adhuc veſtigia pedum ipſius pavimento ejus ſa-
„ celli , in quo contigit , impreſſa , atque ferreis craticulis contecta :
„ inſuper & hiſtoria ipſa parieti depicta adhuc inviſitur ; ipſi vero
„ Laici Fratres meritis optimi hoc in eodem loco objerunt , ſepultique
„ ſunt : hæc ille .
„ IV. In Catalogo Provinciarum Ordinis D. Bonaventuræ Narbo-
„ nenſis capituli tempore , Cuſtodia Pedemontana jam erat deſcripta :
„ Sed Pinerolii oppidi celeberrimi ad radices Alpium Cotiarum in Pe-
„ demontio ſancti P. N. Franciſci Cœnobium apud Piſanum in quarta
„ Cuſtodia ejus regionis nomine vocata Provinciæ Januenſis , primum
„ locum tenuiſſe lego : Verum a Waddingo in annalibus locum non ha- Conv. Pin. ante ann. 1273. erat.
„ bet , niſi cujuſdam Indulgentiæ occaſione , ſub anno MCCLXXIII. &
„ quidem nimis ſero : at ſicuti hic ſupra notavi , cum hoc anno a ſummo *Ex Harol. ad hunc an. n. 17.*
„ Pontifice Guardiano Pinerolii directa fuerit quædam executorialis ,
„ conſequens eſt longe ante hunc annum originem habuiſſe : certitudo
„ temporis ſuæ fundationis alia non occurrit , cum vices rerum mundi
„ omnia fere ibi immutaverint , confundendo , vel meliora quæque ob-
„ litterando .



Digitized by Google

REGESTUM
PONTIFICIUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

REGESTUM PONTIFICIUM.

GREGORIUS IX.

ANNO CHRISTI 1238. PONTIF. ANNO II.

I.

Mandat Archiepiſcopo Rhemen. & Fratri Willielmo, ut provideant Comiti Barri ſubſidium pro itinere verſus Terram ſanctam. Reg. Vatic. epiſt. 408.

ARCHIEPISCOPO RHEMEN. ET FRATRI W. POENITENTIARIO NOSTRO.

CUM dilectus filius nobilis vir H. Comes Barri Ducis cruce ſignatus, centum, ſicut aſſeruit, milites ducere ſecum, Domino concedente, proponat in ſubſidium Terræ ſanctæ, vel Imperii Conſtantinopolitani, prout de noſtra fuerit voluntate: Idque ſine magnis ſumptibus nequeat adimplere, mandamus quatenus decimam pecuniæ, quæ de redemptione votorum cruce ſignatorum Rhemen. provinciæ, pauperum ſcilicet, debilium, & infirmorum, quorum vobis abſolutio eſt commiſſa, ad manus veſtras primo devenerit, ei ad proſecutionem voti ſui pro meliori apparatu ad itineris ſui principium perſolvatis.

Datum Lateran. VIII. Idus Februarii anno XI.

II.

Commendat executionem negotii Comitis Barri ſupra jam commiſſi Epiſcopo Rhemen. &c. Reg. Vatic. epiſt. 409.

EISDEM.

CUm, ſicut ex parte dilecti filii nobilis viri H. Comitis Barri Ducis fuit propoſitum coram nobis, nos ei ſpecialem gratiam facientes, ea quæ proveniunt ex redemptione votorum cruce ſignatorum Provinciæ Rhemen. ſibi duximus concedenda, vobis eorum collectoribus deputatis, nolentes eam hujuſmodi ſubſidio defraudari, mandamus quatenus in executione mandati noſtri vobis ſuper hoc directi, non obſtantibus aliquibus litteris, ſi quæ præter conceſſionem infraſcriptam dicto Comiti ab Apoſtolica Sede apparuerint impetratæ, quæ de ipſa conceſſione mentionem non faciant, procedatis. Contradictores ſi qui fuerint &c. Quod ſi non ambo &c. Datum ut ſupra.

Digitized by Google

III.

Mandat præfato Willielmo Pœnitentiario ut provideat aliquod ſubſidium pro itinere verſus Terram ſanctam D. G. de Argentonio. Reg. Vatic. epiſt. 410.

Eidem Poenitentiario.

Nobilis votum. §. I. INtellecto dudum, quod dilectus filius nobilis vir G. de Argentonio, Pictavien. diœceſis Cruce ſignatus, in ſubſidium Terræ ſanctæ voverit quod illuc duceret xx. milites more regni Franciæ præparatos, & quod ad hujuſmodi perfectionem voti ſibi propriæ non ſuppetant facultates, ejuſdem precibus inclinati ven. Fr. N. Epiſcopo Pictavien. dedimus noſtris litteris in mandatis, ut de bonis quæ de vigeſima ſeu trigeſima, vel pro redemptione votorum in eadem diœceſi haberi continget, de conſilio ſuo & Prælatorum qui forent ad diſtributionem dictorum bonorum a Sede Apoſtolica deputati pars congrua dicto Nobili in ſuarum expenſarum ſubſidium præberetur.

Congrua in ſubſidium. §. II. Verum quia, ſicut dicitur, renitente dilecto filio nobili viro Comite Britanniæ, cui prædicta bona in diœceſi præfata percipere fuit ab Apoſtolica Sede conceſſum; hujuſmodi proviſio provenire non potuit. Nos de benignitate ſolita providere volentes, quod idem G. fructum de noſtra percepiſſe gratia gratuletur, mandamus quatenus de bonis eiſdem, quæ pro memorata redemptione in ipſa diœceſi haberi contigerit, portionem congruam, juxta tuum & prudentum Virorum arbitrium, ſub tuo & eorum ſigillis nomine dicti G. cuſtodiendam fideliter poni facias in ſequeſtro, ut eidem cum ad Tranſmarinas partes, Deo duce, pervenerit ibidem in ſuarum expenſarum ſubſidium tribuatur.

Datum Lateranenſi VII. Kalendas Martii anno XI.

Anno Christi 1238. Gregorii IX. anno 12.

IV.

Prohibet ne ante expletum annum probationis recipiatur quiſpiam ad profeſſionem; nec jam profeſſus a religione diſcedat, neque a quopiam recipiatur, & contra ſecus facientes concedit procedi poſſe cenſuris Eccleſiaſticis. Jubet etiam, ne ullus extra Ordinem portet habitum Fratrum Minorum, quibus concedit ut ita geſtantem poſſint compellere cenſuris ut deponat. Habetur ſub plumbo in noſtro Archivo, & in Aracœlitano eſt duplex autographum, item ſub plumbo num. 38. & 87. Impreſſum habent ſpecul. Minor. tract. 2. fol. 25. Firmam. 3. ordin. tract. 2. par. 2. fol. 131.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei,

Dilectis Filiis Generali & aliis Miniſtris Provincialibus & Cuſtodibus Fratrum Minorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Nil abſque conſilio faciendum. Prov. 15. §. I. CUm ſecundum conſilium ſapientis nihil ſine conſilio faciendum, ne poſt factum pœnitudo ſequatur, expedit cuilibet excelſioris viæ propoſitum aggreſſuro, ut præcedant palpebræ ſuos greſſus, vires

Digitized by Google

res videlicet proprias diſcretionis moderamine metiendo, ne ſi, quod abſit, altiora ſe quærens, in commotionem dederit pedem ſuum, & retro reſpiciat in ſalis inſatuati ſtatuam convertendus, pro eo quod ſuum ſacrificium, quod Domino fuerat oblaturus, ſale ſapientiæ non condivit. Sicut enim ſapiens deſipit ſi non fervet, ſic fervens confunditur ſi non ſapit. *Gen. 19. 26.*

§. II. Quare pene in omni Religione eſt ordine provide inſtitutum, ut Regulares obſervantias ſuſcepturi certo tempore ipſas probent, & probentur in eis, ne ſit locus de cætero pœnitudini, quam non poteſt levitatis occaſio excuſare. Auctoritate itaque vobis præſentium inhibemus, ne aliquem ad profeſſionem veſtri Ordinis niſi per annum in probatione fuerit, admittatis. *Conſtitutionis Motivum.*

§. III. Poſt factam vero profeſſionem nullus Fratrum Ordinem veſtrum relinquere audeat, nec relinquentem alicui ſit licitum retinere. Quod ſi quis forte retinere præſumpſerit, licitum ſit vobis in ipſos Fratres regularem ſententiam promulgare.

§. IV. Inhibemus etiam, ne ſub habitu vitæ veſtræ liceat alicui extra obedientiam evagari, & paupertatis veſtræ corrumpere puritatem; quod ſi quis forte præſumpſerit, liceat vobis in Fratres ipſos donec reſipuerint, cenſuram Eccleſiaſticam exercere.

Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Laterani x. Kalendas Aprilis Pontificatus anno xii.

V.

Temperat Monialibus Pragenſibus rigorem Regulæ. Ex Regeſt. Vatic. epiſt. 4.

Abbatiſſæ & Conventui Incluſarum Ancillarum Chriſti Monaſterii Sancti Franciſci Pragen. Ord. S. Damiani.

§. I. Pia meditatione penſantes, quod Patris æterni Filius de utero glorioſæ Virginis Mariæ pro ſalute humani generis incarnatus, cuncta cum ſuavitate diſponens, ſuorum univerſitati fidelium remedia diverſa protulit, per quæ in ipſius laudibus per vota perſiſtere delectetur; libenter ad id volumus haberi ſolliciti per quæ, Deo juvante, circa divinæ legis obſervantiam in vobis devotionis fervor, & perſeverantiæ gratia valeant adaugeri.

§. II. Cum igitur ex frigida diſpoſitione patriæ, in qua eſtis ſub diſciplina regularis obſervantiæ ad Redemptoris gloriam conſtitutæ proveniat, quod rigorem conceſſæ vobis regulæ non poſſitis in omnibus, ut cupitis, ſuſtinere, de æterna benignitate providendum duximus, ut auſteritatem hujuſmodi ſalutaris moderantiæ ſtudio temperemus. *Nequeunt Moniales Regulæ ſuſtinere rigorem.*

§. III. Vobis itaque præſentium auctoritate concedimus, ut non obſtante, quod omni tempore ſecundum eamdem regulam in cibo quadrageſimali jejunare debetis, diebus Dominicis, & quinta feria bis comedere, & lacticiniis refici valeatis. In omni vero Paſcha, & ſolemnitatibus B. Mariæ Virginis, ac etiam Apoſtolorum, ſive in feſto Nativitatis Domini, necnon tempore manifeſtæ neceſſitatis, utpote infirmitatis, nulla veſtrum ad jejunium teneatur. Et ſi forte aliqua ex vobis infirma fuerit, Abbatiſſa vel Soror major nihilominus cum ipſa de jejunio & cibo diſpenſandi habeat poteſtatem. Præterea volumus, quod diebus illis, quibus in quadrageſima majori, & minori ſecundum regulam in pane & *Facultas comedendi ova, & lacticinia præſcriptis temporibus.* *Diebus ſolemnibus & in manifeſta neceſſitate ad jejunium non tenentur.*

Digitized by Google

aqua tenemini jejunare, refectionem in omnibus ſicut aliis diebus quadragesimalibus habeatis.

Poſſunt duas Tunicas cum Scapulari habere.

§. IV. Ceterum habendi duas tunicas, ſcapularia, & mantellum cum pellibus, & ſubulares, & utendi ſiſconibus plenis fœno vel palea, necnon cervicalibus vobis licentiam impertimur.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis autem &c. Datum Laterani III. Nonas Maii anno XII.

VI.

Committit Prioribus Prædicatorum curam Hoſpitalis ſancti Franciſci Pragenſis quoad viſitationem & reformationem. Ex regeſt. Vatic. epiſt. 51.

Provinciali in Polonia & Pragen. Prioribus Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Magiſter & Fratres Hoſpitalis Pragenſis Prædicatorum deſiderant directionē.

§. I. VOta devotorum Eccleſiæ, quæ fructum ſalutis æternæ continere perſpicimus, quo potiora ſunt, omnibus libenter ad effectus deduci gratiam procuramus. Hinc eſt, quod cum dilectus filius Magiſter & Fratres Hoſpitalis ſancti Franciſci Pragenſis nullo medio ad Eccleſiam Romanam pertinentis, doctrinæ veſtræ cupiant habere præſidium, ut facilius proficere valeant ad merenda gaudia beatorum; devotionem veſtram rogamus & hortamur attente per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus favore benevolo proſequentes pia deſideria eorumdem, ipſis uſque ad quinquennium bis, vel ſemel in anno viſitationis officium impendatis, corrigentes & reformantes tam in capite quam in membris, quæ corrigenda & reformanda officio noveritis indigere.

§. II. Præterea ſuper inſtitutionibus per fratrem Joannem Miniſtrum Provincialem Ordinis Fratrum Minorum auctoritate noſtra, ſicut dicitur, factis ibidem, quæ in parte ſtudium correctionis ſeu mutationis expoſcere proponuntur, eadem auctoritate providere curetis, prout ſecundum Deum ſaluti dictorum Magiſtrorum & Fratrum videritis expedire. Contradictores &c. Datum Lateran. X. Kalend. Maii anno XII.

VII.

Acceptat renunciationem Hoſpitalis ſancti Franciſci Pragenſis factam ab Agnete Bohemica, & transfert poſſeſſionem in Magiſtrum & Fratres Hoſpitalis. Ex Regeſt. Vatic. epiſt. 50.

Magiſtro & Fratribus Hoſpitalis ſancti Franciſci Pragenſis.

Agnes cum Sororibus Hoſpitale renunciat.

§. I. CAriſſima in Chriſto filia noſtra Agnes Germana illuſtris Regis Bohemiæ, & Conventus incluſarum ancillarum Chriſti Monaſterii ſancti Franciſci Pragenſis Ordinis ſancti Damiani, nobis humiliter ſupplicarunt, ut Hoſpitalis ſancti Franciſci loci ejuſdem, quod olim cum juribus & pertinentiis ceſſerat eis, & per ipſas Sedes Apoſtolica Monaſterio memorato conceſſit, liberam reſignationem recipere curaremus.

Quod a Pontifice FratribusHoſpitale cum Cahone ſolvendo donatur.

§. II. Nos igitur hujuſmodi reſignatione recepta, hoſpitale ipſum, quod beati Petri juris & proprietatis exiſtens, vobis & ſucceſſoribus veſtris concedimus in perpetuum libere poſſidendum, ſub Apoſtolicæ Sedis protectione ſancimus perpetuis permanere temporibus, & nulli alii præterquam Rom. Pontif. ſubjacere.

§. III. In

Digitized by Google

§. III. In recognitionem autem dominii & perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis Eccleſiæ Romanæ cenſum annuum unius Biſantii perſolvetis.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis & conſtitutionis &c. Si quis autem &c. Datum Laterani v. Kalendas Maii anno XII.

VIII.

Reſpondet ad quædam interrogata circa colligenda legata relicta in Terræ ſanctæ ſubſidium. Ex Regeſt. Vatic. epiſt. 172.

Fratri Willielmo Pœnitentiario noſtro & decano Pariſienſi.

CONſultationi veſtræ ſic duximus reſpondendum, quod legata in Terræ ſanctæ ſubſidium, quæ teſtatur certis aſſignari perſonis, vel per certas perſonas in ipſius ſubſidium deferri mandavit, exigere non valeatis. Ea vero quæ pro eodem ſubſidio bellatoribus incertis exolvi præcepit, exigere, & detentores ipſorum ad exhibendum ea vobis, juxta mandati noſtri tenorem, vobis directi coarctare poteſtis.

Datum Laterani VI. Kalend. Julii anno XII.

IX.

Jubet ut protegant Minores ab injuriis Cleri Braccarenſis: Ex Regeſt. Vatic. epiſt. 208.

Epiſcopo, Decano, & Magiſtro ſcholarum Aurienſi.

SUb religionis habitu vacantibus ſtudio piæ vitæ ita debemus eſſe propitii, ut in divinis beneplacitis exequendis non poſſint obſtaculis præpediri. Cum igitur dilecti filii Miniſter & Fratres Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Braccarenſis ſicut accepimus, a nonnullis in perſonis, & rebus, ac eleemoſynis, quæ conferuntur eiſdem intuitu pietatis, multis afficiantur injuriis & jacturis; nos eiſdem condigne quietis volentes providere ſubſidiis, & ipſorum turbatoribus viam præcludere læſionis, diſcretionem veſtram rogamus & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta præſentium mandamus, quatenus eos pro divina & noſtra reverentia favoris opportuni gratia proſequentes, ipſos ſuper præmiſſis non permittatis ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores &c. *Minores a Clero Braccarenſi vexati.*

Non obſtantibus &c. Quod ſi non omnes &c. Tu frater Epiſcope &c. *Clauſolæ irritantes.*
Datum Anagniæ VIII. Idus Auguſti anno XII.

X.

Item ut protegantur eorum benefactores. Ex Regeſt. Vat. epiſt. 209.

EISDEM.

ARbitrantes indignum, quod unde quis Deo gratus haberi dignoſcitur, inde ab hominibus contumeliis affligatur, diſcretionem veſtram rogamus, hortamur & attente per Apoſtolica vobis ſcripta præſentium virtute mandamus, quatenus benefactores dilect. fil. Fratrum de Ordine fratrum Minorum Provinciæ Bracarenſis qui ſic ut accepimus, pro eo quod ipſis benefaciunt multis afficiuntur injuriis, & jacturis, opportuni favoris gratia proſequentes, ipſos in perſonis aut rebus occa-

Digitized by Google

ſione hujuſmodi non permittatis moleſtari &c. Ut ſupra. Datum ut ſupra.

XI.

Approbat commutationes quarumdam poſſeſſionum factas cum Monaſterio ſanctæ Mariæ de Farneto. Ex Reg. Vat. epiſt. 210

Abbatiſſæ & Sororibus incluſis Monaſterii ſancti Coſmæ Transtiberim de Urbe Ordinis ſancti Damiani.

Abbas Farneti quædam bona cum Monialibus S. Coſmæ Tranſtiberim commutat.

§. I. QUoties a nobis petitur, quod religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere, ac petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Cum igitur dilectus filius Abbas, & Conventus Monaſterii de Farneto dederint, tradiderint, permutaverint, tranſtulerint, & conceſſerint in perpetuum Monaſterio veſtro, ac dilecto filio Magiſtro Joanni de ſancto Germano Capellano noſtro dicti Monaſterii, veſtri nomine, auctoritate noſtra recipienti Eccleſiam ſancti Cornelii prope Inſulam, quæ vocatur caſtrum ſancti Petri, in loco qui dicitur Maceran. Portuen. diœceſ. liberam & abſolutam cum Eccleſiis ſibi ſubjectis, & omnibus juribus & pertinentiis ſuis nihil ſibi, vel dicto eorum Monaſterio, aut ſucceſſoribus ſuis in prædictis penitus reſervantes, conceſſo ab eodem Capellano pro permutatione, ſeu conceſſione hujuſmodi, de mandato noſtro, Abbati & Conventui ſupradictis Monaſterio ſancti Criſpoliti Aſſiſinatis diœceſ. cum omnibus Eccleſiis, poſſeſſionibus, juribus & pertinentiis quocumque modo, vel jure ad Monaſterium illud ſpectantibus, tam in capite, quam in membris, Aſſiſinatis Epiſcopi & Eccleſiæ, jure ſalvo, prout in inſtrumento publico confecto exinde perſpeximus plenius contineri.

§. II. Nos conceſſionem ſeu permutationem eamdem ratam & gratam habentes, ipſam auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus; tenorem inſtrumenti prædicti præſentibus ad cautelam de verbo ad verbum inſeri facientes, qui talis eſt.

In nomine Domini Amen: Anno ejuſdem MCCXXXVIII. IX. *Kalend. Julii Indictione* XI. *tempore Domini Gregorii Papæ IX. & Fr. Imperatoris exiſtentium.*

Actorum authenticum inſtrumétum.

§. III. N*Os Donnus Ubertinus Abbas Monaſterii ſanctæ Mariæ de Farneto, & Donnus Ubertus Syndicus procurator, & actor ipſius Monaſterii ad dandum & permutandum Monaſterium ſancti Cornelii de Inſula in Maceran. Portuen. diœceſi, cum Eccleſiis, & Capellis ſibi ſubjectis, poſſeſſionibus, juribus & pertinentiis omnibus tradendum, & concedendum Monaſterio ſancti Coſmæ de Urbe in Tranſtiberim, ut apparet in charta facta per Riccum Notarium, tenor cujus talis eſt: In Chriſti nomine Amen. Ego Donnus Ubertinus Abbas, & Conventus Monaſterii ſanctæ Mariæ de Farneto Aretin. diœceſ. ſcil. Donnus Joannes Camerarius, Donnus Dominicus ſancti Archangeli Abbas, Donnus Petrus Presbyter Prior de Curte, Presbyter Diotaviti Prior de Rivo cavo, Presbyter Bonifacius Prior de Roncan. Presbyter Chriſtophanus Prior de Cecian. Maſſeus Diaconus Prior de Capell. Presbyter Petrus, Presbyter Ugo, Chriſtophanus Pepus, Benedictus Subdiaconus, Joannes Ranucius, Maurus Presbyter, Accurſus & Juncta* Sub-

Digitized by Google

Subdiaconus Monachi, Salomon Presbyter, Joannes Presbyter, Viva & Joannes Converſi Monaſterii ejuſdem pro nobis omnibus & Monaſterio noſtro conſtituimus, facimus & ordinamus Syndicum actorem & procuratorem noſtrum, & dicti Monaſterii te fratrem Ubertum ipſius Monaſterii Monachum ad dandum, & permutandum, & transferendum & corporalem poſſeſſionem tradendam, Monaſterium noſtrum ſancti Cornelii de Inſula in Maceran. Portuen. diœc. cum Eccleſiis & Capellis ſibi ſubjectis, poſſeſſionibus, juribus & pertinentiis omnibus ipſius Monaſterii, & dictarum Eccleſiarum Monaſterio ſancti Coſmæ in Tranſtiberim de Urbe, & cuilibet recipienti pro ipſo, & ad omnia alia gerenda & facienda, quæ huic negotio competere poſſent, nihil in eis, aut de eis nobis, aut noſtris poſteris reſervantes, & ad recipiendam permutationem, ſive recompenſationem pro prædictis, quam Nuncius Domini Papæ nobis dederit, promittentes, nos ratos habituros & firmum quidquid dictus Syndicus, vel Procurator fecerit de præmiſſis. In cujus rei teſtimonium & cautelam præſens ſcriptum ſigillo mei Abbatis, cum aliud ſigillum proprium Conventus non habeat, & manu publica fecimus conſignari, dantes eidem Uberto Syndico noſtro plenam & liberam poteſtatem alium ſuper prædictis omnibus conſtituendi procuratorem. Actum in clauſtro prædicti Monaſterii noſtri de Farneto, præſentibus Joanne Bernardini de Farneto, Petro de Capellis, Joanne Bartoli, Ranucio Joannis Bernardi, Joanne Carbonis, Petro Raynerii de Farneto, Ventura Joannis de Capellis, & Picto Raynerii de Qualcotoli teſtibus rogatis. Anno Domini MCCXXXVIII. IX. *Kalend. Julii Indict.* XI. *nomine dicti Monaſterii & Conventus ipſi damus, tradimus, permutamus, transferimus & concedimus in perpetuum Monaſterio ſancti Coſmæ de Urbe in Tranſtiberim, & Dominabus incluſis, quæ morantur ibidem, & tibi Domino Joanni de ſancto Germano Domini Papæ Capellano recipienti de mandato iſtius Domini Papæ pro prædicto Monaſterio ſancti Coſmæ, & Dominabus incluſis quæ morantur ibidem, Eccleſiam ſancti Cornelii prope Inſulam, quæ vocatur caſtrum ſancti Petri in loco, qui dicitur Maceran. Portuen. diœc. liberam & abſolutam, & Eccleſias ſibi ſubjectas, jura omnia & ſpiritualia eiſdem annexa, nihil nobis, vel dicto Monaſterio noſtro, aut noſtris poſteris reſervato. Et ego prædictus Joannes auctoritate Domini Papæ & mandato, Breve dedi, cujus tenor talis eſt.*

§. IV. *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei: dilecto filio magiſtro Joanni de ſancto Germano Capellano noſtro ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum noſtris tibi demus litteris in mandatis, ut Monaſterium ſancti Criſpoliti de Betton. Aſſiſinat. diœc. cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, quod eſt, lapſu temporalium imminente, in ſpiritualibus deformatum, & per Abbat. & Monachos olim habitan. ibidem non potuit reformari, dilecto filio Abbati & Conventui de Farneto auctoritate noſtra conferas, & aſſignes ab ipſis ut convenit reformandum, Aſſiſinat. Epiſcopi & Eccleſiæ jure ſalvo diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ab Abb. & Conventu prædicti Monaſterii de Farneto ſuper conceſſione ab eis de Eccleſia ſancti Cornelii, cum omnibus juribus & pertinentiis ejus Monaſterio noſtro ſancti Coſmæ Tranſtiberim perpetuo facienda, prius recipias publicum inſtrumentum. Datum Laterani* XVIII. *Kalend. Julii Pontificatus noſtri anno* XII.

§. V. *Pro dicta permutatione, datione, & conceſſione do, trado, permuto, transfero, & concedo vobis prædictis Abb. & Syndico Monaſterii prædicti de Farneto recipientibus nomine ac vice ipſius Monaſterium ſancti Criſpoliti de Betton. Aſſiſin. diœceſis, & ſubjectas ſibi Eccleſias, jura & ſpiritualia eis annexa. Item nos prædicti Abbas & Syndicus nomine dicti Mo-*

Monaſterii de Farneto damus, tradimus, permutamus, transferimus & concedimus dicto Monaſterio ſancti Coſmæ Tranſtiberim de Urbe, & Dominabus incluſis degentibus ibidem, & tibi Domino Joanni recipienti de Domini Papæ mandato prædicto pro ipſis Dominabus & Monaſterio in perpetuum omnia temporalia, jus, proprietatem, & uſum poſſeſſionum, & rerum omnium mobilium & immobilium Eccleſiæ prædictæ ſancti Cornelii, & Eccleſiarum, & rerum ipſarum quocumque modo, vel jure tam in capite quam in membris ſibi ſubjectarum. Pro quibus ego Joannes auctoritate & vice prædictis do, trado, permuto, transfero, & concedo in perpetuum vobis prædicto Abbati, & Syndico recipientibus nomine dicti Monaſterii de Farneto omnia temporalia, jus, proprietatem, & uſum poſſeſſionum omnium, & rerum omnium mobilium & immobilium prædictæ Eccleſiæ ſancti Criſpoliti de Betton. & omnium Eccleſiarum, & rerum ipſarum quocumque modo, vel jure tam in capite, quam in membris ſubjectarum ſibi, ſalvo jure Epiſcopi, & Eccleſiæ Aſsiſinatis, & dictum Monaſterium vobis concedo, ut ſicut veſtrum habeatis, & de Monachis veſtri Ordinis reformetis, ſicut in Dominico mandato perſpicitur contineri. Quam conceſſionem, permutationem, & omnia alia ſupradicta promittimus dicti Abbas & Syndicus Monaſterii ſanctæ Mariæ de Farneto nomine ipſius Monaſterii tibi dicto Domino Joanni recipienti pro dictis Dominabus incluſis Monaſterii ſancti Coſmæ de Urbe in Tranſtiberim, & ipſo Monaſterio, & ipſis Dominabus, & Monaſterio rata & firma tenere perpetuo per nos, noſtroſque ſucceſſores, & in nullo contra facere, vel contravenire aliqua occaſione, vel exceptione, ſub pœna mille marcarum argenti, quam tibi pro Dominabus prædictis ſi contra fecerimus, vel non ſervaverimus prædicta nos ſoluturos promittimus ſtipulatione ſolemni, qua ſoluta, vel non, hæc omnia perpetuam obtineant firmitatem.

§. VI. *Actum apud dictum Monaſterium ſancti Criſpoliti in clauſtro ipſius Eccleſiæ, præſentibus Joanne Domino Milianæ Canonico Camerinen. Donno Angelo de Roſſano Canonico Aſsiſinate, Petro Levi de Betton. Donno Nicolao Willam Capellan. ſancti Blaſii, Mercurio de Prato Clerico dicti Domini Joannis, Donno Jacobo Capellano ſancti Laurentii de Torrella, Saracen. Domini Olivetan. de Betton. Ricco Nitario, Ubertino de monte Politiano, Donno Angelo Clerico ſancti Laurentii de Torrella, Donno Jacobo monacho ſancti Quirici, & Donno Griffolino milite de Cortona, teſtibus rogatis. Item eadem hora & loco, & præſentibus eiſdem teſtibus, præter Donnum Nicolaum & Saracenum, prædictus Dominus Joannes Capellanus auctoritate, & mandato Domini Papæ induxit dictum Abbatem & Syndicum nomine Monaſterii prædicti de Farneto in corporalem poſſeſſionem prædicti ſancti Criſpoliti, inveſtiendo eos per pannos altaris & funes campanarum pro ipſo Monaſterio, Cappellis omnibus, poſſeſſionibus, & rebus ſuis. Item prædicti Cappellanus & Abbas & Syndicus dederunt mihi Ricco Notario plenam poteſtatem & auctoritatem, ut poſſim hoc inſtrumentum corrigere & emendare, ad mandatum Domini Papæ, vel Capellani prædicti, ſalva natura contractus. Ego Riccus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus dum agerentur interfui, & ut ſupra legitur mandato prædictorum Domini Joannis Capellani Abbatis, & Syndici ſcripſi, & authenticavi, & inſtrumentum procurationis prædictum ſcriptum manu Ricci Notarii, & litteras prædictas Domini Papæ de verbo ad verbum auſcultavi, & exemplavi, excepto ſigno & publicatione, ſive ſubſcriptione ipſius inſtrumenti procurationis.*

Nulli ergo noſtræ cofirmationis &c. ſi quis autem &c. Datum Anagniæ v. Idus Auguſti anno XII.

XII.

Digitized by Google

XII.

Mandat Willielmo Pœnitentiario dare ſubſidium de redemptionibus votorum cruce ſignatorum Epiſcopo Nivernien. Regeſt. Vatic. epiſt. 299.

Fratri Willielmo, de Ordine Fratrum Minorum Pœnitentiario noſtro.

CUm Venerabilis frater noſter Epiſcopus Nivernien. aſſumpto vivificæ crucis ſigno, propoſuerit in Terræ ſanctæ ſubſidium proficiſci, nos attendentes, quod ipſum, utpote qui, ſicut aſſerit, cum honorabili bellatorum numero transfretare diſpoſuit, oportet ſubire gravia onera expenſarum, mandamus, quatenus redemptiones votorum crucesignatorum in duabus diœceſibus Regni Franciæ, in quibus per nos pro crucesignatis aliis non ſit ſcriptum, nec alicujus vel aliquorum nobilium crucesignatorum terra exiſtat, eidem Epiſcopo, poſtquam iter tranſmarinum arripuerit, facias aſſignari. Contradictores vero &c.

Datum Laterani Nonis Novembris anno XII.

XIII.

Mandat conferri ſubſidium de redemptione votorum crucesignatorum H. Belli loci proficiſcenti in ſuccurſum Romani Imperii. Regeſt. Vatic. epiſt. 317.

EIDEM.

CUm nobilis vir H. Dominus Belli loci in ſuccurſum Imperii Romani ſuſceperit ſignum crucis, mandamus quatenus redemptiones votorum, quas per dilectos filios ..... Abbatem Bellæ villæ, ac fratrem Petrum de Philiſtiim Ordinis Fratrum Minorum in terra ipſius nobilis, auctoritate noſtra colligi mandaviſti, eidem nobili proficiſcenti in ſubſidium Imperii præfati, facias aſſignari; mandatum noſtrum taliter impleturus; quod idem nobilis aſſecutum ſe gaudeat quod intendit, & nos devotionem tuam merito poſſimus commendare.

Datum VI. Kal. Decembris anno XII.

XIV.

Mandat abſolvi a voto proficiſcendi in ſubſidium Terræ ſanctæ debiles, & impotentes. Regeſt. Vatic. epiſt. 328.

... Senonen. & ... Rothomagen. Archiepiſcopis, & Fratri Willielmo de Ordine Fratrum Minorum Pœnitentiario noſtro.

CUm ſicut accepimus, nonnulli de Francia propter ſenectutem, alii ob debilitatem, quidam vero propter infirmitatem, non poſſint exequi perſonaliter votum, quod aſſumpto crucis ſignaculo de tranſeundo in Terræ ſanctæ ſubſidium emiſerunt, mandamus, quatenus tales a voto hujuſmodi abſolvatis, ita tamen quod prius ſolvant in manibus veſtris univerſas expenſas, quas eſſent in eundo, morando & redeundo facturi, alias laborem itineris, pietatis operibus compenſ ndo, illam ſuorum peccaminum indulgentiam habituri, quæ tranſeuntil us in ipſius terræ ſuccurſum in generali Concilio eſt conceſſa. Quod ſi non omnes &c.

Datum Later. IV. Non. Decembris anno XII.

XV. *Con-*

Digitized by Google

XV.

Confirmat donationem, ſeu permutationem Monaſterii ſancti Criſpoliti factam a ſuo Capellano Monaſterio ſanctæ Mariæ de Farneto Aretino; & aliam permutationem, ſeu tranſlationem ad Monaſterium ſancti Coſmæ Monialium. Regeſt. Vatic. epiſt. 335.

.... Abbati & Conventus Monaſterii ſanctæ Mariæ de Farneto, Ordinis ſancti Benedicti Aretin. Diœceſis.

QUoties a nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere, ac petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Cum igitur dilectus filius Magiſter Joannes de ſancto Germano Capellanus noſter de mandato noſtro dederit, tradiderit, permutarit, tranſtulerit, & conceſſerit in perpetuum Monaſterio veſtro Monaſterium ſancti Criſpoliti Aſſiſin. diœc. cum omnibus Eccleſiis, poſſeſſionibus, juribus, & pertinentiis quocumque modo, jure ad Monaſterium ſancti Criſpoliti ſpectantibus, tam in capite quam in membris Aſſiſin. Epiſcopi & Eccleſiæ jure ſalvo, pro permutatione, ſeu conceſſione Eccleſiæ ſancti Cornelii prope Inſulam, quæ vocatur caſtrum ſancti Petri, in loco, qui dicitur Maceratus Portuen. diœc. quam Monaſterio ſancti Coſmæ Tranſtiberim de Urbe Ordinis ſancti Damiani feciſti, prout in inſtrumento publico confecto exinde peſpeximus plenius contineri; nos conceſſionem ſeu permutationem eamdem ratam & gratam habentes, ipſam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Inſtrumenti prædicti tenorem præſentibus ad cautelam de verbo ad verbum inſeri facientes: qui talis eſt.

In nomine Domini. Amen &c. ut ſupra in alio inſtrumento num. 12. *fol.*404.*uſque ad finem.* Si quis autem &c. Datum Laterani XVI. Kalend. Januarii Pontificatus noſtri anno XII.

XVI.

Diſpenſat cum Monialibus Pragenſibus circa jejunii rigorem. Ex Regeſt. Vatic. epiſt. 326.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum ſancti Franciſci Pragen. Ordinis ſancti Damiani.

§. I. EX parte cariſſimæ in Chriſto filiæ Agnetis Sororis Monaſterii veſtri, & veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod ſeculi vanitate poſtpoſita, pro Redemptoris gloria religionis habitum aſſumpſiſtis, vos ad certam jejunii obſervantiam obligaſtis, videlicet ut a Sororibus, quæ ſanæ ſunt & validæ, omni tempore, tam diebus ferialibus, quam feſtivis, exceptis diebus Dominicis, & die Natalis Domini, quotidie in cibis quadrageſimalibus jejunetur, ita tamen quod in omni Paſcha, & ſolemnitatibus beatæ Virginis, ac etiam Apoſtolorum, niſi forte in ſexta feria venerint, jejunare minime teneantur. In quinta vero feria, præter quam in majori Quadrageſima, & minori, quæ jejunare noluerint, non jejunent. Hanc enim jejunii & abſtinentiæ legem corpore imbecilles, aut debiles obſervare minime pemittantur, ſed ſecundum earum infirmitatem, vel imbecillitatem, tam cibariis, quam jejuniis

Jejunium olim Monialibus præſcriptum.

Digitized by Google

niis cum eis ab Abbatiſſa, ſeu majori Sorore miſericorditer diſpenſetur.

§. II. Nos igitur cupientes, ut habendo quietem conſcientiæ de bono in melius proficere valeatis, univerſitatem veſtram præſentium auctoritate concedimus, ut a vobis dumtaxat, hujuſmodi forma jejunii non obſtante, jejunium quod continetur in Regula vobis tradita obſervetur. *Debent ea jejunia ſervare quæ continentur in Regula.*

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis autem &c. Datum Later. xv. Kalend. Januarii anno xii.

XVII.

Inhibet ne facultates ſuas poſſint vendere, aut alienare Moniales Spoletanæ. Ex Regeſt. Vatic. epiſt. 390.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium Incluſarum Monaſterii ſancti Pauli de Spoleto Ordinis ſancti Damiani.

Statum Monaſterii veſtri ſic de bono in melius dirigi cupimus, ut vos ad veſtræ religionis obſervantiam poſſe, Deo propitiante, ſufficere ſentiamus. Cum igitur multum ad hujuſmodi poſſibilitatem faciat quod tenuitas veſtræ ſubſtantiæ per negligentiam, ſeu præſumptionem aliquam non decreſcat, ne poſſeſſiones quas in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum ju. mo. pref. do. po. adipiſci, vendere, donare, locare, permutare, in emphyteoſim concedere, titulo pignoris obligare, vel diſtrahere, ſeu modo quolibet alienare, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ præſumatis, auctoritate præſentium, ſub interminatione anathematis diſtrictius inhibemus, ex nunc decernentes irritum & inane ſi quid contra inhibitionem hujuſmodi fuerit attentatum.

Nulli ergo noſtræ inhibitionis &c. Si quis autem &c. Datum Later. xiii. Kal. Martii anno xii.

XVIII.

Tranſmittit Monialibus Ulmenſibus Regulam. Ex Reg. Vatic. epiſt. 408.

Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Eliſabethæ de Ulm. Ordinis ſancti Damiani Cantantien. diœc.

Cœleſtia quærentibus, terrenis contemptui derelictis, libenter illa concedimus, per quæ ipſis proventuram perennis vitæ gloriam exiſtimamus. Cum igitur vos, ſicut accepimus, poſtpoſita vanitate ſeculi, virtutum Domino ſub beati Damiani Regula elegeritis famulari, nos veſtris precibus favorabiliter annuentes, dictam Regulam auctoritate Apoſtolica devotioni veſtræ duximus concedendam. Statuentes, ut eadem a vobis & aliis, quæ vobis ſucceſſerint perpetuis futuris temporibus obſervetur.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis &c. Datum Later. Idibus Martii anno xii.

XIX.

Ut non poſſint conveniri per litteras Apoſtolicas. Ex Reg. Vat. epiſt. 82.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium Monaſterii ſancti Angeli Eſculan. Ordinis ſancti Damiani.

Cœleſtia quærentibus, terrenis contemptui derelictis, libenter illud ſpeciale præſidium favoris impendimus, quod quietis & pacis eis producere gratiam ſentiamus. Eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, nos ve-

Digitized by Google

veſtris piis precibus inclinati, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut a quocumque conveniri per Apoſtolicas litteras non poſſitis, niſi de Ordine veſtro expreſſam fecerint mentionem.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Datum II. Non. Junii Pontificatus noſtri anno XIII.

XX.

Concedit Lantgraviis auctoritatem eligendi Confeſſarium, qui eos auctoritate abſolvat Pontificia, & jubet eum dari a Miniſtro Minorum. Ex Reg. Vatic. epiſt. 102.

Miniſtro Fratrum Minorum in Saxonia.

Principes pro abſolutione ſupplicant Apoſtolicæ Sedem.

§. I. Dilectus filius nobilis vir.... Lantgravius Turingiæ &.... uxor ejus cupientes ſe divinæ gratiæ per opera dignæ pœnitentiæ cooptare, nobis humiliter ſupplicaverunt, ut aliquem religioſum ſacerdotem concederemus eiſdem, qui confeſſiones eorum audiat, & injungat eis pœnitentiam ſalutarem.

Ad quod munus deſtinati Minores.

§. II. Nos igitur pium eorum propoſitum favore benevolo proſequentes, mandamus, quatenus ad hoc aliquem de Fratribus tuis, quem idoneum eſſe cognoveris, ſtudeas deputare, qui noſtra fretus auctoritate, quæ præmiſſa ſunt diligentius exequatur, ac nobilem prædictum abſolvat, ſi eum invenerit pro violenta injectione manuum in clericos, & religioſas perſonas, vel incendiis, ſeu rapinis latæ ſententiæ canonem incurriſſe, vel in poſterum incurrere contingat eumdem: proviſo quod paſſis damna & injurias ſatisfaciat competenter; & ſi ejuſdem nobilis fuerit gravis & enormis exceſſus, mittatur ad Sedem Apoſtolicam abſolvendus.

Datum Anagniæ v. Kalend. Auguſti anno XIII.

XXI.

Confirmat donationem factam Monialib. Offidanis. Ex Reg. Vatic. ep. 204.

Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſancti Franciſci de Offida Ordinis ſancti Damiani Firman. diœceſis.

Prior ſanctæ Mariæ Caſtri Offidæ Monialibus Damianitis Monaſterium concedit.

Pontifex quoſcumque ſupplet defectus, & donationem confirmat.

§. I. Ita Sede Apoſtolica non indigne ſpecialem favorem & gratiam conſequuntur, qui ſeculi vanitatibus derelictis, per ſanctæ converſationis ſtudia Dominum imitantur. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris ſupplicationibus annuentes, immunitatem & libertatem, quas Prior & Conventus ſanctæ Mariæ caſtri Offidæ Monaſterio Farſen. ſubjecti, ſpiritualem in eodem clauſtro juriſdictionem, & temporalem habentes, vobis & Monaſterio veſtro in ſpiritualibus & temporalibus, ſub annuo cenſu duarum tantum librarum ceræ pietatis intuitu, conceſſerunt, ſicut in inſtrumento publico inde confecto per manum Gentilis Notarii de Offida plenius continetur, vobis &, per vos ipſi Monaſterio Ven. dil. fil..... Abbatis & Conventus prædicti Monaſterii Farſen. quorum huic conceſſioni non intervenit aſſenſus, de noſtræ plenitudine poteſtatis miſericorditer ſupplendo defectum, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: ſtatuentes, ut vos & Monaſterium veſtrum Abbati ſeu Priori prædictorum Monaſteriorum, aut Conventibus eorumdem in nullo alio quam cenſu prædicto, tenea-

Digitized by Google

teneamini reſpondere, ac in Monaſterio veſtro per ſolum Viſitatorem Monaſteriorum Ordinis ſancti Damiani, qui pro tempore fuerit, vel alium, cui hoc ipſe commiſerit, viſitationis officium impendatur.

§. II. Ad hoc quieti veſtræ paterna volentes ſollicitudine providere, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quis in Monaſterium veſtrum, ſeu perſonas Domino ſervientes, interdicti vel excommunicationis ſententiam, ſine mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, audeat promulgare. Quam ſi ſecus proferri contigerit, irritam decernimus, & inanem. Nulli ergo noſtræ confirmationis, conſtitutionis, & inhibitionis, &c. Si quis autem, &c.

Quibuſcumque interdicitur in Monaſteriū promulgare cenſuras.

Dat. Anagniæ vi. Kal. Novembris anno xiii.

XXII.

Taxat eiſdem certum numerum Sanctimonialium. Ex Reg. Vatic. epiſt. 205.

Eisdem.

Cum propter multitudinem effrænatam Religionis ſtatus frequenter ſoleat perturbari, præſertim quando temporalium rerum facultas non ſuppetit opportuna; nos volentes quieti veſtræ, ut debemus, in poſterum paterna ſollicitudine providere, auctoritate præſentium duximus ſtatuendum, ut Monaſterium veſtrum vigenario tantum Monialium, vel Sororum numero ſit contentum, & nulla de cetero ultra eumdem numerum in Monialem ſive Sororem recipiatur ibidem, abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali licentia vel mandato, & niſi ea fecerint de præſentibus mentionem. Nulli ergo noſtræ conſtitutionis, &c.

Datum Lateran. v. Idus Decembris anno xiii.

Anno Christi 1240. Gregorii IX. anno 14.

XXIII.

Concedit, ne cogi poſſint ad commiſſiones obeundas, vel ad exequenda mandata. Ex noſtro Archivo. Speculum fol. 116.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Generali Miniſtro, & univerſis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. Qui poſtpoſita vanitate ſeculi, elegerunt virtutum Domino ſub paupertatis habitu famulari, a nobis illa confovendi ſunt gratia, quæ ipſorum neceſſitatibus noſcitur opportuna.

§. II. Cum igitur ad hoc ſemper veſtræ humilitas converſationis invigilet, ut Deo placeat per devotæ laudis obſequium, & fructum proferat animarum; nos devotionis veſtræ precibus inclinati, ut ad recipiendum commiſſiones cauſarum, aut ſententiarum executiones, vel alia contingentia cauſas ipſas per litteras Sedis Apoſtolicæ, Legatos, ſeu Delegatos ipſius, vel quoslibet alios cogi non poſſitis inviti, niſi plena in eiſdem litteris de conceſſione hujuſmodi mentio habeatur, vobis auctoritate præſentium indulgemus.

Digitized by Google

§. III. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Later. x. Kal. Maii Pontificatus noſtri anno xiv.

XXIV.

Jubet, ut ſubveniatur Joanni de Valenzenis laboranti in ſubſidium Imperii Conſtantinopolitani. Ex Reg. Vatic. epiſt. 173.

Priori Prædicatorum & Minorum Fratrum Provincialibus in Francia.

CUm dil. fil. Joannes de Valenzenis pro negotiis Conſtantinopolit. Imperii apud Sedem Apoſtolicam in Francia, & alibi utiliter procurandis, non modicum fideliter laborarit, ac in ipſius Imperii ſubſidium multa de bonis ſuis expenderit, mandamus quatenus in ducentis marcis argenti de legatis, & redemptionibus Crucesignatorum quæ per vos pro dicto ſubſidio mandavimus colligi, quocumque mandato contrario non obſtante, dicto Joanni providere curetis.

Datum Later. xii. Kal. Decembris anno xiv.

XXV.

Confirmat quamdam emptionem terrarum venditarum a Monachis ſancti Germani Pariſienſis in uſum Minorum. Ex Reg. Vatic. epiſt. 180.

Fratribus Minoribus Pariſienſibus.

Conſtitutionis motivum.

§. I. JUſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere aſſenſum & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, affectu proſequente complere. Ex veſtra ſane relatione accepimus, quod cum quædam terræ infra & extra muros Civitatis Pariſienſis poſitæ, ſpectantes ad Monaſterium ſancti Germani de Pratis Pariſienſibus vobis & veſtræ domui exiſterent opportunæ, ac parati eſſent poſſeſſores earum, qui a prædicto Monaſterio ipſas ſub annuo cenſu tenebant, illas vendere, ac alii eaſdem ad opus veſtrum emere fervore devotionis accenſi dil. fil. Abbas & Con. Monaſterii ejuſdem, conſiderata loci prædictæ veſtræ domus anguſtia, propter quam Fratres reſidentes ibidem multis incommodis gravabantur, ad preces & mandatum noſtrum prædictis poſſeſſoribus ſuper ipſarum venditione terrarum, ad veſtrum & domus ejuſdem opus, pietatis intuitu præbuere conſenſum, ſicut in litteris ſignatis ſigillis eorum plenius continetur.

Pontificia confirmatio.

§. II. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ab Abbate & Conventu præfatis pie ac provide factum eſſe noſcitur in hac parte auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Epiſtola Abbatis ſancti Germani ad Pontificem.

§. III. Tenorem vero litterarum ipſarum præſentibus duximus inſerendum, qui talis eſt. *Sanctiſſimo Patri ac Domino Gregorio divina providentia ſummo Pontifici, Symon beati Germani de Pratis Pariſien. humilis Abbas, & totus ejuſdem loci Conventus, filii ejus humiles & devoti, cum omnimoda ſubjectione & obedientia pedum oſcula beatorum. Læto vultu lectis Sanctitatis veſtræ ſacris apicibus, & jucundo conſideratis intuitu, quas parvitati noſtræ Paternitatis veſtræ ſanctitas ſuper hoc deſtinavit, ut a nobis*

Digitized by Google

a nobis ad opus Fratrum Minorum Pariſiis degentium comparandi per amicos ſpirituales terras ſibi neceſſarias ſub Eccleſia noſtra donaretur conceſſio. Nobis quidem deſiderabile & exultabile eſt veſtris obtemperare ſemper imperiis, & eorum qui contemptis, imo rejectis mundi divitiis, ſemetipſos ſalubriter abnegantes, in altiſſima paupertate Chriſto pauperi famulantur, neceſſitatibus & indigentiis ſubvenire; mandatis veſtris obedivimus, petitioni eorum quantum in nobis eſt, ſatisfacientes. Sed ne contra juramentum quod nos Abbas de rebus Monaſterii noſtri non alienandis fecimus, videamur aliquid attentare, & venire contra privilegia nobis a Sede Apoſtolica indulta cum ea, quæ eis conceſſimus ſine damno Monaſterii noſtri firmiter credimus conceſſiſſe, ſanctitati veſtræ ſupplicamus, quátenus conceſſionem eis factam dignetur veſtræ paternitatis ſanctitas confirmare. Bene & diu valeat Paternitatis veſtræ ſanctitas per tempora longiora. Dat. anno Domini MCCXL.

Nulli ergo noſtræ confirmationis, &c. ſi quis autem, &c. Dat. Lat. VI. Idus Decembris anno XIV.

XXVI.

Concedit facultatem Miniſtris Generali, & Provincialibus abſolvendi Fratres ſubditos profeſſos, ſeu Converſos ab excommunicatione ob injectas manus violentas incurſa, prævia ſatisfactione. Ex Arch. Aracœlitano n.63. 84. 113. Speculum fol. 115. p. 2.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Generali, & ceteris Miniſtris Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. IN jure canonico reperitur expreſſum, ut ſi quiſquam eorum qui ſimul vivunt pro manus injectione in ſocium a communione meruerit fieri alienus, Prælatus ejuſdem reconciliandi, & pœnitentiam imponendi plenariam habeat poteſtatem, niſi forte atrocitas facti graviorem pœnam expectet. Habetur etiam in eodem, quod de ſeculo fugientes qui Religionis habitum in Monaſterio receperunt, & inter cetera poſtmodum confitentur ſe tale commiſiſſe delictum, per quod ipſo actu excommunicationis ſententiam incurrerunt in Religionis favorem, & ut ſubtrahatur vagandi materia, per ſuos Prælatos abſolutionis benedictionem conſequantur.

Prælati facultatem habent ex jure abſolvendi a cenſuris.

§. II. Verum cum proveniat ex veſtræ, ac Fratrum veſtrorum converſationis piæ meritis, per quam ubique terrarum nomen attollitur omnium Conditoris, ut quam cum ipſo poſſimus vobis pro animarum ſalute gratiam faciamus, devotioni veſtræ præſentium auctoritate concedimus, ut eos ex Fratribus veſtris, qui pro injectione manuum in ſeipſos incurrerunt excommunicationis vinculum, vel incurrent, aut in illud anteſuſceptum habitum inciderunt, nec non ut eos, qui relicta vanitate ſeculi, cupientes veſtræ humilitatis collegio aggregari, ſe aſſerunt excommunicatione ligatos, ne ipſorum ad Deum poſſit impediri converſio, abſolvere valeatis, dummodo injuriam & damna paſſis ſatisfaciant competenter. Illis tamen exceptis, quorum adeo gravis fuerit & enormis exceſſus, quod merito ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi.

Debent abſolvendi parti ſatisfacere.

§.III.

§. III. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Lateran. XI. Idus Decembr. Pont. noſtri anno XIV.

XXVII.

Concedit licentiam Miniſtris Provincialibus in Capitulis Provincialibus inſtituendi prædicatores, non obſtante præcepto Regulæ, quo ordinatur eos examinari a Miniſtro Generali. Ex Archivo Aracœlitano, in quo habetur ſub plumbo num. 63. habetur repetita in Speculo 2. tract. fol. 35. part. 2. in Firmamento fol. 125. pag. 2. Roderiguez Bulla XI.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis Filiis Generali Miniſtro, & univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ex præcepto Regulæ nemo prædicare poteſt abſque Miniſtri licentia.

§. I. PRohibente regula veſtra, nulli Fratrum veſtrorum eſt licitum prædicare populo, niſi a Generali Miniſtro veſtri Ordinis examinatus, ac approbatus fuerit, & ſibi prædicationis officium ab ipſo conceſſum.

§. II. Verum cum pium ſit, ut pro dictorum Fratrum laboribus, ac periculoſis diſcurſibus evitandis, nec non quod animarum ſalus poſſit provenire facilius, Apoſtolicæ Sedis circumſpectio ſuper prohibitione hujuſmodi opportunæ remedium proviſionis apponat. Nos devotionis veſtræ precibus inclinati, ut ſinguli veſtrum in ſuis Provinciis cum diffinitoribus in provincialibus capitulis congregatis, Fratres in ſacra pagina eruditos examinare ac approbare, & eis officium prædicationis, Deum habendo præ oculis, committere valeant, vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem.

§. III. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lateran. 2. Idus Decembris Pontificatus noſtri anno XIV.

XXVIII.

Prohibet ne externus habitum Religionis ejus conſimilem deferat, ſi ſecus fiat, per Diœceſanos compelli debere ad ejus depoſitionem. Ex Archivo Aracœlitano num. 57. & 26. Speculum fol. 115. part. 7.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis Filiis Generali Miniſtro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Confuſio habitus confuſionem animorum inducit.

§. I. QUia confuſio habitus ſæpe confuſionem inducit Ordinum, & etiam animorum, auctoritate præſentium diſtrictius prohibemus ut nulli, ſive ſit in religionis Ordine, vel extra Ordi-

Ordinem conſtitutus, habitum veſtrum aut ita conſimilem, quod propter eum Frater Minor credi poſſit, deferre liceat, abſque mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali.

§. II. Ceterum ut dicta inhibitio majorem conſequatur effectum, ſtatuimus, ut hi qui habitum veſtrum, vel ſibi prædicto modo conſimilem deferre præſumpſerint, ad deponendum ipſum per Diœceſanos locorum, cum a vobis requiſiti fuerint, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur.

§. III. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lateran. Idibus Decembris Pontificatus noſtri anno XIV.

XXIX.

Commendat Tiburtinis Conſulibus ut de commodiore & honeſtiore loco Fratribus provideant. Ex noſtro Archivo ſub plumbo pendente.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Conſulibus Tiburtinis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. Inter alia, quæ nobis incumbunt, ſaluti fidelium præcipue intendentes, illa præ ceteris eos agere cupimus, per quæ in viam vitæ dirigantur æternæ. Tanto igitur ad opera pietatis libentius vos hortamur, quanto per ipſa ſalutem facilius provenire novimus animarum.

§. II. Cum itaque ſicut dilecti filii Fratres Minores Tiburtini nobis exponere curaverunt, quod ædificia loci in quo morantur, minentur præ nimia vetuſtate ruinam, idemque locus ſitus ſit ſupra flumen, cujus continuo turbantur ſonitu, ac via publica ipſi vicina inhoneſtum reddat eumdem, aliaſque ineptus exiſtat, ipſi ad locum alium, ubi commode & honeſte manere valeant, cupiunt ſe trasferre.

§. III. Quocirca devotionem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eiſdem Fratribus de alio loco religioni eorum congruo, ubi ſub optata quiete poſſint Domino famulari, pro divina & noſtra reverentia, providere curetis; ita quod ex hoc mereamini ſupernæ retributionis præmium reportare, ac Apoſtolicæ Sædis gratiam uberius conſequi, & favorem.

Datum Laterani undecimo Kalendas Februarii Pontificatus noſtri anno XIV.

XXX.

Prælatis prohibet exigere a Fratribus obedientiam manualem. Ex noſtro Archivo. Speculum fol. 115. Firm. 2. tract. 1. fol. 19.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Generali Miniſtro, & univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. Inducimur piæ converſationis veſtræ meritis, ut in his quæ ſecundum Deum poſſumus, vos favore benevolo proſequamur.

Hinc

Hinc eſt quod cum quidam ex Prælatis Eccleſiarum, qui ſicut accepimus, vos ſibi devotos inveniunt, & in exhibitione condignæ reverentiæ ſtudioſos, in eo ſe humilitati veſtræ moleſtos exhibeant, quod novam conſuetudinem inducere molientes, a vobis obedientiam exigunt manualem.

§. II. Nos id arbitrantes incongruum, & reputantes indignum, ut nullus ex Prælatis eiſdem abſque mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, a vobis dictam obedientiam manualem præſumat exigere, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus.

§. III. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani IX. Kalendas Martii Pontificatus noſtri anno XIV.

XXXI.

Quod mulieres diſcalceatæ cum habitu regulari non incedant. Ex ſpeculo Minorum tract. I. fol. 4. Roderiguez bulla XII.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Archiepiſcopis & Epiſcopis, ad quas litteræ iſtæ pervenerint.

§. I. AD audientiam noſtram noveritis perveniſſe, quod nonnullæ mulieres per veſtras Civitates & Diœceſes diſcurrentes, ſe forte de ſancti Damiani Ordine mentiuntur: & ut alii ſuæ aſſertioni mendaci fide credulitatis accedant, diſcalceatæ vadunt: habitum, & cingulum Monialium, ejuſdem Ordinis chordulas deferentes, quas quidem diſcalceatas ſeu Chordularias, alii Minoretas appellant: cum tamen Moniales ipſæ, ut gratum præſtent Domino famulatum perpetuo ſint incluſæ.

§. II. Unde quia in ejuſdem Ordinis confuſionem, ac derogationem Ordinis Fratrum Minorum, & ipſorum Fratrum ſcandalum ac Monialium earumdem prædictarum mulierum religio ſimulata redundat: univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus mulieres ipſas ad abjiciendum cum eiſdem cingulis & chordulis hujuſmodi habitum, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, cum ſuper hoc requiſiti fueritis, appellatione poſtpoſita, compellatis.

Datum Laterani IX. Kalendas Martii, Pontificatus noſtri anno XIV.

XXXII.

Jubet mitti pecuniam pro redemptione A. Comitis Montisfortis. Ex Regeſt. Vatic. epiſt. 208.

Fratri Willielmo Pænitentiario noſtro.

CUm nobilis vir A. Comes Montisfortis qui in Terræ ſanctæ ſubſidium venerat, a Saracenis teneatur carcerali cuſtodiæ mancipatus, & dignum ſit, ut Apoſtolica Sedes ſuper liberatione dicti Comitis eo fortius intendere ſtudeat, quo Eccleſia Dei redemptioni captivorum ſpe-

Digitized by Google

ſpecialius tenetur aſtricta, & idem Comes, ac prædeceſſores ſui in ſervitio Dei, & Chriſtianæ fidei fortius inſudaſſe noſcuntur, præſentis ſcripti auctoritate diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus eidem Comiti, ſi eum pecunia redimi contigerit, pro redemptione ſua quinque millia Marcarum argenti, ſi pro minori redimi non poterit quantitate, de redemptionibus Cruceſignatorum & legatis Terræ ſanctæ, ſi qua apud aliquos terræ prædictæ poterunt inveniri, quæ Templariis, Hoſpitalariis & aliis ſpecialiter non ſunt ad certum uſum a quibuſcumque collata, & his exceptis, quæ a bon. mem. Nornicen. Epiſcopo ſunt relicta per manus dil. fil. Oſtien. Epiſcopi, & dil. fil. N. tit. S. Mariæ Tranſtyberim. presbyteri Cardinalis in ejuſdem Terræ ſubſidium eroganda, qualibet difficultate ſemota, exhibere curetis, detentores eorum ad ipſorum exhibitionem modo prædicto per cen. Eccleſ. appellatione remota, cogentes, mandato noſtro taliter inhærendo, quod de bono obedientiæ poſſis merito commendari.

Datum Lateran. IV. Non. Martii anno XIV.

XXXIII.

Præcipit concedi Fratribus Eccleſiam ſanctæ Mariæ majoris Tiburtinam. Ex noſtro Archivo.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Conſulib. s & Conſiliatus Tiburtin. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Prompta debet ad id veſtra reperiri devotio, in quo & honor Dei geritur & animarum utilitas procuratur, Cum igitur ædificia loci, in quo dilecti filii Fratres de Ordine Minorum Tibure commorantium minentur præ nimia vetuſtate ruinam, idemque locus alias eiſdem ineptus exiſtat; Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, ac in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus eiſdem Fratribus, ut Eccleſiam ſanctæ Mariæ majoris Tiburtin. per venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Tiburtin. cui ſuper hoc ſcripta noſtra direximus, poſſint conſequi, & in ipſa virtutum Domino famulari, vos pro divina & veſtra reverentia impendatis favorabiles & benignos, nullum ſuper hoc obſtaculum eidem Epiſcopo inferentes: preces noſtras taliter impleturi, ut ex veſtris opportunis temporibus annuendi materiam habeamus.

Datum Lateran. X. Kalendas Aprilis Pontificatus noſtri anno XV.

XXXIV.

Ut a quoquam non poſſint conveniri per litteras Apoſtolicas. Ex Regeſt. Vatic. epiſt. 42.

Univerſis Abbatiſſis & Monialibus incluſis Monaſteriorum Ordinis ſancti Damiani.

§. I. Perſonis, quæ mundo relicto, ad cæleſtia totis tendunt affectibus, illius favoris nos convenit adeſſe præſidio, ut contra inquietantium defenſæ moleſtias pace quieta, & quiete pacifica pacis fa- *Cõvenit, Papam contra Religioſos moleſtias cõpeſcere.*

Digitized by Google

mulentur auctori, ac ab earum juribus refrenato litigantium auſu, quem ad illa æmula rei alienæ cupiditas liberis laxat habenis, eædem ad cauſarum ſtrepitum de contemplationis ſilentio clavibus non arctatæ judicii, mentis oculos ad deſiderium levatos cæleſtium, terrenorum affectui non incurvent; ſed inferiorum oneri ſubtractis penitus humeris levius ad ſuperiora conſcendant.

§. II. Ea propter, dilectæ in Domino filiæ, paci veſtræ providere volentes, ut Chriſto pauperi, quem mundi repudiatis applauſibus, in paupertatis aſperitate colitis, quietius & devotius ſerviatis, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut a quoquam conveniri per litteras Apoſtolicas non poſſitis, nec aliquis contra vos procedere auctoritate valeat earumdem, niſi de Ordine veſtro fecerint mentionem.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis autem &c. Datum Lateran. vi. Kalendas Maii anno xv.

XXXV.

Quod Fratres Minores non teneantur accipere commiſſiones. Ex Speculo Minorum tract. 2. fol. 17.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Generali Miniſtro, & univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. Qui poſtpoſita vanitate ſeculi, elegerunt virtutum Domino ſub paupertatis habitu famulari, a nobis illa confovendi ſunt gratia, quæ ipſorum neceſſitatibus noſcitur opportuna.

§. II. Cum igitur ad hoc ſemper veræ humilitas converſationis invigilet, ut Deo placeat per devotæ laudis obſequium, & fructum proferat animarum. Nos devotionis veſtræ precibus inclinati, ut ad recipiendum commiſſiones cauſarum, aut ſententiarum executiones, vel alia contingentia cauſas ipſas per litteras Sedis Apoſtolicæ, legatos vel delegatos ipſius, per quoslibet alios cogi non poſſitis inviti, niſi plena in eiſdem litteris de conceſſione hujuſmodi mentio habeatur, vobis auctoritate præſentium indulgemus.

Nulli ergo hominum liceat &c. Datum Lateran. v. Kalendas Maii Pontificatus noſtri anno xv.

XXXVI.

Ut poſſint intrare Minores clauſtra Monialium in quibuſdam caſibus. Ex Regeſt. Vatic. epiſt. 68.

Univerſis Abbatiſſis & Monialibus Incluſis Monaſteriorum Ordinis ſancti Damiani.

Veſtris piis ſupplicationibus inclinati, Fratribus Minoribus qui Monaſteriorum veſtrorum obſequiis deputantur, ut pro exercendo Monaſteriorum ipſorum opere, vel illis conſervandis ab incendio, ſeu a latronibus defendendis, ac ut Frater presbyter, cum uno Fratrum ipſorum clerico maturo moribus & ætate, pro audiendis confeſſionibus veſtris

Digitized by Google

ſtris, & extrema unctione ac aliis Sacramentis Eccleſiaſticis exhibendis vobis, infirmitate cogente, ac ſepeliendis corporibus Sororum decedentium, Monaſteria ipſa, ſecundum formam quæ in regula veſtra noſcitur contineri, ingredi valeant, liberam concedimus, auctoritate præſentium, facultatem.

Datum Lateran. Kalendis Junii anno xv.

XXXVII.

Concedit facultatem ſuperioribus ſuos ſubditos a cenſuris abſolvendi. Ex Regeſt. Vatic. epiſt. 71.

Generali & univerſis Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum Provincialibus præſentes litteras inſpecturis.

§. I. Licet ad hoc Fratrum veſtri Ordinis pia deſudet intentio, ut ab eis, in his quæ faciunt prudenter, & provide procedatur, per hoc & ſuæ religioni proficere, & Dei cupientes Eccleſiam honorare: tamen aliquando ex conditionis humanæ fragilitate contingit, quod quidam ex ipſis excedunt in caſibus, in quibus excommunicationis ſententiam & notam irregularitatis incurrunt. Quare a nobis ſupplicatione humili poſtulaſtis, ut cum viri contemplationi dediti ſint in religionis favorem a diſcurſibus cohibendi, ac propter viarum pericula eiſdem Fratribus ad noſtram & Diœceſanorum præſentiam impediatur acceſſus, ſuper hoc providere benignitate ſolita curaremus.

Humanæ naturæ conditio.

Fratribus acceſſus ad Romanā curiam perdifficilis.

§. II. Nos itaque pie volentes, quod veſtra devotio in his, quæ digne poſſumus Sedem Apoſtolicam reperiſſe gaudeat gratioſam, ut ſinguli veſtrum in provinciis ſibi commiſſis, prædictis Fratribus conſtitutis, ibidem abſolutione ac diſpenſatione indigentibus, ſive priuſquam Ordinem intraverint, ſive poſtea in caſibus exceſſerint memoratis, de conſcientia diſcretorum Fratrum veſtrorum, qui litterati ſint, & Deum timentes impertiri valeant abſolutionis beneficium, & diſpenſare cum eis, juxta formam Archiepiſcopis & Epiſcopis ſuper hoc ab Apoſtolica Sede traditam, vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem, niſi adeo gravis fuerit exceſſus, quod merito ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi.

Facultas facta Miniſtris abſolvendi a cenſuris.

Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Dat. Lateran. VIII. Idus Junii anno xv.

XXXVIII.

Ut recitent Officium divinum Minores ſecundum Breviarium correctum, & ſufficiat eis recitare cum aliis ſecundum diverſum ritum. Ex ſpeculo tract. 2. fol. 70.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Generali Miniſtro & univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum præſentes litteras inſpecturis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Pio veſtro collegio, quod ſibi libenter theſaurum quietæ conſcientiæ theſaurizat, id gratiæ dignæ concedimus, quod ab eo fluctum mentis excutiat, & ipſum in ſpiritus tranquillitate diſponat. Veſtræ itaque pre-

Digitized by Google

cibus devotionis inducti, ut obſervantia moderni divini Officii, quod in breviariis veſtris exacta diligentia correctum a nobis, ex ſtatuto regulæ veſtræ, juxta Eccleſiæ Romanæ morem, excepto pſalterio, celebrare debetis, ſitis contenti perpetuo: nec non ut ſi aliqui veſtrum divino interſunt Officio, cum aliis celebrantes tunc eis illud ſufficiat, & ad dicendum Officium proprium minime teneantur, vobis auctoritate præſentium indulgemus.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis autem &c. Datum Later. VII. Idus Junii Pontificatus noſtri anno XV.

XXXIX.

Concedit facultatem in terris excommunicatorum remanendi; ab excommunicatis neceſſaria vitæ acceptandi, tranſeundi per terras ipſorum. Ex Archivo Aracœlitano triplicata num. 77. item num. 80. item num. 48.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Generali Miniſtro, & univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. Vobis extremam patientibus pro Chriſti nomine paupertatem digne conceditur ab Apoſtolicæ Sedis gratia, per quod & neceſſitati veſtræ conſulitur, & benefactoribus veſtris ſalutis meritum procuratur. Hinc eſt, quod nos, quorum depoſcit officium juſtis annuere deſideriis devotorum, veſtræ precibus humilitatis inducti, ut vos qui exhortationis piæ ſtudio bonos ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis ſemitam laudabiliter revocatis, in excommunicatorum terris libere commorari, & ab eis tunc, ac etiam quando vos per ipſas tranſire contingit, neceſſaria vitæ depoſcere, ac recipere valeatis, vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem.

§. II. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani XII. Kalendas Julii Pontificatus noſtri anno XV.

CÆLESTINUS IV.

Electus XIX. *Kalendas Octobris anno* MCCXLI. *ſupervixit tantum* XVIII. *diebus.*

Vacat Sedes annum unum, & menſes novem.

IN-

Digitized by Google

INNOCENTIUS IV.

Electus VIII. *Kalendas Julii anno* MCCXLIII.

Anno Christi 1243. Innocentii IV. Pontif. anno 1.

BULLA I.

Confirmat donationem Monaſterii Ordinis ſancti Damiani Barchinonen. factam ab Epiſcopo Barchinonen. Regeſt. Vatic. epiſt. 61.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium Monaſterii ſancti Antonii Barchinonen. Ordinis ſancti Damiani.

§. I. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod bon. mem. Berengarius Barchinonen. Epiſcopus, Capituli ſui accedente conſenſu, ad preces piæ memoriæ Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri, Monaſterium ſancti Antonii Barchinonen. in quo divino vacatis obſequio, duxit ab Epiſcopali jure in ſpiritualibus, & temporalibus eximendum, in eo ſibi, & ſucceſſoribus ſuis unius libræ ceræ cenſu annuo, & quibuſdam ſpiritualibus reſervatis, prout eorumdem Epiſcopi, & Capituli litteris confectis exinde plenius continetur. *Monialium petitionis tenor.*

§. II. Nos igitur veſtris precibus juſtis inclinati, quod per eoſdem pie & provide factum eſt ratum & firmum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad hujus itaque rei perpetuam firmitatem litterarum ipſarum tenorem præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt. *Pontifex donationem Epiſcopi & Capituli Barchinon. confirmat.*

§. III. *Berengarius miſeratione divina Barchinonen. Epiſcopus: dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, ac Monialibus incluſis Ordin. ſancti Damiani Monaſterii ſancti Antonii Barchinonen. ſalutem & benedictionem in Domino Jeſu Chriſto. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere aſſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter in Chriſto filiæ veſtræ piæ, ac humili petitioni pio ac benevolo concurrentes aſſenſu, & de conſcientia etiam piiſſimi Patris noſtri Domini Gregorii Papæ IX. & de conſcientia & ſpontanea voluntate totius Capituli noſtri, præfatum Monaſterium cum omnibus, quæ nunc poſſidet, & quæ, auxiliante Deo, in futurum poterit adipiſci, & perſonas nunc ibidem commorantes, vel quæ illuc in poſterum ſunt venturæ, ob reverentiam divinam, & Apoſtolicæ Sedis, cujus vos ſcimus filias ſpirituales, ab omni Epiſcopali jure, & cujuslibet conditionis, & obligationis, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus eximimus pleno jure nobis, & Eccleſiæ Barchinonen. non aliud in eiſdem, niſi unam libram ceræ pro temporalibus nobis & noſtris ſucceſſoribus in Aſſumptione beatæ Virginis Mariæ annis ſingulis perſolvendam, & dedicationem Eccleſiæ, & altarium conſecrationes, benedictionem Monialium, & cetera Eccleſiaſtica ſacramenta, & interdictum generale pro ſpiritualibus reſervantes, ſi tamen nos & ſucceſſores noſtri, cum a vobis fuerimus requiſiti, ea gratis, & ſine pravitate aliqua vobis & eis, quæ vobis ſucceſſerint voluerimus exhibere, alioquin liceat percipere vobis hæc eadem a quocumque Catholico Epiſcopo gratiam, & commu-* *Litteræ donationis.*

nio-

Digitized by Google

nionem Apoſtolicæ Sedis habente. Datum Barchinon. IV. *Kalend. Aprilis anno Domini* MCCXXXIX.

Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Si quis &c. Datum Anagniæ XI. Non. Auguſti anno I.

II.

Confirmat Monaſterio Tudertin. ſancti Damiani poſſeſſiones Eccleſiæ S. Leucii ipſi antea a Gregorio IX. conceſſas. Regeſt. Vatic. epiſt. 50.

Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Mariæ de Monte ſancti Tudertini Ordinis ſancti Damiani.

Initium vide integrum hujus Epiſtolæ ſupra Bul. 14. fol. 412.

§. I. JUſtis petentium &c. uſque *complere*. Significaſtis ſiquidem nobis, quod cum fel. rec. Gregor. Papa prædeceſſor noſter, volens neceſſitatibus veſtris miſericorditer providere, Archidiacono Tudertin. ſuis dederit litteris in mandatis, ut omnes poſſeſſiones Eccleſiæ ſancti Leucii Tudertin. vobis aſſignare curaret, ſicut in eiſdem litteris perſpeximus contineri: idem ipſas poſſeſſiones vobis auctoritate mandati hujuſmodi aſſignavit.

§. II. Veſtris igitur ſupplicationibus inclinati, poſſeſſiones prædictas, ſicut eas juſte & pacifice poſſidetis, vobis, & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis &c. Si quis autem &c. Datum Anagniæ VII. Idus Auguſti anno I.

III.

Poteſtas facta Officiali Ebroicenſi, ut pecuniam depoſitam in uſum Imperii Conſtantinopolitani exigeret. Regeſt. Vatic. epiſt. 123.

Officiali, & .... Priorati ſancti Nicolai Ebroicen.

DIlectus filius frater de Collivill. Ordin. Fratrum Minorum quondam ſocius fratris Willielmi fel. rec. Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri Pœnitentiarii, ſuis nobis litteris intimavit, quod cum idem pœnitentiarius &c. uſque *aperire*, diſcretionem veſtram rogan. duximus, & monen., per Apoſtolica vobis ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus, juxta quod memoratus Frater vobis dixerit, vel ſi forte id in partibus ipſis nequierit inveniri a perſonis & locis, penes quæ præfata pecunia depoſita dicitur, inquiſita ſuper hoc diligentius veritate recipientes eamdem .... ſi qui fuerint, vel rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellendo, ipſam Nicolao Deuteſalve mercatori Roman. qui dictæ pecuniæ quantitatem procuratoribus in Chriſto filii noſtri Imperatoris Conſtantinopolit. Illuſtris exiſtentibus in Romana Curia mutuavit, vel ejus procuratori ſine difficultate qualibet aſſignetis, non obſtantibus conſtitutionibus de duabus dietis n....... quod ſi non ambo &c.

Datum ut ſupra.

IV. *Con-*

Digitized by Google

IV.

Concedit Sororibus ſancti Damiani Zamoren. diœceſ. quod poſſint mitigare rigorem in cibo, & aliis. Regeſt. Vatic. epiſt. 59.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium Incluſarum Monaſterii ſancti Franciſci de Arnales Zamoren. diœc. Ordin. ſancti Damiani.

§. I. Divinæ affluentiam pietatis habendo præ oculis, quæ nobis, licet immeritis, curam Generalis commiſit Eccleſiæ, ſaluti omnium libenter intendimus, ſed illis præcipue, qui divinis laudibus frequenter invigilant, & piæ vitæ ſtudio, ſine intermiſſione deſudant.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod licet ſit in deſiderio veſtro continuam per afflictionem carnis aſſidua mereri præmia beatorum, tamen ex fragilitate naturæ adeo ſpiritus promptitudo retunditur, quod vix abſque diſcriminis incurſu ſufficitis, ut in omnibus formulæ vitæ veſtræ rigorem perpeti valeatis. *Petitionis Monialium tenor.*

§. III. Verum quia pium eſſe dignoſcitur, ut ex proviſione Sedis Apoſtolicæ a vobis jugum Domini cum ſuavitate feratur, univerſitati veſtræ præſentium auctoritate concedimus, quod vino & pulmentis, non obſtante mandato abſtinentiæ, quod in eadem formula continetur, omni tempore, tam ſanis, quam aliis liceat vobis uti, excepta feria ſexta, qua omnes, præter debiles & infirmas, ſemper in pane & aqua, non tamen infra octavas Paſchæ jejunent, niſi forte in ipſa feria venerit dies Natalis Domini, vel aliqua ſolemnitas beatæ Virginis Mariæ, aut Monaſterii veſtri feſtivitas principalis. *Vino & pulmentis poſſunt Moniales præſcriptis temporibus uti.*

§. IV. Concedimus etiam vobis, quod ſacconum, & capitalium cum palea ſemper uſum liberum habeatis. Silentium vero, ſecundum ſtatuta ipſius formulæ, cum ſumma diligentia ſervetur a vobis, ita tamen, quod Sorores infirmæ, aut ſervientes eiſdem, infirmitatis ſuæ tempore, loquendi quæ neceſſaria & utilia fuerint habeant in infirmitorio poteſtatem. *Etiam in cubando moderatus rigor. Sed commendatur ſilentium.*

§. V. Liceat etiam Confeſſario veſtro, qui pro tempore fuerit, de illorum tranſgreſſionibus, quæ ſecundum prædictam formulam, vel Ordinem veſtrum ſervare debetis, confeſſionem veſtram audire, & pœnitentiam vobis injungere ſalutarem. Salvis pœnis, quarum impoſitio competit Abbatiſſæ ſecundum veſtram conſuetudinem, vel obſervantiam regularem. *Poteſt Confeſſarius pœnitentiam ſalutarem injungere.*

§. VI. Ceterum veſtra humilitas .... obtentu patriæ cuncta reliquiſſe cognoſcitur, ad hoc intenta jugiter habeatur, ut ſponſo veſtro cœleſti mundis cordibus ſervientes, vos tales vita & converſatione illius præſentetis oculis, quod luce præbeat bonorum operum; ad perennes ejus nuptias tamdem ingreſſum liberum habeatis.

Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Anagniæ XVI. Kalen. Septembris anno I.

V. Con-

Digitized by Google

V.

Confirmat Monaſterio ſancti Silveſtri de Pereto donationem ipſi factam ab Abbate Farfen. Reg. Vat. Epiſt. 220.

Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſancti Silveſtri de Pereto Ordinis ſancti Damiani Marſican. diœc.

§. I. PErſonas illas Apoſtolica Sedes gratia & fauore ſpecialius proſequi conſuevit, quæ ſeculi vanitatibus derelictis, gratum Domino ſub obſervantia regulari exhibent famulatum.

Pontifex donationem confirmat. §. II. Cum itaque quondam.... Abbas & Conventus Monaſterii Farfen. Eccleſiam ſancti Silveſtri, in qua divino eſtis obſequio mancipatæ, ad Monaſterium ipſum pleno jure ſpectantem, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertate tam in ſpiritualibus quam temporalibus vobis duxerint pium veſtrum proſequendo propoſitum, concedendam, annuo tamen duodecim ſolidorum provenien. cenſu in Eccleſia ipſa eidem Monaſterio reſervato, ſicut in litteris dictorum Abbatis & Conventus confectis exinde proſpeximus contineri. Nos veſtris ſupplicationibus annuentes, quod ſuper hoc factum eſt ab Abbate & Conventu præfatis auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, earumdem litterarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt.

Ejuſdem donationis tenor. §. III. *Matthæus Dei gratia Monaſterii Farfen. Abbatiſſæ totoque Conventui ejuſdem Monaſterii ſancti Silveſtri de Pereto Ordinis ſancti Damiani, & ſuis Sororibus, tam præſentibus, quam futuris æternam in Chriſto ſalut. Quia vos dilectæ in Chriſto filiæ, mundi pompam & delicias contempſiſtis, & ipſius Chriſti ſequentes veſtigia, elegiſtis habitare incluſæ corpore, ut mente libera, poſſitis Domino famulari. Nos pium & ſanctum veſtrum propoſitum in Domino commendantes, conſiderantes & agnoſcentes judicio evidenti, quod ſancti Silveſtri Eccleſia, quæ tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus enormiter eſt collapſa, per vos poſſet redire ad ſtatum proſperitatis & Eccleſiaſticæ libertatis, ad preces etiam Ven. Patris Domini Raynaldi & Velletren. Epiſcopi, quem tamquam ſpecialem patrem & præcipuum benefactorem veſtrum, & Monaſterii veſtri debemus & volumus revereri, dictæ Eccleſiæ ſancti Silveſtri, cum omnibus pertinentiis ſuis, in qua eſtis divino ſervitio mancipatæ, necnon vobis præſentibus & aliis omnibus Sororibus veſtris, quæ per vos in præfata Eccleſia erunt, ex nunc concedimus & damus in omnibus, tam ſpiritualibus quam temporalibus perpetuam libertatem, & volumus ut illa totaliter gaudeatis perpetua libertate, qua aliæ Sorores Ordinis veſtri gaudent & ſpecialiter Aſſiſinatæ, Ortanæ, Peruſinæ, Senenſes, Aretinæ, & Florentinæ. Reſervamus tamen nobis noſtriſque ſucceſſoribus in Monaſterio veſtro duodecim ſolidos provenien. In quinta feria ante reſurrectionem Domini annis ſingulis Farfen. Monaſterio cenſus nomine perſolvendos, & ſi aliquo tempore contigerit, quod in Monaſterio veſtro Regula Dominarum Ordinis ſancti Damiani non habeatur, ipſa Eccleſia ſancti Silveſtri, cum omnibus bonis ſuis ad jus & proprietatem Farfen. Monaſterii revertatur, & ad perpetuam memoriam futurorum exinde litteras fieri, & noſtrorum ſigillorum fecimus munitione roborari. Datum in clauſtro Monaſterii Farfen. anno Dominicæ Incarnationis* MCCXXXIX. *menſe Januarii die* XV. *Pontific. Domini Gregorii Papæ IX. anno* XII.

Nulli ergo.... Si quis autem &c. Datum Lateran. Nonis Novembris anno I.

VI. Re-

Digitized by Google

VI.

Relaxat Sororibus Pragen. varias auſteritates circa cibum, & veſtem. Reg. Vatic. epiſt. 232.

Abbatiſſæ & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Antonii Barchinonen. Ordinis ſancti Damiani.

§. I. Piis votis omnium ſcilicet eorum præcipue, qui divinis laudibus ferventer invigilant, ac ſacræ vitæ ſtudio ſine intermiſſione deſudant, libenter intendimus, & ipſa favore benevolo promovemus, illum habendo præ oculis, qui cuncta cum ſuavitate diſponens, ſuorum univerſitati fidelium diverſa remedia protulit, per quæ in ipſius laudibus devota perſiſtere delectetur.

§. II. Ex frigida ſiquidem diſpoſitione patriæ, in qua degitis, ac ex eo quod olei & ciborum quadrageſimalium copiam non habetis provenit, ſicut accepimus, quod licet ſit in deſiderio veſtro continuo per afflictionem carnis aſſiduam mereri præmia beatorum; tamen fragilitate naturæ, ſpiritus promptitudinem retundentis, vix abſque diſcriminis incurſu ſufficitis, ut in omnibus formulæ vitæ veſtræ rigorem perpeti valeatis. *Nequeunt Sorores in Regionibus frigidis Regulæ omnes ſuſtinere rigores.*

§. III. Verum quia pium eſſe dignoſcitur, ut ex proviſione Sedis Apoſtolicæ a vobis jugum Domini cum ſuavitate feratur, univerſitati veſtræ præſentium auctoritate Apoſtolica concedimus, ut non obſtante quod ſecundum ipſam formulam ſemper in cibo quadrageſimali jejunare debetis, vino & pulmentis omni tempore, tam ſanis, quam aliis; necnon ovis & lacticiniis, præterquam in generalibus jejuniis ab Eccleſia conſtitutis, liceat vobis uti. *Propter quod eis eſus lacticiniorum, uſuſque vini conceditur.* In omni etiam Paſcha, & infra octavas earumdem niſi ſolemne jejunium occurrat in illis: Nativitate & circumciſione Domini, ſolemnitatibus glorioſæ Virginis, beati Michaelis Archangeli, beati Joannis Baptiſtæ, ſanctorum Apoſtolorum, & ſanctæ Crucis; in feſto ſancti Lucæ; beatorum Martyrum Stephani, Laurentii, & Innocentium, ſanctorum Confeſſorum Auguſtini & Hieronymi; beatarum Virginum & Martyrum Agnetis & Agathæ, ac beatæ Mariæ Magdalenæ, & ſanctæ Eliſabethæ; necnon in feſto Sanctorum omnium, & præcipuis feſtivitatibus Monaſterii ac Ordinis veſtri, & regni Bohemiæ, ac in tertia & quinta feria, præterquam in majori & minori Quadrageſima non teneamini jejunare. *Dies præſcribũtur, quibus jejunare non tenentur.*

§. IV. Illæ autem quæ ſunt corpore imbecilles aut debiles, ſervare auſteritates jejunii & abſtinentiæ legem minime permittatur; ſed juxta infirmitatem vel debilitatem ipſarum cum eis tam in cibariis quam jejuniis ab Abbatiſſa, ſeu majori Sorore miſericorditer diſpenſetur. *Quomodo cum debilibus agendum.* Inſuper hujuſmodi Sorores imbecilles, ſeu debiles ac ſervientes eiſdem infirmitatis ſuæ tempore, loquendi quæ neceſſaria & utilia fuerint habeant in infirmitorio poteſtatem.

§. V. Duas etiam habendi tunicas, aut plures, ſi neceſſitas exegerit, vel Abbatiſſa viderit expedire. *Etiam in indumentis indulgetur.*

§. VI. Scapularia & mantellum cum pellibus, aut ſubtilares cum pedulibus, & utendi ſiſconibus fœno vel palea plenis, & cervicalibus vobis licentiam impartimur.

§. VII. Ceterum Confeſſario veſtro, qui pro tempore fuerit, liceat de illorum trangreſſionibus, quæ ſecundum prædictam formulam vel Ordinem veſtrum, aut factas circa vos proviſiones Sedis Apoſtolicæ ſervare de-

Digitized by Google

debetis, confeſſionem veſtram audire, & pœnitentiam vobis injungere ſalutarem, ſalvis pœnis quarum impoſitio competit Abbatiſſæ, ſecundum veſtram conſuetudinem, vel obſervantiam regularem.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis, &c. Datum Lateran. Idibus Novembris anno I.

VII.

Confirmat Monialibus ſancti Damiani Pragen. quod non poſſint per litteras conveniri. Reg. Vat. epiſt. 248.

Abbatiſſæ & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Franciſci Pragen. Ordinis ſancti Damiani.

§. I. VAcantibus amori cœleſtium, & contemptui terrenorum, in his benigni libenter occurrimus, per quæ ab hominum liberati calumniis, & quieta contemplatione proficiant, & perennis vitæ bravium curſu libero comprehendant.

§. II. Eapropter dilectæ in Domino filiæ, ut innocens veſtræ paupertatis humilitas per noſtræ proviſionis auxilium, tranquillæ devotionis conſequatur augmentum, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut a quoquam conveniri per litteras Apoſtolicas non poſſitis: nec aliquis contra vos, earum prætextu valeat procedere, niſi de Ordine veſtro, & hac indulgentia expreſſam fecerint mentionem.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis, &c. Si quis &c. Datum Lateran. VII. Kal. Decembris anno I.

In eumdem modum univerſis Abbatiſſis & Sororibus incluſis Ordinis ſancti Damiani de data XI. Decembris.

VIII.

Confirmat donationem D. A. de Pontibus factam Monaſterio Monialium ſancti Damiani dicto ſancti Silveſtri de Pereto. Reg. Vat. epiſt. 350.

INNOCENTIUS PP. IV.

Abbatiſſæ & Conventui Sororum incluſarum Monaſterii ſancti Silveſtri de Pereto Ordinis ſancti Damiani Marſicanæ diœc.

Ut in proemio Conſt. I. fol. 421.

Petitio Monialium.

§. I. CUm a nobis petitur, &c. uſque *effectum*. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod cum quondam Matthæus Abbas, & Conventus Monaſterii Farfen. vobis Eccleſiam ſancti Silveſtri de Pereto Marſican. diœc. olim ipſis pleno jure ſubjectam, in qua divinis obſequiis ſub regulari obſervantia deſudatis, prout ſpectabat ad eos, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis perennis obtentu præmii contuliſſet nobilis vir A. de Pontibus quondam patronus ejuſdem: Juſpatronatus ipſius, & omnia quæ ratione juris ejuſdem, vel alio modo ſibi competebant in illa, vobis provida liberalitate remiſit, ſubmittens ſe ac hæredes ſuos, certa pœna interpoſita, juriſdictioni ſpirituali Ven. fratris noſtri N. Epiſcopi Oſtien. & ſucceſſorum ejus, ſi contra prædicta dictus A. vel hæredes ſui præſumpſerint attentare, prout in publico inſtrumento ſuper hoc confecto plenius continetur.

Et Pontificia Confirmatio.

§. II. Nos igitur veſtris precibus inclinati, quod ſuper hoc pie ac provide factum eſt, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti

Digitized by Google

Donationis Inſtrumentum.

ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem ipſius inſtrumenti de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt. *In nomine Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejuſdem* MCCXXXVIII. XI. *Indictione menſis Decembris die* XXVIII. *regnante Domino noſtro Friderico Romanorum Imperatore* XVIII. *anno feliciter. Amen. Ego Andreas de Pontibus conſiderans, quod omnia quæ in hoc ſeculo fiunt, præter Deo ſervire, ſunt tranſitoria & caduca, cupio ſaltem in aliquo pro redemptione peccatorum, quæ infelix commiſi, per aliqua pietatis opera meæ ſaluti animæ ſubvenire. Ideoque nullo dolo ductus, nec vi, niſi divino amore coactus, propria & libera voluntate, hac die præſenti pro me, meiſque hæredibus & ſucceſſoribus & omnibus a nobis ſubmiſſis, vel ſubmittendis perſonis, renuncio generaliter & refuto tibi Dominæ Tmillæ ſorori meæ Abbatiſſæ ſancti Silveſtri de Pereto recipiendi pro ipſa Eccleſia te & aliis Dominabus Regulam Ordinis ſancti Damiani Aſſiſinaten. degentibus, præſentibus, & futuris in perpetuum; id eſt, omne jus & actionem, conditiones, conſuetudines, redditus, uſus, debitum, adjectiones, exactiones, & omnes alias exceptiones utiles & directas, tacitas & expreſſas, generales & ſpeciales, reales & perſonales, quæ vel quas in ipſa Eccleſia ſancti Silveſtri, & ejus pertinentiis ego vel progenitores mei habuimus uſque in hodiernum diem, quocumque jure vel conſuetudine, immo ipſam Eccleſiam cum vaſſallis, redditibus, domibus, terris, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis & omnibus & ſingulis ſuis pertinentiis, cultis & incultis, vacuis & plenis, præſentibus & futuris, per te ipſam Dominam Tmillam perpetuo libero, & perpetuam libertatem cedo, & ab omni mea, meorumque hæredum & ſucceſſorum ſuper prædictis omnibus eximo perpetuo, poteſtate nulla, jure, conſuetudine, vel conditione aliqua mihi vel meis hæredibus, & juris ſucceſſionis in ipſa Eccleſia & ſuis pertinentiis reſervatis. Item cedo & ſimplici donatione, quæ dicitur inter vivos dono, & corporaliter inveſtiens trado, ac concedo tibi eidem Dominæ Tmillæ recipienti pro te & ipſa Eccleſia, & dominabus Sororibus tuis præſentibus & futuris, in ipſa Eccleſia prætactam Regulam, & vitam Ordinis ſancti Damiani habentibus in perpetuum; id eſt, terram poſitam ſub Eccleſia ſancti Petri, cum omnibus introitibus & exitibus, uſibus & utilitatibus, pertinentiis & omni ſuo, ſicut infra ſuos concluditur fines. A primo latere tenet Dominus Oderiſius Tallamanduca, a ſuperiori latere via publica, a tertio latere eſt foſſatus, & ſi qui alii adſunt affines ad habendum, intrandum, tenendum, poſſidendum, fruendum, colendum in perpetuum. Quod ſi, abſit, in eadem Eccleſia ipſe Ordo vel Regula non haberetur dicta Eccleſia in eodem ſtatu ac conditione, qua nunc eſt dirigatur, & terra prætacta ad jus & proprietatem meam & hæredum meorum redeat ipſo jure. Ut autem hæc omnia per nos facta robur ſemper obtineant firmitatis, promittens pro me, meiſque hæredibus & ſucceſſoribus ſtipulatione ſolemni tibi fratri Raynaldo Capellano Ven. Patris & Domini Raynaldi Oſtien. & Velletren. Epiſcopi recipienti pro eodem Domino Epiſcopo, ejuſque in ſuo Epiſcopatu ſucceſſoribus prædicta omnia rata & firma habere, & contra non venire, & legitime ab omni perſona defendere, ſi opus fuerit & neceſſe, obligo me, meoſque hæredes & ſucceſſores, ſi prætacta omnia non ſervaverimus, aut ſi contravenire præſumpſerimus, per te fratrem Raynaldum eidem Domino Epiſcopo ejuſque ſucceſſoribus ſub pœna centum librarum Bonon. den. Senatus; quam ſi commiſerimus, promittimus ſolvere per ſtipulationem eamdem & ſpirituali nihilominus ex hoc, ſi quod eidem D. Epiſcopo Oſtien. ferre placuerit, vel ejus ſucceſſoribus ſententiæ ſubjacere; & pœna ſoluta, vel non, hæc charta nihilominus firma permaneat. Teſtes*

rogati ab utraque parte ſunt hi: Presbyter Nicolaus, Presbyter Odericus, Dominus Petrus Tallamanduca; Miles Berardus, Miles Joannes Carbonus, Miles Tranſmundus, Miles Joannes Raynardi, Miles Giraldus, Aliothus. Bartholomeus de Spoleto, Matthæus Domini Simbaldi, Petrus Joannis, Rambolt, Amiterminus. Ego Joannes Giraldi de Arce-buſſis, publicus Imperialis Notarius ab utraque parte rogatus hoc inſtrumentum propria manu ſubſcripſi & ſignum nominis mei feci.

Nulli ergo omnino hominum noſtræ confirmationis &c. Si quis, &c. Datum Lateran. XVIII. Kalend. Januarii anno 1.

ANNO CHRISTI 1244. INNOCENTII IV. ANNO 1.

IX.

Concedit indulgentias viſitantibus Eccleſiam ſanctæ Eliſabethæ Moguntinen. Reg. Vatic. epiſt. 461.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

QUoniam ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem manſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum ergo ad promerenda æterna gaudia ſanctorum ſuffragia ſint plurimum opportuna: Univerſitatem veſtram rogamus & hortamur in Domino, remiſſionem veſtrorum peccatorum injungentes, quatenus ad Eccleſiam ſanctæ Eliſabethæ in Marpurg. Moguntin. diœc. imploraturi a Domino veniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis: Nos enim, ut Chriſtifideles, quaſi per præmia ſalubriter ad merita invitemus, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis cum debita reverentia & devotione, in Cœna Domini Paraſceve, ac Sabbato ſancto, & Dominica Paſchæ illuc accedentibus annuatim, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Dat. Lateran. XI. Idus Februarii anno 1.

X.

Confirmat donationes, & privilegia Epiſcopi Civitaten. Monaſterio Sororum ſancti Spiritus Civitaten. Reg. Vat. epiſt. 614.

Abbatiſſæ & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Spiritus Ordinis ſancti Damiani Civitaten. diœc.

Ut in prima Conſt. hujus Pont. fol. 421.

Epiſcopus & Capitulum Moniales ab Epiſcopali Jure liberant.

§.I. CUm a nobis petitur, &c. uſque *effectum*. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod Ven. Fr. Nr. Michael Civitaten. Epiſcopus, Capituli ſui accedente conſenſu, Monaſterium ſancti Spiritus, in quo divino vacatis obſequio, duxit ab Epiſcopali jure in ſpiritualibus, & temporalibus eximendum, in eo ſibi & Eccleſiæ Civitaten. unius libræ ceræ cenſu annuo, & quibuſdam aliis reſervatis, prout in ipſius Epiſcopi litteris confectis exinde plenius continetur.

§.II.

Digitized by Google

§. II. Nos igitur veſtris juſtis precibus inclinati, quod per eumdem pie ac provide factum eſt, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad hujus itaque perpetuam firmitatem tenorem litterarum ipſarum præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt. *Et Pontif. privilegium confirmat.*

§. III. *Michael Dei miſeratione Civitaten. Epiſcopus. Dilectis in Chriſto filiabus .... Abbatiſſæ ac Monialibus incluſis Ordinis ſancti Damiani Aſiſinaten. Monaſterii ſancti Spiritus Civitaten. poſiti in ſuburbio ſalutem & benedictionem in Domino Jeſu Chriſto. Juſtis petentium, &c. uſque* complere. *Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ noſtræ, piæ ac humili petitioni veſtræ pio ac benevolo concurrentes aſſenſu, de conſcientia piiſsimi Patris noſtri Domini Gregorii Papæ IX., & de conſenſu ac ſpontanea voluntate totius Capituli noſtri, prætactum Monaſterium, cum omnibus quæ nunc poſſidet; & quæ auxiliante Domino poterit adipiſci, & perſonas nunc ibidem commorantes, vel quæ illuc impoſterum ſunt venturæ, ob reverentiam divinam & Apoſtolicæ Sedis, cujus vos ſcimus filias ſpeciales, ab omni Epiſcopali jure, & cujuslibet conditionis obligatione tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus prorſus eximimus, nobis & Eccleſiæ Civitaten. non aliud in eiſdem, niſi unam libram ceræ pro temporalibus nobis & noſtris ſucceſſoribus in Aſſumptione beatæ Virginis Mariæ, annis ſingulis perſolvendam, dedicationem Eccleſiæ, & altarium conſecrationes: benedictionem Monialium & cetera Eccleſiaſtica ſacramenta, & interdictum generale pro ſpiritualibus reſervantes: ſi tamen nos & ſucceſſores noſtri, cum a vobis fuerimus requiſiti, ea gratis & ſine pravitate aliqua vobis & eis quæ vobis ſucceſſerint, voluerimus exhibere, alioquin liceat vobis hæc eadem recipere a quocumque catholico Epiſcopo gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habente. Remittimus etiam vobis partem mortuariorum, ſeu vobis relictorum, nobis jure aliquo competentem in noſtrarum & ſucceſſorum noſtrorum remedio animarum. Ut autem factum veſtrum perpetuæ robur obtineat firmitatis, ſigilli noſtri & Capituli Eccleſiæ noſtræ in perpetuum teſtimonium munimine roboramus. Datum apud Civitaten. Roderici Era* MCCLXXVIII. II. *Kalend. Maii.* *Inſtrumentum Epiſcopale.* *Vide Conſt. 14. fol. 412.*

Nulli ergo noſtræ confirmationis, &c. Si quis, &c. Datum Lateran. xv. Kalend. Maii anno I.

XI.

Confirmat Monaſterio ſanctæ Agnetis Ordinis ſancti Damiani Tiracen. donationem Epiſcopi ejuſdem loci. Regeſt. Vatic. epiſt. 646.

Abbatiſſæ, & Sororibus Monaſterii ſanctæ Agnetis Ordinis ſancti Damiani Tiracen. diœc.

§. I. Cum a nobis petitur &c. uſque *effectum*. Cum itaque, ſicut inſinuantibus vobis accepimus, Venerabilis frater noſter Epiſcopus Tiraſonen. Capituli ſui accedente conſenſu, conſtruendi Monaſterium in agro, qui fuit quondam Mariæ Lop. Tiraſonen. diœc. ad honorem beatæ Agnetis, ut in eo poſſitis ſecundum Deum, & ſancti Damiani Regulam Domino famulari, vobis liberam conceſſerit poteſtatem, ab omni vos Epiſcopali juriſdictione, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus eximendo, nihilque ſibi, & ſuis ſucceſſoribus in eodem Monaſterio, præter dedicationem Eccleſiæ, conſecrationem altarium, benedictiones Monialium, ac unam libram ceræ nomine cenſus exolvendam eis annis *Ut ſup. Conſt. 1. hujus Pont. fol. 411.* *Monialibus ab Epiſcopo, & Capitulo conſtruendi Monaſt. conceditur.*

Digitized by Google

annis ſingulis in feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, reſervando, prout in litteris ſuper hoc confectis plenius continetur.

Papalis confirmatio.

§. II. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, quod a prædicto Epiſcopo pie ac provide factum eſt in hac parte, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. *Nos G. Dei gratia Tiraſonen. Epiſcopus de mera liberalitate noſtra, & conſenſu Capituli noſtri, videlicet P. Decani, M. Petri Archidiac. R. Cantoris, N. Theſaurarii, & aliorum Canonicorum Tiraſonen. Eccleſiæ divinæ pietatis intuitu damus & concedimus tibi dilectæ filiæ Suſannæ, & Sororibus tuis plenam facultatem Monaſterium conſtruendi in agro, qui Donnæ Mariæ Lop. ſuper molendina noſtra extra muros de Galat. in honorem ſanctæ Agnetis, in quo Virgines Deo dicatæ, & aliæ ancillæ Chriſti, & habitu Religionis digne Domino famulentur, juxta formam religionis pauperum Monialium clauſarum manentium in valle Spoleti, ſive Tuſciæ per Dominum Papam Gregorium, qui nunc eſt, tunc in minori officio conſtitutus, auctoritate Domini Papæ Honorii eiſdem Sororibus traditam, & locum ipſum, cum ſuis pertinentiis, & Sorores, tam præſentes, quam futuras ibidem Domino ſervientes ab omni Epiſcopali juriſdictione, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus prorſus eximimus, nihil nobis reſervantes in eo præter dedicationem Eccleſiæ, conſecrationem altarium, benedictiones Monialium, cum ab Abbatiſſa, & Sororibus, propter hoc requiſiti, ſi tamen nos, & ſucceſſores noſtri hæc & ſine pravitate & gratis vobis voluerimus exhibere. Reſervamus autem nobis, & ſucceſſoribus noſtris unam libram ceræ, quam nobis, & ſucceſſoribus noſtris nomine annui cenſus in feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis annis ſingulis perſolvetis. Hanc autem donationem, & conceſſionem pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris firmam habere promittimus, & nullo tempore contravenire. Et ut hoc factum robur obtineat perpetuæ firmitatis, præſentes litteras ſigillo noſtro & ſigillo Decani pro toto Capitulo in perpetuum teſtimonium duximus roborandas. Datum Tiraſon. v. Idus Auguſti anno Domini* MCCXL. *per manum Peregrini, qui mandato Domini Epiſcopi præſentem chartam ſcripſit, & propria manu hoc ſignum fecit.*

Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Si quis &c. Datum Laterani IV. Non. Maii anno I.

XII.

Confirmat Sororibus ſancti Damiani Aſten. Monaſterii conceſſionem, & donationem Epiſcopi Aſtenſis. Regeſt. Vatic. epiſt. 680.

Abbatiſſæ, ac Sororibus incluſis Monaſterii ſanctæ Garaſſæ Aſten. Ordinis ſancti Damiani.

Ab Epiſcopo ab omni jure Moniales eximuntur.

§. I. Religionis veſtræ meretur honeſtas, ut vos ſpeciali diligentes in Domino caritate, Apoſtolicæ Sedis gratia proſequamur, ſpe nobis propoſita, ut divinis obſequiis diligentius intendatis, quanto propenſiori favore vos ſenſeritis confoveri. Cum itaque Venerabilis frater noſter Epiſcopus Aſten. Monaſterium veſtrum, cum poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, & perſonas nunc & in futurum inibi commorantes ab omni Epiſcopali jure, & cujuſlibet conditionis obligatione duxerit eximendum, una libra incenſi dumtaxat ſolvenda ſibi, & ſucceſſoribus ſuis annuatim in feſto Aſſumptionis beatæ Virginis cenſus nomine reſervata,

Digitized by Google

vata, prout in litteris ipſius Epiſcopi confectis exinde perſpeximus plenius contineri.

§. II. Nos devotis veſtris precibus inclinati, defectum, ſi quis eſt, ex eo quod totum Capitulum Aſten. exemptioni hujuſmodi, ſicut dicitur, non conſenſit, ſupplentes de noſtræ plenitudine poteſtatis, libertatem, & exemptionem a prædicto Epiſcopo vobis, & per vos dicto Monaſterio pie factam, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipſarum præſentibus de verbo ad verbum inſeri facientes, qui talis eſt. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Nos Ubertus Dei gratia Epiſcopus Aſten. pro remedio animæ noſtræ, ac prædeceſſorum noſtrorum damus & concedimus, liberam poteſtatem, & auctoritatem dilectæ filiæ Alaxiæ Vegleſæ recipienti vice & nomine Helenæ filiæ Anſelmi Vaghæ, & prædictæ Helenæ, & aliis Sororibus ſuis præſentibus & futuris conſtruendi & ædificandi, ſeu conſtrui & ædificari faciendi unam Eccleſiam ad honorem Dei, & ſanctæ Garaffæ, & domum clauſam ad habitandum, & manendum in ſervitio Domini noſtri Jeſu Chriſti in habitu Sororum Minorum, & ut teneant, & obſervent vitam & regulam, quam obſervant Sorores, & Dominæ de ſancta Garaffa de Sardona, ſalvo eo quod iſtæ Sorores, & Dominæ poſſint & debeant habere poſſeſſiones. Et ut prætactæ Dominæ liberius poſſint Domino deſervire, nos eximimus eas præſentes, & futuras ab omni obedientia, correctione, viſitatione noſtra, & procuratione, cathedratico, & collectis ſive talliis noſtris, ſucceſſorumque noſtrorum, excepta una libra incenſi tantum, quam ipſæ Dominæ ſolvent in feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ Aſten. Eccleſiæ, ita quod ab omni alia exactione, & jure diœceſan. prætacta Eccleſia & domus, & perſonæ ibi habitantes liberæ remaneant & immunes, & ſint ejuſdem libertatis, cujus ſunt Sorores, & Dominæ prædicti Ordinis de ſancta Garaffa de Sardona, excepta prætacta libra incenſi tantum. Si quis autem hujus noſtræ conceſſionis violator extiterit, anathema ſit, & cum Dathan & Abyron in pœnis recipiat portionem.*

Pontifex vero ſupplet exemptionis defectus.

Legale inſtrumentum.

Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Si quis &c. Datum Laterani II. Nonas Maii anno I.

XIII.

Confirmat Sororibus ſancti Franciſci Mantuan. exemptionem, & donationem ipſis factam ab ejuſdem Civitatis Epiſcopo. Reg. Vat. epiſt. 668.

Abbatiſſæ, & Sororibus incluſis Monaſterii ſancti Franciſci. Mantuan. & ſancti Damiani.

§. I. Religionis veſtræ meretur honeſtas, ut vos ſpeciali diligentes in Domino caritate, Apoſtolicæ Sedis gratia proſequamur, ſpe nobis propoſita, ut divinis obſequiis tanto diligentius intendatis, quanto propenſiori fervore vos ſenſeritis confoveri.

§. II. Cum itaque Venerabilis frater noſter Epiſcopus Mantuanus Monaſterium veſtrum, cum poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, & perſonas nunc & in futurum inibi commorantes, ſui Capituli accedente conſenſu, ab omni Epiſcopali jure, ac cujuslibet conditionis obligatione duxerit eximendum, una libra ceræ dumtaxat ſibi, & ſucceſſoribus ſuis annis ſingulis, in feſto ſancti Petri de menſe Auguſti, octo diebus ante, vel totidem poſt, cenſus nomine perſolvenda, necnon benedictionem Abbatiſſæ, ac Monialium, Eccleſiæ, & altarium dedicationem, ac ceteris ſa-

Epiſcopalis donatio.

ſacramentis Eccleſiaſticis, vobis ab eodem Epiſcopo exhibendis, cum ſuper hoc fuerit requiſitus; nihilominus reſervatis, prout in litteris eorumdem Epiſcopi, & Capituli confectis exinde perſpeximus plenius contineri.

Et confirmatio Pontificia.

§. III. Nos veſtris devotis precibus inclinati, libertatem, & exemptionem a prætactis Epiſcopo, & Capitulo vobis, & per vos dicto Monaſterio pie factam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipſarum præſentibus de verbo ad verbum inſeri facientes, qui talis eſt. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & glorioſæ Mariæ ſemper Virginis matris ejus Amen. Jacobus miſeratione divina Mantuan. Epiſcopus: dilecto in Chriſto filio fratri Zambonino de Rufino Mantuan. civi de Vita pœnitentium ſalutem in Domino. Cum locum conceſſum, & deſignatum tibi de Terra Tebeti ſuper Doſſum prope Meraretum poſita, pro conſtruendo Monaſterio ad honorem beati Franciſci de Ordine pauperum incluſarum, ubi jam primarium lapidem fecimus poni, a nobis humiliter petieris, ut locum ipſum, & per illum Monaſterium conſtruendum, & perſonas moraturas ibidem pietatis intuitu, & pro noſtrorum remedio peccatorum a jure & juriſdictione Epiſcopi, & Epiſcopali, ſeu alterius conditionis obligatione deberemus eximere, humili & devotæ petitioni tuæ, tam pio concurrentes aſſenſu, quam & ultimo gaudiorum, & exultationis affectu prætactum locum, & per illum Monaſterium conſtruendum, & perſonas moraturas ibidem cum omnibus bonis, rebus, & poſſeſſionibus ſuis, præſentibus, & futuris ab omni jure, & juriſdictione Epiſcopi & Epiſcopali, & cujuslibet alterius conditionis obligatione, ac gravamine, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus liberamus & eximimus pleno jure, nihil aliud nobis, & Mantuan. Eccleſiæ reſervantes in eis, niſi conſecrationem Eccleſiæ & altarium, benedictiones Abbatiſſæ, & Monialium, ſacramenta Eccleſiaſtica, cum ab Abbatiſſa, & Sororibus fuerimus requiſiti, ſi tamen nos, & ſucceſſores noſtri gratis ea, & ſine pravitate aliqua voluerimus exhibere. Reſervamus etiam nobis unam libram ceræ in feſto ſancti Petri de Auguſto octo diebus ante, vel octo poſt, pro cenſu nobis annis ſingulis perſolvendam. Præterea Capitulum majoris Eccleſiæ Mantuan. præſens conſtitutum de plena concordia, & unanimi voluntate conſenſit, & verbum dedit omnibus ſupraſcriptis, ſcilicet Dominus Joannes de Gonzaga Præpoſitus, Presbyter Jacobus, Presbyter Thomas, Presbyter Campagnonus, Presbyter Raynaldus, Dominus Azzobuſſus, Dominus Philippus de Saviola, Dominus Ubaldus de Ripalta, & Dominus Otto de Bonacoſſis Canonici Mantuan. Denique ad perpetuum robur, majoremve cautelam & fidem, Dominus Epiſcopus, & Capitulum præſentem exemptionem ſigillis propriis munierunt. Data, conceſſa, & collata fuit hæc exemptio, & libertas præſentia Domini Guillelmi Judicis de Campitello, Domini Uberti Canonici Eccleſiæ ſancti Michaelis Parmen. Rollandi Domini Epiſcopi Guidonis Clerici Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Gariuntis Plantiæ. Petuzoli filii Benevenuti Cagaloræ, & Domini Ramondi de Agalon, & Fratrum Joannis, & Jacopini de Axandris Mantuanorum Ordinis Minorum teſtium rogatorum die Lunæ* V. *intrante Julio in Palatio Epiſcopatus Mantuan.* MCCXXXVIII. *Indictione* XI. *Ego Joannes de Ponte, quondam Domini Alberti de Zanon, ſacri Palatii Notarius imbriviaturam hujus contractus in imbriviaturis D. Bonhomini, quondam Domini Zonte de Sarzeneſco, tempore mortis mihi in teſtamento relictis, ab eo ut ipſas conficerem & authenticarem inveni, & ut ipſa continebant ita hic ſcripſi, nihil addendo, vel diminuendo, quod augeat, vel diminuat huic contractui, præterquam in ſyllabarum forte, vel lit-*

Litterarum donationis exemplar.

Digitized by Google

litterarum compoſitione, & auctoritate Domini Bernardi quondam Rolandi Rubei tunc Mantuan. Poteſtatis mihi ab eo conceſſa verbo majoris conſilii ad campanam more ſolito congregati, ad hujus inſtrumenti confirmationem me ſubſcripſi.

Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Si quis &c. Datum Laterani Non. Maii anno I.

XIV.

Confirmat Monaſterio Monialium Lunen. Diœceſis exemptiones ipſi factas ab Epiſcopo Lunen. Regeſt. Vatic. epiſt. 693.

Abbatiſſæ & Conventui Monialium Monaſterii ſanctæ Mariæ de Hermo Virginum ſancti Diamiani Lunen. Diœc.

QUotiens a nobis petitur &c. uſque *impertiri*. Cum igitur Ven. fr. Nr. Epiſcopus Lunen. diœceſanus veſter, conſiderata Monaſterii paupertate, Capituli ſui accedente conſenſu, omne jus Epiſcopale Monaſterio veſtro duxerit remittendum, vos in hoc liberas conſtituens & exemptas, ſibi & ſucceſſoribus ſuis annuo unius libræ ceræ cenſu, ac Eccleſiæ, ipſiuſque altarium conſecrationibus, necnon clericorum ordinatione, ſi fuerint ibidem aliqui ordinandi, & Eccleſiaſticorum collatione ſacramentorum tantummodo in eodem Monaſterio reſervatis, prout in litteris confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ab eodem Epiſcopo factum eſt in hac parte, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. *Vide Conſt. 11. Greg. IX. fol. 404.*

Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Si quis &c. Datum Lateran. XVII. Kalend. Junii anno I.

XV.

Mandat Fratribus Minoribus ne recipiant Fratres Ordinis Prædicatorum, neque novitios ante completum probationis annum ad profeſſionem admittant. Regeſt. Vatic. epiſt. 741.

Generali Miniſtro & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. MEminimus, vobis olim in virtute obedientiæ per noſtras litteras præcepiſſe, ut Fratres Prædicatores, & eorum Ordini voto & juramento etiam obligatos nullatenus de cetero, prætextu indulgentiæ alicujus, ſeu aliquarum litterarum obtentarum a Sede Apoſtolica, vel etiam obtinendarum impoſterum, quæ de hoc expreſſam non facerent mentionem, præſumeretis recipere, niſi prius Prioris ſui petita foret licentia, & obtenta. Decernimus etiam irritum & inane quidquid vos in hac parte contra præceptum noſtrum contingeret attentari, ſtatuentes, ut hujuſmodi præſumptores incurrerent excommunicationis ſententiam ipſo facto, a qua nequaquam abſolvi poſſint, niſi ſe apud Sedem Apoſtolicam, ab ea ſicut juſtum foret abſolvendi, perſonaliter præſentarent. *Aliarum litterarum apoſtolicarum tenor.*

§. II. Verum quia poſtmodum per quaſdam alias litteras vobis, & eiſdem Fratribus diſtrictius duximus inhibendum, ne ante annum probationis elapſum, qui eſt maxime in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus, quemquam ad profeſſionem veſtrorum Ordinum præ- *Nequeunt Novitii ad profeſſionem ante probationis annũ expletum admitti.*

Digitized by Google

ſumeretis recipere, ſeu ad renunciationem ſeculi faciendam, nec conſtitutum in probatione novitium aliquatenus impedire, quominus infra eumdem annum probationis ad aliam religionem quam mallet, tranſiret, ſicut de ſua tranſiret libera voluntate, non obſtantibus ſtatuto contrario, ſi quod a vobis eſſet editum, quod irritum decrevimus & inane, vel aliquibus litteris a Sede Apoſtolica impetratis, ſeu etiam impetrandis, quæ de præmiſſis expreſſam non facerent mentionem; & ſi forte contra hujuſmodi noſtram prohibitionem quemquam vos vel dicti Fratres reciperetis, qui taliter receptus exiſteret nullatenus veſtro eſſet, nec eorumdem Fratrum Ordini alligatus, voſque ac ipſi a receptione quorumlibet ad profeſſionem dictorum Ordinum eſſetis ipſo facto ſuſpenſi, & inſuper pœnæ deberetis ſubjici, quæ Fratribus ipſorum Ordinum pro culpis infligi gravioribus conſuevit.

Pœnæ in contrafacientes.

§. III. Nos quod de obligatis Ordini prætactorum Fratrum in præmiſſis noſtris duximus litteris, ne ipſos recipere præſumatis: ſtatuendo, ut hujuſmodi præſumptores ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, de illis tantum intelligi volumus, quos poſt prætactum annum probationis elapſum eorum eſſe conſtiterit Ordini alligatos.

Nulli ergo noſtræ declarationis &c. Si quis &c. Datum apud Civitatem Caſtellanam VIII. Kalendas Junii anno I.

XVI.

Prohibet Fratres Prædicatores recipi, & novitium intra annum probationis impelli ad profeſſionem. Archiv. Aracœlitan. num. 59. Speculum in ſummario.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis .... Magiſtro & Fratribus Ord. Prædicatorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Meminit Pont. aliar lit. hujus tenoris.

§. I. Meminimus, vobis olim in virtute obedientiæ per noſtras litteras præcepiſſe, ut Fratres Minores, & eorum Ordini voto, vel juramento etiam obligatos nullatenus de cetero prætextu indulgentiæ alicujus, ſeu aliquarum litterarum obtentarum a Sede Apoſtolica, vel etiam obtinendarum in poſterum, quæ de hoc expreſſam non facerent mentionem, præſumeretis recipere, niſi prius Miniſtri ſui petita foret licentia & obtenta; decernimus etiam irritum & inane quidquid per vos in hac parte contra præceptum noſtrum contingeret attentari, ſtatuentes ut hujuſmodi præſumptores incurrerent excommunicationis ſententiam, a qua nequaquam abſolvi poſſent, niſi ſe apud Sedem Apoſtolicam ab ea, ſicut juſtum foret, abſolvendi perſonaliter præſentarent.

Et Novitiis interdictum ante probationis annum profeſſionē emittere.

§. II. Verum quia poſtmodum per quaſdam alias litteras vobis & eiſdem Fratribus diſtrictius duximus inhibendum, ut ante annum probationis elapſum, qui eſt maxime in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus, quemquam ad profeſſionem veſtrorum Ordinum præſumeretis recipere, ſeu ad renunciationem ſeculi faciendam; nec conſtitutum in probatione novitium aliquatenus impedire, quominus infra eumdem annum probationis ad aliam religionem quam mallet, tranſiret, ſicut de ſua procederet libera voluntate, non oſtantibus ſtatuto con-

Digitized by Google

contrario, ſi quod a vobis eſſet editum, quod irritum decernimus & inane, vel aliquibus litteris a Sede Apoſtolica impetratis, ſeu etiam impetrandis, quæ de præmiſſis expreſſam non facerent mentionem; & ſi forte contra hujuſmodi noſtram inhibitionem nequaquam vos vel dicti Fratres reciperetis, qui taliter receptus exiſteret, nullatenus veſtro eſſet, nec eorumdem Fratrum Ordini alligatus; voſque, ac ipſi a receptione quorumlibet ad profeſſionem dictorum Ordinum eſſetis ipſo facto ſuſpenſi, & inſuper pœnæ deberetis ſubjici, quæ Fratribus ipſorum Ordinum pro culpis infligi gravioribus conſuevit.

§. III. Nos quod de obligatis Ordini prædictorum Fratrum in præmiſſis noſtris duximus litteris ne ipſos recipere præſumatis, ſtatuendo ut hujuſmodi præſumptores ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant; de illis tantum intelligi volumus, quos poſt prædictum annum probationis elapſum eorum eſſe conſtiterit Ordini alligatos. Non parentes ſunt excommunicati ipſo facto.

§. IV. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum apud Civitatem Caſtellan. VIII. Kalend. Julii Pontificatus noſtri anno I.

XVII.

Prohibet receptionem Prædicatorum Fratrum ad Inſtitutum Franciſcanum. Summarium Pontificale in ſpeculo. Habetur ſub Alexandro IV. directa ad Prædicatores, mutatis mutandis fol. 118. tract. 2.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. Quo vos in Chriſto ſinceriori caritate diligimus, eo plenius ut in cunctis providi ſitis & vigiles affectamus, turbationis non modicæ ſpiritum aſſumentes, ſi de vobis quandoque contrarium ad nos relatu perveniat aliquorum.

§. II. Sane admirantes accepimus, quod vos non abſque offenſa rectitudinis, quæ in veſtris debet actibus haberi continue ſpecialis, Fratres Prædicatores & eorum Ordini obligatos frequenter ad veſtrum recipitis; unitatem ſpiritus in pacis vinculo non ſervantes. Dum in Minor. Ord. Prædicatores recipiuntur pacis vinculum ſolvitur.

§. III. Verum cum ex hoc ſciſſuræ poſſit & ſcandali exoriri materia, quæ ſolatium pacis æternæ quærentibus debet omnibus modis exiſtere peregrina: univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus tam Fratres eoſdem, quam eorum Ordini voto, vel juramento etiam obligatos nullatenus de cetero prætextu indulgentiæ alicujus, ſeu aliquarum litterarum obtentarum a Sede Apoſtolica, vel etiam obtinendarum impoſterum, quæ de præſentibus expreſſam non fecerint mentionem, niſi prius petita Miniſtri ſui fuerit & obtenta licentia, recipere præſumatis: alioquin decernentes irritum & inane quidquid per vos in hac parte contra præceptum noſtrum contigerit attentari, præſentium auctoritate ſtatuimus, ut hujuſmodi præſumptores incurrant excommunicationis ſententiam ipſo facto, a qua nequa- Propterea prohibet Ponti. ſub excom. pœna non recipien.

Digitized by Google

quam abſolvi valeant, niſi ſe apud Sedem Apoſtolicam perſonaliter repræſentent, ab ea, ſicut viſum fuerit, abſolvendi.

Nulli ergo noſtræ conſtitutionis &c. Si quis autem &c. Datum apud Civitatem Caſtellan. VIII. Kalend. Julii, Pontif. noſtri anno I.

XVIII.

Concedit Monialibus Monaſterii ſanctæ Catarinæ, quod non poſſint per litteras conveniri. Regeſt. Vatic. epiſt. 127.

Abbatiſſæ & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Catarinæ Ordinis ſancti Damiani.

Religionis veſtræ favor, ſub qua relictis mundanis illecebris, Domino deſervitis, & devotionis veſtræ merita nos inducunt, ut petitionibus veſtris quantum cum Deo poſſumus, annuamus. Veſtris igitur devotis precibus inclinati, ut per litteras Apoſtolicas conveniri ab aliquo non poſſitis, auctoritate vobis præſentium indulgemus, niſi de Ordine veſtro & indulgentia hujuſmodi in eiſdem plena mentio habeatur.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis &c. Datum Lugduni II. Kalend. Januarii anno II.

ANNO CHRISTI 1245. INNOCENTII IV. ANNO 3.

XIX.

Concedit Monaſterio ſanctæ Mariæ Magdalenæ juxta Nurſiam varia privilegia, & collata eidem ab Epiſcopo Spoletano confirmat. Regeſt. Vatic. epiſt. 610.

Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ juxta Nurſiam, ejuſque Sororibus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis enervet. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium S. Mariæ Magdalenæ juxta Nurſiam Spoletan. Diœc. in quo divino eſtis obſequio mancipatæ ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam, atque inſtitutionem Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſsiſinaten. inſtitutus in eodem loco eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, quæ idem Monaſterium impræſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda, locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis, Campum de Gavell, Campum de Fraſcale, vineam, & hortum & molendinum Paleſtrin, poſſeſſiones, & quidquid habetis in territorio Nurſiæ cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſua-

giis,

Digitized by Google

giis, paſcuis, in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis ſumptibus colitis, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum propter factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine Abbatiſſæ ſuæ licentia, de eodem loco, niſi arctioris Religionis obtentu diſcedere; diſcedentem vero abſque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Pro conſecrationibus vero Altarium, vel Eccleſiæ veſtræ, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento, nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo audeat quidquam extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Diœceſanus impendat. Alioquin liceat vobis hæc auctoritate noſtra recipere a quocumque malueritis catholico Antiſtite, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ obtinente. Quod ſi ſedes Diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis accipere libere, & abſque contradictione poſſitis; ſic tamen ut ex hoc proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum Diœceſani Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Roman. Sedis ut diximus gratiam, & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones Monialium, vaſorum, & veſtium, & conſecrationes altarium auctoritate Sedis Apoſtolicæ recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excommunicatis, & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, ſubmiſſa voce Divina officia celebrare. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa, vel earum aliqua quæ tibi ſucceſſerit, nulla ibi qualibet ſubſcriptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quam Seniores communi conſenſu, vel earum major pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum, & B. Benedicti Regulam providerint eligendam. Porro ſi Epiſcopi vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas regulares inibi Domino famulantes ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentias audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates Monaſterio veſtro a ven. fr. noſtro.... Spoletan. Epiſcopo loci Diœceſano, Capituli ſui accedente conſenſu, conceſſas ad exemplar fel. rec. Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri, prout ipſius Epiſcopi litteris plenius conſpeximus contineri, vobis & per vos eidem Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica concedimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipſarum ad cautelam duximus præſenti privilegio inſerendum, qui talis eſt. *Nicolaus Dei gratia Spoletan. Epiſcopus licet indignus: Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Sororibus Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ juxta Nurſiam, ſalutem & benedictionem. Cum vos, divina gratia inſpirante, in honorem Dei & beatæ Mariæ Magdalenæ Monaſterium fundaveritis juxta Nurſiam in pede Podii Miſiani, ut ibidem pro vobis, & aliis peccatoribus ora-*

Digitized by Google

orare poſſitis, devote ac humiliter poſtulaſtis a nobis, ut Monaſterium & perſonas ibidem Domino ſervientes intuitu pietatis, & divinæ miſericordiæ, a jure Epiſcopali, vel alterius graviſſimæ conditionis eximere deberemus. Eapropter dilectæ in Domino filiæ veſtræ piæ ac humili petitioni pio concurrentes aſſenſu, Monaſterium veſtrum, & perſonas illic commorantes ab omni jure Epiſcopali vel cujuslibet conditionis obligatione eximimus, nihil aliud nobis in eiſdem, niſi unam libram ceræ pro Synodo reſervantes, annis nobis ſingulis perſolvendam. Datum Spoleti in Curia Domini Epiſcopi anno Domini MCCXXVIII. *Indictione* II. *die Octobris, tempore Domini Gregorii Papæ IX. Raynaldus Aceſelli Prior ſancti Felicis, D. Raynaldus, & Ceconia Canonici majoris Eccleſiæ Spoletan. prætactis omnibus conſenſerunt. Ad indicium autem hujus perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis unam libram ceræ nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prætactum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integre conſervare, earum pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertioque commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe aivino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alie na fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.* Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Otto Portuenſis & ſanctæ Rufinæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Petrus Albaneri Epiſcopus ſubſ. Ego Willielmus Sabinen. Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Petrus tit. ſancti Marcelli Prebyter Cardinalis ſubſcripſi. Ego Willielmus Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presbyter ſubſcripſi. Ego frater Joannes tit. ſancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis ſubſcripſi. Ego frater Hugo tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis ſubſcripſi. Ego Octavianus ſanctæ Mariæ in Via-lata Diac. Cardin. ſubſc. Ego Petrus ſancti Georgii ad velum aureum Diac. Card. ſubſc. Ego Joannes ſancti Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. ſubſc. Ego Willielmus ſancti Euſtachii Diac. Cardinalis ſubſcripſi.

Datum Lugduni per manum Magiſtri Marini S. R. E. Vicecancellarii XVII. Kal. Julii Indict. III. Incarnationis Dominicæ MCCXLV. Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ IV. anno II.

Digitized by Google

XX.

Concedit ut nullus Fratrum invitus deputetur miniſterio Monialium niſi alias in ea cura fuit. Specul. 117. p. 2. tract. 2.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Generali Miniſtro & Fratribus Ordinis Minorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Paci & tranquillitati veſtræ paterna volentes in poſterum ſollicitudine providere, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut in Monaſteriis Monialium incluſarum Ordinis ſancti Damiani, in quibus tempore felicis recordationis Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri aliqui Fratres veſtri Ordinis deputati non fuerint, morari minime teneamini, nec ad id per litteras Apoſtolicas impetratas, ſeu etiam impetrandas arctari poſſitis, niſi litteræ ipſæ plenam fecerint de hac indulgentia mentionem: proviſo, ut in Monaſteriis, in quibus tunc temporis Fratres deputati fuerunt, ſponantur ſecundum diſcretionem Miniſtrorum Provincialium idonei & maturi, qui Monaſteriorum ipſorum Monialibus in ſpiritualibus dumtaxat deſerviant, juriſdictioni & correctioni Miniſtrorum ſuorum, ſicut & ceteri nihilominus parituri.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis autem &c. Datum Lugduni XVI. Kalend. Auguſti Pontif. noſtri anno III.

XXI.

Mandat rigide Prælatis Italiæ, ut ceſſent a gravaminibus, & preſſuris Fratribus Minoribus inferendis. Ex Arch. Aracœlit. n. 12. Firmamentum Ord. fol. 108.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris, Archidiac. Decanis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Italiam conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. Nimis iniqua viciſſitudine largitori bonorum omnium reſpondetur, dum ii qui de Chriſti patrimonio impinguati luxuriant damnabiliter in eodem, Chriſtum in famulis ſuis patenter perſequi non merentur, ac ſi factus ſit impotens Dominus ultionum. *Quam iniquum Eccleſiæ patrimoniis abuti.*

§. II. Cum enim dilecti filii Fratres Minores abnegantes ſalubriter ſemetipſos, elegerunt in altiſſima paupertate Chriſto pauperi id placitum famulari, tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes; non deſunt plerique tam Eccleſiarum Prælati, quam alii qui cœca cupiditate traducti, propriæ aviditati ſubtrahi reputantes quidquid prædictis Fratribus fidelium pietas elargitur, quietem ipſorum multipliciter inquietant: vos quoque qui eos deberetis favorabiliter confovere, moleſtiarum occaſiones vanas exquiritis contra ipſos; vultis namque, etſi non omnes, ipſis invitis, eorum confeſſiones, audire ac eis injungere pœnitentiam, & Euchariſtiam *1. Corinth. c. 6. 10.* *Plerique Minoribus infeſti.*

Digitized by Google

Gravaminum plurium inductiva narratio.

ſtiam exhibere, nec vultis ut Corpus Chriſti in eorum Oratoriis reſervetur; & Fratres ipſorum defunctos apud Eccleſias veſtras cogitis ſepelire; & eorum exequias celebrari. Si quis decedentium Fratrum alibi quam in Eccleſiis veſtris eligat ſepulturam, funus primo ad Eccleſias veſtras deferri compellitis, ut oblatio uſibus veſtris cedat, nec ſuſtinentes eos habere campanam, vel cœmiterium benedictum: certis tantum temporibus permittitis ipſos celebrare divina; vultis etiam in domibus eorumdem certum numerum Fratrum ſacerdotum, clericorum & laicorum, necnon cereorum, lampadarum, & ornamentorum pro veſtra voluntate taxare, ac reſiduum cereorum quando noviter apponuntur, exigitis ab eiſdem; nec permittitis ut novi Sacerdotes eorum alibi quam in Eccleſiis veſtris celebrent primas Miſſas, eos nihilo compellentes, ut in quotidianis Miſſis, quas in ſuis locis & altaribus celebrant, oblationes ad opus veſtrum recipiant & reſervent. Quidquid etiam eis dum celebrant Miſſarum ſolemnia intra domorum ſuarum ambitum, pia fidelium devotione donatur, ab ipſis extorquere oblationis nomine, contendentes, quod eiſdem tam in ornamentis altaris, quam in libris Eccleſiaſticis abſolute confertur juri veſtro perperam vindicatis, cogendo eos ad ſynodos veſtras accedere, ac veſtris conſtitutionibus ſubjacere; nec iis contenti Capitula & ſcrutinia in locis Fratrum pro iis corrigendis comminamini vos facturos. Fidelitatem juramento firmatam ab eorum Miniſtris, & Cuſtodibus exigentes: eis quoque ut in hyeme tam extra Civitates, quam intra vobiſcum proceſſionaliter veniant ex levi cauſa mandantes, in benefactores ipſorum excommunicationis ſententiam fulminatis, & idem ipſum Fratribus comminantes, eoſdem de locis, in quibus Domino famulantur amovere ſatagitis, niſi vobis obediant in omnibus ſupradictis. Ad hæc ne Fratres ad honorabiles Civitates & villas, ubi religioſe ac honeſte valeant commorari a populis devote vocati, accedere audeant inhibentes tam in accedentes Fratres, quam in receptores eorum excommunicationis ſententiam promulgatis. Ab eis etiam de hortorum fructibus decimas, necnon de habitaculis Fratrum, ſicut de Judæorum domibus redditus contenditis extorquere, aſſerendo quod niſi Fratres morarentur ibidem, vobis ab aliis habitatoribus proventus aliqui ſolverentur: & ut ipſos veſtræ ſubdatis totaliter ditioni, eiſdem Miniſtros & Cuſtodes vultis præficere pro veſtræ arbitrio voluntatis.

Ordo Min. approbatus ab Apoſtolica Sede.

§.III. Cum igitur Ordo prædictorum Fratrum per felicis recordationis Innocent. Honorium, & Gregorium prædeceſſores noſtros, & nos ipſos ſit ſolemniter approbatus, & eorum Regula confirmata, ne Apoſtolicæ Sedis ſtatuta, quæ humiliter ſuſcipere & ſervare tenemini reverenter contemnere videamini: Univerſitatem veſtram monemus attente, per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus conſcientiæ ac famæ veſtræ ſalubriter conſulentes, univerſi & ſinguli a prænominatis, & aliis prædictorum Fratrum gravaminibus penitus deſiſtatis, ſubditos veſtros ab iis arctius compeſcendo; alioquin vener. Fratribus noſtris .... Archiepiſco. Piſan. &... Tudert. &... Anconitan. Epiſcopis damus noſtris litteris firmiter in mandatis, ut vos ad omnia prædicta ſervanda per cenſuram Eccleſiaſticam, ſublato cujuſlibet contradictionis & appellationis impedimento, compellant.

Mandatur Prælatis a vexationibus in Minores ut deſiſtant ſub excom. pœna.

§.IV. Non obſtante conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Si vero nec ſic mandatis noſtris curaveritis obedire, noveritis nos ſuper hoc memoratis Fratribus, auctore Domino, proviſuros.

Dat. Lugdun. XII. Kal. Auguſt. Pontif. noſtri anno III.

XXII.

Digitized by Google

XXII.

Concedit varia privilegia Sororibus Barchinonen. & collata ab Epiſcopo Barchinonen. confirmat. Reg. Vatic. epiſt. 25.

Abbatiſſæ Monaſterii ſancti Antonii Barchinonen. incluſis, ejuſque Sororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Formulam habes Conſt. 19. hujus Pontif. fol. 456.

§. I. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium &c. uſque *Religionis enervet*. Ea propter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſancti Antonii Barchinonen. in quo divino eſtis obſequio &c. uſque *communimus*. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti Regulam atque inſtitutionem Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſſiſinaten. in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium &c. *uſque* illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locumipſum in quo prætactum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas &c. uſque *retinere*. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam &c. uſque *audeat retinere*. Pro conſecrationibus vero altarium vel Eccleſiæ veſtræ, ſive pro oleo ſancto &c. uſque *Diœceſanus impendat*. Alioquin liceat vobis hæc noſtra auctoritate recipere a quocumque &c. uſque *obtinente*. Quod ſi ſedes Diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis accipere &c. uſque *præjudicium generetur*. Quia vero interdum Diœceſani Epiſcopi copiam non habetis, ſiquidem Epiſcopum Roman. Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem &c. uſque *recipere valeatis*. Cum autem generale interdictum terræ fuerit &c. uſque *celebrare*. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa, vel earum aliqua quæ tibi ſucceſſerit &c. uſque *providerint eligendam*. Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas regulares inibi Domino famulantes ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitati veſtræ &c. uſque *audeat exercere*. Præterea omnes libertates, & immunitates veſtras, quas Monaſterio veſtro venerab. frat. noſter P. Epiſcopus Barchinonen. de Capituli ſui aſſenſu indulſiſſe dignoſcitur, ſicut in ejus litteris plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſenti privilegio fecimus annotari, qui talis eſt. *Frater Petrus miſeratione divina Barchinonen. Epiſcopus: Dilectis in Chriſto filiabus Agneti Perandæ Abbatiſſæ, & Monialibus incluſis Ordinis ſancti Damiani Monaſterii ſancti Antonii Barchinonen.. Cum Monaſterium apud littus Maris de aſſenſu D. Berengarii Epiſcopi quondam bon. mem. prædeceſſoris noſtri ex eleemoſynis fidelium conſtruxeritis, ut ibidem Domino famulantes, devote pro nobis & aliis peccatoribus poſſitis Dominum deprecari, a nobis humiliter poſtulaſtis, ut Monaſterium illud, cum omnibus Monialibus præſentibus & futuris, intuitu pietatis, & pro redemptione peccatorum noſtrorum ab omni Epiſcopali jure, tam in ſpiritualibus, quam tem-*

temporalibus pleno jure eximere deberemus. Quapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtræ piæ ac humili petitioni benevolo concurrentes aſſenſu, de voluntate & conſenſu Capituli noſtri, prædictum Monaſterium, & omnes Moniales ibidem Domino famulantes, præſentes ſcilicet & futuras, cum tota familia, quæ pro tempore ſervitio Monaſterii a vobis fuerit deputata, ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, cujus vos ſcimus filias ſpeciales, ab omni Epiſcopali jure, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus eximimus pleno jure; nihil nobis reſervantes in eo, præter dedicationem Eccleſiæ, conſecrationes altarium, & benedictiones Monialium, cum ab Abbatiſſa & ſuis Sororibus fuerimus requiſiti. Si tamen nos & ſucceſſores noſtri gratis hæc, & ſine pravitate voluerimus exhibere. Reſervamus etiam nobis unam libram ceræ nomine annui cenſus in feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, annis ſingulis perſolvendam. Actum eſt hoc VII. *Kalend. Maii anno Domini* MCCXLV. *Ego Petrus ſanctæ Tarraconen. Eccleſiæ Archiepiſcopus ſubſcribo. Ego frater Petrus Barchinonen. Epiſcopus ſubſcribo. Ego A. de Bargo Barchinonen. Archidiaconus, qui hoc firmo.*

§. II. *Signum Petri Alberti Barchinonen. Canon. Signum Petri de Inſula Barchinonen. Canonici. Signum Bertrandi Delfini Barchinonen. Canonici. Signum Ferrarii de Torrentenialo Barchinonen. Canonici. Signum Ferrarii de Lauro Barchinonen. Sacriſtæ. Ego B. de ſancta Eugenia Barchinonen. Canonicus qui hoc firmo. Signum Berengarii de Petra Barchinonen. ſuccentoris, Petri de Caſtellire Presbyteri & Canonici. Signum Magiſtri Arnaldi Barchinonen. Canonici. Signum Berengarii de ſancto Chriſtophoro Canonici & Rectoris altaris ſancti Stephani. Ego Magiſter Martinus ſubſcribo. Signum Arnaldi de Peragaria. Ego Guillelmus de Bagnariis Canonicus & Rector altaris ſancti Joannis. Signum Guillelmi de Bagnariis Canonicus & rector altaris ſancti Joannis. Signum Guillelmi Presbyteri ſtatoris Domini Regis & Canonici Barchinonen. Sedis. Signum R. de Monteſigno Barchinonen. Canonici & rectoris altaris ſancti Silveſtri. Signum Guillelmi ſcriptoris Barchinonen. Canonici Ebdarii, Signum Bernardi de Pirariit Barchinon. Canonici. Signum magiſtri Berengarii de Turri Barchinonen. Canonici. Signum A. de Richalderio. Signum Petri de Bugis Notarii publici Barchin. Signum Petri Laurentii qui hæc ſcripſit mandato Petri de Bugis Notarii publici Barchin. die & anno præfixis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum &c. uſque* profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. *Ad indicium autem perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis, unam libram ceræ perſolvetis nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annuatim. Si qua igitur in futurum &c. uſque* ſubjaceat ultioni. *Cunctis autem eidem loco, &c. uſque* pacis inveniant. *Amen.*

§. III. *Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Otto Portuen. & ſanctæ Rufinæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Petrus Albanen. Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Willielmus Sabinen. Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Petrus tit. ſancti Marcelli Presbyter Cardin. ſubſcripſi. Ego Willielmus Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presbyter Cardinalis ſubſcripſi. Ego frater Ugo tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardin. ſubſcripſi. Ego Octavianus ſanctæ Mariæ in Via-lata Diacon. Cardinalis ſubſcripſi. Ego Petrus ſancti Georgii ad velum aureum Diac. Cardin. ſubſcripſi. Ego Joannes ſancti Nicolai in carcere Tulliano Diac. Cardin. ſubſcripſi. Ego Joannes tit. ſancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardin. ſubſcr.*

Datum Lugduni per manus Magiſtri Mariani S. R. E. Vicecancellarii x. *Kalend. Auguſti Indict.* III. *Incarnationis Dominicæ anno* MCCXLV. *Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ IV. anno* III.

Digitized by Google

XXIII.

Permittit apoſtatis, & diſcolis tranſitum ad alios Ordines approbatos. Archivum Aracœlitanum num. 16. Rodriguez in bullario fol. 16. Firm. tri. Ordin. fol. 29.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. PAci, & tranquillitati veſtræ paterna volentes in poſterum ſollicitudine providere, ut ejectis de veſtro Ordine, vel egreſſis, qui receptione in eodem Ordine, ſuis exigentibus culpis, reddiderint ſe indignos, tranſeundi ad alios Ordines approbatos, præterquam ad beati Auguſtini, Templariorum, Hoſpitalariorum, & aliorum religioſorum arma portantium, ad vitandam occaſionem evagandi, cum veſtris teſtimonialibus litteris, auctoritate noſtra licentiam dare poſſitis, plenam vobis de Fratrum noſtrorum conſilio concedimus, auctoritate præſentium, facultatem, diſtrictius inhibentes, ne tales aliter ad alium Ordinem tranſire, vel aliqui ipſos recipere, ſeu retinere præſumant, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali faciente plenam de præſentibus mentionem.

§. II. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indig. Omnip. Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni XVII. Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri anno III.

XXIV.

Committit infraſcriptis Conſervatoribus curam prohibendi gravamina, & injurias illatas Fratribus Minoribus, quod in omnibus Regnis fieri mandat per procuratores ad hoc deputatos. Regeſt. Vatic. epiſt. 539. Spec. Minor. ſumm. Pontif.

Neapolitan. Meſſanen. & Sipontin. Archiepiſcopis.

§. I. NImis iniqua viciſſitudine largitori bonorum omnium reſpondetur, dum ii, qui de Chriſti patrimonio impinguati luxuriant damnabiliter in eodem, Chriſtum patenter in famulis ſuis proſequi non verentur, ac ſi factus ſit impotens Dominus ultionum. *Eorum impietas qui Chriſti patrim. abut.*

§. II. Cum enim dilecti filii Fratres Minores abnegantes ſalubriter ſemetipſos, elegerint in altiſſima paupertate Chriſto pauperi ad placitum famulari, tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes, non deſunt plerique tam Eccleſ. Prælati, quam alii, qui cæca cupiditate traducti, propriæ aviditati ſubtrahi reputantes, quidquid prædictis Fratribus fidelium pietas elargitur, quietem ipſorum multipliciter inquietant, moleſtiarum occaſiones exquirentes vanas contra ipſos. Volunt namque, etſi non omnes, ipſis invitis, eorum confeſſiones audire, ac eis injungere pœnitentias, & Euchariſtiam exhibere, nec volunt, ut corpus Chri- *Corint. 6. 10.* *Aliqui Prælati Minoribus noxii.* *Gravaminũ numeratio.*

Digitized by Google

Chriſti in eorum Oratoriis conſervetur, & Fratres ipſorum defunctos apud Eccleſias ſuas ſepeliri compellunt, & eorum exequias celebrari. Et ſi quis decedentium Fratrum alibi, quam in Eccleſiis ſuis eligit ſepulturam, funus primo ad Eccleſias ſuas deferri cogunt, ut oblatio ſuis uſibus cedat, nec ſuſtinent eos habere campanam, vel cœmeterium benedictum; certis tantum temporibus permittunt celebrare divina, volunt etiam in domibus eorumdem certum numerum Fratrum Sacerdotum, Clericorum, & Laicorum, necnon cereorum, lampadarum, & ornamentorum pro ſua voluntate taxare, ac reſiduum cereorum, quando noviter apponuntur, exigunt ab eiſdem, nec permittunt, ut novi Sacerdotes eorum alibi, quam in Eccleſiis ſuis celebrent primas Miſſas; eos nihilominus compellentes, ut in quotidianis Miſsis, quas in ſuis locis, & altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum recipiant, & reſervent. Quidquid etiam eis dum celebrant Miſſarum ſolemnia in domorum ſuarum ambitum pia fidelium devotione donatur, ab ipſis extorquere oblationis nomine contendentes, quod eiſdem, tam in ornamentis altaris, quam in libris Eccleſiaſticis abſolute confertur, vendicant perperam juri ſuo, cogendo ad Synodos ſuas accedere, ac ſuis conſtitutionibus ſubjacere. Nec his contenti, capitula & ſcrutinia in locis Fratrum pro his corrigendis facturos ſe comminantur, fidelitatem juramento firmatam ab eorum Prioribus exigentes, eis quoque, ut tam extra Civitates, quam intra cum eis proceſsionaliter veniant ex levi cauſa mandantes, excommunicationis ſententiam fulminant in benefactores eorum; & id ipſum Fratribus comminantes, eos de locis, in quibus Domino famulantur ſatagunt amovere, niſi eis obediant in omnibus ſupradictis. Ad hæc ne Fratres ad honorabiles Civitates & villas, ubi religioſe & honeſte valeant commorari, a populis devote vocati accedere audeant inhibentes, tam in accedentes Fratres, quam in receptatores eorum præſumant excommunicationis ſententiam promulgare. Ab eis de hortorum fructibus decimas, necnon de habitaculis Fratrum, ſicut de Judæorum domibus contendunt redditus extorquere, aſſerendo quod niſi Fratres morarentur ibidem, eis ab aliis habitatoribus proventus aliqui ſolverentur. Et ut ipſos ſubdant totaliter ſuæ ditioni, eiſdem Priores volunt præficere pro ſuæ arbitrio voluntatis. A quibus omnibus Fratrum moleſtiis quidam etiam ex venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & ceteris Eccleſiarum Prælatis, ac aliis per Regnum Siciliæ conſtitutis non omnino abſtinere dicuntur.

Ex his Prælatis quidam Regni Siciliæ numerantur.

§. III. Cum igitur Ordo prædictorum Fratrum a bon: mem: Innocentio, Honorio, & Gregorio prædeceſſoribus noſtris, & nobis ipſis, dignis eorum ſic exigentibus meritis, ſit approbatus, ac ipſorum Regula confirmata, ne Apoſtolicæ Sedis ſtatuta, quæ humiliter ſuſcipere, & reverenter ſervare tenemini, contemnere videamini, univerſitatem veſtram monemus attente, firmiter præcipiendo mandantes, quatenus conſcientiæ, ac famæ veſtræ ſalubriter conſulentes, univerſi & ſinguli a prænotatis, & aliis prædictorum Fratrum gravaminibus penitus deſiſtatis, ſubditos veſtros ab his arctius compeſcendo. Alioquin venerabilibus Fratribus noſtris Neapolitan. Meſſanen. & Sipontin. Archiepiſcopis noſtris damus litteris firmiter in mandatis, ut vos ad omnia ſupraſcripta, monitione præmiſſa, auctoritate noſtra, ſublato cujuslibet contradictionis, & appellationis obſtaculo, compellant. Non obſtante conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali: ſi vero nec ſic man-

Monet Pontifex eoſdem Prælatos, ut a prætactis moleſtiis de cetero ſe abſtineant.

Digitized by Google

mandatis noſtris curaveritis obedire, noveritis, nos ſuper hoc memoratis Fratribus aliter, auctore Domino, proviſuros. Quod ſi non omnes &c. Singuli veſtrum &c.

Datum Lugduni xv. Kalend. Septembr. anno III.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Regnum Ungariæ, & Iſtriæ, Sclavoniæ, Croatiæ, & Dalmatiæ Provincias conſtitutis. Conſervatores Strigonien. & Colocen. Archiepiſcopis & Zagrabien. Epiſcopus.

Aliis etiam aliorum locorum Prælatis litteræ ejuſdem tenoris expeditæ.

In eodem modo Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Campaniam, Maritimam, & Patrimonium beati Petri conſtitutis. Conſervatores Anagnin. Sutrin. & Reatin. Epiſcopi.

In eodem modo Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Tuſciam, Vallem Spoletanam, Marchiam Anconitanam, & Provinciam, & diœceſim Piſanam conſtitutis. Conſervatores Archiepiſcopus Piſanus, Tudertin. & Anconitan. Epiſcopi.

In eodem modo Archiepiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Lombardiam, Marchiam Tarviſinam, & Romandiolam conſtitutis. Conſervatores Archiepiſcopus Mediolanen. Vincentin. & Feretran. Epiſcopi.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Alemaniam conſtitutis. Conſervatores Colonien. & Magdeburgen. Archiepiſcopi, & Herbipolen. Epiſcopus.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Regna Bohemiæ, Svetiæ, & Norvegiæ, & per Poloniæ, Livoniæ, Slaviæ, Ruſsiæ & Pruſsiæ Provincias conſtitutis. Conſervatores Colonien. Magdeburgen. Archiepiſcopi, & Herbipolen. Epiſcopus.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Regnum Datiæ, per Caſſubiam, & Pomeraniam conſtitutis. Conſervatores Bremen. Archiepiſcopus, Hildeſemen. & Zurinen. Epiſcopi.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Angliæ, & Scotiæ regna conſtitutis. Conſervatores, Archiepiſcopus Cantuarien. Lincolnien. & Norvien. Epiſcopi &c.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Hyberniam conſtitutis. Conſervatores Archiepiſcopus Dublinen. Oſſorien. & Dimen. Epiſcopi.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, per regnum Franciæ, Lugdunen. & Biſuntin. provincias, Meten. Virdunen. Leodien. & Cameracen. diœceſes conſtitutis. Conſervatores Rhemen. & Turonen. Archiepiſcopi, & Pariſien. Epiſcopus. Alii Conſervatores Auxitan. Archiepiſcopus, & Engoliſmen. Epiſco-

Digitized by Google

ſcopus. Item alii Conſervatores Lugdunen. Viennen. Archiepiſcopi, & Nivernen. Epiſcopus.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Provinciam conſtitutis. Conſervatores Aquen. Archiepiſcopus, & Maſſilien. Epiſcopus.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per regnum Caſtellæ & Legionen. conſtitutis. Conſervatores Palentin. Calaguritan. & Corduben. Epiſcopi.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Aragon. & Navarræ regna conſtitutis. Conſervatores Archiepiſcopus, Terraconen. Ceſarauguſtan. & Burgen. Epiſcopi. Item alii Conſervatores ſuper eodem Archiepiſcopi Terraconen. & Compoſtellan. ac Burgen. Epiſcopus.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Imperium Conſtantinopolitanum conſtitutis. Conſervatores Patriarcha Conſtantinopolitan. Patracen. Archiepiſcopus, & Nicomedien. Epiſcopus.

In eodem modo Archiepiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Hieroſolymitan. & Cypri regna, & ultramarinas alias Provincias conſtitutis. Conſervatores Patriarcha Antiochenus, Archiepiſcopi Nazaren. & Nicotien.

In eodem modo Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archipresbyteris, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Sardiniam, Calarum, & Corſicam conſtitutis. Conſervatores Piſanus, & Calantan. Archiepiſcopi &c.

XXV.

Confirmat Sororibus Salamanticen. donationem Epiſcopi Salamanticen. concedens ipſe varia privilegia. Regeſt. Vatic. epiſt. 131.

Abbatiſſæ Monaſterii beatæ Mariæ Salamantin. ejuſque Sororibus incluſis tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Lege formulam fol. 436.

§. I. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium &c. uſque *Religionis enervet*. Quapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſanctæ Dei genitricis, & Virginis Mariæ Salamantin. in quo divino eſtis obſequio mancipatæ &c. uſque *communimus*; imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & beati Benedicti Regulam, atque Inſtitutionem Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſſiſinaten. in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium &c. uſque *illibata permaneant*. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prætactum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas

Digitized by Google

tas &c. uſque *aliqua retinere*. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam &c. uſque *audeat retinere*. Pro conſecrationibus vero altarium, vel Eccleſiæ noſtræ, ſive pro oleo ſancto &c. uſque *diœceſanus impendat*. Liceat vobis hæc noſtra auctoritate recipere a quocumque &c. uſque *obtinente*. Quod ſi Sedes diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis Epiſcopis &c. uſque *præjudicium generetur*. Quia vero interdum proprii Epiſcopi copiam non habetis; ſiquidem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus gratiam & communionem habentem &c. uſque *recipere valeatis*. Cum autem generale interdictum terræ fuerit &c. uſque *celebrare*. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa, vel earum aliqua, quæ tibi ſucceſſerit &c. uſque *providerint eligendam*. Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas regulares inibi Domino famulantes, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ &c. uſque *audeat exercere*. Præterea omnes libertates, & immunitates veſtras, quas Monaſterio veſtro Venerabilis frater noſter M. Epiſcopus, & dilecti filii Capitulum Salamantin. indulſiſſe cognoſcitur, ſicut in eorum litteris plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipſarum præſenti privilegio inſeri fecimus, qui talis eſt.

Litteræ donationis Epiſcopi, & Capituli.

§. II. *Noverint univerſi præſentem paginam inſpecturi, quod nos M. divina providentia Epiſcopus, & univerſum Capitulum Salamantin. de mera liberalitate noſtra, & divinæ pietatis intuitu te dilectam* Wracam *Abbatiſſam Ordinis ſancti Damiani, & Sorores tuas, tam præſentes, quam futuras cum poſſeſſionem non habeatis, & promittatis vos in futurum non habituras, & Monaſterium ad honorem beatæ Mariæ conſtructum, quod eſt ſitum inter ſanctum Romanum, ſanctum Thomam, & ſanctum Criſtophorum infra muros civitatis Salamantin. & juxta murum ab omni Epiſcopali jurisdictione, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus prorſus eximimus, nihil nobis reſervantes in eo, præter conſecrationes Eccleſiæ, & altarium, benedictiones Monialium cum Abbatiſſa, cum propter hoc fuerimus requiſiti: ſi tamen nos, & ſucceſſores noſtri gratis hæc, & ſine pravitate voluerimus exhibere, reſervamus etiam nobis, & ſucceſſoribus noſtris unam libram ceræ nomine annui cenſus in feſto Purificationis beatæ Virginis annis ſingulis perſolvendam. Et hanc exemptionem noſtram, & conceſſionem pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris firmam habere promittimus, & nullo tempore contravenire. Ut autem factum noſtrum robur obtineat perpetuæ firmitatis, præſentes litteras de communi conſenſu, & voluntate in perpetuum teſtimonium ſigillis noſtris duximus roborandas. Supplicantes ſummo Pontifici, ut iſtam noſtram exemptionem confirmare dignetur. Acta ſunt hæc apud Salamanticam in Palatio Domini Epiſcopi* V. *Idus Februarii anno ab Incarnatione Domini* MCCXLIV. *Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum &c. uſque* profutura. *Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate.*

Ut in Conſt. 17. hujus Pontif. ſol. 436.

§. III. *Ad inditium autem quod idem Monaſterium ſpecialiter beati Petri juris exiſtit, unam libram ceræ nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum &c. uſque* ſubjaceat ultioni. *Cunctis autem eidem loco &c. uſque* pacis inveniant Amen. *Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Otto Portuen. & ſanctæ Ruſinæ Epiſcopus ſubſcripſi. Fgo Petrus Albanen. Epiſcopus ſubſ. Ego Willielmus Sabinen. Epiſcopus ſubſ. Ego Petrus tit. ſancti Marcelli Presbyter Card. ſubſ.*

Pontificis, & Cardinalis ſubſcriptiones.

Digitized by Google

ſubſ. Ego Willielmus Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Presbyter Card. ſubſ. Ego Octavianus ſanctæ Mariæ in via lata Diac. Card. ſubſ. Ego Petrus ſancti Georgii ad velum aureum Diac. Card. ſubſ. Ego Joannes ſancti Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. ſubſ. Ego Willielmus ſancti Euſtachii Diac. Card. ſubſ.

Datum Lugduni per manum Magiſtri Marini S. R. E. Vice-cancellarii XIV. *Kalend. Octobris Indictione* III. *Incarnationis Dominicæ anno* MCCXLV. *Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ IV. anno* III.

XXVI.

Eximit Monaſterium Pampilonen. Sororum ſancti Damiani a juriſdictione Ordinariorum. Reg. Vat. epiſt. 256.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii quondam ſanctæ Mariæ, nunc ſanctæ Gratiæ Pampilonen. Ordinis ſancti Damiani.

Monialiũ quieti conſulitur.

§. I. CUm mortuæ mundo vivatis in Chriſto recluſæ, videlicet in Monaſterio, in quo eſtis quaſi vivæ ſepultæ, poſita ſufficientia veſtra tantum in Domino, pro cujus amore terrenam ſubſtantiam cum ſeculo abnegaſtis, dignum videtur, & pietas hoc requirit, quod ſic debeamus veſtræ providere quieti, ut ab inquietudine liberæ, liberius valeatis divinis obſequiis inhærere.

Privilegiũ conceſſum, cum ſolitis clauſulis.

§. II. Hinc eſt, quod ad religionem veſtram debitum habentes reſpectum, veſtriſque ſupplicationibus annuentes, ad inſtar fel. rec. Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri, perſonas, & Monaſterium veſtrum, cum omnibus bonis ſuis ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, auctoritate præſentium ſtatuentes, ut vos, & dictum Monaſterium nulli debeatis, niſi Sedi Apoſtolicæ ſubeſſe, ſacramentis dumtaxat Eccleſiaſticis, & una libra ceræ annuatim in feſto Aſſumptionis beatæ Virginis perſolvenda diœceſano Epiſcopo reſervatis, ſi tamen ea gratis vobis ſine pravitate aliqua idem Epiſcopus voluerit exhibere; alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire Antiſtitem, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate, vobis quod poſtulatur impendat. Ad inditium autem hujus perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis, unam libram ceræ nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo &c. uſque *profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate*. Si quæ igitur Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona &c. uſque *ultioni*. Cunctis autem eodem loco ſua cura ſervantibus &c. uſque *inveniant. Amen*.

Cenſus ſolvendus.

Habes formulam ſupra fol. 436.

Datum Lugduni XIV. Kalend. Octobris anno III.

XXVII.

Digitized by Google

XXVII.

Commendat Fratres Minores Eccleſiæ Prælatis, monens ut ipſos ad prædicandum benigne admittant, & eorum Ordinem ſimulato habitu degeneri converſatione maculantes coerceant. Ex Archivo Aracœlitano num. 28. de quo firmament. Tri. Ord. fol. 109.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis Archidiaconis, Plebanis, Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos litteræ iſtæ pervenient, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. QUoniam abundavit iniquitas, & refriguit caritas plurimorum, ecce Ordinem dilectorum filiorum Fratrum Minorum Dominus ſuſcitavit, qui non quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt Chriſti quærentes, tam contra profligandas hæreſes, quam contra peſtes alias mortiferas extirpandas ſe dedicarunt evangelizationi verbi Dei in abjectione voluntariæ paupertatis.

Matt. 24. 16. Philipp. 2. 21.

Ord. Min. ſuſcitavit Deus ad noxa evellenda.

§. II. Nos igitur ſanctum eorum propoſitum, & neceſſarium miniſterium favore benevolo proſequentes, univerſitati veſtræ ipſos affectuoſe duximus commendandos, caritatem veſtram rogantes & exhortantes in Domino, ac per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus dilectos filios Fratres Ordinis memorati, pro reverentia divina & noſtra ad officium prædicandi, ad quod ſunt ex profeſſione ſui Ordinis deputati, benigne recipere procuretis; ac populos vobis commiſſos, ut ex ore ipſorum verbi Dei famem devote ſuſcipiant, admonentes ut in ſuis eis neceſſitatibus liberaliter aſſiſtatis, nec impediatis quominus illi qui ad eorum prædicationem acceſſerint, tunc eorum ſacerdotibus valeant confiteri, quatenus ad prædicta ſuſcipienda veſtris exhortationibus populi præparati, tamquam bona & fructifera terra, pro vitiorum tribulis incipiant ſegetem germinare virtutum, & dicti Fratres per cooperationem veſtram ſuſcepti miniſterii curſum fælicius conſummando, optatum reportent ſui laboris fructum & finem, ſalutem videlicet animarum.

Ea Pont. commendat quæ Fratribus de jure conveniunt.

§. III. Quia vero ſæpe vitia ſub ſpecie virtutum occulte ſubintrant, & Angelus Satanæ in Angelum lucis ſe plerumque ſimulate transformat; præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus ſi qui de prædictorum Fratrum Ordine ſe dicentes, in veſtris partibus prædicaverint ad quæſtum ſe pecuniarium convertendo, per quod religionem eorum qui paupertatem profeſſi ſunt, contingeret infamari, vos tamquam falſarios capiatis, & condemnetis eoſdem.

Cor. 11. 14.

Proviſio in abutentes.

Datum Lugdun. XIII. Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno III.

Digitized by Google

XXVIII.

Confirmat Monaſterio Sororum Alexandrin. donationem ipſis factam ab Archiepiſcopo Mediolanen. & nova ipſe privilegia concedit. Regeſt. Vatic. epiſt. 181.

Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ, ejuſque Sororibus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Vide ſupra fol. 436. Religioſam vitam, uſque *enervet*. Quapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſanctæ Mariæ Magdalenæ Alexandrin. in quo divino eſtis &c. *communimus*. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſiſinaten. in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis &c. uſque *obſervetur*. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium &c. uſque *illibata permaneant*; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prætactum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas &c. uſque *retinere*. Prohibemus inſuper ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro &c. uſque *audeat retinere*. Pro conſecrationibus vero altarium &c. uſque *impendat*. Alioquin liceat vobis hæc, auctoritate noſtra, recipere a quocumque malueritis catholico Antiſtite gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habente. Quod ſi Sedes Diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim, &c. *præjudicium generetur*. Quia vero interdum Diœceſani Epiſcopi copiam non habetis &c. uſque *recipere valeatis*. Cum autem generale interdictum &c. uſque *officia celebrare*. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa &c. uſque *providerint eligendam*. Porro ſi Epiſcopi vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas &c. decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitati veſtræ &c. uſque *exercere*. Præterea, omnes libertates & immunitates veſtras, quas Monaſterio veſtro. bon. mem. Willielmus Mediolan. Archiepiſcopus, Capituli ſui accedente conſenſu, indulſiſſe dignoſcitur, ſicut in litteris inde confectis plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Tenorem autem litterarum ipſarum duximus præſenti privilegio inſerendum, qui talis eſt.

Archiep. Mediol. litteræ. *Willielmus divina miſeratione ſanctæ Mediolanen. Eccleſiæ Archiepiſcopus; dilectis in Chriſto filiis Abbatiſſis & Sororibus Monaſterii beatæ Mariæ Magdalenæ de Alexandria Ordinis ſancti Damiani Aſiſinaten. ſalutem & bened. Cum Monaſterium in honorem beatæ Mariæ Magdalenæ in loco memorato conſtrui fecerimus, ut ibidem devote Domino famulantes, pro nobis, & aliis peccatoribus orare poſſitis, humiliter poſtulaſtis, ut Monaſterium ipſum, & perſonas ibidem Domino ſervientes, intuitu pietatis, & pro redemptione peccatorum noſtrorum, a jure Epiſcopali, ſeu alterius conditionis gravamine, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus pleno jure eximere deberemus. Quapropter veſtræ piæ ac humili petitioni pio concurrentes aſſenſu, prædictum Monaſterium, & perſonas illic nunc vel in futurum commorantes, cum omnibus bonis ſuis, conſenſu & voluntate Capituli, ab omni jure Epiſcopali, & cujuslibet conditionis obligatione, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus pleno jure liberamus, & eximimus, nihil aliud*

Digitized by Google

aliud nobis & Eccleſiæ Mediolanen. in eiſdem reſervantes, niſi conſecrationem Eccleſiæ & altarium, cum fuerimus requiſiti; ſi tamen nos & ſucceſſores noſtri gratis, & ſine pravitate aliqua voluerimus conſecrare. Reſervamus etiam nobis unam libram ceræ in feſto beatæ Mariæ Magdalenæ octo diebus ante, vel octo diebus poſt pro cenſu nobis annis ſingulis perſolvendam. Ego Willielmus de Riſſolio Mediol. Eccleſiæ Archiepiſc. Ego Albertus Amiconus Mediola. Eccleſiæ Archipresbyter. Ego Girard. Mediol. Canonic. & Vicedominus. Ego Alcberius Mediolan. Ordinarius & presbyter. Ego Willielmus Mediolanen. Canonicus. Ego Fulco de Deſino Mediolanen. Eccleſiæ ordinarius & presbyter. Ego Roggerius de Turre Mediolanen. ordinarius & ſubdiac. Ego Conradus de Serara Domini Papæ ſubdiac. & ordinarius Mediolanen. Eccleſiæ. Ego Rodulphus de Pomo notarius & miſſus Imperialis, de mandato D. Stephani Balbi Archidiaconi. Ego Rodulphus de Pomo notarius & miſſus Imperialis, de mandato D. Ribaldi Burri diaconi. Ego Amizo de Por Roman. Mediolanen. Eccleſiæ ordinarius ſcripſi. Ego Ambroſius cognomine Percoſſus notarius, de mandato Domini Analdi de Mandello Mediolanen. Diaconi & ordinarii. Ego Ambroſius de puteo Bonello Diaconus. Ego Ugo Domini Papæ ſubdiaconus & Caniliarcha Mediolanen. Eccleſiæ. Datum MCCXXXVII. *die Mercurii* I. *die menſis Aprilis Indictione* X. *Ad indicium autem hujus perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis, unam libram ceræ nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo &c. uſque* profutura. *Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur &c. uſque* ultioni. *Cunctis autem eidem loco ſua cura ſervantibus &c. uſque* inveniant. *Amen. Amen. Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Otto Portuen. & ſanctæ Ruffinæ Epiſcopus ſubſ. Ego Willielmus Sabinen. Epiſcopus ſubs. Ego Petrus tit. ſancti Marcelli Presbyter Card. ſubſcripſi. Ego Willielmus Baſilicæ* XII. *Apoſtolorum Presbyter Card. ſubs. Ego fr. Joannes tit. ſancti Laurentii in Lucina Presbyter Card. ſubs. Ego fr. Ugo tit. ſanctæ Sabinæ presbyter Card. ſubſ. Ego Octavianus ſanctæ Mariæ in via lata Diac. Card. ſubſ. Ego Petrus ſancti Georgii ad velum aureum Diac. Card. ſubſ. Ego Joannes ſancti Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. ſubſ. Ego Willielmus ſancti Euſtachii Diac. Card. ſubſ.*

Datum Lugduni per manum Magiſtri Marini S. R. E. Vicecancellarii II. *Non. Octobris Indictione* IV. *Incarnationis Dominicæ an.* MCCXLV. *Pontific. vero D. Innocentii Papæ IV. anno* III.

XXIX.

Concedit varia privilegia Sororibus Civitaten. & confirmat ipſis collata ab Epiſcopo Civitaten. Regeſt. Vatic. epiſt. 182.

Abbatiſſæ Monaſterii ſancti Spiritus Civitaten. Diœc. ejuſque Sororibus incluſis tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam &c. uſque *enervet*. Quapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſancti Spiritus Civitanen. Diœc. in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſſiſinaten. & formulam vitæ veſtræ a fel. rec. Gregorio Papa prædeceſſore noſtro Or- *Bulla 19. Gregorii IX. fo. 436.*

dini veſtro traditam, cum adhuc eſſet in minori officio conſtitutus, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones &c. uſque *illibata permaneant*, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prætactum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas &c. uſque *retinere*. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, ſit fas de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero nullus audeat retinere. Pro conſecrationibus vero altarium &c. uſque *audeat extorquere*; ſed hæc gratis Epiſcopus Diœceſanus impendat. alioquin &c. uſque *obtinente*. Quod ſi Sedes Diœceſani &c. uſque *generetur*. Quia vero interdum &c. uſque *recipere valeatis*. Cum autem generale interdictum &c. uſque *interdicto*. Obeunte vero te &c. uſque *eligendam*. Porro ſi Epiſcopi vel alii Eccleſiæ Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas regulares inibi Domino famulantes ſuſpenſionis, excommunicationis, & interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque, uſque *exercere*. Præterea omnes libertates & immunitates, quas Monaſterio veſtro ven. fr. noſter M. Epiſcopus Civitaten. de Capituli ſui conſenſu, indulſiſſe dignoſcitur, ſicut in litteris ejus plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Tenorem autem litterarum ipſarum præſenti privilegio inſeri fecimus, qui talis eſt.

EpiſcopusMonaſterium a juribus Epiſc. eximit, Pontificis&Cap. accedente conſenſu.

Michaël Dei gratia Civitaten. Epiſcopus: Dilectis in Chriſto Abbatiſſæ ac Monialibus incluſis Ordinis ſancti Damiani Aſſiſinaten. Monaſterii ſancti Spiritus Civitaten. diœceſis poſitis in ſuburbio ſalutem & benedictionem in Domino Jeſu Chriſto. Juſtis petentium deſideriis &c. uſque proſequente complere. *Quapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, piæ ac humili petitioni veſtræ, pio ac benevolo concurrentes aſſenſu, de conſcientia piiſſimi Patris Domini noſtri Domini Gregorii Papæ IX. & de conſenſu & ſpontanea voluntate totius Capituli noſtri, prætactum Monaſterium cum omnibus, quæ nunc poſſidet, & quæ, auxiliante Domino, poterit adipiſci, & perſonas nunc ibidem commorantes, vel quæ illuc impoſterum ſunt venturæ, ob reverentiam divinam & Apoſtolicæ Sedis, cujus vos ſcimus filias ſpeciales, ab omni Epiſcopali jure & cujuslibet conditionis obligatione, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus prorſus eximimus, nobis & Eccleſiæ Civitaten. nihil aliud in eiſdem, niſi unam libram ceræ pro temporalibus nobis & noſtris ſucceſſoribus in Aſſumptione beatæ Mariæ Virginis, annis ſingulis perſolvendam, dedicationem Eccleſiæ, & altarium conſecrationes, benedictiones Monialium, & cetera Eccleſiaſtica ſacramenta pro ſpiritualibus reſervantes. Si tamen nos & ſucceſſores noſtri, cum a vobis fuerimus requiſiti, ea gratis & ſine pravitate vobis & eis quæ vobis ſucceſſerint voluerimus exhibere; alioquin liceat vobis hæc eadem recipere a quocumque Catholico Epiſcopo gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habente. Remittimus etiam vobis partem mortuariorum, ſeu vobis relictorum, nobis jure aliquo competentem, in noſtrarum & ſucceſſorum noſtrorum remedio animarum: ut autem factum noſtrum perpetuæ robur obtineat firmitatis, ſigilli noſtri & Capituli Eccleſiæ noſtræ in perpetuum teſtimonium munimine roboramus. Datum apud Civitatem Roderici Æra* MCCLXXVIII. II. *Kalend. Maii. Decernimus ergo &c. uſque* proſutura ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. *Ad indicium autem quod idem Monaſterium ſpecialiter beati Petri juris exiſtat, unam libram ceræ nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis.*

Si

Digitized by Google

Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſecularisque perſona &c. uſque pacis inveniant. *Amen. Amen.*

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Otto Portuen. & ſanctæ Rufinæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Willielmus Sabinen. Epiſcopus ſubſ. Ego Petrus tit. ſancti Marcelli Presbyter Card. ſubſ. Ego Willielmus Baſilicæ XII. *Apoſtolorum Presbyter Card. ſubſ. Ego fr. Joannes tit. ſancti Laurentii in Lucina Presbyter Card. ſubſ. Ego fr. Ugo tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Card. ſubſ. Ego Octavianus ſanctæ Mariæ in via lata Diac. Card. ſubſ. Ego Petrus ſancti Georgii ad velum aureum Diac. Card. ſubſ. Ego Joannes ſancti Nicolai in carcere Tulliano Diac. Cardin. ſubſcripſi. Ego Willielmus ſancti Euſtachii Diac. Card. ſubſcripſi.*

Datum Lugduni per manum magiſtri Marini S. R. E. Vicecancellarii Idibus Octobris indictione IV. *Incarnationis Dominicæ anno* MCCLV. *Pontiſ. vero D. Innocentii Papæ IV. anno* III.

XXX.

Confirmat donationem collatam a Priore & Conventu Caſtri Offidæ Sororibus Offidanis: varia ipſe privilegia ſuperaddens. Regeſt. Vatican. epiſt. 216.

Abbatiſſæ Monaſterii ſancti Franciſci Offidan. ejuſque Sororibus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

§. I. **R**Eligioſam vitam eligentibus &c. uſque *enervet*. Eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſancti Franciſci de Offida Firman. diœc. in quo eſtis divino obſequio mancipatæ, ſub noſtra & beati Petri Apoſtoli protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, in primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Monialium ſancti Damiani Aſſiſinaten. in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona &c. uſque *illibata permaneant*. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium veſtrum ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis de Martelleſca, & de veſtro molendino, & quidquid ibidem habetis de Cantalupo, de Mezano, de Caprilia, & de Filecta poſſeſſiones, de Cayco, de Montezongini, & de monte Rodaldi poſſeſſiones; vineam, poſſeſſiones, & quidquid habetis in Iſcla cum terris, pratis, vineis &c. uſque *immunitatibus ſuis*. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas, a ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, ſit fas de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero nullus audeat retinere. Pro conſecrationibus vero altarium, vel Eccleſiæ veſtræ, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis Epiſcopus diœceſanus vobis impendat. Alioquin liceat vobis hæc omnia auctoritate noſtra recipere a quocumque malueritis Catholico Antiſtite, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis obtinente. Quod ſi Sedes diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis

Formulam integram habet ſupra fol. 436.

nis Epiſcopis recipere libere, & abſque contradictione poſſitis, ſic tamen, ut ex hoc in poſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum diœceſani Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictionem Monialium, vaſorum & veſtium, & conſecrationes altarium auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, divina Officia celebrare, dummodo vos cauſam non dederitis interdicto. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa, vel earum aliqua, quæ tibi ſucceſſerit &c. uſque *eligendam*. Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas regulares ibidem Domino famulantes ſuſpenſionis, excommunicationis, & interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam, decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitati veſtræ omnino providere volentes &c. uſque *exercere*. Præterea omnes libertates & immunitates, quas Prior & Conventus Monaſterii ſanctæ Mariæ Caſtri Offidæ Monaſterio Farſen. immediate ſubjecti, ſpiritualem in eodem caſtro juriſdictionem habentes, vobis & Monaſterio veſtro in ſpiritualibus & temporalibus ſub annuo cenſu duarum tantum librarum ceræ, pietatis intuitu conceſſerunt, ſicut in inſtrumento publico inde confecto per manum Gentilis Notarii de Offida plenius continetur, ad inſtar fel. rec. Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri, vobis & per vos ipſi Monaſterio veſtro dilectorum filiorum Abbatis & Conventus prætacti Monaſterii Farſen. quorum huic conceſſioni non intervenit aſſenſus, de noſtræ plenitudine poteſtatis miſericorditer ſupplendo defectum, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes, ut vos & Monaſterium veſtrum Abbati ſeu Priori prætactorum Monaſteriorum & Conventibus eorumdem in nullo alio quam cenſu prædicto teneamini reſpondere, ac in Monaſterio veſtro per ſolum Viſitatorem Monaſteriorum prædicti Ordinis ſancti Damiani, qui pro tempore fuerit, vel alium cui hoc ipſe commiſerit, officium viſitationis impendatur. Tenorem autem inſtrumenti prædicti ad cautelam præſenti privilegio duximus inſerendum, qui talis eſt.

Inſtrum. tenor. §. II. *In Dei nomine Amen. Anno Dominicæ incarnationis* MCCXXXVI. *indictione* IX. *pridie Non. Novembris tempore D. Gregorii Papæ IX. & D. Friderici Romanorum Imperatoris; Nos Tancredus Prior Monaſterii ſanctæ Mariæ caſtri Offidæ, totuſque Conventus Monaſterii ejuſdem, divinæ pietatis intuitu, damus, cedimus, concedimus, quitamus, relaxamus, remittimus, & in perpetuum refutamus nomine ipſius d. noſtri Monaſterii per nos, noſtroſque ſucceſſores Abbatiſſæ, & Sororibus recluſis Monaſterii ſancti Franciſci ipſius caſtri Offidæ præſentibus & futuris, & tibi Magiſtro Gualterio Notario, Syndico ipſius Monaſterii ſancti Franciſci recipienti ejuſdem Monaſterii, & Sororum nomine omnia jura ſpiritualia & temporalia, & omnes actiones, quæ in prædicto Monaſterio & loco ſancti Franciſci fundato & conſtructo de bonis & dotibus earumdem Sororum, & in pertinentiis Monaſterii ejuſdem nobis, noſtro Monaſterio & noſtris ſucceſſoribus competunt, vel in futurum competere poſſent ratione, vel occaſione hoſpitalis & oratorii ſancti Bar..... olim ibidem exiſtentium, vel alia qualibet ratione, ubi ſub profeſſione monaſtica ſecundum Regulam beati Benedicti & inſtituta Sororum ſancti Damiani, de conſcientia & auctoritate Domini Gre-*

Gregorii Papæ IX. prætactæ Sorores nunc Domino famulantur. Inſuper Monaſterium prædictum, & locum in quo prædictæ Sorores divino ſunt obſequio mancipatæ, cum Oratorio vel Eccleſia, hortis & clauſuris, ac omnibus pertinentiis & bonis ſuis quæ nunc habet, & in futurum, præſtante Domino, poterit adipiſci. Ipſius quoque Abbatiſſæ & omnium Sororum perſonas quæ nunc ibidem ſunt, & quæ poſt ipſas illuc futuris temporibus ſunt venturæ, ab omni jure ſpirituali & temporali, ac omni vinculo ſubjectionis, omnique jure parochiali, & lege diœceſana, & cujuslibet alterius conditionis obligatione, ab omni quoque juriſdictione ſpirituali & temporali, per nos & noſtros ſucceſſores eximimus, abſolvimus, & liberamus, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus pleno jure. Et ex nunc damus, concedimus, & pia liberalitate conferimus Monaſterio & Sororibus prætactis, & bonis ſuis præſentibus & futuris plenam & perpetuam immunitatem, & libertatem tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus pleno jure. Et volumus, Monaſterium & locum prædictum, & omnes perſonas ibi Domino ſervientes præſentes & futuras ea perpetua & plena libertate & immunitate gaudere, qua perpetua & plena libertate & immunitate gaudent Monaſteria, & loca pleno jure exempta, nullo medio ad Rom. Cur. pertinentia, & ſpecialiter Monaſterium Aſculan. Peruſin. Senen. & Ortan. Sororum incluſarum Ordinis ſancti Damiani. Præterea remittimus, cedimus, relaxamus, & plene refutamus per nos, noſtroſque ſucceſſores Monaſterio & Sororibus memoratis, & tibi prætacto Syndico recipienti nomine Monaſterii earumdem Sororum omnem juriſdictionem ſpiritualem & temporalem, omnemque actionem & jus quæ nobis noſtroque Monaſterio, vel ſucceſſoribus noſtris in ipſo Monaſterio ſancti Franciſci & Sororum perſonis competunt, vel in futurum competere poſſent. Et renunciamus expreſſe per nos, noſtroſque ſucceſſores in Monaſterio ſæpedicto & loco, ac ipſarum Sororum perſonis inquiſitioni, viſitationi, correctioni, reformationi, inſtitutioni, procurationi, informationi, juri canonico & civili, conſuetudini, inſtrumentis, chartiſque omnibus, & quibuſcumque pactis, conditionibus vel obligationibus, ſi quæ præſentibus conceſſionibus, ceſſionibus, immunitati, & libertati, renunciationi, & remiſſioni quandocumque & undecumque contrariæ apparerent, quas quandocumque contingeret vel contigerit inveniri, caſſas illas eſſe volumus penitus & inanes, in nullo nobis, noſtroque Monaſterio, vel noſtris ſucceſſoribus profuturas. Remittimus etiam Monaſterio & Sororibus ſupradictis partem mortuariorum, vel in teſtamentis modo quolibet relictorum Monaſterio & Sororibus eidem noſtro Monaſterio jure quomodolibet, ſeu conſuetudine competentem vel competituram, pro noſtrorum & ſucceſſorum noſtrorum remedio peccatorum. Ad hæc in ipſo prætactarum Sororum Monaſterio & loco inſtituimus, & concedimus canonicum cœmeterium & liberam ſepulturam, nihil in eodem Monaſterio & loco ſancti Franciſci & prætactarum Sororum perſonis & ceterorum ibidem Domino ſervientium, ac ipſius Monaſterii pertinentiis nobis, noſtroque Monaſterio, vel noſtris ſucceſſoribus reſervantes, niſi duas libras ceræ tantum, & pro temporalibus ipſius, & Monaſterii annis ſingulis, cenſus nomine prætacto noſtro Monaſterio perſolvendas. Inſuper nos prætacti Prior & Conventus pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribus præmiſſa omnia, & ſingula Abbatiſſæ & Sororibus ſupradictis, & tibi prætacto magiſtro Gualterio Syndico pro ipſo Monaſterio, & Sororibus recipienti ſtipulatione legitima promittimus, nos omni tempore ſervaturos ſub pœna 200. lib. Wulteranarum, ſolemni ſtipulatione præmiſſa, toties committenda, quoties contraventum fuerit de jure vel de facto, & ea commiſſa & ſoluta, nec non omnia prætacta & ſingula perpetuam habeant fir-

Digitized by Google

firmitatem. Et ſub obligatione omnium bonorum dicti noſtri Monaſterii præſentium & futurorum promittimus, nomine ipſius noſtri Monaſterii, præfacta omnia & ſingula nos omni tempore ſervaturos; dantes tibi dicto Syndico & pro te ſucceſſoribus tuis dicti Monaſterii ſancti Franciſci nomine licentiam capiendi & apprehendendi de bonis prædicti Monaſterii auctoritate propria, ut in prætacta quantitate pœnæ nomine, promiſſa ratione intereſſe tibi ſatisfiat, & ſatisfaciat ad plenum pro Sororum Monaſterio ſupradicto. Et in hujuſmodi ſatisfactione, quoties contra prædicta vel aliquid prædictorum ventum fuerit, tuo ſimplici verbo, vel ſucceſſorum tuorum ſine alia probatione ſtare promittimus omni tempore. In cujus rei teſtimonium & memoriale perpetuum, nos prædicti Prior & Conventus expreſſe, & pari conſenſu omnia & ſingula prænotata ut ſupra plenius continetur, manu publica conſcribi præcepimus, & in formam publicam mandavimus & fecimus redigi. Actum in Camera poſt Tribunam dicti Monaſterii ſanctæ Mariæ.

§.III. *Interfuerunt frater Andreas de Offida & frater Berardus de Ordine Fratrum Minorum, Dominus Aſſaltus, Vincentius Morrecluti, Gualterius Offidan. Gualterius D. Adarmi, & frater Berardus familiaris dicti Monaſterii Sororum prætactarum, & hujus rei rogati ſunt teſtes. Ego Gentilis Notarius his omnibus interfui, & ut ſupra legitur rogatus ſcripſi & publicavi. Ad inditium autem hujus perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis, unam libram ceræ annis ſingulis nobis & ſucceſſoribus noſtris perſolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prædictum Monaſterium &c. uſque* pro futura ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. *Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona &c. Cunctis autem eidem loco &c. uſque* inveniant. *Amen. Amen.*

§.IV. *Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Otto Portuen. & ſanctæ Rufinæ Epiſcopus ſubſ. Ego Willielmus Sabinen. Epiſcopus ſubſ. Ego Petrus tit. ſancti Marcelli Presbyter Card. ſubſcripſi. Ego Willielmus Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presbyter Card. ſubſ. Ego frater Joannes tit. ſancti Laurentii in Lucina Presbyter Card. ſubſ. Ego frater Ugo tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Card. ſubſ. Ego Octavianus ſanctæ Mariæ in Via-lata Diac. Card. ſubſ. Ego Petrus ſancti Georgii ad velum aureum Diac. Card. ſubſ. Ego Joannes ſancti Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. ſubſ. Ego Willielmus ſancti Euſtachii Diac. Card. ſub.*

Dat. Lugdun. per manum Magiſtri Marini S. R. E. Vicecancellarii X. *Kal. Novembris Indictione* III. *Incarnationis Dominicæ anno* MCCXLV. *Pontific. vero D. Innocentii Papæ IV. anno* III.

XXXI.

Concedit Fratribus Pampilonen. fundum ad conſtruendum Monaſterium. Reg. Vatic. epiſt. 257.

Miniſtro & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Pampilonen.

Minores apud Eccleſiam benemeriti. §. I. PAtriæ cœleſtis allecti gloria ſemper ad hoc ſub experientia paupertatis extremæ intenti eſtis & vigiles, ut illa vobis & proximis ex divinæ proveniat indulgentia pietatis. Hæc enim vitæ ſanctitas vos apud benignitatem Eccleſiæ dignos conſtituit, ut ipſa in omnibus, quæ ad Dei laudem & profectum animarum cupitis, devotionem veſtram gratioſi proſequatur exhibitione favoris.

Locus conceſſus. §. II. Hinc eſt quod cum vobis dudum, ſicut accepimus, loci afflictis ineptia in quo degitis, locus idoneus pro habitatione veſtra retribu-

Digitized by Google

butionis obtentu perpetuæ ſit conceſſus, hortus ſcilicet hæredum quondam Stephani & Navarri de Sparza Fratrum, ac hortus Doati ſiti extra portam ſancti Laurentii Pampilonen. in quo vobis & conſolationis affluentiam, & multis animarum ſalutem, Deo propitio, creditis proventuram. Nos piis veſtris deſideriis affectu benevolo concurrentes, ut ad locum ipſum tranſire libere, & Eccleſiam ac domos veſtris uſibus opportunas conſtruere poſſitis, ibidem vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem. Ita tamen quod a diœceſano loci pro ipſa Eccleſia primarium lapidem depoſcatis; quem ſi forte vobis largiri noluerit, volumus quod auctoritate noſtra, ſine præjudicio cujuſpiam, vobis idem lapis a quocumque malueritis Epiſcopo tribuatur.

§. III. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni VII. Idus Novembris anno III.

XXXII.

Confirmat & ſupplet Sororibus Offidanis donationem Prioris, & Monaſterii ſancti Benedicti ejuſdem loci nova privilegia elargiens. Reg. Vatic. epiſt. 334.

Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſancti Franciſci de Offida Ordinis ſancti Damiani Firman. diœc.

§. I. Ia Sede Apoſtolica non indigne gratiam conſequuntur, qui ſeculi vanitatibus derelictis, per ſanctæ converſationis ſtudia Dominum imitantur. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris ſupplicationibus annuentes, immunitatem & libertatem, quas Prior & Conventus Monaſterii ſanctæ Mariæ caſtri Offidæ, Monaſterio Farfen. immediate ſubjecti ſpiritualem in eodem caſtro juriſdictionem habentes, vobis & Monaſterio veſtro in ſpiritualibus & temporalibus, ſub annuo cenſu duarum tantum librarum ceræ, pietatis intuitu, conceſſerunt, ſicut in inſtrumento publico inde confecto per manum Gentilis Notarii de Offida, plenius continetur, ad inſtar fel. rec. Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri, vobis & per vos ipſi Monaſterio veſtro dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii prædicti Farfen. quorum huic conceſſioni non intervenit aſſenſus, de noſtræ plenitudine poteſtatis miſericorditer ſupplendo defectum, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: ſtatuentes, ut vos & Monaſterium veſtrum Abbati, ſeu Priori prædictorum Monaſteriorum, aut Conventibus eorumdem, in nullo alio quam in cenſu prætacto teneamini reſpondere, ac Monaſterio veſtro per ſolum viſitatorem Monaſteriorum Ordinis ſancti Damiani, qui pro tempore fuerit, vel alium, cui hoc ipſe commiſerit, viſitationis officium impendatur. Abbas Farfen. Monial. Monaſt. concedit.

§. II. Ad hæc quieti veſtræ paterna volentes ſollicitudine providere, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quis in Monaſterium veſtrum, ſeu perſonas ibidem Domino ſervientes, interdicti vel excommunicationis ſententiam, ſine mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, audeat promulgare, quam ſi ſecus proferri contigerit, irritam decernimus & inanem. Nemo poteſt in Mon. cenſuras promulgare.

§. III. Tenorem autem inſtrumenti prædicti præſentibus inſeri feci-

Digitized by Google

mus, qui talis eſt. *In Dei nomine Amen. Anno Dominicæ Incarnationis* MCCXXXVI. *indictione* IX. *pridie Non. Novembris, tempore Domini Gregorii Papæ IX. & Domini Friderici Imperatoris. Nos Tancredus Prior Monaſterii ſanctæ Mariæ caſtri Offidæ &c.* ut ſupra in privilegio dicti Monaſterii ſancti Franciſci in ducenteſima decimaſexta littera, uſque *rogatus ſcripſi & publicavi*.

§. III. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, conſtitutionis, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Lugd. III. Idus Novembris anno III.

XXXIII.

Quod Fratres Minores poſſint in locis interdicto ſuppoſitis divina myſteria ſecreto celebrare, excluſis excommunicatis, & interdictis. Regeſt. Vatic. epiſt. 621. Specul. Minor. in ſum. Pontific. tract. 1. fol. 28. Monumen. Ord. tract. 1.

Generali & Provincialibus Miniſtris, ac ceteris Fratribus Ordinis Minorum.

Pont. præbet benè operàtibus incitamentum.

§. I. EIs qui ſanandis animarum morbis verbo medentes, & opere ſolerter invigilant, libenter illa de ſpeciali gratia indulgemus, per quæ divinis ſuffulti præſidiis, tutius & utilius valeant hominum procurandæ ſaluti vacare.

§. II. Hinc eſt quod veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut cum ad loca interdicto ſuppoſita vos venire contigerit, poſſitis in eis, excommunicatis & intedictis excluſis, januis clauſis, ſuppreſſa voce, & non pulſatis campanis, divina officia celebrare, niſi id vobis fuerit ſpecialiter interdictum.

§. III. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni, Idibus Januarii anno III.

XXXIV.

Concedit omnibus Sororibus ſanctæ Claræ, quod non poſſint per litteras a quoquam conveniri. Regeſt. Vatic. epiſt. 555.

Univerſis Abbatiſſis & Monialibus incluſis Monaſteriorum Ordinis ſancti Damiani.

Religioſorum quieti Põtifex ſe protectūr conſulere.

§. I. PErſonis, quæ mundo relicto, ad cœleſtia totis tendunt affectibus illius favoris nos convenit adeſſe præſidio, ut contra inquietantium defenſæ moleſtias, pace quieta, & quiete pacifica pacis famulentur auctori, ac ab eorum juribus infrenate litigantium auſu, quem ad illa æmula rei alienæ cupiditas, liberis laxat habenis, eædem ad cauſarum ſtrepitum, de contemplationis ſilentio clavibus non arctatæ judicii, mentis oculos ad deſiderium levatos cœleſtium, terrenorum affectui non incurvent, ſed inferiorum oneri ſubtractis penitus humeris, levius ad ſuperiora conſcendant.

§. II.

Digitized by Google

§.II. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, paci veſtræ providere volentes, ut Chriſto pauperi, quem m ndi repudiatis applauſibus, in paupertatis aſperitate colitis, quietius & devotius ſerviatis, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut a quoquam conveniri per litteras Apoſtolicas non poſſitis, nec aliquis contra vos procedere auctoritate valeat earumdem, niſi de indulgentia hujuſmodi & Ordine veſtro plenam fecerint mentionem. Nequeunt Moniales juridice conveniri.

§.II. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Lugd. Id. Maii anno III.

XXXV.

Committit infraſcripta Monaſteria ſancti Damiani curæ, & obedientiæ Miniſtrorum Ordinis ſancti Franciſci. Regeſt. Vatic. epiſt. 623.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Angeli Eſculan. Ordinis ſancti Damiani.

§.I. Cum ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, vos incluſæ corpore in caſtris clauſtralibus, mente tamen libera devote Domino famulantes: Generali Ordinis, & Provinciali Fratrum Minorum Eſculan. Miniſtris deſideretis pro veſtra ſalute committi: Nos pium veſtrum propoſitum in Domino commendantes, devotionis veſtræ precibus inclinati, vos & Monaſterium veſtrum auctoritate præſentium Generali, & Provinciali miniſtris committimus ſupradictis, eadem auctoritate nihilominus ſtatuentes, ut ſub magiſterio, & doctrina miniſtrorum Generalis, & Provincialis Fratrum Minorum Provinciæ prætactæ, qui pro tempore fuerit, de cetero maneatis, illis gaudentibus privilegiis, quæ Ordini prætacto Fratrum ipſorum ab Apoſtolica Sede conceſſa ſunt, vel in poſterum concedentur, ipſique Generalis, & Provincialis Miniſtri animarum veſtrarum ſollicitudinem gerentes, & curam eidem Monaſterio per ſe, vel per alios Fratres ſui Ordinis, quos ad hoc viderint idoneos, quotiens expedierit, officium viſitationis impendant, corrigendo, & reformando ibidem tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, ſeu reformationis officio noverint indigere, & nihilominus inſtituant, & diſtribuant, mutent, & ordinent, prout ſecundum Deum viderint expedire. Electio tamen Abbatiſſæ libere pertineat ad Conventum. Confeſſiones autem veſtras audiant, & miniſtrent vobis Eccleſiaſtica Sacramenta. Moniales cupiunt a Minoribus dirigi. Earum Pont. annuit petitionibus. Omnis data Miniſtris facultas.

§. II. Et ne pro eo, quod in Monaſterio veſtro ipſius Ordinis Fratres reſidere continue non tenentur, pro defectu ſacerdotis poſſit periculum imminere, prætacti Generalis, & Provincialis miniſtri ad confeſſiones in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda Sacramenta prætacta, necnon divina Officia celebranda, vobis deputent aliquos diſcretos, & providos Capellanos. Ad hæc liceat vobis redditus, & poſſeſſiones recipere, ac ea libere retinere, non obſtantibus contraria conſuetudine, ſe ſtatuto veſtri Ordinis, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, aut quacumque firmitate alia roborato. Debent Miniſtri Monialibus Capellanum præficere.

§. III. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ commiſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contrai-

Digitized by Google

traire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni iv. Non. Junii anno III.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Euſemiæ de Medina Campi Ordinis ſancti Damiani Salamantin. dioec.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Mariæ Burgen. Ordinis ſancti Damiani.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum ſancti Franciſci Burdegallen. Ordinis ſancti Damiani.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Mariæ de Caſtanea Ordinis ſancti Damiani Firman. Dioec.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Franciſci de Ripatranſonis Ordinis ſancti Damiani Firman. Dioec.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii S. Thomæ de Monte ſancto Ordinis S. Damiani Firman. Dioec.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Franciſci Zamoren. Ordinis ſancti Damiani.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Michaelis Auximan. Ordinis ſancti Damiani.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Mariæ de Virginibus Firman. Ordinis ſancti Damiani.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Franciſci de Offida Ordinis ſancti Damiani Firman. Dioec.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ extra Nurſiam Spoletan. Dioec. Ordinis ſancti Damiani.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Mariæ de Campomartio Veronen. Ordinis S. Damiani.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ Alexandrin. Ordinis ſancti Damiani &c.

XXXVI.

Quod non poſſint invitæ cogi Sorores ad recipiendas novitias, ſeu converſas. Regeſt. Vatic. epiſt. 614.

Abbatiſſæ, & Sororibus Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Franciſci Burdegallen. Ordinis ſancti Damiani.

§. I. DEvotionis veſtræ precibus inclinati, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut nullus de cetero ad recipiendum aliquam in Monaſterio veſtro in Monacham, & Sororem, ſeu converſam compellere vos poſſit invitas, abſque ſpeciali Apoſtolicæ Sedis mandato faciente plenam de hac indulgentia mentionem.

§. II. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni Nonis Junii anno III.

XXXVII.

Digitized by Google

XXXVII.

Subjicit correctioni, & viſitationi Minorum Fratres Tertii Ordinis ſancti Franciſci. Ex ipſo autographo.

Dilectis filiis Miniſtris Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum, per Italiam, & Siciliam conſtitutis.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ Vota devotorum Eccleſiæ, quæ fructum ſalutis æternæ continere „ perſpicimus, ad effectus gratiam pio dirigere favore debemus. „ Cum itaque dilecti filii Miniſtri, & Fratres Ordinis de Pœnitentia in „ Italia, & Regno Siciliæ conſtituti, cupiant ſic ad illa devotionis „ augmenta proficere, per quæ æternæ felicitatis prœmium eis poſſit „ facilius provenire: nos eorum precibus annuentes, diſcretioni veſtræ „ præſentium auctoritate mandamus, quatenus ipſis opportunis tempo„ ribus, per vos, vel Fratres veſtri Ordinis ad hoc idoneos, viſitationis „ officium impendentes, & inſtruentes regularibus diſciplinis, corri„ gatis, & reformetis eoſdem, tam in capite, quam in membris, quæ „ correctionis, & viſitationis officio noveritis indigere: contradictores „ per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo.

„ Datum Lugduni Idibus Junii, Pontificatus noſtri anno IV.

ANNO CHRISTI 1246. INNOCENTII IV. ANNO 4.

XXXVIII.

Tradit modum gubernandi Sanctimoniales. Habetur in Speculo inſerta Bulla Bonifacii VIII. tract. 1. fol. 14. pag. 2.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. Licet olim quibuſdam veſtrum per noſtras litteras formas diſſimiles continentes, quædam Monaſteria Ordinis ſancti Damiani duxerimus committenda: cupientes tamen eorum utilitatibus ſic veſtro miniſterio provideri, ne ſanctæ contemplationis otium occurſu occupationum multiplicium valeat impediri: præſentium auctoritate ſtatuimus, ut dictæ Moniales, vel aliæ ſi quas vobis ſub quacumque forma committi contigerit, Apoſtolicæ Sedis indulgentia conceſſa, vel concedenda imposterum non obſtante, niſi expreſſam fecerit de præſentibus mentionem, hoc ſolum a vobis commiſſionis noſtræ beneficio conſequatur, videlicet ut ipſæ ſub magiſterio, ac doctrina veſtra, & eorum qui pro tempore Miniſtri fuerint debeant permanere, illis gaudentes privilegiis, quæ veſtro Ordini ſunt conceſſa, vel in poſterum concedenda, & contraria conſtitutione ipſius Ordinis non obſtante, animarum ſuarum ſollicitudinem gerentes & curam, ac eis de conſtitutionibus veſtri Ordinis, quæ ipſis competunt exhibentes, eiſdem Monaſteriis per vos & alios Fratres veſtros, quos ad hoc idoneos videritis, quotiens expedierit, viſitationis officium impendere ſtudeatis, corrigendo, & reformando ibidem tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, & reformationis offi-

Eiſdem Moniales, ac Minores fruuntur privil.

Digitized by Google

officio noveritis indigere. Inſtituatis nihilominus & deſtituatis, mutetis, & ordinetis, prout ſecundum Deum videritis expedire, electio tamen Abbatiſſæ libere pertineat ad Conventum. Confeſſiones earum audiatis, & miniſtretis eis Eccleſiaſtica Sacramenta.

Debet Monialibus Capellanus præſignati.

§. II. Et ne pro eo quod in eiſdem Monaſteriis Fratres veſtri Ordinis reſidere continue non tenentur, pro defectu Sacerdotis poſſit periculum imminere, ad confeſſiones earum in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda Sacramenta prædicta, necnon divina Officia celebranda deputetis aliquos diſcretos, & providos Capellanos. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa omnia, juxta conſtitutionis hujuſmodi tenorem, cum eas veſtro incorporari Ordini non velimus, curetis diligenter, & ſollicite adimplere.

Nulli ergo &c. Datum Lugduni IV. Idus Julii, Pontificatus noſtri anno IV.

XXXIX.

Quod Miniſter Generalis poſſit viſitare, & corrigere Fratres ad aliorum obſequia deputatos. Archivum Aracœlitanum num. 17. Rodriguez in bulla fol. 15. Speculum &c. Min. in ſummar. Firm. tri. Ord. fol. 73.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto filio .... Miniſtro Generali Ordinis Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

§. I. Cum ſicut te accepimus intimante, nonnulli ex Fratribus tui Ordinis, quod de ſuperioris licentia in aliorum obſequiis commorantur, exemptos ſe a tua juriſdictione credentes, talia plerumque perpetrant, per quæ detrahitur Ordini, & ſcandalum exinde generatur: nos tuis ſupplicationibus inclinati, præſentium tibi auctoritate concedimus, ut univerſos Fratres, qui morantur in obſequiis aliorum, illis dumtaxat exceptis, qui ſunt, vel fuerunt ad legatorum Apoſtolicæ Sedis ſervitia deputati, libere valeas viſitare, corrigere, amovere, ac alios eis ſubſtituere, prout ſecundum Deum videris expedire.

§. II. Non obſtantibus quibuſcumque litteris, ſeu indulgentiis Sedis Apoſtolicæ, per quas id valeat impediri: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Lugduni XVII. Kal. Septembris Pontificatus noſtri anno IV.

XL.

Prohibet, ne expulſi, vel egreſſi a Religione exerceant officia prædicandi, vel confeſſiones audiendi, vel alia ſacramenta miniſtrent. Reg. Vatic. epiſt. 888. Roderig. in bullario bulla 8. Specul. in ſummar. Pontif. tract. 11. fol. 42.

Generali, & univerſis Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. Juſtis petentium &c. uſque *complere*. Cum igitur, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, aliqui a veſtris ſacris Collegiis, ipſorum culpis exigentibus, repellantur, quidam onus obedientiæ te-

Digitized by Google

temeritate propria deponentes, quaſi pulli onagri vitam velint ducere abſque jugo; ac iidem extra clauſtra veſtri Ordinis pervagantes, prædicationum, confeſſionum, & docendi officia exercere præſumant, in ſuarum animarum diſpendium, & ſcandalum plurimorum: nos veſtris precibus inclinati, ne prædicti, quos ab Ordine pro ſuis culpis, per vos expelli contigerit, vel egreſſi fuerint proprio ſuo motu prædicare, confeſſiones audire, ſeu docere præſumant, niſi de noſtra, vel veſtra licentia ſpeciali ad alium tranſierint Ordinem, diſtrictius inhibemus. Quod ſi forte contra noſtram inhibitionem aliquid temere fuerit attentatum, liceat vobis in ipſos Fratres excommunicationis ſententiam promulgare.

§. II. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni v. Idus Septembris anno IV.

XLI.

Concedit Clariſſis Eſculanis, quod non poſſint per litteras conveniri. Reg. Vatic. epiſt. 152.

Abbatiſſæ, & Monialibus incluſis Monaſterii ſancti Angeli Eſculan. Ordinis ſancti Damiani.

§. I. Perſonis quæ, mundo relicto, ad cœleſtia totis tendunt affectibus, illius favoris nos convenit adeſſe præſidio, ut contra inquietantium defenſæ moleſtias, pace quieta, & quiete pacifica pacis famulentur auctori, ac ab eorum viribus refrænato litigantium auſu, quem ad illa æmula rei alienæ cupiditas liberis laxat habenis, eædem ad cauſarum ſtrepitum de contemplationis ſilentio clavibus non arctatæ judicii, mentis oculos ad deſiderium levatos, cœleſtium terrenorum affectui non incurvent, ſed inferiorum oneri ſubtractis penitus humeris, levius ad ſuperiora conſcendant. *Debet Pontifex Religioſos inquietantes cōpeſcere.*

§. II. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, paci veſtræ providere volentes, ut Chriſto pauperi, quem, mundi repudiatis applauſibus, in paupertatis aſperitate colitis, quietius, & devotius ſerviatis, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut a quoquam conveniri per litteras Apoſtolicas non poſſitis, nec aliquis contra vos procedere auctoritate valeat earumdem, niſi de indulgentia hujuſmodi, & Ordine veſtro plenam fecerint mentionem. *Privilegiū conceſſum.*

§. III. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni VIII. Idus Septembris anno IV.

In eodem modo Abbatiſſæ, & Monialibus incluſis Monaſterii ſancti Franciſci de Offida Firman. Dioec. Ordinis ſancti Damiani.

Datum Lugduni XIV. Kalend. Octobris anno IV.

XLII. *Con-*

Digitized by Google

XLII.

Varia privilegia concedit Sororibus Cæſarauguſtanis, & collatas ab ejuſdem loci Epiſcopo exemptiones confirmat. Reg. Vatic. epiſt. 124.

Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Catharinæ Cæſarauguſtan. ejuſque Sororibus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Formulam integrã quære Conſt. 19. Greg. IX. ſ. 436.

§. I. RElígioſam vitam eligentibus Apoſtolicum non debet deeſſe præſidium &c. uſque *enervet*. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium veſtrum ſanctæ Catharinæ Cæſarauguſtan. In quo eſtis divino obſequio mancipatæ, ſub noſtra, & beati Petri Apoſtoli protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & beati Benedicti Regulam, & Inſtitutionem Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſſiſinaten. & formulam vitæ veſtræ a fel. rec. Gregorio Papa prædeceſſore noſtro Ordini veſtro traditam, cum adhuc eſſet in minori officio conſtitutus, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, & quæcumque bona, quæ idem Monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontif. largitione fidelium &c. uſque *illibata permaneant*. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prætactum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas a ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, ſit fas de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero nullus audeat retinere. Pro conſecrationibus vero altarium, vel Eccleſiæ veſtræ, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico ſacramento, nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis Epiſcopus diœceſanus vobis impendat; alioquin liceat vobis hæc omnia auctoritate noſtra recipere a quocumque volueritis Catholico Antiſtite, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis obtinente. Quod ſi Sedes diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis recipere libere, & abſque contradictione poſſitis: ſic tamen, ut ex hoc in poſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum diœceſani Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones Monialium, vaſorum, & veſtium, & conſecrationes altarium auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Obeunte autem te ejuſdem loci Abbatiſſa &c. uſque *eligendam*. Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas regulares inibi Domino famulantes ſuſpenſionis, excommunicationis, & interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam decernimus non tenere.

Digitized by Google

nere. Paci quoque & tranquillitati &c. uſque *exercere*. Præterea omnes libertates, & immunitates, quas Monaſterio veſtro bon. mem. B. Epiſcopus Cæſarauguſtanus noſcitur indulſiſſe, ſui Capituli accedente conſenſu, ſicut in ejus litteris plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Tenorem autem litterarum ipſarum ad cautelam duximus præſenti privilegio inſerendum, qui talis eſt.

§. II. *Bernardus divina miſeratione Epiſcopus Cæſarauguſtanus, dilectis in Chriſto Abbatiſſæ, & Monialibus incluſis Ordinis ſancti Damiani, Monaſterii ſanctæ Catharinæ Cæſarauguſtan. ſalutem & benedictionem. Cum vos, divina gratia inſpirante, Monaſterium in honorem beatæ Catharinæ conſtruxeritis, ut ibidem devote Domino famulantes, veſtrorum peccaminum, & aliorum poſſitis veniam obtinere, a nobis humiliter poſtulaſtis, ut locum in quo prætactum Monaſterium eſt fundatum, & perſonas Monialium ibidem Domino ſervientes, vel quæ illuc futuris temporibus ſunt venturæ, intuitu pietatis ab omni jure Epiſcopali, & aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus pleno jure eximere deberemus. Eapropter, dilectæ filiæ in Chriſto, veſtris piis precibus inclinati, de conſenſu, ac ſpontanea voluntate totius Capituli noſtri, prædictum locum, in quo Monaſterium eſt conſtructum, & perſonas Monialium, nunc ibidem commorantium incluſarum, vel quæ illuc in poſterum ſunt venturæ, ob reverentiam divinam, & Apoſtolicæ Sedis, ab omni jure Epiſcopali, & aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus eximimus pleno jure. Non liceat tamen vobis aliqua corpora ad Eccleſiaſticam recipere ſepulturam, niſi illorum duorum ſervientium, qui ad portandum vobis aquam, vel ligna ſunt in veſtro ſervitio deputati. Retinemus nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ decimas, & primitias omnium poſſeſſionum, quas nunc habetis, vel in futurum, dante Domino, largitione Regum, conceſſione Pontificum, donatione fidelium, vel quocumque titulo poteritis adipiſci, nobis, & Eccleſiæ Cæſarauguſtan. a vobis integre, & ſine diminutione aliqua perſolvendas, præterquam de horto, ſi quem infra ſepta Monaſterii veſtri, quod infra muros veteres eſt fundatum, contigerit vos habere. Reſervamus etiam nobis dedicationem Eccleſiæ, altarium conſecrationes, benedictionem Abbatiſſæ, ac Monialium, & cetera Eccleſiaſtica ſacramenta vobis conferenda, ſi tamen nos & ſucceſſores noſtri, cum a vobis fuerimus requiſiti, gratis, & ſine pravitate aliqua vobis & eis, quæ vobis ſucceſſerint voluerimus exhibere; alioquin liceat ea vobis recipere a quocumque Catholico Epiſcopo, qui gratiam, & communionem habuerit Apoſtolicæ Sedis. Datum Cæſarauguſt.* XVIII. *Kalend. Februarii anno Domini* MCCXXXVII. *Teſtes hujus rei ſunt Martinus Prior, Magiſter Rodericus Archidiaconus Cæſarauguſtan. Dominicus Archidiaconus Darocen. Gerardus, Archidiaconus Belchiden. Iſpanus Archidiaconus Turolen. Magiſter Garſias Sacriſta. Michael Camerarius, Raynerius de Avoro Præcentor, Raymundus de Mazorol infirmarius, Aprilius operarius, & Martinus Eximini eleemoſynarius. Ego Andreas Notarius Domini Epiſcopi hæc ſcribi feci, & ſigillum ipſius appoſui loco, die, menſe, & annis prædictis. Ad inditium autem hujus perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis nobis, & noſtris ſucceſſoribus annis ſingulis unam libram ceræ perſolvetis. Decernimus ergo &c. uſque* profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. *Si qua igitur &c. uſque* ultioni. *Cunctis autem &c. uſque* inveniant. *Amen. Amen.*

§. III. *Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſ. Ego Otto Portuen.*

tuen. & ſanctæ Rufinæ Epiſcopus ſubſcripſi: Ego Willielmus Sabinen. Epiſcopus ſubſcripſi. Ego P. tit. ſancti Marcelli Presbyter ſubſcripſi. Ego Willielmus Baſilicæ XII. Apoſtolorum Presbyter Cardinalis ſubſcripſi. Ego frater Joannes tit. ſancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardin. ſubſcripſi. Ego frater Ugo tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardin. ſubſcripſi. Ego Octavianus ſanctæ Mariæ in Via-lata Diacon. Cardinalis ſubſcripſi. Ego P. ſancti Georgii ad velum aureum Diac. Cardin. ſubſcripſi. Ego Joannes ſancti Nicolai in carcere Tulliano Diac. Cardin. ſubſc. Ego Williel. ſancti Euſtachii Diac. Cardin. ſubſ.

Datum Lugduni per manum Magiſtri Marini S. R. E. Vicecancellarii IV. *Non. Octobr. Indi.* V. *Incarnationis Dominicæ anno* MCCXLVI. *Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ IV. anno* IV.

LXIII.

Prohibet ne Sorores jam profeſſæ poſſint alio ſe conferre, & egreſſas mandat per Viſitatorem revocari. Reg. Vatic. epiſt. 140.

Abbatiſſæ & Conventui Monialium ſanctæ Gratiæ Pampilonen. Ordin. ſancti Damiani ad Rom. Eccleſ. nullo medio pertinen.

§. I. EX parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum interdum aliquæ de converſis veſtri Monaſterii, poſt factam in eo profeſſionem, abſque tua licentia, filia Abbatiſſa, reſpicientes retro illud exeant animi levitate, & ad alia loca ſe transferant, vel per mundum miſerabiliter evagentur, providere ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus.

§. II. Nos igitur & animarum converſarum ipſarum, & indemnitati ejuſdem Monaſterii præcavere volentes, ut converſas, quæ hactenus taliter diſceſſerunt, vel diſcedent impoſterum, poſſitis ad idem Monaſterium per Viſitatorem veſtrum, qui pro tempore fuerit, per excommunicationis ſententiam revocari, auctoritate vobis præſentium indulgemus.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis &c. Datum Lugduni III. Non. Octobris anno IV.

XLIV.

Rogat Communitatem Pampilonen. ut protegat Fratres Minores a quorumdam injuriis. Regeſt. Vatic. epiſt. 259.

Juratis & Communitati Pampilonen. ac populo ejuſdem diæc. univerſo.

Nota Pontificiæ commendationis fervorem.

§. I. VEſtra ſemper ad hoc dirigi debet intentio, ut divinæ majeſtatis oculis placeatis per opera pietatis, quia per hoc vobis divina gratia, & dierum longitudo dabitur, & tamdem perennis corona gloriæ conferetur, ad quæ tanto vos libentius invitamus, quanto ea vos, nobis mediantibus, cupimus promereri.

Ep. & Cap. Pampilon. Minoribus mala ferunt.

§. II. Cum itaque ven. fr. noſter Epiſcopus & Capitulum Pampilonen. contra dilectos filios Fratres Minores Civitatis ipſius, pro eo quod præter eorum licentiam, ſe de loco ſancti Petri de Ripis, in quo degebant hactenus, auctoritate noſtra ad locum extra portam ſancti Laurentii tranſtulerunt, commoti graviter, cum debuerint eos magis ſinceræ dile-

Digitized by Google

lectionis amplecti brachiis, & defenſionis præſidio conſolari, eoſdem, ut aſſeritur, gravibus affecerunt injuriis, & jacturis non modicis affixerunt, enormia eis publice, prout eis placuit, imponentes, ac facta eorum, quos commendat vitæ puritas, reprobantes, & quod reddit rei veritas a talibus excuſatos, ipſi famam eorum procurant nigredinis macula offuſcare.

§. III. Unde cum hi, qui ſupra vos temporaneum imbrem & ſerotinum effundebant, ob deſpectionem hujuſmodi quodammodo apud cogitationes humanas inglorii habeantur, quamquam apud illum, qui eſt ſcrutator cordium & ſecretorum cognitor glorioſi; univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur in Domino, mandantes, ac in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis & noſtram, conſueto more benigne reſpiciatis eoſdem, eorum ſalubria monita affectu benevolo audiendo, ac proſequendo ipſos gratia & favore, fovendo nihilominus eos beneficiis, quibus indigent dextera liberali. Preces autem noſtras taliter velitis admittere, ut vobis exinde retributionis æternæ præmium & a nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Protectioni Cõmunitatis Minores Pontifex cõmendat in remiſſionem peccaminum.

Datum Lugduni XIV. Kalend. Novemb. anno IV.

XLV.

Committit Epiſcopo Cæſarauguſtano ut obviet injuriis illatis a quibuſdam in Fratres Minores. Regeſt. Vatic. epiſt. 256.

Epiſcopo Cæſarauguſtano.

§. I. Quia jam non tam militia, quam malitia poteſt dici vita hominis ſuper terram, cum, refrigeſcente caritate, multorum iniquitas ſic abundet, ut quia dati ſunt in ſenſum reprobum, lætentur cum male fecerint, ac in rebus peſſimis glorientur, & ut non ſolum non habeant ad Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas reverentiam propter Deum, verum & Deum ipſum in eis apertiſſime perſequantur, expedit, ut nos quibus, diſponente Domino, earum cura & ſollicitudo incumbit, hujuſmodi perſecutorum conatibus obviemus, & illos nos decet ſpecialius & efficacius ab eorumdem incurſibus defenſare, quæ relictis pro Deo quæ poſſident, & non quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti quærentes, voluntariam eligunt paupertatem, & divinæ ſe ſubjiciunt ſervituti, quarum deſideriis tanto eſt favorabilius annuendum, quanto per opera pietatis gratiorem præſtant Altiſſimo famulatum.

Eleganter Pontifex temporum iniquitatẽ exaggerat.

Matt. 24. 12.

Prov. 2. 14.

Philipp. 2. 11.

§. II. Cum igitur dilecti filii Miniſter, & Fratres Ord. Fratrum Minorum Pampilonen. de loco ſancti Petri de Ripis, in quo morabantur hactenus, ad locum extra Portam ſancti Laurentii Pampilonen. a Doato & hæredibus quondam Stephani & Navarri de Aperta fratrum civibus Pampilonen. eis pia liberalitate conceſſum auctoritate noſtra curaverint ſe transferre, & locum ipſum eis duxerimus confirmandum; recipientes illum nihilominus, & perſonas inibi commorantes ſub ſpeciali protectione Sedis Apoſtolicæ & noſtræ, mandamus quatenus adverſus malefactorum, moleſtatorum, & invaſorum non permittas eos contra conceſſionis, confirmationis, & protectionis noſtræ tenorem, ab aliquibus moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Locus Min. Pampilonen. ſub protectione Ap. Sed.

Datum Lugduni XIII. Kalen. Novembris anno IV.

Digitized by Google

XLVI.

Confirmat Fratribus Pampilonen. & ſub ſua protectione ſuſcipit locum ipſis conceſſum ibi extra portam ſancti Laurentii. Regeſt. Vat. epiſt. 255.

Miniſtro & Fratribus Ord. Fratrum Minorum Pampilonen.

SOlet annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium præcibus favorem benevolum impartiri. Exhibita ſiquidem nobis ex parte veſtra petitio continebat, quod cum hæredes quondam Stephani & Navarri de Aperta fratrum, & Doatus cives Pampilonen. locum quemdam extra portam ſancti Laurentii Pampilonen. pertinentem ad ipſos vobis divinæ retributionis obtentu, pia liberalitate conceſſerunt, & vos de loco ſancti Petri de Ripis, in quo hactenus degebatis, ad locum illum auctoritate noſtra curaveritis vos transferre. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, eumdem locum vobis auctoritate Apoſtolica confirmantes, illum & perſonas veſtras ſub ſpeciali Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo noſtræ confirmationis & protectionis &c. Si quis &c. Datum Lugduni XIII. Kalen. Novembris anno IV.

XLVII.

Concedit Epiſcopo Marrochitano licentiam non viſitandi Sedem Apoſtolicam uſque ad x. *annos.* Regeſt. Vatic. epiſt. 251.

Epiſcopo Marrochitan.

FIdei tuæ puritas, & devotio quam ad nos & Rom. Eccleſiam habes, promeretur, ut tuis petitionibus, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Cum igitur, ſicut nobis exponere curaviſti, poſitus in medio nationis perverſæ, nonniſi de permiſſione Saracenorum, in quorum dominio tota diœceſis tua conſiſtit, & difficultate maxima Sedem valeas Apoſtolicam viſitare. Nos tuis devotis precibus inclinati, quod ad viſitandum Sedem eamdem uſque ad decennium minime tenearis, auctoritate tibi præſentium indulgemus.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis &c. Datum Lugduni III. Idus Novembris anno IV.

XLVIII.

Confirmat tranſlationem Monaſterii Monialium ad Caſtrum Offidæ factam a R. S. Mariæ in Coſmedin Diacono Cardinali. Regeſt. Vatic. epiſt. 359.

Abbatiſſæ & Conventui Monialium Incluſarum ſancti Franciſci de Offida Ord. ſancti Damiani Firman. diœc.

Vide fol. 412. JUſtis petentium &c. uſque *complere*. Veſtra ſiquidem petitio nobis exhibita continebat, quod dilectus filius Nr. ſanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis vices noſtras per patrimonium Eccleſiæ in Tuſcia, Ducatum Spoletan. & Marchiam Anconitanam gerens, conſiderato quod in Monaſterio veſtro ad Rom. Eccleſiam nullo medio pertinente, propter guerrarum diſcrimina, non poteratis commode virtutum Domino famulari, tranſeundi de Monaſterio prætacto cum immunitatibus, & liber-

Digitized by Google

libertatibus, juribus & omnibus bonis ipſius ad locum alium magis tutum, intra caſtrum Offidæ ad idem Monaſterium pertinentem, conceſſit vobis liberam facultatem, prout in litteris Cardinalis ipſius plenius perſpeximus contineri. Nos itaque veſtris devotis precibus inclinati, quod ab eodem Cardinale in hac parte factum eſt, ratum & gratum habentes, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, litterarum ipſarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. R. miſeratione divina ſanctæ Mariæ in Coſmedin Diacon. Cardin. per patrimonium Eccleſiæ in Tuſcia, Ducatum Spoletan. & Marchiam Anconitanam, vicem D. Papæ gerens. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Sororum incluſarum Monaſterii ſancti Franciſci de Offida Ord. ſancti Damiani Firman. dioec. ſalutem in Domino. Cum propter guerrarum diſcrimina, quæ peccatis exigentibus, in Marchia ſunt exorta, in Monaſterio veſtro, in quo nunc eſtis divino obſequio mancipatæ, non poſſitis tutæ manere, eo quod cum hoſtilis exercitus contra caſtrum Offidæ accedit, vos de ipſo monaſterio recedere & caſtro ipſi oportet adhærere, & ad tempus manere ibidem. Nos hujuſmodi diſcriminibus obviare volentes, vobis auctoritate præſentium plenam licentiam, & liberam concedimus facultatem, ut dictum veſtrum Monaſterium cum omnibus bonis, juribus, libertatibus, & immunitatibus ſuis, quæ & quas nunc in eodem Monaſterio, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus habetis, in ſolum & locum veſtrum magis vobis tutum, qui poſitus eſt in plano ſanctæ Agnetis prope fontem mariſicatum, in capite caſtri ejuſdem libere mutare, & perſonas veſtras illuc transferre auctoritate qua fungimur, valeatis. Datum Viterbii menſis Maii die VI. exeunte, Indictione II. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ IV. anno II. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnip. Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni Idibus Decembris anno IV.

XLIX.

Confirmat Clariſſis Offidanis donationem Epiſcopi, & Capituli Firmani. Regeſt. Vatic. epiſt. 858.

Abbatiſſæ & Conventui Monialium Incluſarum ſancti Franciſci de Offida ſancti Damiani Firman. diœc.

§. I. SOlet annuere Sedes Apoſtolica &c. uſque *impertiri*. Eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris piis precibus inclinati, *Vt ſup. fol. 468.* Eccleſiam ſancti Martini de Offida, quam vobis & Monaſterio veſtro, cum omnibus pertinentiis ſuis, Ven. Fr. Nr. Firman. Epiſcopus loci diœceſanus, de conſenſu Firman. capituli, & Plebani ſancti Ruſtici de caſtro Ripætranſonis Firman. dioec. ſub annuo cenſu XII. Vulteranorum tantum pia liberalitate conceſſit, necnon omnes immunitates & libertates, quas idem Epiſcopus, de conſenſu eorumdem Capituli & Plebani, vobis & Monaſterio ac Eccleſiæ ſupradictis tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus contulit, ſicut in ejuſdem Epiſcopi litteris plenius perſpeximus contineri, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, litterarum ipſarum tenorem de verbo ad verbum inſeri facientes præſentibus, qui talis eſt.

§. II. Phi-

Digitized by Google

§. II. Philippus miſeratione divina Firman. Epiſcopus: dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Monialibus incluſis præſentibus & futuris, quam videlicet Eccleſiam cum ipſis ſuis bonis vobis & Monaſterio veſtro bo. me. Albertus quondam Plebanus ſancti Ruſtici auctoritate noſtra conceſſit,divinæ pietatis ob cauſam,ad religionis cultum, & ſtatum monaſticum transferendum, & omnes immunitates & libertates, quas prætactus Plebanus ipſi Eccleſiæ, ac perſonis nunc ibidem commorantibus, & quæ poſt eas illuc in poſterum ſunt venturæ, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus plene contulit, ſicut in publico inſtrumento inde confecto plenius continetur, tenorem cujus inſpeximus diligenter, vobis & prætacto Monaſterio veſtro, de conſenſu & ſpontanea voluntate totius noſtri Firman. Capituli per nos & ſucceſſores noſtros, pro liberalitate concedimus, damus, applicamus, & plene in perpetuum confirmamus. Inſuper prætactam Eccleſiam ſancti Martini, cum omnibus quæ nunc poſſidet, & quæ auxiliante Domino in futurum poterit adipiſci, quam videlicet Eccleſiam de conſenſu & ſpontanea voluntate totius præfati noſtri Firman. Capituli, & auctoritate noſtra in ipſum prætactum Monaſterium veſtrum tranſtuliſtis, & perſonas nunc ibidem commorantes, & quæ poſt eas illuc in poſterum ſunt venturæ,ob reverentiam divinam& Apoſtolicæ Sedis, cujus vos ſcimus eſſe filias ſpeciales, de conſenſu & ſpontanea voluntate totius ſupraſcripti noſtri Firman. Capituli, ab omni Epiſcopali jure, & cujuslibet conditionis obligatione, tam in temporalibus, quam ſpiritualibus per nos & ſucceſſores noſtros eximimus pleno jure, nihil aliud nobis & Eccleſiæ Firman. & præfatæ Plebi ſancti Ruſtici, ſeu ipſius Plebis Plebano in eiſdem niſi xii. Vulteran. tantum pro temporibus Plebano memoratæ plebis, qui nunc eſt & ſucceſſoribus ſuis, annis ſingulis,cenſus nomine,perſolvendos, & nobis ac ſucceſſoribus noſtris dedicationem Eccleſiæ, & altarium conſecrationes, benedictionem quoque Monialium, & cetera Eccleſiaſtica Sacramenta pro ſpiritualibus reſervantes, ſi tamen nos & ſucceſſores noſtri, cum a vobis fuerimus requiſiti, gratis & ſine pravitate aliqua ea vobis, & eis quæ vobis ſucceſſerint voluerimus exhibere, alioquin liceat ea vobis recipere a quocumque malueritis catholico Epiſcopo, qui gratiam & communionem habuerit Apoſtolicæ Sedis. Præterea, ad evidentiam omnium prædictorum & perennem memoriam eorumdem, præſens inſtrumentum ſeu privilegium in publicam formam redigi fecimus per Cambium Notarium Firman. & noſtri ſigilli munimine communiri.

§. III. Hoc actum eſt in civitate Firmana in Palatio prætacti Epiſcopi, qui hoc inſtrumentum, vel privilegium fieri rogavit, in præſentia Domini Joannis Prioris ſancti Salvatoris, D. Jacobi Capellani ſancti Joannis D. Berardi Capellani ſupradicti Epiſcopi, D. Petri Capellani ſancti Angeli de Figino, D. Cataldi Prebendati prætacti ſancti Salvatoris, Fratris Jacobi, Fratris Bondini de Ordine Fratrum Minorum, Fratris Bonaventuræ, Petri Tabernarii, D. Joan. Plebani, Joannis Capparii, Joannis Canthii, Joannis Notarii Raynaldi Eſculan. Nicolai Romani, & aliorum multorum teſtium ad hæc rogatorum anno Domini mccxli. menſe Octobris intrante viii. die Martis Indictione xiv. Ego Raynaldus Firman. Archipresbyter majoris Eccleſiæ ſupraſcriptis interſui, & conſenſi, & propria manu ſubſcripſi. Ego Salimbenus Firman. manſionarius propria manu ſubſcripſi. Ego Girardus Firman. Decanus, ſupradictis interfui & conſenſi & propria manu ſubſcripſi. Ego Gentilis Firman. Canonicus ſupraſcriptis interſui & conſenſi & propria manu ſubſcripſi. Ego magi-

Digitized by Google

magiſter Raynaldus Firman. Canonicus ſupraſcriptis interfui & conſenſi & propria manu ſubſcripſi. Ego Magiſter Raynaldus Firman. Canonicus me ſubſcripſi. Ego Nicolaus Firman. Canonicus ſupraſcriptis interfui & conſenſi & propria manu ſubſcripſi. Ego Maſſius Firman. Canonicus ſupraſcriptis interfui & conſenſi & propria manu ſubſcripſi. Ego Angelus Firman. Canonicus ſupraſcriptis interfui & conſenſi & propria manu ſubſcripſi. Et ego Cambius Notarius de Civitate Firman. filius quondam Firmonis ſupraſcriptis interfui, & de mandato prætacti Epiſcopi & ſupradicti Capituli, ſicut ſupra plene continetur, ſcripſi & publicavi.

§. IV. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni Nonis Januarii anno IV.

L.

Mandat ut ſibi tranſmittant veridicam relationem propriis ſigillis authenticatam de pœnitentia Comitis Tholoſani. Regeſt. Vatic. epiſt. 436.

Epiſcopo Lodoven. & fratri Raymundo Ordinis Fratrum Prædicatorum, & fratri Willielmo de Briva Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. SUa nobis dilectus filius nobilis vir Comes Toloſanus petitione monſtravit; quod cum quondam R. Pater ſuus pluribus excommunicationis ſententiis innodatus deceſſiſſet, abſolutionis beneficio non obtento, quia corpus ejus non fuit Eccleſiaſticæ traditum ſepulturæ, licet ſigna pœnitentiæ apparuerint in eodem, idem Comes fel. rec. Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri ad Ven. Fratrem noſtrum .... Epiſcopum Albien. & Abbatem Grandis ſilvæ Ciſtercien. Ord. ut ſuper hujuſmodi ſignis, quantum ad diem obitus præfati R. veritatem inquirerent, & quod invenirent ad Apoſtolicam Sedem referrent, litteras impetraverit.

§. II. Quia vero iidem ſuper pœnitentiæ ſignis, quæ diem mortis præceſſerant, & quibuſdam aliis articulis ad negotium ipſum ſpectantibus..... quos idem Comes coram nobis duxerit proponendos, inquiratis diligentius veritatem, & quæ inveneritis, fideliter redacta in ſcriptis ſub ſigillis veſtris, nobis per fidelem nuntium tranſmittatis. Quod ſi non omnes &c. Tu frater Epiſcope &c.

Dat. Lugduni Kalend. Martii anno IV.

LI.

Quod poſſit Epiſcopus diſpenſare cum ſocio ſuo ſuper illegitimatione. Regeſt. Vat. ep. 454.

Epiſcopo Marrochitano.

§. I. EX parte tua fuit propoſitum coram nobis, quod licet frater Bernardus Presbyter de Ordine Fratrum Minorum, qui tibi eſt auctoritate noſtra in ſocium deputatus, de legitimo matrimonio procreatum ſe credat, prout ex matris aſſertione percepit; quia tamen nonnulli aſſerunt, eum habere ortum de ſolutis parentibus odioſum, nobis humiliter ſupplicaſti, ut cum ipſo, defectu hujuſmodi, ſi quis eſt, non

Digitized by Google

non obſtante, in ſuſceptis miniſtrare ordinibus, ac ad Epiſcopalem dignitatem in partibus Africanis dumtaxat promoveri valeat, ſi ad ipſam eum canonice evocari contigerit, diſpenſare miſericorditer curaremus.

§. II. De tua igitur circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus, quatenus conſideratis diligenter circumſtantiis univerſis, quæ circa idoneitatem perſonæ fuerint attendendæ ſuper præmiſſis, auctoritate noſtra ſtatuas circa ipſum, prout ſecundum Deum animæ ſuæ ſaluti videris expedire.

Datum Lugduni VII. Idus Martii anno IV.

LII.

Elargitur quoddam ſubſidium pecuniarum Abbatiſſæ Sororum Alexandrin. Reg. Vatic. epiſt. 848.

Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Alexandria.

VEſtræ devotionis precamina, veſtræque Religionis favor, quæ incluſæ corpore, liberæ tamen mente, virtutum Domino acceptum impenditis famulatum, nos admonent & inducunt, ut veſtræ inopiæ conſulamus. Cum igitur Univerſitas Alexandriæ, Eccleſiæ Romanæ annuatim ſolvere teneatur quamdam pecuniæ quantitatem, ipſamque non ſolverit annis pluribus jam elapſis, temporis malitia prohibente, nos veſtris precibus inclinati, petendi ac integre recipiendi, pro quinque annis proxime præteritis, memoratam pecuniam in uſus proprios convertendam liberam vobis, auctoritate præſentium, concedimus facultatem.

Datum Lugduni VI. Idus Junii anno IV.

LIII.

Confirmat donationem Scambinorum Brugen. factam Fratribus Minoribus ſuper tranſlatione Monaſterii, quod in ſuam protectionem recipit. Reg. Vatic. epiſt. 34.

Guardiano & Fratribus Minoribus Villæ Brugen. Tornacen. diœc.

Primus locus Fratribus inſalubris.

§. I. RElígionis veſtræ meretur honeſtas, ut veſtris petitionibus favorabiliter annuamus. Cum igitur, ſicut petitio veſtra nobis exhibita continebat, Scabini, & Communitas Villæ Brugen. Tornacen. diœc. attendentes, quod propter loci corruptionem, atque diſtantiam in quo hactenus morabamini, plura ſuſtinebatis incommoda, quemdam locum magis idoneum, & prætactæ villæ vicinum vobiſcum, diœceſani ſuper hoc accedente conſenſu, pro loco priſtino permutarint, prout in litteris Scabinorum ipſorum, Communitatis, atque diœceſani confectis, exinde perſpeximus plenius contineri.

Alterius loci conceſſionē Pont. confirmat.

§. II. Nos veſtris precibus inclinati, locum ipſum cum pertinentiis ſuis, & quaſdam terras ipſi loco contiguas conceſſas vobis, intuitu pietatis pro hortis, domibus, & aliis ædificiis Fratrum uſibus opportunis, ſub beati Petri protectione ſuſcipientes ac noſtra, & permutationem ac conceſſionem hujuſmodi ratas & gratas habentes, illas auctoritate Apoſto-

Digitized by Google

ſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Donationis litteræ.

§. III. Tenorem litterarum ipſarum præſentibus de verbo ad verbum inſeri facientes, qui talis eſt. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Nos Scabini Brugen. univerſis præſens ſcriptis inſpecturis notum facimus, quod cum varia pauperum Chriſti Fratrum Minorum nobiſcum degentium incommoda, ſuper loci ſui diſtantia, & corruptione, nec non & difficultate accedendi nos ad ipſos, & e converſo nobis fuerit pluries propoſita pariter & oſtenſa, tamdem habito conſilio cum Juratis, & aliis probis viris Communitatis noſtræ, de communi conſilio, ſimul & aſſenſu providimus eis de loco competenti, videlicet in prato qui dicitur Bramberg, quod pratum cum ambitu ſuo pertinet ad juriſdictionem villæ noſtræ. Locus vero, quem ad utilitatem eorum contulimus, jacet juxta Manſum Domini G. dicti Tobin. militis ad Auſtralem partem, continens quatuor menſuras, & quartam partem vel circiter, & hoc facto cambio dicti loci ad totalem locum priorem infra clauſuram dictorum Fratrum jacentem, juxta pomerium Dominæ de Domo, ubi hactenus morabantur. Qui locus cum cœmeterio conſecrato continet quatuor menſuras & dimidiam vel circiter in clauſura. Cum igitur prætactum cambium loci ad locum divina inſpiratione factum, auctoritate Domini Tornacen. ad quem ſpectabat donatio prioris loci Fratrum ratione collationis eleemoſynariæ, & per aſſenſum Dominæ M. Illuſtris Comitiſſæ, tamquam per Dominum ſuperiorem confirmatum ſit, volumus id ipſum cambium ratum eſſe in perpetuum, & inconvulſum dictam terram in Bramberg jacentem ad uſum prædictorum Fratrum tenore præſentium confirmantes. Super hoc conteſtamur etiam nos, a prædictis Fratribus recepiſſe litteras confirmationis ſuper donatione prioris loci patentes, & ſigillatas ſigillis piæ memoriæ F. quondam Comitis & I. quondam Comitis Flandriæ & Ham. uxoris ſuæ. Inſuper litteras Illuſt. Dominæ M. Comitiſſæ Flandriæ & Ham. ſuper confirmatione donationis prætactæ, & cambii memorati, & præter hæc litteras D. Tornacen. id ipſum ſimiliter confirmantis. Ut autem hæc rata ſint omnia in perpetuum & ſtabilia, præſentes litteras ſigilli noſtri munimine duximus roborandas. Actum Brugæ anno Domini MCCXLV. menſe Martii Vv. divina miſeratione Tornacen. Epiſcopus: dilectis in Chriſto Scabinis & Communitati Villæ Brugæ ſalutem in Domino ſempiternam. Cum piæ mem. Henricus dictus Ram, quondam oppidanus veſter, ob remedium animæ ſuæ, Fratribus Minoribus terram juxta pomerium Dominæ de Domo, in qua nunc manent in eleemoſynam contulerit, & eiſdem Fratribus, propter diverſa incommoda prædicti loci de alio loco propinquiori & utiliori, facto cambio loci, ad locum divinitus provideritis, quamvis idem locus per fel. rec. Comitem F. & I. quondam Comitiſſam uxorem ſuam, tamquam per Dominos ſuperiores ab omni jure & ſervitio feudali fuerit abſolutus, eo quod legitime fuerit ad manus eorum reportatus, ſicut ex litteris ipſarum, quas inſpeximus, declaratur; quia tamen in eleemoſynam datus ratione collationis eleemoſynariæ, ad nos tamquam ad Ordinarium dignoſcitur pertinere, dictum cambium, inſpirante Domino, factum ratum habentes, tenore præſentium confirmamus, hoc ſalvo, quod ea quæ in dicto loco priori ſunt conſecrata, in uſus ſæculares vel profanos minime convertantur. De tam pio autem ſubſidio per vos dictis Fratribus exhibito, gratias vobis referimus in Domino copioſas. Datum Tornaci anno Domini MCCXLV. menſe Martio.*

§. IV. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis

Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni III. Nonas Julii anno v.

LIV.

Confirmat commutationem, & compoſitionem factam inter Miniſtrum infraſcriptum, & Abbatem Angeliacen. circa locum Fratrum ſitum intra villam ſancti Joannis Angeliacen. Reg. Vatic. epiſt. 70.

Miniſtro Provinciali & Fratribus Minoribus villæ ſancti Joannis Angeliacen. Xantonen. diœc.

Pontificia confirmatio. §. I. CUm a nobis petitur, quod juſtum & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri, ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Chriſto filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, permutationem & compoſitionem quas, ſicut accepimus, feciſtis de loco veſtro ſito intra villam ſancti Joannis Angeliacen. Xantonen. diœc. in quo nunc moramini, cum Abbate & Conventu ejuſdem loci, prout ſpectabat ad eos recompenſatione ſufficienti eiſdem facta, ſicut in litteris inde confectis perſpeximus plenius contineri, ratas & gratas habentes, eas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipſarum præſentibus de verbo ad verbum inſeri faciendo, qui talis eſt.

Inſtrumentum. §. II. *Id. Dei gratia Xantonen. Epiſcopus. Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Noveritis, quod cum venerabili viro Abbati & Conventui ſancti Joannis Angeliacen. pro dominio & cenſu & omni jure, quod iidem Abbas & Conventus habebant, vel habere poterant in aula D. P. Boyſſen, & in domo quæ fuit Ar. Cautero, cum viridario ibidem poſito, & in domo* Willielmi *de eleemoſyna cum appendicio juxta eamdem poſito, & in domo P. Corrent, & in domo* P. *de Lavaria, cum viridario retro eamdem domum poſito, & in domo quæ fuit Ar. de la Sagreſtania, & in viridario Magiſtri Capellani ſancti Joannis, quæ domus prædictæ cum dictis viridariis, appendicio, & aula ſitæ ſunt in villa ſancti Joannis Angeliacen. in toto loco qui ſitus eſt prope pontem Baine, & includitur a tota via, quæ a ſtrata publica ducit ad eumdem pontem, uſque ad foſſatum Grangiæ præpoſiti Monachorum ſancti Joannis Angeliacen. ex una parte, & ab eadem ſtrata publica, prout tendit ad viam, quæ ducit ad domum dicti Magiſtri Capellani ex alia, & ab eadem tota via uſque ad domum & viridarium P. Rigandi ex alia, & ab eiſdem domo & viridario P. Rigandi uſque ad dictum foſſatum Grangiæ ſupradictæ, ex alia frater Joannes de Coprimaco Fratrum Minorum in Aquitania tunc Provincialis miniſter, & alii Fratres dictæ villæ ejuſdem Ordinis in eadem villa ſancti Joannis ſufficientem recompenſationem fieri feciſſent dicti Abbas & Conventus dominium & cenſum, cujus ſumma erat undecim ſolidorum, & novem denariorum, & omne jus, quod habebant vel habere poterant quoquomodo in dictis domibus, viridariis, appendiciis & aula dictis fratri Joanni Miniſtro, & aliis Minoribus, ac eorum ſucceſſoribus pro ſe ac ſuis ſucceſſoribus quiptaverunt in perpetuum coram nobis, & de prætactis cenſu & dominio, & omni jure quod habebant, vel habere poterant in dictis aula, domibus, viridariis, & appendicio ad dictorum Miniſtri & Fratrum petitionem G. Magritii Burgen. ſancti Joannis Angeliacen. inveſtiverunt & ſaziverunt pro ipſis, & pro Ordine eorumdem, & voluerunt & conceſſerunt, ipſos*

Digitized by Google

ipſos Fratres gaudere perpetua & pacifica poſſeſſione prædictorum omnium quiptatorum, renunciantes ſuper præmiſſis pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, omni beneficio reſtitutionis in integrum, & omni juris auxilio canonici & civilis, ſtatuti & conſuetudinis eiſdem Abbati & Conventui nunc competentibus, aut etiam in futurum. Dicti autem Miniſter & Fratres fecerunt dari, ſive aſſignari dictis Abbati & Conventui in recompenſationem quiptationis prætactæ cenſum & dominium pleno jure. In domo quæ fuit Gaufridi Loquoc. quæ erat de dominio P. Pilot, & eſt ſita juxta domum Joannis lo fontanier, *& in domo Roberti* lo vendier, *& domum Gaufridi Loquoc. & in duabus Eragiis, quæ erant de dominio Jacobi de Roffec, & ſunt ante torcular Ar. de Exidolio, juxta domum quæ fuit Willielmi Mentheari, & in domo G. de tabulis quæ erat de dominio Ar. de Malach, & eſt ſita juxta domum Americi Caydon, in quadrungo Burbirelli, & in domo P. de Onayo lo Boatier, quæ erat de dominio Joannis de Torſe, & eſt ſita in la Boetaria ante domum G. Magrini, & juxta domum Michaelis Aymerici, & in aliis tribus domibus ſitis, in vico Plantachon. Quare una eſt Reginaldi de Sancte, & alia Boniſotit. & tertia Rodulphi Manerii; quæ tres domus ſunt contiguæ, & erant de dominio Achardi Guariver; & in domo filiæ Joannis Foaca, quæ erat de dominio P. de Vayro, & eſt ſita ante cellarium a la gralverna; & in domo, in qua eſt torcular Hugonis Thomæ, quæ erat de dominio Willielmi Aſſalbit, & eſt ſita ante Thanariam Joannis Guarini, quæ erat de dominio G. Magrini, & fuerat Ar. Cotans; & in domo Willielmi Parthier, quæ erat de dominio G. Magrini, & eſt ſita in Vanella de Bechamilla ante dictam Thanariam P. Guarini; & in quadam domo quam tenet P. de Exidolio, quæ fuit Auffradins, & erat de dominio dicti G. Magrini, & eſt ſita ante domum Aymerici Boynot; & in platea Angelaiis de Carpiniaco, quæ erat de dominio Philippi de eleemoſyna, & eſt inter domum Willielmi Aca & Aynridum, qui fuit Americi Yſembert, & in chanana Willielmi de la Mora, quæ erat de dominio P. de Torſe, & eſt ſita ante Lechemaria, & in quadam domo, quæ eſt a parte ante Joannes lo Francies, & a parte retro B. Gueſtineus, & de prædictis cenſu & dominio pleno jure domorum Eragiorum Canariæ & locorum prædictorum fuerunt dicti Abbas & Conventus ad petitionem dictorum Miniſtri & Fratrum ab eorumdem eragiorum domorum, locorum & Thanariæ dominis inveſtiti, & in perpetuam & pacificam poſſeſſionem inducti, & dicti domini ad petitionem dictorum Miniſtri & Fratrum pro recompenſatione prædicta dictis Abbati & Conventui quiptaverunt in perpetuum cenſum & dominium pleno jure, quæ habebant in domibus, & agiis, locis, & Thanaria ſupradictis: ſumma autem cenſus quem dicti Miniſtri & Fratres fecerunt ratione recompenſationis dictis Abbati & Conventui aſſignari, fuit undecim ſolidorum & novem denariorum. Fecerunt inſuper iidem Miniſter & Fratres dictis Abbati & Conventui centum & quinquaginta librarum currentis monetæ dari ad opus ædificii Eccleſiæ ſancti Joannis, & ad opus cerei ſancti Joannis; ex parte Conventus fecerunt iidem Miniſter & Fratres dictis Abbati & Conventui aſſignari viginti ſolidos cenſuales. Dicti vero Miniſtri & Fratres, ad petitionem dictorum Abbatis & Conventus, promiſerunt bona fide pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quod de cetero ſine aſſenſu ipſorum Abbatis & Conventus vel ſucceſſorum eorumdem, non acquirent in eorum dominio, ſive proprietate domos aliquas, vel plateas ſive albergamenta, ſeu alia prædia tam ruſtica quam urbana quocumque nomine cenſeantur, ad retinendum ſibi vel ſuis ſucceſſoribus titulo emptionis, ſive donationis, vel cujuſcumque alterius contractus infra muros Villæ ſancti Joannis Angeliacen., vel etiam extra. Promiſerunt inſuper dicti Miniſter & Fratres*

pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ad dictorum Abbatis & Conventus inſtantiam, quod ſi contigerit Fratribus Ordinis ipſorum per ſummum Pontificem provideri de decimis Monachorum, proventibus ſive aliis eorum redditibus quibuſcumque, vel etiam de rebus mobilibus, vel immobilibus, quod quidam poſſe contigere exiſtimabant, Abbatia ſancti Joannis Angeliacen. cum omnibus membris ſuis, quantum in dictis Fratribus eſt, erit exempta a proviſione ſupradicta. Et ſi ſuper prædicta proviſione aliquod privilegium a Sede Apoſtolica dictis Fratribus fuerit indultum, dicti Fratres, vel ſucceſſores eorum, hujuſmodi privilegio non utentur, etiamſi de præſentibus litteris fecerit mentionem. Renunciantes ſuper præmiſſis pro ſe & ſucceſſoribus ſuis omni beneficio reſtitutionis in integrum, & omni auxilio juris Canonici & Civilis, ſtatuti & conſuetudinis, privilegii impetrati, ſeu etiam impetrandi eiſdem Fratribus nunc competentibus, aut etiam in futurum. Conceſſerunt inſuper dicti Miniſter & Fratres pro ſe & ſuis ſucceſſoribus dictis Abbati & Conventui, quod non reciperent parochianorum ſuorum, ſive Eccleſiæ ſancti Joannis Angeliacen. decimas vel oblationes, quæ a laicis ſolent jure parochiali clericis exuiberi. Conceſſerunt etiam dicti Miniſter & Fratres dictis Abbati & Conventui de Parochianis ad Eccleſiam ſancti Joannis jure parochiali pertinentibus, qui apud eoſdem Fratres elegerint ſepulturam, quod niſi prius dictorum Fratrum fuiſſent induti vel voto, vel etiam juramento eorum Ordini obligati, primo funus eorum ad Eccleſiam ſancti Joannis debeat deportari, ita tamen quod ibi Miſſa rite celebrata ad eorumdem Fratrum Eccleſiam a Sacerdote ſuo debeat præſentari. Conceſſerunt etiam dicti Miniſter & Fratres, quod non impedirent de lectis parochianorum dictorum, qui in cæmeterio ſancti Joannis debent habere ex conſuetudine ſepulturam, & ab ipſo Conventu fuerint percontati, cum quibus ad prætactam Eccleſiam ſancti Joannis funus fuerit deportatum, & ad ipſos Fratres præſentatum, quominus eos habeant ſecundum conſuetudinem Angeliacen. Eccleſiæ de eiſdem lectis, ut dicitur hactenus, obſervatam. Quæ omnia & ſingula, prout ſuperius ſunt expreſſa, dicti Abbas & Conventus, Miniſter, & Fratres pro ſe & ſucceſſoribus ſuis promiſerunt bona fide coram nobis in perpetuum obſervare. In teſtimonium prætactorum fuerunt præſentes litteræ de conſenſu dictorum Abbatis & Conventus, Miniſtri & Fratrum ſigillo noſtro & ſigillis dictorum Abbatis & Conventus, ac Miniſtri ſigillatæ. Actum menſe Aprilis anno Domini MCCXLVII.

Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Si quis &c. Datum Lugduni II. Idus Julii anno V.

L V.

Jubet, ut cedat Epiſcopatui per Legatum Apoſtolicum conceſſo. Ex formulario Marini Ebulen. lib. I.

Venerabili Fratri Creſcentio Epiſcopo.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ §. I. ANtequam Aſſiſinatenſem Eccleſiam ſcires alii legitime co-
„ pulatam, eam a dilecto filio P. ſancti Euſtachii Diacono
„ Cardinale tibi dum ipſius Eccleſiæ conſenſus, de poteſtatis noſtræ pen-
„ deret arbitrio traditam, ſub velamine excuſationis honeſtæ tractabas;
„ quamvis juris defectu, qui in hujuſmodi conjunctione fuiſſe dignoſci-
Cardinalis exprobratur affectatâ ignorantia. „ tur, penitus ignorare non debuerit vir peritus.
„ §. II. Nunc autem, quia certioratus es oculo claræ lucis, quod
„ alterius eſt ſponſa, quam in copulam ſpiritualis conjugii ſuſcepiſti, ut

ab

Digitized by Google

„ ab ipſa ſine detrectatione diſcedas, & conſcientia tibi ſuggerit, & honeſtas: credimus quippe de prudentia tua procul dubio ſentiendum, quod illegitimi concubinii te illicitus non pulſat affectus, de quo produci ſoboles poſſit, radices in altum durabiles non datura. Debet diſcedere a Sponſa non ſua.

„ §. III. Hinc eſt, quod cum ordinatio in prædicta Eccleſia per eum, qui non potuit, quamvis ſe forte creditur poſſe, & ad id inductus fuerit pio zelo, ſicut credimus, de te facta rata manere non poſſit; præſertim cum venerab. Fratrem noſtrum N. tunc Capellanum noſtrum Aſſiſinatem Epiſcopum, de Fratrum noſtrorum conſilio illi Eccleſiæ præficiendum duxerimus, & ad eam propriis manibus conſecrandum, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus relinquens eamdem Eccleſiam ſine difficultate aliqua, viro ſuo, præfatum Epiſcopum ſuper ea nequaquam impedias, vel permittas ipſum, aut procuratores ſuos, quantum in te fuerit, impediri. Ordinatio illius Eccleſiæ irrita declaratur. Pontificia de diſcedendo inhibitio.

„ §. IV. Nos autem, prout ſecundum Deum expedierit, & obedientiæ tuæ humilis ſuaſerit promptitudo, qualiter de te alias diſponi conveniat, curabimus cogitare &c.

LVI.

Ut perſuadeat fratri Creſcentio, quatenus cedat Epiſcopatui Aſſiſinaten. Ibidem.

P. ſancti Euſtachii Diacono Cardinali.

„ §. I. Devoluto dudum per appellationem ad Apoſtolicæ Sedis examen de juſtitia exigente, ſopito negotio ſuper electionibus, quæ in Aſſiſinatenſi Eccleſia tunc vacante, de diverſis perſonis fuerant celebratæ, nos de Fratrum noſtrorum conſilio, Venerabilem Fratrem noſtrum N. de .... tunc Capellanum noſtrum Aſſiſinaten. Epiſcopum, virum utique nobis, & eiſdem Fratribus merito ſuæ Religionis, & virtutis acceptum eidem Eccleſiæ præfecimus in Pontificem, & Paſtorem; & tam Clero, quam populo civitatis illius ſcripta noſtra direximus, ut eidem tamquam Patri, & Epiſcopo animarum intenderent, & humiliter obedirent. Capellanũ ſuum Pontifex Eccleſiæ Aſſiſii præficit in Epiſcopum.

„ §. II. Verum, quia tu forte non recolens negotium ordinationis ejuſdem Eccleſiæ, ad nos, ſicut prædiximus, fuiſſe delatum, ſicque ſaltem de noſtræ poteſtatis judicio proviſionem ipſius Eccleſiæ dependere, piæ intentionis zelo, ut credimus, quod ad aliquid de majoribus Eccleſiæ negotiis, quæ meta commiſſi tibi non attingit officii, terminum tuæ poteſtatis extendens, fratrem Creſcentium, auctoritate uſus propria, licentioſa fiducia, quæ interdum ſuggerit dominum permiſſurum, de facto præfeceras Pontificem Eccleſiæ viduatæ, ordinationi de præfato Epiſcopo a nobis in ipſa Eccleſia celebratæ, obicem prætendit, ut dicitur factum tuum: cui tam memoratus frater, quam iidem Clerus, & populus, ut per ipſorum accepimus litteras innituntur. Creſcentii ordinatio declaratur irrita.

„ §. III. Propter quod eidem Clero, & populo, ut poſtpoſito quolibet alio, præfato Epiſcopo obediant & intendant, & dicto fratri Creſcentio, ut dictam Aſſiſinatenſem Eccleſiam deſerat viro ſuo, ſub juxta forma dirigimus ſcripta noſtra. Injungitur Clero, & populo, ut ſuo obediant a Pontifice electo Paſtori.

„ §. IV. Cum autem clavis ordinationis &c. ut ſupra, obtentu tui, tum

Digitized by Google

Eccleſiam, & legitimum Epiſcopū Pontifex ſuo Legato commēdat.

,, tum ſuæ Religionis &c. Quocirca mandamus, quatenus eumdem Epi-
,, ſcopum, & Eccleſiam ſibi commiſſam ob noſtram, & Sedis Apoſtolicæ
,, reverentiam, cujus promptæ devotionis concurſu proſequi te conve-
,, nit, in hac parte habeas favorabiliter commendatas: & procuratori-
,, bus ejuſdem Epiſcopi, ne quod ad adipiſcendam, & gerendam in ſpi-
,, ritualibus, & temporalibus bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratio-
,, nem obſtaculum præpeditionis inveniat, aſsiſtere ſtudeas præſidio
,, juvaminis opportuni: ita quod exinde ſinceritatem tuam dignis in
,, Domino debeamus laudibus commendare &c.

LVII.

Ut obediant Fr. Nicolao electo a Pontifice, relicto Creſcentio per legatum conceſſo. Ibidem.

Poteſtati & populo Aſſiſinatenſi.

,, §. I. IN ordinatione Aſſiſinatenſis Eccleſiæ, quam de Fratre N.
,, de.... Ordinis Minorum tunc Capellano noſtro de Fra-
,, trum noſtrorum conſilio fecimus, ipſum providendo vobis in Epiſco-
,, pum, & propriis manibus conſecrando, evidentis gratiæ poteſtis per-
,, cipere argumentum.

Signum oſtendit impartitæ gratiæ.

,, §. II. Cum inter multos ingruentium negotiorum turbines, quibus
,, noſtræ ſollicitudinis excuſatur inſtantia, veſtri non immemores, ſa-
,, luti animarum veſtrarum duxerimus exacta diligentia intendendum;
,, hominem vobis ſecundum cor noſtrum probatum diutius, & certo ju-
,, dicio comprobatum in ſinu noſtro, in patrem veſtrorum Spirituum
,, privato quodam paternæ dilectionis conſilio producentes: talem enim
,, civitati veſtræ volumus præeſſe Paſtorem, qui Religione fidei erga
,, Deum, & ſinceræ devotionis fervore ferveret erga Sedem Apoſtoli-
,, cam præferens formam gregis, eſſet inter vos, & Eccleſiam Romanam
,, matrem veſtram, amoris idoneus mediator, gratus utriſque, caritatis
,, affectum foveret utrinque, ac velut copulativa conjunctio vos vobis
,, ut fideles Domino, & peculiares patri filios ſui ad utroſque conve-
,, nientia per quamdam innovationem affectum ſolidius fundaret.

Pontificia erga eorum Animas ſollicitudo.

Præconia novi Antiſtitis.

,, §. III. Licet ergo, ſicut nobis per litteras veſtras innotuit, in Fra-
,, trem Creſcentium prædicti Ordinis, quem dilectus filius noſter P....
,, ſancti Euſtachii Diaconus Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus ad
,, prorogandum ſuper hoc fines ſibi traditæ poteſtatis, prout credimus,
,, zelo ductus, & fortaſſe, non recedens ad nos ordinationis Aſſiſinaten.
,, Eccleſiæ negotium devolutum, vobis auctoritate propria nominavit
,, Epiſcopum, & præfecit, affectus direxiſtis filiales, ſuper quo quam-
,, diu nobis quod idem animarum veſtrarum pater exiſteret, formata
,, ex auctoritate facti ſuadebat opinio, credulitatem veſtram omnino
,, non duximus improbandam; de cetero tamen Paſtorem, quem jam
,, oſtendentibus nobis agnoſcitis, ei præferre vos convenit, & ipſi,
,, quem ad Pontificis honorem proviſionis noſtræ irrefragabiliter voca-
,, vit auctoritas, adhærere.

Erga Fr. Creſcentium Aſſiſiatum affectus.

Nequit Legati prima electio ſubſiſtere.

Debent proinde populi Antiſtitem amplecti a Pontifice electum.

,, §. IV. Cum enim clavis ordinationis canonicæ, qua in Sedem va-
,, cantis, cujus conſenſus de alienæ voluntatis pendebat arbitrio, pro-
,, movendo in Epiſcoporum aperiri debeat, ingreſſus in noſtris dumtaxat
,, manibus haberetur, nemo in illam potuit legitime, niſi nobis ape-
,, rientibus, introduci, propter quod debet illum ſedes, quæ vacabat,
gra-

In Papæ manibus eſt Epiſcoporum electio.

Digitized by Google

„ gratanter excipere, ut Præſulem canonice inſtitutum, cui ad illum per
„ clavem Sedis Apoſtolicæ manus aditum patefecit: quamvis memora-
„ tum Fratrem quia honorem non ambitioſus, ſed vocatus aſſumpſit,
„ dummodo cedens loco alteri debito meritum humilitatis obſervet,
„ excuſatum habentes tum obtentu veſtri, tum ſuæ religionis intuitu,
„ de ipſo prout decuerit, diſponendo propoſuerimus, ſicut Dominus
„ dederit cogitare. Quocirca mandamus, quatenus alio poſtpoſito præ-
„ fato Fr. N. per nos ad eamdem Eccleſiam in Epiſcopum conſecrato,
„ tamquam Patri, & Epiſcopo animarum veſtrarum humiliter intenden-
„ tes, ipſius ſalubria monita ut medicamenta curantis, qui ex conſe-
„ crationis munere ſortitus eſt in vobis doctrinæ miniſterium, & ſpiri-
„ tualium gratiam ſanitatum &c.

Legati acta excuſantur.

LVIII.

Ut in urbe Carthaginenſi Eccleſiam Cathedralem & Capitulum erigant. Ibidem.

Archiepiſcopo Toletano, & Epiſcopo.

„ §. I. VIrtutis divinæ ſubſidio proveniſſe dignoſcitur, quod nobi-
„ lis vir Alphonſus, primogenitus Regis Caſtellæ, Re-
„ gnum Murciæ obtenta de Paganis Spurcidis, conſtitutis ibidem, fa-
„ moſa victoria, ſuo dominio ſubjugavit.

De Paganis a Rege Caſtellæ victoria divinitus obtenta.

„ §. II. Sane in Regno ipſo quædam habetur Civitas Carthagen. no-
„ mine, de qua in ejuſdem nobilis affectu ferventi vertitur, quod Epi-
„ ſcopalis in ipſa dignitas habeatur.

Decet in Civitate Cartaginen. Antiſtitem conſtituere.

„ §. III. Quia vero noſtris accepta votis occurrunt omnia, per quæ
„ Chriſtianæ Religioni honor adjici, & cultus divini nominis valeat am-
„ pliari; Nos ejuſdem nobilis in hac parte deſideriis annuentes, veſtræ
„ Fraternitatis induſtriæ, de qua in Domino fiduciam ſpecialem geri-
„ mus, auctoritate præſentium duximus committendum, quatenus ſi
„ dicta Civitas ab antiquis temporibus ſedem habuit Cathedralem, &
„ eſt hodie populoſa, vel populum in proximo habitura ſperatur, per-
„ ſonam idoneam, quæ oneri, & honori tanto ſit congrua, Paſtorem
„ præficiatis eidem; prius tamen ſibi honorabilibus & decentibus doti-
„ bus aſsignatis, ac etiam ordinato de Perſonatibus & dignitatibus, ac
„ aliis Clericis in ipſa perpetuo ſervituris, & de beneficiis, vel præben-
„ dis, & portionibus congruis ad opus eorum, prout ad decus & deco-
„ rem ejuſdem ſedis videbitis expedire &c.

Regium deſiderium.

Cōditiones, quæ a Papa requiruntur.

Facultatem concedit Epiſcopum eligendi.

Et conſtruendi Capitulum.

LIX.

Annunciat Fr. Petrum electum fuiſſe Epiſcopum Carthaginenſem, rogatque ut Eccleſiam Cathedralem velit dotare. Ibidem.

Illuſtri Regi Caſtellæ, & Legionen.

„ §. I. SPiritu exultante percepimus, qualiter Regnum Murciæ per
„ divinæ virtutis auxilium, dominio dilecti filii nobilis viri
„ Alphonſi primogeniti tui, fuerit ſubjugatum.

De Victoria in Mauros Pontifex lætatur.

„ §. II. De hac ſiquidem exultatione proceſſit, quod cum dictus pri-
„ mogenitus affectaret, ut Civitas Carthaginen. ſita in Regno præfato
„ Cathedræ Pontificalis obtineret honorem, ad virum honorabilem,

& Re-

Digitized by Google

„ & Religionis celebris profeſſorem, ac ſcientia & honeſtate conſpi-
„ cuum, nec non in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectum, ſci-
„ licet Fr. P. Confeſſorem ipſius primogeniti, Carthaginen. Ec-
„ cleſiæ, Fratrum noſtrorum communicato conſilio, de ſpeciali gra-
„ tia &c. generetur. Quia vero claritas tui nominis exigit, ut hujuſmodi
„ novis, & divinis plantationibus occurras, ſerenitatem tuam omni, qua
„ poſſumus, affectione rogamus, in remiſsionem tibi peccatorum injun-
„ gentes, quatenus Eccleſiam ipſam beneficiorum tuorum largitate fœ-
„ cundans, & præſidio deſiderati favoris attollens, perſonam dicti Epi-
„ ſcopi optatæ foveas benignitatis affectu: ita quod ipſo ad votum pro-
„ ſperante in commiſſi ſibi cura regiminis, & eadem Eccleſia plenum
„ obtinente vigorem ſub ſpiritualium, & temporalium incrementis tibi
„ exinde a clementia Conditoris omnium, compenſetur gloria Princi-
„ pum æternorum &c.

Fr. Petrus renuntiatus Antiſtes.

Et commendatus regio favori.

LX.

Super eiſdem. Ibidem.

Nobili viro Alphonſo, Primogenito Regis Caſtellæ.

„ §. I. IN plenam volentes deduci notitiam, quantæ circa perſonam
„ tuam nobis in Chriſto cariſſimam geramus ſinceritatis affe-
„ ctum, deſiderium cordis tui ſuper proviſione Carthaginenſis Eccleſiæ
„ aure benigna ſuſcepimus, & illud Fratrum noſtrorum communicato
„ conſilio, prompta benignitate de novo per tuum miniſterium deduxi-
„ mus ad effectum, quibuſcumque difficultatibus, & obſtaculis præter-
„ miſſis, ut Civitas Carthaginen. quam de novo per tuum miniſterium,
„ triumphante Dei dextera, eripuiſti de manibus Paganorum, poſſit ad
„ ſtatum optatæ proſperitatis exurgere, ſi Paſtorem deſiderabilem, pro-
„ videntibus nobis, ſibi gaudeat adveniſſe.

Papa Regis precibus annuit.

„ §. II. Sane mentis oculis diligenter inſpecto, quod honori tuo in
„ hac parte competeret, & eidem Eccleſiæ penitus expediret, virum
„ probatæ converſationis & vitæ, ac induſtria fructuoſa conſpicuum, &
„ tibi ſpeciali affectione dilectum ſcilicet fr. P. in Epiſcopum Eccleſiæ
„ jam dictæ, de gratia ſpeciali providimus ſibi &c. uſque *generetur*.

Electio novi Antiſtitis regio decori, & Eccleſiæ utilitati confert.

„ §. III. Quia vero grandis ſuper hoc eſt honos exhibitus, & in cla-
„ ritatis augumentum tuo nomini redundabit, ſi circa ipſam Eccleſiam
„ affectum magnificæ liberalitatis exponas, nobilitatem tuam, omni
„ qua poſſumus attentione, rogamus, in remiſſionem peccatorum tibi
„ injungentes, quatenus de bonorum affluentia, quæ tibi contulit mu-
„ nifica gratia Creatoris, eamdem Eccleſiam ita dotibus diverſis & am-
„ plis reddas inſignem, & alias procures opulentam fieri, quod nobis
„ exinde rumor exultationis adveniat, & præſentibus ac poſteris ſolem-
„ ne devotionis producatur exemplum, & tibi tamdem ſuper hoc pe-
„ rennis gloriæ præmium compenſetur &c.

Papa ingentem dotem in peccaminum remiſſionem expectat.

LXI. *Su-*

Digitized by Google

LXI.

Super eiſdem. Ibidem.

Cariſſimæ filiæ, Reginæ Caſtellæ & Legionis illuſtri.

,, §. I. REgis & Reginæ cœlorum gratia te dignam conſtituis ſi mente
,, ſollicita vaces operibus caritatis. Ex hoc etiam apud ho-
,, mines tibi clari nominis augmentum acquiritur, & in eo conſpectu Se-
,, dis Apoſtolicæ laudis & benedictionis materia impetratur.

Gratiam apud Deum, apud homines benevolentiam, & a S. Sede benedictionem Caritas Regalis adipiſcitur.

,, §. II. Sane cum dilecto filio nobili viro Alphonſo primogenito
,, Illuſtris Regis Caſtellæ, viri tui votivum exiſteret, quod civitas Car-
,, thaginen. reducta de novo ad cultum divini nominis, Pontificali titu-
,, lo redderetur inſignis, virum religioſum & honorabilem, ac probata
,, induſtria, ac fama clara placentem, ſcilicet fr. P. Confeſſorem ipſius
,, primogeniti Carthaginenſis Eccleſiis Fratribus noſtris communicato
,, conſilio, de ſpeciali gratia providimus in Paſtorem; ſibi &c. *generetur*.

Alphonſi deſiderium.

,, §. II. Rogamus itaque celſitudinem tuam affectione qua poſſumus,
,, & in remiſſionem tibi injungimus peccatorum, quatenus circa ipſam
,, Eccleſiam in ſpiritualibus & in temporalibus ampliandam, ita tuæ diri-
,, gas pietatis affectum, & eumdem Epiſcopum opportuni favoris gratia
,, proſequaris, quod exinde præſentibus ac poſteris grande, & delecta-
,, bile relinquatur exemplum; & tibi Dei benignitas propter hoc dona
,, ſuæ benedictionis accumulet, & nos etiam uberes gratias opportunis
,, temporibus referamus &c.

Remiſſionem peccatorum Reginæ concedit.

Et divinas benedictiones præcatur.

LXII.

Intimat fr. Petrum fuiſſe electum, & a ſe conſecratum Epiſcopum. Ibid.

Decano, & Capitulo Carthaginen.

,, §. I. COrde vigili meditantes, qualiter Eccleſia Carthaginenſis
,, per interventum Apoſtolici ſubſidii poſſit in ſpiritualibus
,, & temporalibus proſperari: Virum vita, ſcientia, & honeſtate con-
,, ſpicuum ſcilicet fr. P. quem dilectus filius nobilis vir Alphonſus pri-
,, mogenitus Regis Caſtellæ, ſuis claris meritis affectu dilectionis inter-
,, næ proſequitur, Fratribus noſtris communicato conſilio, eidem
,, Eccleſiæ de ſpeciali gratia providimus in Paſtorem, ſibi de noſtris
,, manibus munere conſecrationis impenſo, ita quod Metropolitano,
,, cujus eamdem Eccleſiam ſuffraganeam eſſe conſtiterit, nullum propter
,, hoc in poſterum præjudicium generetur.

Fr. Petrus electus, & per manus Pōtificis conſecratus Antiſtes.

,, §. II. Rogamus itaque univerſitatem veſtram, & hortamur attente,
,, quatenus eumdem, cujus induſtriam ipſi, auctore Domino, multiplici-
,, ter credimus profuturam, cum ad vos pervenerit admittentes, hilari-
,, ter, & honorifice pertractantes, ſibi tamquam Patri, & Paſtori ani-
,, marum veſtrarum impendatis obedientiam & reverentiam, ac ejus
,, ſalubribus mandatis, & monitis efficaciter intendatis: ita quod vos
,, in eo Patrem benevolum, & ipſe in vobis devotionis filios gaudeat
,, inveniſſe. Alioquin ſententiam &c.

Clero obedientia injungitur.

Digitized by Google

LXIII.

Tradit regulam, ſeu normam vivendi Sororibus ſancti Damiani eas omnes, & earum Monaſteria regimini, & obedientiæ Miniſtrorum Ordinis ſancti Franciſci ſubjiciens. Regeſt. Vatic. epiſt. 166.

Univerſis Abbatiſſis & Monialibus Ord. ſancti Damiani.

Religioſus regulam obſervare debet, qui profitetur.

§. I. CUm omnis vera religio & vitæ inſtitutio approbata, certis conſtet regulis & menſuris, certis etiam conſtet legibus diſciplinæ, quiſquis religioſam ducere vitam cupit, niſi certam atque rectam converſationis ſuæ regulam diſciplinamque vivendi obſervare ſtuduerit diligenter, eo ipſo a rectitudine deviat, quo rectitudinis lineas non obſervat, & ibi deficiendi incurrit periculum, ubi per diſcretionis virtutem certum ac ſtabile proficiendi collocare neglexit fundamentum.

Pont. concedit Mon. præſcriptam regulam obſervare.

§. II. Quapropter, dilectæ in Domino filiæ, quia, divina vobis gratia inſpirante, per arduam viam & arctam, quæ ad vitam ducit, incedere, & vitam pauperem ducere pro æternis lucrandis divitiis elegiſtis, veſtris piis precibus inclinati, beati Franciſci regulam quantum ad tria tantum, videlicet obedientiam, abdicationem proprii in ſpeciali, & perpetuam caſtitatem; necnon formam vivendi præſentibus annotatam, ſecundum quam ſpecialiter vivere decreviſtis, vobis & iis quæ vobis ſucceſſerint concedimus obſervandam; auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, ut in ſingulis Monaſteriis veſtri Ordinis perpetuis temporibus obſervetur. Quæ talis eſt.

Vita, quæ obſervanda præſcribitur.

Clauſura perpetuo ſervanda.

§. III. *Omnes itaque quæ ſeculi vanitate relicta, religionem veſtram aſſumere voluerint, & tenere hanc eas legem vitæ & diſciplinæ oportet & convenit obſervare vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Omni namque tempore vitæ ſuæ hanc vitam profitentes, clauſæ manere debent; & poſtquam clauſtrum hujus religionis intraverint aliquæ, & profeſſæ fuerint, hanc regularem obſervantiam promittentes, nulla eis concedatur licentia vel facultas inde ulterius exeundi, niſi forte cauſa plantandi vel ædificandi eamdem religionem, vel reformandi aliquod Monaſterium, ſeu cauſa regiminis vel correctionis, ſeu alicujus gravis diſpendii devitandi per licentiam Generalis Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum, ſeu Provincialis illius provinciæ ejuſdem Ordinis in qua Monaſterium ſitum fuerit, ad aliquem locum aliquæ tranſmittantur. Pro alia etiam & rationabili cauſa interdum transferri poſſint, de ſupradicti dumtaxat licentia Generalis.*

Defunctæ infra Clauſtrum tumulandæ.

Morientes vero tam Sorores quam ſervientes, infra clauſtrum, prout convenit, tumulentur. Omnibus autem hanc religionem aſſumere cupientibus, & quæ fuerint admittendæ, priuſquam habitum mutent, & religionem aſſumant, dura eis & aſpera prædicentur per quæ itur ad Deum, & quæ ſecundum hanc religionem neceſſe habuerint firmiter obſervare, ne de ignorantia poſtea ſe excuſent.

Inhabiles non recipiendæ.

Non recipiatur aliqua quæ vel longiori ætate, vel infirmitate aliqua, ſeu fatua ſimplicitate ad hujus vitæ obſervantiam minus ſufficiens & idonea comprobetur. Per tales enim ſtatus & vigor religionis ſæpius diſſolvitur & turbatur.

Studium, quod debet in Adoleſcentulas recipiend. adhiberi.

Unde in perſonis recipiendis diligenti ſtudio & cautela hujuſmodi debet occaſio devitari, etiamſi cum aliqua aliquando, cauſa rationabili exigente, alicubi forte fuerit diſpenſandum. Omnes vero ex more intra clauſtrum receptæ, ſi ætatis intelligibilis fuerint, citius deponant habitum ſecularem, & infra paucos dies habitum regularem ſuſcipiant, quibus

bus deputetur Magiſtra, quæ ipſas informet regularibus diſciplinis, & completo unius anni ſpatio, profeſſionem faciant in hunc modum. Ego talis Soror promitto Deo, & beatæ Mariæ ſemper Virgini, beato Franciſco, & omnibus ſanctis, ſervare perpetuam obedientiam, ſecundum regulam & formam vivendi a Sede Apoſtolica Ordini noſtro traditam, vivendo toto tempore vitæ meæ ſine proprio & in caſtitate. *Quod etiam de ſervientibus firmiter modo ſimili obſervetur. De divino officio tam in die quam in nocte Domino perſolvendo taliter obſervetur, quod eæ quæ legere & canere noverint, ſecundum conſuetudinem Ordinis Fratrum Minorum, cum gravitate tamen & modeſtia officium debeant celebrare; Illiteratæ vero dicant viginti* Pater noſter *pro Matutino, pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta & Nona; pro qualibet iſtarum horarum ſeptem. Pro Veſperis autem duodecim, pro Completorio ſeptem, qui modus per omnia in officio beatæ Mariæ Virginis obſervetur: & orent pro defunctis. Quod ſi juvenculæ aliquæ, vel etiam grandiores capaces ingenii, & humiles fuerint, ſi Abbatiſſæ viſum fuerit, faciat eas litteras edoceri, magiſtram eis deputans idoneam & diſcretam; Sorores vero horis ſtatutis, prout ordinatum fuerit, utilibus & honeſtis laboribus occupentur. Silentium vero continuum ſic continue ab omnibus teneatur, ut nec ſibi invicem, nec alicui alii ſine licentia eis loqui liceat. Attendat tamen ſollicite Abbatiſſa ubi, quomodo, & qualiter Sororibus loquendi licentiam largiatur, omnes autem uti ſtudeant ſignis religioſis pariter & honeſtis. Sane quando aliqua perſona religioſa vel ſecularis, vel cujuſlibet dignitatis loqui petierit alicui Sororum, nuntietur prius Abbatiſſæ, & ſi ipſa conceſſerit, accedens ad locutorium, duas alias ad minus habeat ſemper ſecum, quibus juſſerit dicta Abbatiſſa quæ loquentem videant, & audire valeant quæ dicuntur. Hoc namque firmiter obſervetur ab omnibus, ut quando de confeſſione ſacerdoti interius infirma fuerit aliqua locutura, non loquatur, niſi ad minus duabus non longe ſedentibus, quæ confitentem & confeſſorem videre poſſint, ab eiſdem pariter & videri. Hanc autem loquendi legem & ipſa Abbatiſſa diligenter cuſtodiat, ut omnis omnino materia detractionis omnibus auferatur, excepto quod cum Sororibus ſuis horis & locis competentibus loqui poteſt, ſicut ei ſecundum Deum viſum fuerit expedire. Sorores vero infirmæ, ac ſervientes eiſdem, juxta diſpoſitionem Abbatiſſæ, infirmitatis ſuæ tempore in infirmitorio loqui poſſunt. Sorores autem & ſervientes a feſto Exaltationis ſanctæ Crucis, uſque ad feſtum Reſurrectionis Dominicæ continuum ſervent jejunium, diebus Dominicis, beati Michaëlis, beati Franciſci, omnium Sanctorum, Nativitatis Domini, cum duobus immediate ſequentibus diebus, nec non Epiphaniæ & Purificationis exceptis. Verum a Reſurrectione dominica, uſque ad Exaltationem ſanctæ Crucis, niſi ſexta feria & jejuniis ſtatutis univerſaliter ab Eccleſia jejunare minime teneantur. Vino quoque & piſcibus, ovis, caſeo, & lacticiniis, aliiſque pulmentis licite poſſunt uti. Ab adventu tamen uſque ad Nativitatem Domini, majori Quadrageſima, nec non & ſexta feria & jejuniis jejunialibus ab Eccleſia generaliter inſtitutis, ovis, caſeo ceteriſque lacticiniis non utantur. Cum ſervientibus tamen Sororibus circa jejunium, præterquam in Adventu & Quadrageſima majori, & ſexta feria, ac aliis jejuniis generaliter ab Eccleſia inſtitutis, poſſit Abbatiſſa miſericorditer diſpenſare. Præfatam autem jejunii & abſtinentiæ legem adoleſcentulæ infra decimum quartum annum, vel anus ſeu debiles obſervare minime teneantur, quibus ſecundum eorum imbecillitatem, tam in carnibus, quam in neceſſariis aliis poſſint miſericorditer provideri. Sanæ quoque jejunare non tenentur minutionis ſuæ tempore extra majorem Quadrageſimam, &*

Profeſſionis Formula.

Modus divina perſolvendi preſcribitur.

Aut ſtudio, aut labore Sorores occupentur.

In locutoriis quæ cautela ſervanda.

Et dum Sacerdoti cõfitentur peccata.

De Silentio.

Et jejunio ſervando.

Tẽpora quibus jejunare non tenentur.

ſextam feriam, adventum Domini, & jejunia ab Eccleſia generaliter inſtituta. Caveat tamen Abbatiſſa, ne ultra quater in anno minutionem permittat communiter celebrari, niſi manifeſta neceſſitas plus requirat, nec a perſona extranea, maxime vero minutionem accipiant aliqua ratione, ubi commode poterit evitari.

De Infirmis.

De infirmis vero cura & maxima diligentia habeatur, & ſecundum quod poſſibile fuerit, & decreverit tam in cibariis quæ earum requirit infirmitas, quam in aliis etiam neceſſariis in fervore caritatis benigne ac ſollicite eis per omnia ſerviatur. Quæ vero infirmæ, proprium habeant locum, ſi unquam fieri poteſt, ubi a ſanis maneant ſeparatæ, ne illarum ordinem & quietem confundere valeant, vel turbare.

Forma indumentorum.

Unaquæque Soror, præter cilicium vel ſtamineam, ſi habuerit duas tunicas, vel etiam plures ſecundum quod viſum fuerit Abbatiſſæ, habere valeat & mantellum longitudinis & latitudinis congruentis, & hæc indumenta ſint de panno vili tam pretio quam colore, juxta diverſarum conſuetudinem regionum. Pro cingulo autem chordam habeant, exceptis Sororibus ſervientibus, quæ cingulum portent laneum & non chordam. Habeant & ſcapularia ſine caputio de levi & religioſo panno, vel ſtaminea amplitudinis & longitudinis congruentis, ſicut uniuſcujuſque qualitas exigit, vel menſura, quibus induantur cum laborant, vel aliquid tale agunt quod pallia congrue geſtare non poſſunt. Si tamen illæ ſimul habere voluerint cum mantellis, vel etiam jacere cum ipſis minime prohibentur. Poſſunt & ſine ipſis aliquando eſſe ſi viſum fuerit Abbatiſſæ, cum forte propter calorem nimium, vel aliquid aliud eis gravia multum fuerint ad portandum. Vittis aut peplis omnino albis non tamen cunoſis capita ſua cooperiant uniformiter & honeſte, ita quod frons, genæ & collum ſint, ut convenit, cooperta, nec aliter coram extraneis perſonis audeant apparere. Habeant & nigrum velum extenſum ſuper capita ita amplum & longum, quod ex unaquaque parte deſcendat uſque ad ſcapulas, & retro parvum ultra tunicæ caputium protendatur. Sorores vero novitiæ album velum tantum ejuſdem menſuræ debeant deportare. Servientes autem Sorores pannum lineum album ad modum tunicæ ſuper capita ſua deferant tantæ longitudinis & amplitudinis, quod ipſas ſpatulas atque pectus, præcipue cum exeunt, valeant operire.

Dormitorii deſignatio.

Omnes Sorores ſanæ, tam Abbatiſſa quam aliæ jacere in communi dormitorio teneantur, & quælibet per ſe lectum habeat ab invicem ſeparatum; lectus tamen Abbatiſſæ in tali loco dormitorii diſponatur, quod in ceteros dormitorii lectos ſine obſtaculo ſi poſſibile eſt, valeat intueri. Liceat autem unicuique habere ſacconem de palea vel de ſæno, & cervical cum panno lineo ſuperpoſito, quod de ſæno, ſeu palea aut lana, ſeu etiam pluma eſſe poterit, juxta quod Abbatiſſa judicaverit faciendum. Habeant etiam honeſta coopertoria lanea ſive cultras religioſas, cum lanea habere nequiverint, congruenter lampas inſuper de nocte accenſa, ſemper in medio dormitorii habeatur. Capillos ſuos tondeant uſque ad aures certis temporibus communiter, nec aliqua de cetero tonſoretur, niſi evidenti infirmitate corporis exigente.

Omnibus in Monaſterio interdictus ingreſſus.

De ingreſſu perſonarum in Monaſterium, firmiter & diſtricte præcipimus, ut nulla unquam Abbatiſſa, vel ejus Sorores aliquam perſonam religioſam ſeu ſæcularem, aut cujuslibet dignitatis in Monaſterio intrare permittant; nec omnino hoc alicui liceat, niſi cui & de quibus conceſſum fuerit a Sede Apoſtolica, vel a Generali ſeu Provincialibus Miniſtris Ordin. Fratrum Minorum, in quorum Provinciis Monaſteria ipſa conſiſtunt.

Aliquorum exceptio in caſu neceſſit.

Excipiuntur autem a dicta ingrediendi lege medicus & minutor cauſa multum gravis infirmitatis, qui non abſque duobus ſociis honeſtis de familia Monaſterii introducantur, expedito negotio hujuſmodi, celeriter egreſſuri, nec ab invicem intra Monaſterium ſeparentur; nec non illi quos occa-

occaſione incendii vel ruinæ, ſeu alterius periculi vel diſpendii, ſeu pro tuendis a violentia quorumlibet Monaſterio vel perſonis, aut pro aliquo opere exercendo, quod commode extra Monaſterium fieri non poteſt, neceſſitas exegerit introire. Nulli tamen perſonæ extraneæ intra Monaſterii Clauſtrum liceat comedere vel dormire, ſed & ſi quis de Cardinalibus ad aliquod Monaſterium hujus religionis venerit, & in illud voluerit ingredi, cum reverentia quidem & devotione ſuſcipiatur, ſed rogetur, ut cum uno, vel duobus honeſtioribus quidem ſociis debeat introire; duobus vel tribus tantum religioſis & honeſtis ſociis ſit contentus. Quod ſi forte pro benedictione vel conſecratione Sororum, vel alio etiam modo conceſſum alicui Epiſc. fuerit Miſſam interius aliquando celebrare, quam paucioribus & honeſtioribus potuerit, contentus ſit miniſtris: & hoc ipſum rarius alicui concedatur. Nulla tamen omnino loquatur cum aliquo, niſi prætacto modo ſive infirma fuerit ſive ſana. Illud ſane præcipue caveatur, ut ii quibus aliquando fuerit concedendum in Monaſterium ingredi, tales ſint, de quorum verbis & moribus nec non vita & habitu ædificari valeant intuentes, & materia juſti ſcandali exinde nequeat generari.

Capellani conditiones, & munia.

Ubi vero proprius fuerit Capellanus, habitu & vita religioſus ſit ac bonæ famæ; nec multum juvenis, nec non idoneæ ſit ætatis. Qui Capellanus, cum aliqua Sororum gravi corporis infirmitate detenta, viſa fuerit tendere ad extrema, & neceſſe habuerit confiteri, vel Dominici Corporis accipere Sacramenta, alba ſtola & manipulo ingrediatur indutus, & audita confeſſione, vel Dominici Corporis tradito Sacramento, ſic indutus ut ingreſſus eſt exeat, nec moram ibi faciat longiorem. Caveant etiam, ut quamdiu intra Monaſterium fuerint, nullatenus ab invicem ſeparentur, quin ſemper mutuo poſſint libere ſe videre. Sic ſe etiam habeat in animæ commendatione. Porro ad exequias circa ſepulturam agendas non ingrediatur clauſtrum, ſed exterius in Capella, quæ ad illud officium pertinent, exequatur; tamen ſi Abbatiſſæ viſum fuerit, quod ad exequias debeat introire, modo ſupraſcripto indutus intret, & ſepulta mortua, exeat ſine aliqua mora. Si autem neceſſe fuerit, ut ad aperiendam ſeu præparandam ſepulturam, ſeu certe poſtmodum coaptandam ingrediatur, ſit ei vel alicui alii ad hoc idoneo & honeſto licitum introire; aliter vero Monaſterium ingredi non præſumat, ſed cum aliqua ſibi de confeſſione loqui voluerit, per locutorium eam audiat, & per illud eidem ipſe loquatur. Quæ vero proprium non habuerint Capellanum, a quolibet bonæ famæ, & honeſtæ vitæ presbytero Miſſam audire poſſunt. Pœnitentiam autem, atque Dominici corporis Sacramenta tantum a Fratribus Ordinis Minorum dumtaxat recipiant, niſi in periculoſæ neceſſitatis articulo aliqua conſtituta pro his habere copiam Fratrum nequiverit prædictorum. Volumus etiam, ut in muro, qui Sorores dividit a Capella, congruentis formæ cratis ferrea collocetur, cui crati pannus lineus niger interius taliter apponatur, ut nulla inde valeat exterius aliquid intueri.

Murum diviſorium Monaſterii. Feneſtella pro ſanctiſſima communione.

Habeat & oſtia lignea ex parte Sororum cum ſeris ferreis, atque clavi, ut maneant ſemper clauſa pariter & firmata, & non aperiatur, niſi cum divinum celebratur officium, vel ad audiendum aliquando verbum Dei, proponendum ſibi exterius in capella per idoneam & honeſtam perſonam, & nemo alias per dictam cratem loquatur, niſi forte aliquando cauſa rationabili, vel neceſſaria exigente, alicui raro fuerit concedendum. Et quandocumque aliquam perſonam extraneam ad eas ingredi, vel alias per cratem eis loqui contigerit, tegant facies ſuas cum modeſtia, & inclinent, prout religionis convenit honeſtati.

Viſitator quomodo ſe debeat gerere.

Pro communione autem certis temporibus recipienda, ubi neceſſe fuerit, feneſtra parvula fiat cum oſtiolo de lamina ferrea, ſera, & clave ſemper firmato, per quam calix

Digitized by Google

calix poſſit dari congrue, & miniſtrari Dominici corporis Sacramentum, & tantum diſtet a terra, quod ſacerdos commode illud miniſterium inde valeat exhibere. De viſitatore hujus religionis, illud eſt ſollicite providendum, ut quicumque, vel generalis, vel etiam alicubi aliquando ſpecialis conſtituendus fuerit Viſitator, talis debet conſtitui, de cujus religioſa vita, & moribus, atque fide notitia plena, & ſecuritas habeatur. Qui cum ad Monaſterium aliquod veniens fuerit introgreſſus, ſic ſe per omnia exhibeat & oſtendat, ut omnes de bono ad melius provocet, & ad Dei amorem, & inter ſe mutuam caritatem ſemper inflammet, pariter & accendat; & quando Monaſterii clauſtra ad viſitandum intraverit, duos religioſos & idoneos ſocios ſecum ducat: qui videlicet ſocii ſimul maneant, & dum fuerint intra clauſtrum ab invicem nullatenus ſeparentur. Sane de Sororum ſtatu, & obſervantia ſuæ Religionis ab omnibus generaliter, & ſpecialiter a ſingulis inquirat ſtudioſius veritatem, & ubi aliquid reformandum, vel corrigendum invenerit, zelo caritatis, & amore juſtitiæ, cum diſcretione corrigat & reformet, tam in capite, quam in membris, ſicut melius viderit expedire. Modum autem loquendi cuſtodiat ſupraſcriptum, ut videlicet, aut cum omnibus, aut cum pluribus ſimul loquatur, vel ſecrete cum una, aliis tamen ad minus duabus in aſpectu ejus non longe ſedentibus, ut per omnia bonæ famæ integritas conſervetur, niſi ad locutorium, cum una vel pluribus loqui voluerit de iis, quæ ad officium ſuum pertinere noſcuntur. Caveat autem Abbatiſſa, ne a ſe, vel ab aliis Sororibus, ſtatus ſui Monaſterii Viſitatori, aliquatenus abſcondatur, quia malum eſſet inditium, & offenſa graviter punienda: imo volumus & mandamus, ut ei quæ ſecundum vitæ ſuæ formam ſtatuenda, vel emendanda fuerint, publice ac privatim, ſicut melius fuerit faciendum, Viſitatori diligenter ſuggerant, & proponant, cui teneantur in omnibus firmiter obedire. Quæ autem aliter fecerint, a Viſitatore, tam Abbatiſſa, quam aliæ digne, prout convenit, puniantur. Similiter & Capellanus ſi in aliquo reprehenſibilis fuerit, in quo convenienter non poſſit, nec debeat ſupportari, monitione præmiſſa, a Viſitatore modeſte, ac rationabiliter, ſicut decuerit, corrigatur. Si vero noluerit, vel contempſerit emendare, a Monaſterio per eumdem removeatur omnino. Statuimus inſuper, quod Generalis, & Provinciales Miniſtri dicti Ordinis dumtaxat, per ſe, vel per alios idoneos ſuos Fratres in generali Capitulo deputatos ab ipſis, vobis tam in capite, quam in membris officium viſitationis impendant; poſſint tamen Generalis, & Provincialis prætacti in Provinciis ſuis ex cauſa, ſpecialem Viſitatorem interdum de Fratribus ſibi commiſſis ad hoc idoneum deſtinare, juxta formam ab univerſitate Miniſtrorum traditam in Capitulo generali. In quolibet Monaſterio unum tantum oſtium habeatur ad intrandum clauſtrum, & exeundum cum oportuerit, juxta legem de ingreſſu & egreſſu poſitam in hac forma, & iſtud oſtium fiat in ſublimi quanto magis fieri poterit congruenter, ita quod ad ipſum per ſcalam levatoriam exterius aſcendatur, quæ ſcala per catenam ferream ex parte Sororum ſtudioſe ligatam a completorio dicto, uſque ad Primam diei ſequentis continue ſit ſuſpenſa, & tempore diurnæ dormitionis, & viſitationis, niſi aliud interdum evidens requirat neceſſitas, vel utilitas manifeſta. Ad prætactum autem oſtium cuſtodiendum aliqua talis ex Sororibus deputetur, quæ omnino Deum timeat, quæ ſit matura moribus, ſit diligens & diſcreta, ſitque convenientis ætatis, quæ unam ipſius oſtii clavem ſic diligenter cuſtodiat, ut numquam ea, vel ejus ſocia ignorante, oſtium aliquando valeat aperiri; reliquam vero clavem diverſam ab alia cuſtodiat Abbatiſſa, ſit & alia æque idonea ei ſocia deputata, quæ ejus vicem in omnibus exequatur, cum ipſa ali-

Nil Viſitatori occultandum quod ad Monaſter. pertineat.

Defectus corrigendi, & quorum.

Soli Miniſtri, vel eorumCommiſſarii poſſunt Moniales viſitare.

Unum tantum Oſtium in Monaſterio, & quomodo cuſtodiendum.

Digitized by Google

aliqua rationabili cauſa, vel occupatione neceſſaria occupata fuerit & detenta. Caveant autem ſtudioſiſſime & procurent, ne umquam oſtium ſtet apertum, niſi tantum quantum minus fieri poterit congruenter. Sit autem oſtium ſeris ferreis, cum valvis & repagulis optime communitum, & ſine cuſtodia apertum minime dimittatur, nec etiam clauſum, niſi una clave in die, & in nocte duabus ſit firmiter obſeratum, nec omni pulſanti aperiatur ſtatim, niſi prius indubitanter cognoverit, quod talis ſit cui ſine dubitatione aliqua ſecundum mandatum, quod in eadem forma de ingreſſuris ſuperius continetur debeat aperiri. Quod ſi aliquando intra Monaſterium opus aliquod fuerit faciendum, ad quod agendum ſeculares aliquos, vel quaſcumque perſonas alias oporteat introire, provideat Abbatiſſa ſollicite, ut tunc, dum opus ſcilicet exercetur, aliqua alia perſona conveniens ad cuſtodiendum oſtium ſtatuatur, quæ ſic perſonis ad opus deputatis aperiat, quod alias intrare penitus non permittat. Nam Sorores ipſæ, & tunc & ſemper quantumcumque rationabiliter prævalent, ſtudioſiſſime caveant ne a ſecularibus, vel perſonis extraneis videantur. Ceterum cum præfatum oſtium pro aliis aperiri nolimus, niſi pro illis tantum quæ per rotam, vel aliunde decenter nequeunt expediri, mandamus quatenus quod in ſingulis Monaſteriis in loco competenti rota una fortis fieri debeat latitudinis, & altitudinis, per quam neceſſaria, tam intus, quam exterius miniſtrentur, & taliter diſponatur, quod per eam nec intus, nec extra valeat aliquis intueri. Ex utraque etiam parte oſtiolum fiat validum, quod de nocte, & in æſtate tempore dormitionis ſeris, & clavibus ferreis clauſum & firmatum debeat permanere. Ad cujus cuſtodiam pro expediendis neceſſariis per eamdem unam Sororem diſcretam, ſecuram, & maturam, tam moribus, quam ætate, quæ Monaſterii diligat honeſtatem, conſtituat Abbatiſſa, cui ſoli, vel deputatæ ſibi ſociæ, cum congrue non poterit intereſſe, loqui ibidem & reſpondere liceat ſuper iis, quæ ad ſuum officium pertinebunt. Locutorium autem commune in capella, vel potius in clauſtro ubi commodius & honeſtius fieri poterit, diſponatur, ne, ſi forte fieret in capella, pacem orantium inquietet. Ipſum vero locutorium ſit congruæ quantitatis de lamina ferrea ſubtiliter perforata, & taliter clavibus fortibus coaptata, quod numquam valeat aperiri, cui pannus niger lineus interius taliter apponatur, quod ipſæ videre extra non valeant nec videri. Ad iſtud locutorium a Completorio, quod dici debet tempore competenti, uſque poſt Primam diei ſequentis, ſeu tempore comeſtionis, vel dormitionis in æſtate, aut quando officium celebratur, niſi pro cauſa adeo rationabili, vel neceſſaria, quæ commode differri non poſſit, nulli licitum erit loqui. Quandocumque vero in conceſſis temporibus aliquam, vel aliquem habuerit, ubi loqui, cum modeſtia, & maturitate loquentes, breviter ſe expediant, prout decet. De ſervientibus Sororibus, quæ ſemper manere clauſæ ſicut aliæ non tenentur, diſtrictius volumus obſervari, ut ſine licentia nulla clauſtrum egrediatur, & quæ emittuntur honeſtæ ſint, & convenientis ætatis, & calceamentis honeſtis, tam ipſæ, quam Sorores illæ quas aliquando emitti contigerit, pro caſibus ſupraſcriptis calceatæ incedant. Ceteris autem intus manentibus, ſi voluerint liceat iſtud idem. Egredientibus vero aſſignetur certus terminus redeundi. Nec alicui ipſarum concedi tur extra Monaſterium ſine ſpeciali licentia comedere, bibere, vel dormire, nec ab invicem ſeparari, vel alicui in ſecreto, ſeu Capellani Monaſterii, aut Converſorum, vel Fratrum ibidem morantium domicilium introire. Quod ſi aliqua contrarium fecerit, graviter puniatur. Et ſollicite caveant, ne ad loca ſuſpecta divertant, vel cum perſonis malæ famæ familiaritatem habeant, nec in ſuo reditu ſecularia, vel inutilia Sororibus referant, per quæ

Rota facienda cum præſcriptis conditionibus.

Locutorium etiam quomodo conſtruendum.

Sororum ſervientium qualitates.

Quomodo ſe debeant gerere extra Clauſtra.

quæ diſſolvi valeant, vel turbari; & quamdiu extra fuerint, taliter ſtudeant ſe habere, quod de converſatione honeſta ipſarum ædificari valeant intuentes, & quidquid eis datum fuerit, vel promiſſum, reſignent & renuncient Abbatiſſæ, vel alii, cui hæc commiſerit vices ſuas.

Licet Monialibus poſſeſſiones in communi recipere.

Ad hæc liceat vobis in communi redditus, & poſſeſſiones recipere & habere, ac ea libere retinere, pro quibus poſſeſſionibus modo debito pertractandis procurator unus prudens pariter & fidelis in ſingulis Monaſteriis veſtri Ordinis habeatur quandocumque expedire videbitur, qui per Viſitatorem conſtitui & amoveri debeat, ſicut viderit expedire.

Viſitator nequit bona Monaſter. alienare.

Hic vero taliter conſtitutus de omnibus ſibi commiſſis, receptis pariter & expenſis Abbatiſſæ, & tribus aliis Sororibus ad hoc ſpecialiter aſſignatis, & Viſitatori, cum voluerit, rationem reddere teneatur; & nihil omnino de rebus Monaſterii vendere, commutare, obligare, vel alienare quoquo modo valeat, niſi de licentia Abbatiſſæ, pariter & Conventus, & quidquid contra hoc fuerit attentatum, irritum decernimus & inane. Poſſit tamen de mobilibus parum valentibus aliqua parva, ex cauſa licita interdum aliis elargiri.

Hæc monita ſéper obſerv.

Verum ne ab obſervatione præſentis formulæ breviter ſupraſcriptæ, quam uniformiter ubique ab omnibus volumus & mandamus diligentius obſervari, pro defectu certi regiminis in poſterum recedere vos contingat, aut ſub diverſorum magiſterio vivendi modos incurrere differentes:

Debent Monaſt. ſemper ſub regim. Miniſtrorum permanere.

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum curam veſtri, & omnium Monaſteriorum veſtri Ordinis plene in omnibus præſentium auctoritate committimus. Statuentes, ut ſub eorum, & aliquorum, qui pro tempore Miniſtri fuerint, obedientia, regimine & doctrina debeatis de cetero permanere, quibus teneamini firmiter obedire. Et ipſi animarum veſtrarum ſollicitudinem gerentes, & curam eiſdem Monaſteriis, per ſe, vel per alios Fratres ſuos, ad hoc idoneos, ſecundum formam prætactam deputatos ab ipſis quotiens expedire viderint, viſitationis officium impendere ſtudeant, corrigendo & reformando ibidem, tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, ſeu reformationis officio noverint indigere. Inſtituant nihilominus, & deſtituant, mutent, & ordinent, prout ſecundum Deum viderint expedire.

Electio Abbat. ad Conv. pertinet, & confirm. ad Miniſtros.

Electio tamen Abbatiſſæ libere pertineat ad Conventum. Confirmatio vero ipſius, & infirmatio fiat per Generalem Miniſtrum, ſi aderit in Provincia, & in ejus abſentia per Provincialem illius Provinciæ, in qua Monaſterium fuerit conſtructum. Confeſſiones veſtras audiant, & miniſtrent vobis Eccleſiaſtica ſacramenta. Et ne pro eo, quod in veſtris Monaſteriis Fratres dicti Ordinis reſidere non tenentur, continue pro defectu ſacerdotis poſſit periculum imminere, ad confeſſiones veſtras in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda Sacramenta prætacta, nec non divina officia celebranda deputent aliquos diſcretos & providos Capellanos.

Nullum Monaſterium, abſque Capit. gen. licentia ædificandum.

Nec aliquod Monaſterium veſtri Ordinis de cetero ab aliquo inchoetur ſine Capituli generalis Ordinis memorati licentia, & aſſenſu. Capellanus & Converſi ſecundum diſpoſitionem Viſitatoris promittant obedientiam Abbatiſſæ, voventes loci ſtabilitatem, & perpetuo vivere ſine proprio, & in caſtitate: liceat tamen Viſitatori, tam Capellanum, & ſervientes Sorores, quam Converſos pro evidenti neceſſitate, aut manifeſta utilitate de uno Monaſterio ad aliud tranſmutare, jejunium ſervare debeant ut Sorores. Liceat tamen Abbatiſ. ſuper hoc cum eis æſtus, vel itineris, vel laboris alterius, ſeu alia quavis rationabili cauſa miſericorditer diſpenſare.

Habitus Converſorũ ſervientium.

Tunicas de vili panno, juxta eorum indigentiam habere valeant ſine caputio, quarum manicæ ſint breves & strictæ tantummodo circa manus: longitudo autem tunicarum ſit talis, quod a cavilla pedum diſtent ſpatio quatuor digitorum. Pro cingulo vero corrigiam honeſtam ha-

beant

beant cum cultello, caparonem etiam ſuper tunicas portent, cujus longitudo genu aliquantulum tranſeat, & amplitudo uſque ad cubitos protendatur. Minoris tamen latitudinis caparonem ſi voluerit habere, poterit Capellanus, qui capa etiam honeſta uti poterit cum fuerit opportunum. Calceamenta cum caligis & braccis ampla & alta habeant, & ante fiſſa, & idem officium faciant converſi, quod ſuperius de Sororibus neſcientibus litteras eſt expreſſum, excepto quod ad officium beatæ Virginis minime teneantur. Informationi etiam, & correctioni Viſitatoris converſi, & Capellanus per omnia ſint ſubjecti, cui teneantur firmiter obedire. Capellanus, & Converſi Viſitatori ſubjecti.

Nulli ergo noſtræ conceſsionis, & conſtitutionis &c. Si quis autem &c. Datum Lugduni VIII. Idus Auguſti anno V.

LXIV.

Quod nullus Prælatus aliquem Fratrem ſibi aſſumere poſſit in ſocium ſine Generalis, vel Provincialis Miniſtri licentia. Reg. Vatic. epiſt. 112.

Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac Fratribus Ordinis Minorum.

Petitionibus veſtris, tam piis, quam providis paternæ benignitatis gratia, quæ filiis utiliora proſpicit, aſſenſum benevolum impendentes, ut nullus legatus, niſi de latere, noſtro, miſſus auctoritate litterarum Sedis Apoſtolicæ, de cetero impetrandarum ſpecialem de præſentibus non facientium mentionem, aut Prælatus aliquis de Fratribus veſtri Ordinis ad ſua, ſeu Eccleſiæ negotia procuranda, vel ſecum manendum aliquos aſſumere valeat, niſi quos Generalis, vel Provincialis Miniſter eorum, tamquam idoneos & diſcretos ſibi duxerit aſſignandos, quos ſubjacere volumus Ordinis diſciplinæ auctoritate vobis præſentium indulgemus.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis &c. Datum Lugduni Idibus Auguſti anno V.

LXV.

Concedit Miniſtris auctoritatem inſtituendi Syndicos, & Procuratores. Reg. Vat. epiſt. 111. Roderig. bullar. bull. 6.

Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. Quanto ſtudioſius divinæ contemplationi vacatis Domino famulando, tanto quieti veſtræ libentius providemus, ne pedes quos laviſſe videmini, affectu & effectu omnia relinquendo, cogamini, quod abſit, iterum inquinare.

§. II. Cum enim ſicut lecta nobis veſtra petitio continebat, de rebus omnibus Ordini veſtro conceſſis, vel in poſterum concedendis, per vos ipſos, prout exigit frequenter neceſſitas, & juxta veſtri Ordinis inſtituta, diſponere nequeatis, nec velitis pro conſcientiarum veſtrarum puritate ſervanda, ne vobis odioſa vagandi tribuatur materia, ſed oporteat vos propter hoc ſemper ad Sedem Apoſtolicam, ad quam rerum ipſarum ſpectat proprietas, habere recurſum; nos quieti dicti Ordinis, & neceſſitatibus veſtris paterna volentes ſollicitudine providere, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut ſingulis veſtrum liceat in Provinciis eis commiſſis, per ſe, vel per alios Fratres ſuos, quibus id duxerint

committendum conſtituere aliquos viros idoneos Deum timentes, qui pro locorum indigentia ſingulorum, res hujuſmodi, tam conceſſas, quam etiam conferendas auctoritate noſtra libere petere, vendere, commutare, alienare, tractare, expendere, vel permutare, ac in uſum Fratrum convertere valeant, ſecundum diſpoſitionem veſtram pro neceſſitatibus, vel commodis Fratrum Ordinis memorati, ſicut vobis pro loco & tempore videbitur expedire; liceat quoque vobis eoſdem viros ſic conſtitutos a vobis amovere, alioſque ad præmiſſa exequenda ſine difficultate qualibet ſubrogare, quotiens videritis opportunum.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Si quis &c. Datum Lugduni XIV. Kalend. Septembris anno V.

LXVI.

Confirmat Sororibus ſancti Damiani Faventin. donationem Alberti Epiſcopi Faventini. Reg. Vatic. epiſt. 242.

Abbatiſſæ, & Conventui Pauperum Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Mariæ de Virginibus Ordinis ſancti Damiani Faventin. Diœceſis.

Vide Conſt. 46. fol. 468.

SOlet annuere Sedes Apoſtolica &c. uſque *impertiri*. In litteris ſiquidem bon. mem. Alberti Faventin. Epiſcopi perſpeximus contineri, quod ipſe, divinæ pietatis obtentu Monaſterium veſtrum, cum perſonis, & poſſeſſionibus ſuis ab omni Epiſcopali jure, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus duxit perpetuo eximendum, nihil ſibi præter Eccleſiaſtica ſacramenta, & unam libram ceræ annis ſingulis reſervando. Verum cum Favent. Canonici moniti, & rogati, ſuum ſuper hoc noluerint præſtare conſenſum: nos ad inſtar piæ record. Gregorii prædeceſſoris noſtri, de poteſtatis plenitudine, illorum ſupplentes in hac parte defectum, veſtris piis precibus inclinati, quod ſuper hoc factum eſt in hac parte ab Epiſcopo memorato, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Non obſtante ſi libertatis indulta, quæ ab Epiſcopo ſimul & Capitulo prius conceſſa ſunt, vobis in his contradicere in aliquo videantur.

Nulli ergo noſtræ ſuppletionis, & confirmationis &c. Datum Lugduni VII. Kalend. Septembris anno V.

LXVII.

Confirmat compoſitionem factam per Cardinalem ſanctæ Sabinæ inter Epiſcopum, & Capitulum Pampilonen. & Fratres Minores. Reg. Vatic. epiſt. 206.

Miniſtro, & Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Pampilonen.

Præfatio.

§. I. PLantatus olim in agro Eccleſiæ videtur Ordo ſic a ſuis primordiis, gratia operante divina, laudabilibus incrementis ſucceſſive profecit, quod aſſidue flores proferens copioſius honeſtatis, & producens liberius fructus vitæ, inter alia plantaria Dominica, puritate converſationis, ſcientiæ dono, & virtutis merito dignoſcitur ſpecialiter inſignitus. Unde nos in agro ipſo cultores, licet immeriti, a Domino deputati, eumdem Ordinem grandi proſequi favore proponimus, & exaltationem ipſius jugis diligentiæ ſtudio multipliciter procurare, ut Apoſto

Digitized by Google

ſtolicæ gratiæ rore continue irroratus, majoribus ſemper Deo tribuente conſurgat, & dilatetur augmentis.

§. II. Hinc eſt quod cum inter vos ex parte una, & Venerabilem Fratrem noſtrum Epiſcopum, ac dilectos filios Capitulum Pampilonen. ex altera ſuper quibuſdam articulis materia fuerit diſſenſionis exorta, & dilectus filius noſter H. tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis, de noſtro beneplacito & mandato inter vos, & eoſdem Epiſcopum & Capitulum amicabiliter duxerit componendum: nos veſtris ſupplicationibus inclinati, cupientes veſtræ providere quieti, ut pacis auctori poſſitis devotius famulari, compoſitionem hujuſmodi auctoritate Apoſtolica confirmantes, & ejuſdem defectum Capituli, cum ipſius non fuerit in eadem compoſitione requiſitus aſſenſus, ſupplentes de plenitudine poteſtatis, eadem auctoritate ſtatuimus in virtute obedientiæ, tenore præſentium diſtrictius injungendo, ut prætacta compoſitio perpetuis temporibus hinc inde inviolabiliter obſervetur. Decernentes irritum & inane quidquid contra compoſitionem eamdem, per quamcumque partium in poſterum contigerit attentari. Tenorem autem compoſitionis ipſius de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, qui talis eſt.

Contentio inter Minor. & Epiſc. Pampilon. exorta.

Compoſitio ſtacta perpetuo ſervanda.

§. III. *Univerſis præſentes litteras inſpecturis Fr. H. divina miſeratione tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis, ſalutem in Domino ſempiternam. Orta olim, faciente humani generis inimico, inter Venerabilem Patrem Epiſcopum & Capitulum Pampilonen. ex parte una, & dilectos in Chriſto filios Miniſtrum, & Fratres Minores loci ejuſdem, ex altera materia quæſtionis, ſuper eo quod dicti Fratres de loco ſancti Petri de Ripis, in quo hactenus morabantur, ad locum extra portam ſancti Laurentii Pampilonen. in quo nunc ipſi Fratres morantur auctoritate Apoſtolica ſe tranſtulerint: Epiſcopo & Capitulo, prædictis aſſerentibus, hoc in ſuum prajudicium redundare, cum Dominus Papa ſuper eodem negotio Venerabili Patri Tarraconen. Archiepiſcopo & Cæſarauguſtan. Epiſcopo primo, ac poſtmodum eidem Cæſarauguſtan. Epiſcopo conſervationem Fratrum contra malefactores, moleſtatores, & invaſores, ac rebelles litteris Apoſtolicis duxerit committendam, prout in ipſius litteris Apoſtolicis plenius continetur, tamdem nondum ſopita diſcordia, ad Dominum Papam denuo querimonia eſt delata, qui volens finem imponi litibus, & partium providere quieti, præſentibus memoratis Epiſcopo, & Fratribus nobis viva voce commiſit, ut inter eos compoſitionem amicabilem faceremus, remanentibus in ſuo robore litteris eiſdem Fratribus ſuper ipſo negotio a Sede Apoſtolica conceſſis. Nos vero hujuſmodi mandato recepto, de conſenſu Epiſcopi, & Fratrum taliter ordinamus, quod Epiſcopus & Capitulum Pampilonen. prætactos Fratres familiares amicos, & benefactores eorum ad gratiam & bonam voluntatem ſuam admittant, qui videbantur occaſione iſtius diſcordiæ deſtituti, & dimittant eis omnem rancorem, malevolentiam & offenſam, & non gravent eos, nec cauſam quærant aliquam de cetero occaſione hujuſmodi aggravandi. Volumus etiam, quod dictus Epiſcopus eoſdem Fratres per ſuas patentes litteras recommendet Clero & populo Civitatis Pampilonen. & diœc. univerſæ: ſignificans per eaſdem, quod eos & nominatos benefactores, amicos, & familiares eorum ad pacem & gratiam ſuam admiſit, & benevolentiam & amorem. Item volumus & mandamus, quod in jam dicto loco novo, extra portam ſancti Laurentii Pampilonen. qui ipſis Fratribus a Sede Apoſtolica eſt conceſſus, prætacti Epiſcopus & Capitulum permittant eoſdem Fratres remanere libere, pacifice, & quiete, & conſtruere ibidem Eccleſiam, & alia ædificia eorum uſibus opportuna. Præte-*

Compoſitionis tenor.

Digitized by Google

terea cum dicti Fratres occaſione iſtius diſcordiæ, tam in libris, quam in aliis rebus damna non modica, ſicut aſſerunt, ſint perpeſſi, mandamus, ut prætactus Epiſcopus omnia ablata Fratribus reſtitui plenarie faciat, & ſententiam excommunicationis generaliter proferat in omnes illos, qui res Fratrum aſportaverunt, vel detinent, vel deſtruxerunt, vel conſilium, ſeu auxilium, ut hæc fierent impenderunt, donec Fratribus plenarie fuerit ſatisfactum, etiam omnes illos excommunicationi ſubjiciant, qui ſciunt ubi res Fratrum detinentur, niſi quamcitius commode potuerint Fratribus curaverint revelare, & has ſententias faciat Epiſcopus per Civitatem & diœceſim Pampilonen. in magnis feſtivitatibus, & in generalibus prædicationibus, & in confratriis etiam publicari, quouſque Fratres ſuas res recuperaverint univerſas. Item volumus & mandamus, quod ſi qua de bonis propriis amicis & benefactoribus, ſeu familiaribus Fratrum, tam in communi, quam in ſpeciali occaſione hujuſmodi ablata fuere, prætactus Epiſcopus reſtitui plenarie faciat, & illis in detentores ipſos ſimilem ſententiam proferendo. Ad hæc mortui, qui occaſione iſtius diſcordiæ inſepulti tenentur, omni occaſione, dilatione, ac contradictione ſepoſitis per ſuos ſacerdotes parochiales tradentur Eccleſiaſticæ ſepulturæ. Præterea, ſi quas pœnas ſpirituales, ſeu temporales præfati Epiſcopus, & Capitulum alicui de familiaribus, benefactoribus, ſeu amicis ipſorum Fratrum occaſione iſtius diſcordiæ indixerunt, remittant eaſdem, & illos ad pœnas illas volumus non teneri. Item volumus & mandamus, quod ipſi Fratres ab Epiſcopo & Capitulo ſæpedictis veniam poſtulent, humiliter ſupplicantes, ut ſi quis de Fratribus vel de amicis ipſorum eos in aliquo offenderunt, eis remittant, & Epiſcopus & Capitulum liberaliter annuant poſtulatis, offenſam, ſi qua fuerit, remittentes: ſimiliter Fratres remittant eis omnem rancorem, malevolentiam, & injuriam corporalem, & procurent bona fide, quantum in ipſis eſt, quod familiares amici & benefactores eorum ſimiliter remittant eis omnem rancorem, malevolentiam, injuriam & offenſam. Et cum occaſione iſtius diſcordiæ in prætactos Fratres, & eorum familiares amicos & benefactores per eumdem Epiſcopum, & Canonicos, & alios auctoritate ipſorum, & per Venerabilem Patrem Tarraconen. Archiepiſcopum, & Cæſarauguſtan. Epiſcopum, & alios auctoritate ipſorum in eoſdem Canonicos & alios dicantur excommunicationum plurimæ ſententiæ promulgatæ, & propter bonum pacis, & caritatem inter eos omnimode conſervandam, & ne occaſione ipſarum ſententiarum in quoſcumque, prætextu hujus negotii prolatarum, inter ipſos contingat in poſterum, quod abſit, aliquam materiam diſcordiæ ſuboriri, nos omnes ſententias excommunicationum, ſuſpenſionum, ſeu etiam interdicti quocumque tempore per dictos Epiſcopum, & Canonicos, ſeu per quoſcumque alios ipſorum auctoritate latas in Fratres, & eorum familiares, amicos, & benefactores, ſi quæ fuerint, quacumque de cauſa, ſeu etiam in jam dictos Canonicos Pampilonen. per memoratos Archiepiſcopum Tarraconen. & Cæſarauguſtan. Epiſcopum, ſeu per quoſcumque alios auctoritate ipſorum, & in quaſcumque perſonas alias cujuſcumque conditionis exiſtant, per quoſcumque iſtius diſcordiæ occaſione prolatas ad cautelam, de ſpeciali mandato Domini Papæ, quod ſuper hoc recepimus, relaxamus. In cujus rei teſtimonium, & evidentiam pleniorem præſens ſcriptum ſigilli noſtri fecimus munimine roborari. Datum in Caſtro ſancti Andreæ, juxta Lugdunum XVI. *Kalendas Septembris Pontificatus Domini Innocentii Papæ IV. anno* V.

Nulli ergo noſtræ confirmationis, ſuppletionis, & conſtitutionis &c. Si quis &c. Datum Lugduni IV. Non. Septembris anno V.

LXVIII.

Digitized by Google

LXVIII.

Revocat auctoritatem conceſſam Fratribus particularibus recipiendi quempiam ad Ordinem.

Generali, & univerſis Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum.

QUibuſdam ex Fratribus veſtri Ordinis ad nationes exteras ab Apoſtolica Sede tranſmiſſis conceſſiſſe dicimur, ut volentes habitum veſtræ religionis aſſumere, recipere in Fratres, & conſtituere novas Provincias, ac Miniſtros præficere poſſint ibidem. Cum autem hoc in veſtri redundet detrimentum Ordinis, ſicut fuit propoſitum coram nobis, & intentionis noſtræ fuerit, quod ex conceſſione hujuſmodi Ordini veſtro deberet honor & utilitas procurari. Nos devotionis veſtræ precibus annuentes, ipſam auctoritate præſentium revocamus, & volumus, quod de cetero nullum robur habeat firmitatis.

Nulli ergo noſtræ revocationis &c. Datum Lugduni v. Idus Octobris anno v.

LXIX.

Fratri Rodulpho concedit auctoritatem diſpenſandi cum quodam viro nobili circa plura beneficia habenda. Reg. Vatic. epiſt. 446.

Fratri Rodulpho Anglico de Ordine Fratrum Minorum.

APoſtolicæ Sedis benignitas ſic merita perſonarum provida deliberatione diſcernit &c. uſque *invenitur*. Hinc eſt, quod nos probitatem & nobilitatem dilecti filii Magiſtri Henrici de Batonia Rectoris Eccleſiæ de Timbres bareſwe Bathonien. Diœc. non indigne penſantes, ac volentes ex hoc ſibi gratiam facere ſpecialem, tuis & ipſius ſupplicationibus inclinati mandamus, quatenus cum eo quod præter duo beneficia, quæ obtinet curam habentia animarum, unum aliud beneficium dignitatem, vel perſonatum, ſi ſibi canonice offeratur, etiam ſi ſimilem curam habeat licite recipere, & cum eiſdem obtentis retinere libere valeat, conſtitutione generalis Concilii non obſtante, auctoritate noſtra diſpenſes. Proviſo, ut prætacta beneficia, perſonatus, vel dignitates debitis obſequiis &c. uſque *negligatur*.

Datum Lugduni xiv. Kalend. Januarii anno v.

LXX.

Confirmat privilegium conceſſum a Capitulo Firmano. Regeſt. Vatican. epiſt. 858.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium Incluſarum ſancti Franciſci de Offida Ordinis ſancti Damiani Firman. diœc.

§. I. JUſtis petentium &c. uſque *complere*. Veſtra ſiquidem petitio nobis exhibita continebat, quod Venerabilis frater noſter Firman. Epiſcopus conſiderato, quod in Eccleſia beati Martini prope caſtrum Offidæ, in qua aliquando extitiſtis, propter guerrarum incurſus, non poteratis commode virtutum Domino famulari, mutandi eamdem Eccleſiam cum immunitatibus, libertatibus, juribus, & omnibus bonis ipſius ad lo- *Vide Bull. 14. fol. 411.*

locum alium magis tutum intra dictum Caſtrum Offidæ conceſſerit vobis liberam facultatem, conſenſu Firman. Capituli accedente, prout in litteris prætacti Epiſcopi plenius perſpeximus contineri. Nos itaque veſtris devotis precibus inclinati, quod ab eiſdem Epiſcopo & Capitulo provide factum eſt in hac parte, ratum & gratum habentes, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; litterarum ipſarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt: *Philippus miſeratione divina Firman. Epiſcopus: Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, ac Monialibus incluſis præſentibus & futuris Monaſterii ſancti Franciſci de Offida Firman. diæc. Ordin. ſancti Damiani Aſſiſinaten. ſalutem & benedictionem. Cum propter guerrarum perturbationem, quæ in Marchiam ſupervenit: in Eccleſia ſancti Martini prope caſtrum Offidæ poſita, quam vobis & Monaſterio veſtro, cum omnibus pertinentiis, ſuis hactenus de conſenſu & ſpontanea voluntate totius noſtri Firman. Capituli, & de conſenſu & ſpontanea voluntate bon. mem. Alberti quondam Plebani plebis ſancti Ruſtici Eccleſiæ Firman. ſubjectæ ad ipſam plebem pertinentem, ob reverentiam divinam pia liberalitate conceſſimus permanere ſine periculo, & ibidem Deo ſervire congrue, ſicut propoſuiſtis minime valeatis. Nos hujuſmodi periculum vitare volentes, de conſenſu & ſpontanea voluntate totius prætacti noſtri Firman. Capituli plenam vobis poteſtatem concedimus præſentium auctoritate, ſicut a nobis humiliter poſtulaſtis, & liberam facultatem, qua vos liceat, quoties videritis opportunum, & libere transferre poſſitis prætactam Eccleſiam ſancti Martini, cum omnibus immunitatibus, & libertatibus ſuis, & cum omnibus juribus, & bonis ejuſdem Eccleſiæ præſentibus & futuris in prætactum Monaſterium veſtrum, vel in locum alium quemcumque circa Eccleſiam ſancti Nicolai conſiſtentem intra prætactum caſtrum Offidæ duxeritis eligendum. Inſuper ad memoratam Eccleſiam ſancti Martini conſtruendam primarium lapidem, ſicut opus eſt, noſtris manibus conſignatum per latorem præſentium vobis tranſmittimus per manum Capellani .... auctoritate noſtra ponendum in ejuſdem Eccleſiæ fundamento, cum tempus vobis aderit & facultas. Præterea ad evidentiam omnium prætactorum, & perennem memoriam eorumdem, præſens inſtrumentum ſeu privilegium in publicam formam redigi fecimus per Cambium Notarium Firman. in Palatio prætacti Epiſcopi, qui hoc inſtrumentum, ſeu privilegium fieri rogavit in præſentia Domini Joannis Prioris ſancti Salvatoris, D. Jacobi Capellani ſancti Joannis, D. Berardi Capellani dicti Epiſcopi, D. Petri Capellani ſancti Angeli de Figino, D. Gratiæ Capellani ſanctæ Mariæ de Wultriman, D. Cataldi Præbendati prætacti ſancti Salvatoris, fratris Jacobi, fratris Bondini de Ord. Fratrum Minorum, fratris Bonaventuræ, Petri Tabernarii, D. Joannis Plebani, Joan. Copporii, B. Joan. Canthii, Joannis Notarii, Bernardi Eſculan. Nicolai Romani, & aliorum multorum teſtium ad hæc rogatorum anno Domini* MCCXLI. *menſe Octobris intrante* VIII. *die Martii Indictione* XIV. *Ego Raynaldus Firman. Archipresbyter majoris Eccleſiæ ſupraſcriptis interfui & conſenſi, & propria manu ſcripſi. Ego Tibaldus Firman. Canonicus me ſubſcripſi. Ego Nicolaus Firman. Canonicus ſupradictis interfui & conſenſi & propria manu ſubſcripſi. Ego Maſſus Firman. Canonicus ſupradictis interfui & conſenſi, & propria manu ſubſcripſi. Ego Angelus Firman. Canonicus ſupradictis interfui & conſenſi, & propria manu ſubſcripſi. Et ego Cambius Notarius de civitate Firmana filius quondam Firmonis ſupradictis interfui, & de mandato prædicti Epiſcopi & ſupradicti Capituli, ſicut ſupra plene continetur, ſcripſi & publicavi.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.
Datum Lugduni XII. Kalend. Januarii anno V.

LXXI.

Concedit Gaufrido de Bero quod poſſit tranſire ad milites Templi Hieroſolymitani. Regeſt. Vatic. epiſt. 582.

Gaufrido de Bero quondam Fratri Ordinis Minorum.

TUi qualitate ſtatus audita, dilectus filius noſter H. tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis diſpenſavit locum de ſpeciali mandato noſtro, ut ad Religionem Fratrum Militiæ Templi Hieroſolymitan. tranſire valeas, ibidem ſub ipſorum habitu Domino ſerviturus, prout in litteris Cardinalis ejuſdem inde confectis plenius dicitur contineri. Nos autem tuis ſupplicationibus inclinati, quod ab ipſo in hac parte factum eſt, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.
Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Datum Lugduni XVII. Kalen. Martii anno V.

LXXII.

Jubet ut non ſubtrahatur a Pontifice Zuerinen. Electo confeſſarius a ſe ipſo conceſſus. Ex Reg. Vatic. epiſt. 947.

Miniſtro & Cuſtodi Ordinis Fratrum Minorum.

CUm nos dilecto filio Zuerinen. Electo fratrem Silardum Ordinis veſtri de in Rozche Zuerinen. dioec. in proprium conceſſimus confeſſorem, mandamus quatenus eumdem Fratrem non amoveatis a domo prædicta, quamdiu ad hoc Electo neceſſarius fuerit memorato.
Datum Lugduni III. Kalend. Junii anno V.

LXXIII.

Ne decimas ſolvant ex ſuorum hortorum fructibus, & ſuis ſervis eccleſiaſtica miniſtrent Sacramenta. Ex ipſo authographo.

Dilectis filiis Generali & Provincialibus Miniſtris, ac aliis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ §. I. QUi Deum tota mente diligitis, & animarum profectui continua diligentia deſudatis, debetis ad condignam gratiam experiri promptam, & facilem Sedis Apoſtolicæ pietatem. (*Privilegii æquitas conceſſionis.*)
„ §. II. Cum igitur humilitas veſtra ſibi de latitudine orbis terræ „ nihil præter domos & hortos cum virgultis, præmiorum obtentu cœ„ leſtium, ad uſum ſuum duxerit reſervandum, nos pie volentes, quod „ illorum fructus integre veſtræ paupertatis uſibus applicentur, ut de hor- (*Minoritica Paupertas.* *Poſſunt Minores hortorũ uti fructibus.*)

„ hortis, & virgultis veſtris uſibus deputatis, nullus a vobis decimas „ exigere, vel extorquere præſumat, auctoritate præſentium diſtrictius „ inhibemus.

Fidelibus Sacramenta miniſtrare.

Et mortuos ſepelire.

„ §. III. Ceterum ut ii, qui veſtris immorantur obſequiis, divinæ „ intuitu pietatis, quod in ſalutem animarum vertitur, de veſtris manibus aſſequantur, vobis de ſpeciali gratia indulgemus, ut eis libere „ cuncta miniſtrare poſſitis eccleſiaſtica Sacramenta; & eoſdem cum decedunt in veſtris cœmeteriis ſepelire.

„ Nulli ergo hominum &c. Si quis autem &c. noverit incurſurum.

„ Datum Lugduni VIII. Kalendas Martii anno VII.

LXXIV.

Ut fundando Monaſterio Conſtantienſi Moniales tribuat, & Religioſos. Ex Reg. Vatic. epiſt. 14.

Miniſtro Provinciali Fratrum Minorum Alemaniæ.

„ §. I. CUm venerab. fr.... Epiſcopus Conſtantienſis Monaſterium „ Monialium incluſarum Ordinis ſancti Damiani in parte „ Pontis Conſtantienſis conſtruere deſideret, prout ex parte ipſius fuit „ propoſitum coram nobis; nos ejus in hac parte votis benignis annuentes, præſentium tibi auctoritate in virtute obedientiæ firmiter „ præcipiendo mandamus, quatenus ejuſdem Monaſterii, poſtquam „ inceptum fuerit, curam gerens, ponas ibidem quatuor, vel plures, „ prout eidem Epiſcopo, & tibi viſum fuerit, probatæ vitæ ac religionis expertas, ipſius Ordinis Moniales, faciens per te, vel aliquos Fratres tui Ordinis, quod ad hoc idoneos noveris, eiſdem Monialibus „ celebrare divina, & exhiberi Eccleſiaſtica Sacramenta: & alia omnia, „ quæ in domibus ejuſdem Ordinis ſancti Damiani per Fratres Minores „ conſueverunt hactenus exhiberi.

Mandat Monaſterium extructû de Monialibus provideri.

Quibus Sacramenta, aliaque omnia Fratres miniſtrare teneantur.

Particulæ irritantes.

„ §. II. Non obſtantibus aliquibus ſtatutis, vel indulgentiis, ſeu „ privilegiis, eidem a Sede Apoſtolica conceſſis, per quæ id impediri, „ vel differri poſſit, & de quibus ſpecialem oporteat in præſentibus fieri „ mentionem.

„ Datum Lugduni II. Non. Julii anno VIII.

LXXV.

Dat facultatem reconciliandi Paganos, Hæreticos & Schiſmaticos. Reg. Vatic. epiſt. 15.

Fratribus Ordinis Minorum, in terras Saracenorum, & Paganorum proficiſcentibus.

„ PRo zelo fidei, & pro illuminatione gentium in ignorantiæ, ac „ erroris ambulantium cæcitate, peregrinationem vobis aſſumentibus ad exteras Regiones, præſentium auctoritate concedimus, ut „ proponere verbum Dei, & illarum partium homines, per miniſterium „ exhortationis veſtræ converti ad unitatem Chriſtianæ fidei cupientes, „ recipere, & baptizare poſſitis, & Eccleſiæ ſacroſanctæ filiis aggregare, „ ac eos, qui per apoſtaſiam, ſeu ſchiſma, vel hæreſim a Chriſtiani confeſſione nominis recedentes, inter Saracenos habitant, abſolvere, & recon-

„ reconciliare per gratiam pœnitentiæ ſalutaris; ſi ad obedientiam Ec-
„ cleſiæ Romanæ in humilitatis ſpiritu duxerint redeundum.
„ Datum Lugduni Idibus Julii anno viii.

LXXVI.

Concedit liberam ſepulturam. Reg. Vatic. epiſt. 135.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Antonii Barchinonen. Ordinis ſancti Damiani.

„ CUm a nobis petitur &c. Ea propter, dilectæ in Domino, filiæ ve- *Vide Conſt. 1. Innoc. IV. fol. 421.*
„ ſtris poſtulationibus &c. Sepulturam veſtri Monaſterii liberam
„ eſſe decernimus, ut eorum devotioni &c. qui ſe illic ſepeliri &c. nul-
„ lus obſiſtat.
„ Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis &c. Datum Lugduni iv. Ka-
„ lendas Octobris anno viii.

LXXVII.

Ut Mulieres vagas cogat deponere habitum ſanctæ Claræ Reg. Vat. epiſt. 97.

Episcopo Salamantin.

„ EX parte dilectarum in Chriſto filiarum, Abbatiſſæ, ac Sororum
„ Monaſterii ſanctæ Mariæ Salamantin. Ordinis ſancti Damiani,
„ fuit propoſitum coram nobis, quod quædam mulieres per tuam Civi-
„ tatem & diœceſim diſcurrentes, ſe fore ipſius Ordinis mentiuntur: &
„ ut alii ſuæ aſſertioni majori fide credulitatis accedant, diſcalceatæ
„ vadunt, habitum, & cingulum Monialium ejuſdem Ordinis, vel chor-
„ dulas deferentes. Cum autem prædictæ Abbatiſſæ, & Moniales, ut
„ gratum præſtent Domino famulatum, perpetuo ſint incluſæ, & in
„ ejuſdem Ordinis confuſionem, ac dictarum Abbatiſſæ, & Sororum,
„ prædictarum mulierum Religio ſimulata redundet: præfatæ Abbatiſ-
„ ſa, & Sorores nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ipſis ſuper
„ hoc de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus. Quocirca manda-
„ mus, quatenus ſuper hoc officii tui debitum exequaris. Contradicto-
„ res per cenſuram &c.
„ Datum Lugduni ii. Kalendas Octobris anno viii.

LXXVIII.

Concedit eis liberam ſepulturam. Reg. Vatic. epiſt. 134.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Gratiæ Pampilonen. Ordinis ſancti Damiani.

„ CUm a nobis petitur &c. *effectum*. Ea propter, dilectæ in Domino *Vide ut ſupra.*
„ filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu,
„ ſepulturam Monaſterii veſtri liberam eſſe decernimus, ut eorum de-
„ votioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint,
„ nullus obſiſtat: ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus
„ mortuorum corpora aſſumuntur.
„ Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis &c. Datum Lugduni Idibus
„ Octobris anno viii.

Digitized by Google

LXXIX.

Ut eis reſtituantur per Epiſcopum ablata. Reg. Vatic. epiſt. 158.

Miniſtro, & Fratribus Minoribus Pampilonen.

,, CUm Eccleſiam ſancti Petri de Ripis Pampilonen. & alia bona,
,, quæ in ipſo loco ſunt, in quo vos longo tempore permanſiſtis,
,, ven. fr. noſter Pampilonen. Epiſcopus, Capituli ſui accedente con-
,, ſenſu, dilectis in Chriſto filiabus Prioriſſæ, & Sororibus, quondam
,, in loco, qui dicitur Cella, morantibus ejuſdem diœceſis Ordinis ſancti
,, Auguſtini contuliſſe dicatur; ac tamdem Prioriſſa, & Sorores ipſæ a
,, nobis collationem ipſam obtinuerint confirmari; nos volentes, quod
,, per hujuſmodi collationem, ſeu noſtram confirmationem vobis nulla-
,, tenus derogetur, precibus veſtræ devotionis inducti, taliter defini-
,, mus, ut confirmatio, ſeu collatio hujuſmodi ad illa tantum bona in-
,, telligantur extendi, quæ in prædicto loco ſancti Petri, antequam
,, habitaretis ibidem, ad ipſum Epiſcopum, vel Pampilonen. Eccleſiam
,, pertinebant, tenore præſentium ſtatuentes, ut reliqua omnia bo-
,, na, quæ in prædicto loco vobis olim, vel Ordini veſtro conceſſa,
,, ſeu quocumque juſto modo in uſum veſtrum translata fuerunt; quæ
,, Prioriſſa, & Sorores memoratæ in præjudicium veſtrum detinent
,, occupata; reſtituantur vobis integre, confirmatione hujuſmodi non
,, obſtante.
,, Nulli ergo &c. Datum Lugduni IV. Kalend. Novembris anno VIII.

LXXX.

Ut excitent Friſios, Norvegos, & alios ad transfretandum in auxilium Terræ ſanctæ. Ex Reg. Vatic. epiſt. 183.

Priori Prædicatorum, & Miniſtro Minorum Fratrum, Provincialibus Alemaniæ.

,, CUm ad præſens Terra ſancta præſidio indigeat bellatorum, Nos
,, attendentes, quod multi Friſiones acceperunt, accenſi zelo de-
,, votionis, & fidei, ſignum Crucis, quodque ſolent Friſiones in tranſ-
,, marinis partibus proſperari, mandamus quatenus omnes Cruceſigna-
,, tos de partibus Friſiæ ac Norvegiæ, quod in proximo paſſagio a nobis,
,, ad beneplacitum cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ B. Illuſtris Reginæ
,, Franciæ, ſtatuendo transfretent in ſubſidium Terræ ſanctæ, per vos
,, & alios, quos expedire videritis, moneatis attentius & efficaciter,
,, ſecundum datam vobis a Deo prudentiam inducatis eos ad id, ſi neceſ-
,, ſe fuerit, per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compe-
,, ſcendo. Non obſtantibus aliquibus privilegiis Apoſtolicæ Sedis, vel
,, indulgentiis, ſeu litteris obtentis, & obtinendis, & quibuslibet aliis,
,, per quæ id impediri, vel differri valeat, & de quibus oporteat in præ-
,, ſentibus fieri mentionem; & conſtitutione de duabus dietis editis in
,, Concilio Generali: quod ſi non ambo &c.
,, Datum Lugduni III. Kalendas Decembris anno VIII.

LXXXI.

Digitized by Google

ANNO CHRISTI 1251. INNOCENTII IV. ANNO 9.

LXXXI.

Committit deciſionem cujuſdam controverſiæ. Reg. Vatic. epiſt. 255.

Fratri Joanni Lemovicen. Pœnitentiario noſtro Ordinis Fratrum Minorum.

CUpiens ut finis litibus imponatur, mandamus, quatenus de jure Ven. Fr. N. Archiepiſcopi, & dil. fil. Capituli Biſſuntin. ac Nob. viri Joannis Comitis Burgundiæ Domini Salmen. ſuper moneta, quam idem Comes apud Salm. cudi facit, utrum prædicti Archiepiſcopus & Capitulum, quod præfatus Comes id non poſſit facere, valeant, vel debeant impedire, vel quod ipſe Comes poteſtatem ipſam faciendi habeat, inquiras ſollicite veritatem, & quod juſtum fuerit, inquiſitione facta, facias auctoritate noſtra, appellatione remota, inviolabiliter obſervari.

Datum Lugduni II. Kalend. Februarii anno VIII.

LXXXII.

Recipit ſub ſua protectione Monaſterium & bona Clariſſarum Montiſpeſſulani. Regeſt. Vatic. epiſt. 350.

Conventui Monialium Monaſterii ſanctæ Mariæ de Paradiſo, Montiſpeſſulani Magalon. Diœc. Ord. ſancti Damiani.

SAcroſancta Romana Eccleſia devotas & humiles filias, ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſuevit, &, ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eas tamquam pia mater ſuæ protectionis munimine confovere. Eapropter, dilectæ in Chriſto Filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & Monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus &c. ſpecialiter autem locum ipſum, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſte & pacifice poſſidetis: vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica concedimus & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo &c. noſtræ protectionis & confirmationis &c. Datum Lugduni v. Idus Febr. anno VIII.

LXXXIII.

Jubet ut Prædicatores & Minores inducant cives ad reſarcienda damna illata Eccleſiæ Aſtenſi. Regeſt. Vatic. epiſt. 520.

Priori Fratrum Prædicatorum, & Guardiano Fratrum Minorum Aſten.

PRæſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus cives Aſtenſes moneatis attentius, & efficaciter inducatis, ut infra duos menſes poſt monitionem veſtram, ad ſinum Matris Eccleſiæ recurrentes, reſtituant

tuant Aſten. Eccleſiæ jura, quæ ſubtraxerunt eidem, & ab ipſius oppreſſione ceſſantes, de damnis & injuriis ſibi ab eis illatis plenariam ei ſatisfactionem impendant. Alioquin ex tunc vos & Fratres veſtri, una cum toto Clero Aſten. ad mandatum & voluntatem dil. fil. Aſtenſis Electi civitatem exeatis Aſten. vel exiſtentes ibidem ceſſetis penitus a divinis, aliquo privilegio, ſeu indulgentia Sedis Apoſtolicæ contraria non obſtante.

Datum Januæ xv. Kal. Junii anno VIII.

LXXXIV.

Ut poſſit abſolvere Albenſes & Aſtenſes a cenſuris contractis ob violationem juris Eccleſiaſtici. Regeſt. Vatic. epiſt. 58.

Fratri Alſero Albenſi de Ord. Minorum.

CUm ſicut intelleximus, nonnulli in Alben. & Aſten. Civitatibus & Diœc. pro incendiis, & Eccleſiarum fractionibus vinculo ſint excommunicationis aſtricti; Nos de tua circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, prædicta tibi auctoritate committimus, ut eoſdem excommunicatos, dummodo damna paſſis ſatisfaciant competenter, hac vice ab hujuſmodi excommunicationum ſententiis, juxta Eccleſiæ formam abſolvas, & injungas eis quod de jure fuerit injungendum. Ut autem hujuſmodi negotium facilius & efficacius exequi valeas, committendi illud perſonis, quas ad id elegeris, ſi expedire videris, ac compellendi eos per cenſuram Eccleſiaſticam, liberam tibi concedimus facultatem.

Datum Peruſii III. Kal. Decemb. anno IX.

In eumdem modum Fr. Guillelmo de Bagnolio de Ord. Minorum in Taurinen. & Iporien. Civitatibus & Diœc.

LXXXV.

*Ut tradantur Thomæ Comiti de Sabaudia pecuniæ ex malis perceptis collectæ, * in uſum belli contra Aſtenſes rebelles*. Reg. Vatic. epiſt. 60.

* *Vide elogia Ducũ Sabaudiæ apud Matth. Pariſ. anno 1255. Duxit hic Thomas ſecundam uxorem filiã Comitis Lavaniæ, fratris Innoc. IV.*

EIDEM.

VOlumus, & diſcretioni tuæ præcipiendo mandamus, quatenus pecunia quam de acquiſitis per uſurariam pravitatem, ac alias illicite a nonnullis in Aſten. & Alben. Civitatibus & Diœc. juxta mandati noſtri tenorem, collectam conſtiterit, vel collegeris dil. fil. honorabili viro Thom. de Sabaudia Comiti, vel ejus certo nuncio ſine difficultate qualibet aſſignare procures qualitatem ipſius pecuniæ, nobis tuis litteris reſcripturus.

Datum ut ſupra.

In eumdem modum Epiſcopo Siſtaricen. in Arelaten. & Aquen. provinciis, & fratri Guillelmo de Bagnolio de Ord. Minorum in Taurinen. & Iporien. Civitatibus & Diœc.

LXXXVI. De-

Digitized by Google

LXXXVI.

Declarat per alias conſtitutiones a ſe editas, nullum velle inferri Minorum privilegiis præjudicium. Regeſt. Vatic. epiſt. 105. in ſupplem. Minorum, & memorial. Ord. & apud Roderic. bulla 14. ſub diverſis tamen datis.

Generali & Provincialibus Miniſtris & aliis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. Cum olim duxerimus ſtatuendum, ut exempti quantumcumque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti ſeu contractus, aut rei de qua contra ipſos agitur, rite poſſint coram locorum Ordinariis conveniri, & illi, quo ad hoc ſuam in ipſos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere: vos dubitantes ne per conſtitutionem hujuſmodi libertatibus & immunitatibus vobis, & Ordini veſtro per privilegia & indulgentias ab Apoſtolica Sede conceſſas præjudicari valeat, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere ſuper hoc indemnitati veſtræ paterna ſollicitudine curaremus.

§. II. Quia vero ejuſdem Ordinis ſacra religio ſic vos apud nos dignos favore conſtituit, ut vobis votivum exiſtat: vos ab omnibus, per quæ vobis poſſent provenire diſpendia, immunes libenti animo præſervare auctoritate vobis prædicta indulgemus, ut occaſione conſtitutionis hujuſmodi nullum eiſdem libertatibus & immunitatibus impoſterum præjudicium generetur.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Peruſii VI. Kalend. Januarii, anno IX.

Anno Christi 1252. Innocentii IV. anno 10.

LXXXVII.

Commendat fratres Tiburtinos, & eorum fabricam fidelium caritati. Ex noſtro Archivo num. 34.

Univerſis Chriſti Fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

§. I. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. *Roman. 14. ver. 10.* *2. Cor. 9. v. 6*

§. II. Sane dilecti filii... Miniſter & Fratres Ordinis Minorum Tiburtin. ibidem, ſicut accepimus, Eccleſiam, cum aliis ædificiis ſuis uſibus opportunis cœperunt conſtruere, in qua divinis poſſint laudibus deſervire.

§. III. Cum itaque pro hujuſmodi ædificiis conſummandis, ac etiam pro ſuſtentatione arctæ vitæ ipſorum indigeant fidelium juvari ſubſidiis, qui propter Chriſtum extremæ ferunt ſarcinam paupertatis, univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccami-

caminum injungentes, quatenus eis pias eleemoſynas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram opus hujuſmodi conſummari valeat, & alias eorum indigentiæ provideri, ac vos per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante, feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei Miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eiſdem pro dicti conſummatione operis, vel pro ipſorum neceſſitatibus manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Datum Peruſii xv. Kal. Febr. Pontif. noſtri anno ix.

LXXXVIII.

Ut reſtituatur Minoribus Tiburtinis hortus ab eiſdem imprudenter alienatus. Ex noſtro Archivo num. 35.

Abbati Sublacen. Tiburtinæ Diœceſis.

§. I. AD noſtram noveris audientiam perveniſſe, quod dilecti filii . . . Guardianus & Fratres Minores Tiburtin. quemdam hortum ad ipſos ſpectantem T. quondam Tiburtino Epiſcopo, de conſenſu Miniſtri Generalis Ordinis ipſorum, ac Venerabilis fratris noſtri . . . Oſtien. & Velletren. Epiſcopi, & dilecti filii . . . Miniſtri Provincialis ejuſdem Ordinis, non petita licentia, conceſſerunt in dictorum Fratrum non modicam læſionem.

§. II. Cum igitur noſtra interſit prædictis ſic læſis, favoribus & ſalubri remedio ſubvenire, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi inveneris, quod prædictus hortus antequam eum memorato Epiſcopo concederent ipſi Fratres, non fuerit Epiſcopi, vel Eccleſiæ Tiburtinæ, ipſum ſine judicii ſtrepitu reſtitui facias Fratribus ſupradictis, nec eos poſtmodum ſuper eo indebite ab aliquibus moleſtari permittas: contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel amore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

Datum Peruſii xv. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno ix.

LXXXIX.

Confirmat donationem factam Minoribus Spoletanis. Regeſt. Vatic. epiſt. 133.

Miniſtro & Fratribus Ord. Minorum Spoletan.

Lege Conſt. 24. Greg. IX. fol. 412.

§. I. JUſtis petentium deſideriis &c. uſque *complere*. Accepimus quidem, vobis Apoſtolatui noſtro ſignificare curantibus, quod L. Præpoſitus Eccleſiæ ſancti Marci Spoletan. ad Monaſterium Farfen. ſpectantis, Abbatis & Conventus ejuſdem non accedente conſenſu, primo unam petiam terræ, & poſtmodum proceſſu modici temporis, idem Abbas quamdam aliam petiam prædictæ petiæ cohærentem, de ipſius Eccleſiæ tenimentis, eodem conſentiente Præpoſito pro ampliandis domibus veſtris, & ad neceſſarium vobis hortum habendum, ibidem liberalitate vobis provida ſub cenſu annuo conceſſerunt, prout in litteris & inſtrumentis publicis inde confectis plenius dicitur contineri.

§. II. Nos

Digitized by Google

§. II. Nos igitur veſtris ſupplicationibus grato concurrentes aſſenſu, quod a prædictis Abbate, Præpoſito, & Conventu pie ſuper conceſſione prædictarum petiarum factum eſſe dignoſcitur, firmum habentes & gratum, ſupplendo, ſi quis eſt, ſuper hoc de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis defectum: illud obtentu ven. fr. noſtri Oſtienſ. & Velletren. Epiſcopi ſuper hoc ſupplicantis, vobis auctoritate Apoſtolica concedimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo &c. noſtræ ſupplet. & confirm. &c. Datum Perufii v. Idus Febr. anno ix.

Datus eſt eis ſuper hoc Conſervator Epiſcopus Aſſiſinas cum hujuſmodi clauſula: *Non obſtantibus ſi aliquibus* &c. Datum ut ſupra in proxima.

X C.

Item aliam factam Minoribus Offidanis. Regeſt. Vatic. epiſt. 132.

Guardiano & Fratribus Ordinis Minorum de caſtro Offidæ Firman. Diœc.

§. I. Solet annuere &c. uſque *impertiri*. Sane tranſmiſſa nobis veſtra petitio continebat, quod dil. in Chriſto fil. Abbatiſſa & Conventus Monialium pauperum incluſarum Monaſterii ſancti Franciſci caſtri de Offida, Ordinis ſancti Damiani Firman. diœc. ad Rom. Eccl. nullo medio, ſicut dicitur, pertinentis, quamdam domum ſpectantem ad ipſas ſitam in dicto caſtro in vico, qui dicitur Caſtellare, cum Caſalinis & hortis eidem domui adjacentibus, procuratori veſtro recipienti, nomine vener. fr. N. Oſtienſis & Velletrenſis Epiſcopi, ac ipſius Rom. Eccleſiæ ad uſus veſtros perpetuo vendiderunt pro quadam pecuniæ quantitate, prout in inſtrumento deſuper confecto publico plenius dicitur contineri. *Vide fol.* 468.

§. II. Nos igitur tam memorati Epiſcopi, quam devotionis veſtræ precibus inclinati, venditionem hujuſmodi, ſicut præfatum eſt, firmam habentes & gratam, ſupplendo &c. ut in bulla proxime præcedenti.

Datum Perufii Idibus Febr. anno ix.

Datus eſt eis ſuper hoc Conſervator Epiſcopus Anconitan. cum hujuſmodi clauſula, *Non obſtant. ſi aliquibus a Sede Apoſtolica* &c. Datum Perufii xii. Kalend. Martii anno ix.

X C I.

Concedit eis amplum privilegium, & confirmat conceſſa ab Epiſcopo & Capitulo Bononienſi. Regeſt. Vatic. epiſt. 136.

Abbatiſſæ Monaſterii ſancti Franciſci de Strata ſancti Stephani Bononien. ejuſque Sororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus &c. uſque *enervet*. Eapropter dil. in Chriſto fil. veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſancti Franciſci de Strata ſancti Stephani Bononienſis, in quo divino eſtis &c. uſque *communimus*. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & beati Benedicti Regulam, atque inſtitutionem Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſſiſiaten. in eodem *Vide fol.* 436.

Digitized by Google

eodem loco &c. uſque *obſervetur*. Præterea quaſcumque poſſeſſiones &c. uſque *permaneant*. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, & viginti tornaturas terræ ipſi Monaſterio adjacentes. Liceat quoque vobis perſonas liberas &c. uſque *retinere*. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum &c. uſque *fas ſit de eodem loco diſcedere*, diſcedentem vero nullus audeat retinere. Pro conſecrationibus vero altarium vel Eccleſiæ veſtræ &c. uſque *impendat*. Alioquin liceat vobis &c. uſque *obtinentes*. Quod ſi ſedes Diœceſani Epiſcopi forte vacaverit &c. uſque *generetur*. Quia vero interdum proprii Epiſcopi copiam non habetis &c. uſque *contingent*: ab eo benedictiones Monialium, vaſorum & veſtium, & conſecrationes Altarium recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terræ fuerit &c. uſque *Campanis, divina officia celebrare*. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa &c. uſque *eligendum*. Porro ſi qui Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum vel perſonas regulares, inibi Domino famulantes ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque &c. uſque *exercere*. Præterea omnes libertates & immunitates, quas Monaſterio veſtro bon. mem. Bononien. Epiſcopus, Capituli ſui accedente conſenſu, indulſiſſe dignoſcitur, ſicuti ejus litteris plenius continetur, auctoritate Apoſtolica concedimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipſarum præſenti privilegio inſeri fecimus, qui talis eſt. *Henricus divina miſeratione Bononien. Epiſcopus dil. in Chriſto fil. Abbatiſſæ & Sororibus pauperibus Monialibus incluſis Monaſterii ſancti Franciſci de Strata ſancti Stephani Bononien. ſalutem & benedictionem. Cum vos, divina gratia inſpirante, Monaſterium in honorem ſancti Franciſci & glorioſæ ſemperque Virginis Mariæ in Contrata prædicta, prope Eccleſiam ſancti Juliani conſtruxeritis, ut ibidem Domino famulantes devote pro vobis, & aliis peccatoribus poſſitis orare, a nobis humiliter poſtulaſtis, ut Monaſterium veſtrum, cum poſſeſſionibus ſuis circumpoſitis, uſque ad viginti tornaturas terræ tantum, & perſonas ibidem Domino ſervientes intuitu pietatis, & pro redemptione peccatorum noſtrorum, a jure Epiſcopali ſeu alterius conditionis gravamine, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus pleno jure eximere deberemus. Ea propter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtræ piæ ac humili petitioni pio concurrentes aſſenſu, ad preces ſanctiſſimi P. N. Domini Gregorii ſummi Pontificis, & Domini Rayn. Oſtien. electi & Apoſtolicæ Sedis Legatorum, D. Jacobi Præneſtin. electi, & Domini Odonis ſancti Nicolai in Carcere Tull. Diac. Card. præfatum Monaſterium cum ceſſionibus ſuis circumpoſitis, uſque ad viginti tornaturas terræ tantum, & perſonas ibidem nunc & in futurum commorantes ab omni jure Epiſcopali, & cujuslibet conditionis obligatione, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus pleno jure eximimus, nihil aliud nobis in eiſdem, niſi unam libram ceræ pro Synodo reſervantes, annis nobis ſingulis perſolvendam, & Eccleſiaſtica Sacramenta, quæ dumtaxat cum a vobis fuerimus requiſiti, nos & noſtri ſucceſſores vobis gratis & ſine pravitate aliqua impendemus. Datum apud Regium die* IV. *Febr. exeunte anno Domini* MCCXXXII. *In Dei nomine amen. Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti* MCCXXXII. *tempore Domini Gregorii Papæ & Domini Fr. Roman. Imperatoris Indictione* V. *in Civitate Bononiæ, in majori Eccleſia, congregato Capitulo ejuſdem Eccleſiæ, per me Notarium lecta fuit coram eis exemptio facta a Domino Henrico Bononien. Epiſcopo de Monaſterio ſancti*

Litterarum Epiſcopi, & Capituli tenor.

Digitized by Google

cti Franciſci, & perſonis & poſſeſſionibus ejuſdem. Quibus omnibus dictum Bononien. Capitulum conſenſit, & ea confirmavit, & approbavit, & ſuum ſigillum appoſuit, & Dominus Henricus Bonon. Epiſcopus etiam ſuum ſigillum apponi fecit, & hæc fuerunt die II. *exeunte Martio, & interfuerunt de Capitulo Dominus Judex Archipresbyter Domini Guid. & Tavian. Preſbyteri, Dominus Andreas, Dominus Guido Graſſus, Dominus Adegerius Bonon. Eccleſiæ Diaconus, Dominus Guido Albagnoli, Dominus Jacobus Guidonis Lambertinus, Dominus Henricus nepos Domini Epiſcopi, Dominus Precenallus, & Dominus Tavianus de Muxello. Teſtes ad hoc vocati & rogati fuerunt Magiſter Acho Senen. Magiſter Manzator de Tuſcia, Magiſter Bernardus Parmen. Magiſter Bene Canonicus Faventin. Dominus Thomas Judex filius quondam Gallopreſſi, Presbyter Albertus de Pontecolo, & Magiſter Joannes de Muxello. Poſtea vero incontinenti Dominus Presbyter Albertus factis prædictis conſenſit, & ea approbavit. Item Magiſter Daneredus Bonon. Archidiaconus prædictis omnibus conſenſit, & ea approbavit. Ego Magiſter Guido ſancti Michaelis Bonon. Capellanus auctoritate Imperiali Notarius prædictis omnibus interfui, & ut ſupra legitur, ſcripſi & ſubſcripſi. Ad indicium autem hujuſmodi perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis, unam libram ceræ nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis: Decernimus ergo &c. uſque* futura, *ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur &c. uſque* ultioni. *Cunctis autem &c. uſque* inveniant Amen. *Ego Innocentius Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus ſubſcripſi. Datum Peruſii per manum Guillelmi Magiſtri ſcholarum Parmen. S. R. E. Vice-Cancellarii* VI. *Kalend. Martii, Indictione* X. *Incarnationis Dominicæ anno* MCCLII. *Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ IV. anno* IX.

XCII.

Committit eis auctoritatem inquirendi de vita Epiſcopi Urgellitani. Regeſt. Vatic. epiſt. 156.

Fratri Raymundo de Penna Forti Ord. Fratrum Prædicatorum, & Miniſtro Fratrum Minorum in Aragonia & Catalonia.

§. I. NE aliorum culpas noſtras facere videamur, fiatque anima noſtra pro animabus illorum, tamquam eos in ſuis iniquitatibus foveamus: expedit ut culpas ad nos cum ea, qua decet gravitate delatas, non relinquamus penitus indiſcuſſas. — Pontif. aliorum culpis gravari non intendit.

§. II. Sane dil. fil. Richardus Archidiaconus, Raymundus de Angularia, Arnaldus de Muro, Guillelmus Bernardi de Fluvian, & Arnaldus de Querol Canonici Rigellen. clamoroſa nobis inſinuatione monſtrarunt, quod ven. Fr. N. Pontius Urgellen. Eccleſiæ bona dilapidat enormiter & conſumit. Præterea cum idem Epiſcopus diverſis ſit excommunicationum ſententiis innodatus, divina celebrare officia, imo verius profanare præſumit, alia enormia committere non formidans, quæ longum eſſet litteris explicari. — Accuſatus Epiſc.

§. III. Verum quia tantæ perverſitatis opera ſi præſidium obtinent firmitatis, non ſunt ſilentio committenda, ſed curanda potius canonicæ ſtudio ſanctionis; mandamus quatenus perſonaliter accedentes ad locum, & habentes præ oculis divinæ reverentiam Majeſtatis, nobis veſtris litteris fideliter reſcribatis, ut ex relatione veſtra ſufficienter inſtructi, quæ ſuper his expedire viderimus, auctore Domino, diſponamus, alienatione bonorum Eccleſiæ ipſius eidem Epiſcopo interim penitus interdicta, — Quomodo ſe debeant gerere cũ Epiſc.

dicta, & revocato in ſtatum priſtinum quidquid contra eoſdem Archid. & Canonicos, & alios de Capitulo ipſius in hac parte adhærentes eiſdem, poſt iter acceptum ad Sedem Apoſtolicam, inveneritis temere attentatum, nec permittatis ipſos, pendente dicto negotio, a præfato Epiſcopo indebite moleſtari, ac faciatis eiſdem hujuſmodi negotium, proſequentibus præbendarum ſuarum proventus, integraliter exhiberi. Contradictores autem &c. *compeſcendo*. Non obſtan. aliquibus indulgentiis Ordinibus veſtris ab Apoſtolica Sede conceſſis &c. *fecerint mentionem*. Quod ſi non ambo &c.

Datum Peruſii Idibus Martii, anno IX.

XCIII.

Commendat fidelium caritati fabricam Conventus Aracœli. Reg. Vat. ep. 128.

Univerſis Chriſti Fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

Fol. 418. QUoniam, ut ait Apoſtolus &c. uſque *ad vitam æternam*, ut in bulla 9. ſane dilecti filii.... Miniſter, & Fratres Ordinis Min. de CapitolioUrbis ibidem, ſicut accepimus, Eccleſiam cum aliis ædificiis &c. ut in bulla citata uſque ad finem.

Datum Peruſii XIII. Kalend. April. Pontif. noſtri, anno IX.

XCIV.

Confirmat donationem factam Fratribus Firmanis de Capella ſancti Leonis. Reg. Vatic. epiſt. 238.

Guardiano & Conventui Fratrum Minorum Firman.

EXhibita nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod bon. mem. Firman. Epiſcopus Capellam ſancti Leonis Firman. eidem Epiſcopo lege diœceſana ſubjectam Abbatis Monaſterii ſancti Savini Firman. ad quem illius Capellæ inſtitutio pertinebat, accedente conſenſu, ad uſum veſtrum pia ac provida liberalitate conceſſit, fundandi Capellam aliam tibi, fili Guardiane, ad opus Parochianorum primæ Capellæ ubicumque infra fines parochiæ dictæ Capellæ ſancti Leonis foret utilius, ac ponendi primarium lapidem in ipſa uberem tribuens facultatem, prout in inſtrumento confecto exinde dicitur plenius contineri. Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Epiſcopo pie ac provide ordinatum eſt, & conceſſum ratum habentes & gratum, illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. Datum Peruſii VIII. Kal. Maii anno IX.

XCV.

Tranſmittitur in Poloniam ad ratificandos proceſſus factos de vita & miraculis beati Stanislai. Reg. Vatic. epiſt. 281.

Fratri Jacobo Velletren. Ordinis Fratrum Minorum.

S. Stanislaus miraculis coruſcat. §. I. LIcet olim venerabili fratri noſtro Epiſcopo Cracovien. & dilectis filiis Capitulo, & Clero Cracovien. Civitatis & diœc. ſuis nobis litteris intimantibus, quod mirabilis Deus in Sanctis ſuis piæ me-

Digitized by Google

memoriæ Stanislao Cracovien. Epiſcopo tot & tantis dat coruſcare miraculis, & illius ſanctitas apertis indiciis comprobetur, & ipſius inter alios Sanctos non invocare ſuffragia eſt indignum, venerab. fratri noſtro Archiepiſcopo Gueznen. & Epiſcopo Uratislavien. noſtris dederimus litteris in mandatis, ut aſcitis ſibi viris religioſis, & Deum timentibus, de virtute morum, & veritate ſignorum operibus videlicet & miraculis diligentiſſime inquirentes, quæ invenirent nobis ſuis litteris fideliter nunciarent, ipſiſque in negotio hujuſmodi procedentibus, & reſcribentibus nobis, nos fidem adhibeamus, ut convenit, proceſſui eorumdem: quia tamen in tanto negotio ex gravitate & maturitate prævia procedendum, te ad partes tranſmittentes eaſdem, diſcretioni tuæ, auctoritate præſentium, in virtute obedientiæ diſtricte injungimus, ut a dictis Inquiſitoribus ſi ſuperſtites, & præſentes in Provincia fuerint, ac ſic proceſſerint, ſicut ſub ipſorum ſigillis recepimus, perſcruteris, & ipſorum actorum exempla ad majorem certitudinem tecum portes, faciens præſentari tibi eos, qui dicuntur fuiſſe a diverſis infirmitatibus liberati, quos & quot potueris, ac illos duos centenarios, ſi ſuperſtites fuerint, de quibus eſt mentio in actis, qui dicuntur ab aliquibus accepiſſe, vel eorum alterum, quod ſanctum noverint eumdem, & de ipſius clara & honeſta converſatione dum viveret, audiverunt; inquiſiturus ab ipſis, an ita ſit, & inſpecturus nihilominus devotionem populi & famam communem ſuper martyrio & cauſa martyrii, necnon & ſanctitate ipſius.

§. II. Inquiras inſuper utrum Cracovien. diœc. paganis & Ruthenis ſchiſmaticis ſit confinis, ut per hoc ex ipſorum confinio lucrum provenire valeat animarum. Perſcrutandum etiam aliud negotium.

§. III. Ad hæc librum Chronicorum, ad Capitulum pertinens, ad negotium memoratum, ex Archivo Ducis Poloniæ editum, & etiam librum Annalium, & epitaphium conſidera diligenter, & his ſummatim ſub obteſtatione juramenti, ubi tibi viſum fuerit, coram prioribus Inquiſitoribus præſtiti, plenius intellectis, ſi aliqui teſtes ſuper prioribus, vel novis articulis tibi fuerint præſentati, eos juratos ſecundum formam recipiendorum teſtium, prudenter recipias, & diligenter examinare procures, & ſic inſtructus ad nos, ut per ſe ſuper iis inſtruamur plenius, revertaris.

Datum Peruſii VII. Kalendas Junii anno IX.

XCVI.

Dat eis amplum privilegium, & confirmat ab Epiſcopo conceſſa. Reg. Vat. epiſt. 290.

Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Mariæ de caſis, ejuſque Sororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

§. I. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum non debet deeſſe præſidium &c. uſque *enervet*. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium veſtrum ſanctæ Mariæ de Caſis Spoletan. diœc. in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub noſtra &c. uſque *communimus*. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & beati Benedicti Regulam, atque inſtitutionem Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſſiſinaten. & formulam vitæ veſtræ a fel. rec. Gregorio Papa prædeceſſore noſtro Ordini veſtro traditam, cum adhuc eſſet in minori officio *Vide fol.* 436.

conſtitutus, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, & quæcumque bona, quæ idem Monaſterium in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione fidelium &c. uſque *illibata permaneant*. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum pium, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis; medietatem Rocchæ Accarini, cum terris vineis, poſſeſſionibus, redditibus, pratis, paſcuis & omnibus ad medietatem ipſius Rocchæ pertinentibus. Medietatem unius molendini poſiti in territorio Rocchæ ejuſdem, cum omnibus ad medietatem ipſius hoſpitalis pertinentibus. Medietatem vallis Wituri cum omnibus pertinentiis ſuis. Medietatem terrarum quæ ſunt in loco, qui dicitur Valliſtina. Medietatem terrarum & ſylvarum, quæ ſunt in loco, qui dicitur Podius Caſcius, Collis de Oplo, vallis Gallæ, & Suſtian. Tertiam partem terrarum, vinearum, & hortorum, qui ſunt in loco, qui dicitur Collis ſancti Secundi. Tertiam partem terræ, & vineæ vallis Sortiani. Campum, quem habetis in loco, qui dicitur Cailus. Quidquid habetis in caſtris, quæ Turris-renatæ, & Furcamilonis vocantur. Tertiam partem caſtri, quod vocatur Planecze, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quidquid habetis in locis, qui vallis Farneti, & Cuſcingnanus vulgariter appellantur. Medietatem omnium poſſeſſionum, quæ ſunt in loco Ariginis de Tina, cum terris, vineis, pratis, nemoribus &c. uſque *immunitatibus ſuis*. Liceat quoque vobis perſonas &c. uſque *retinere*. Prohibemus inſuper &c. uſque *retinere*. Pro conſecrationibus vero altarium &c. uſque *recipere valeatis*. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis januis clauſis, excluſis &c. uſque *non dederitis interdicto*. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa &c. uſque *eligendam*. Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores &c. uſque *decernimus non tenere*. Paci quoque & tranquillitati &c. uſque *exercere*. Præterea omnes libertates, & immunitates, quas Monaſterio veſtro ven. frater noſter Epiſcopus, & dilecti filii Capitulum Spoletan. indulſiſſe dignoſcitur, ſicut in eorum litteris plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

Locorum donatorum numeratio.

§.II. Tenorem autem ipſarum litterarum præſenti privilegio inſeri fecimus, qui talis eſt. *Bartholomæus Dei gratia vocatus Epiſcopus, & Capitulum Spoletan. dilectis in Chriſto filiabus Joannæ Abbatiſſæ, & Monialibus Monaſterii ſanctæ Mariæ de Caſis Ordinis ſancti Damiani in Domino Jeſu Chriſto ſalutem. Ut in Ordine veſtro poſſitis Domino libere famulari, & pro peccatoribus intercedere apud Dominum Jeſum Chriſtum, a nobis exemptionis gratiam humiliter poſtulaſtis. Nos igitur piæ veſtræ petitioni annuentes benigne, perſonas veſtras, & Monaſterium memoratum, cum ſervientibus veſtris ibidem commorantibus, & cum horto, & adjacentiis ipſius Monaſterii, & poſſeſſionibus, quas circa ipſum præſentialiter poſſidetis, ab omni jure Epiſcopali, & cujuslibet conditionis obligatione liberamus, & eximimus, nihil aliud nobis, & Eccleſiæ Spoletan. in eiſdem, niſi mediam libram ceræ pro cenſu reſervantes in feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ, annis ſingulis perſolvendam. Conſecrationes altarium, & Eccleſiæ benedictionem Monialium, ſi nos, & ſucceſſores noſtri ea gratis impendere voluerimus, reſervamus, & cum tranſitum in partes illas faciemus, campanas Monaſterii in ſignum reverentiæ faciatis pulſari honorifice ſicut decet. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Spoleti anno Domini* MCCL. *tempore D. Innocentii Papæ III. pridie Nonas Martii, indictione* IX. *Ego Barthol.*

Litteræ donationis.

Digitized by Google

thol. Epiſcopus Spoletan. ſubſcripſi. Ego Raynaldus de Orſello Prior ſancti Felicis de Narco Canonicus Spoletan. ſubſcripſi. Ego Presbyter Leonardus Canonicus Spoletan. ſubſcripſi. Ego Andreas ſanctorum Apoſtolorum Prior Canonicus Spoletan. ſubſcripſi. Ego Donnus Savinus Canonicus Spoletan. ſubſcripſi. Ad indicium autem hujus perceptæ libertatis a Sede Apoſtolica, unam libram ceræ nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo &c. uſque profutura. *Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur &c. uſque* ultioni. *Cuncti autem &c. uſque* inveniat. *Amen, Amen.*

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ ſubſcripſi.
Ego Raynaldus Oſtien. & Velletren. Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Petrus Sabinen. Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Jacobus Portuen. & ſanctæ Rufinæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Stephanus ſanctæ Mariæ Tranſtyberim tit. S. Calixti Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.
Ego fr. Joannes tit. ſancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.
Ego Petrus ſancti Georgii ad velum aureum Diac. Cardin. ſubſcripſi.
Ego Will. ſancti Euſtachii Diac. Card. ſubſcripſi.
Ego Ottobonus ſancti Adriani Diac. Card. ſubſcripſi.

Datum Peruſii per manum Guillelmi Magiſtri ſcholarum Parmen. S.R.E. Vicecancellarii VI. Kal. Junii, indict. 10. Incarn. Dominicæ MCCLII. Pontif. vero Domini Innoc. PP. IV. anno IX.

XCVII.

Confirmat conceſſionem Monaſterii ſanctæ Mariæ de Ara-cæli, & appendiciorum ejus a ſe factam Fratribus Minoribus. Archivum Aracœlitanum num. 105. & Regeſt. Vatic. num 39.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Minoribus Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Capitolio in Urbe.

§. I. Is, quæ auctoritate noſtra provide facta ſunt, libenter adjicimus Apoſtolici muniminis firmitatem, ut intemerata conſiſtant, quæ noſtro ſunt præſidio communita. Cum enim ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum, coram nobis, olim ven. fr. R. Oſtien. & Velletren. Epiſcopo, & dilecto filio noſtro S. tit. ſanctæ Mariæ Tranſtyberim Presbytero Cardinali, tunc Vicario noſtro in Urbe, noſtris dederimus litteris in mandatis, ut Eccleſiam & Monaſterium ſanctæ Mariæ de Capitolio in Urbe, tunc Ordinis ſancti Benedicti, de quibus duxeramus vobis, de Fratrum noſtrorum conſilio, providendum, cum hortis, & aliis appendiciis ſuis ſitis juxta Monaſterium ipſum, auctoritate noſtra vobis aſſignarent, ac vos in corporalem poſſeſſionem inducerent, & tuerentur inductos, contradictores, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Idem Epiſcopus, & Cardinalis vobis dictum Monaſterium, cum eiſdem hortis, & appendiciis auctoritate hujuſmodi aſſignantes, vobiſque inductis in corporalem poſſeſſionem ipſorum, ne ſuper prædictis appendiciis poſſet inpoſterum ab aliquo dubitari, inſpecto privilegio fel. rec. Anacleti PP. prædeceſſoris noſtri, in quibus ipſius Monaſterii termini & appendicia plenius limitantur, provida, & diligenti deliberatione ſuper his habita, præfatum Monaſterium, cum ſuis appendiciis, & limitibus deſcribendo, ea juxta ejuſdem privilegii

Primam ejus conceſſionem commemorat.

Digitized by Google

vilegii tenorem certis finibus deſignarunt, prout in ipſorum Epiſcopi, & Cardinalis litteris confectis exinde, quas de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur.

Et Cardinalis, atque Epiſcopi acta confirmat.

§. II. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ab eiſdem Epiſcopo, & Cardinali factum eſt, in hac parte ratum & gratum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, eadem auctoritate tradentes, & concedentes in perpetuum Cardinali, qui pro tempore fuerit Gubernator veſtri Ordinis, directum dominium, plenum jus, & poſſeſſionem eorumdem appendiciorum, omnibus quæcumque temporaliter obveniant de eiſdem Parochia, & Parochianis ſanctæ Mariæ de Capitolio, Sedi Apoſtolicæ, ac noſtro beneplacito reſervatis; necnon & ſtatuentes, quod liceat vobis in ipſis appendiciis, & per ipſas domos, officinas, hortos, vias, plateas, & alias commoditates facere vobis utiles, & honeſtas ubicumque, quandocumque, & qualitercumque videritis expedire; nec aliquis, qui cenſus hujuſmodi in poſterum conferri contigerit occaſione non ſoluti, vel ſolvendi cenſus, quos quantum ad eam partem ipſorum appendiciorum, quam in hujuſmodi uſus veſtros convertendam duxeritis, penitus annullamus, vos ſuper hoc poſſit aliquatenus impedire.

Licet Fratribus donato loco libere uti.

§.III. Tenor autem ipſarum litterarum talis eſt. *Miſeratione divina R. Oſtien. & Velletren. Epiſcopus, & S. tit. ſanctæ Mariæ Tranſtyberim Presbyter Cardinalis viris religioſis dilectis in Chriſto ... Miniſtro.... Cuſtodi... Guardiano, & aliis Fratribus Minoribus in Urbe morantibus, ſalutem, & ſinceram in Domino caritatem. Mandatum Apoſtolicum recepimus in hunc modum. Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerab. fratri ... Epiſcopo Oſtien. & dilecto filio S. tit. ſanctæ Mariæ Tranſtyberim Presbytero Cardinali Vicario noſtro in Urbe, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Lampas inſignis &c. Cum igitur vobis, & in vobis Ordini Fratrum Minorum, ſecundum tenorem mandati Apoſtolici Eccleſiam, Monaſterium, & locum ſanctæ Mariæ de Capitolio cum domibus, & appendiciis ſuis per venerabilem fratrem Epiſcopum Eſculan. & viros providos & diſcretos Joan. de Civitella Domini Papæ Capellanum, B. ſanctorum Cyri, & Joannis Archipresbyterum, Joannem Rogerii Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Andream Buccabellam ſanctæ Mariæ Majoris de Urbe Canonicos juſſerimus aſſignari, ac ipſi ſecundum tenorem mandati Apoſtolici, & noſtri ea vobis aſſignaverint; ſine mora ne de ipſis appendiciis, ſicut frequenter in ſimilibus agitur, ab aliquibus videlicet, quæ ſint illa impoſterum dubitetur, diligenti collatione, ac deliberatione inter nos habita, viſo quoque, ac diligenter inſpecto, & a nobis conſiderato perſpicaciter, & plenius intellecto privilegio fel. recordationis Domini Anacleti PP. II. in quo jura Monaſterii continentur, quod continet in hunc modum. Anacletus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto in Chriſto filio Joanni Abbati ſanctæ Dei Genitricis &c.* vide ſupra in Annalibus anno MCCLI. num. 41. *Appendicia prætaxata fore intelligimus, dicimus, & tenore præſentium declaramus, concedentes, ut ſicut ea præfatum Monaſterium retroactis temporibus poſſedit & habuit de conſuetudine, & de jure, vel de aliquo privilegio ſpeciali, poſſit eadem Eccleſia ſanctæ Mariæ de Capitolio vobis in ea exiſtentibus cum omni jure prædicta omnia licite perpetuo poſſidere. Non intendentes per hanc interpretationem, ſeu declarationem prædictæ Eccleſiæ novum jus dare, ſed vetus tantummodo conſervare, ſine omni præjudicio juris illorum, qui infra prædictos confines tenuerunt hactenus, vel nunc tenent, in cujus rei teſtimonium, & memoriam habendam in poſterum, præſenti ſcripto noſtro fecimus apponi*

Digitized by Google

apponi ſigilla. Datum xiv. *Kal. Decembr. Pont. Domini Innocentii PP. IV. anno* viii.

Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Si quis autem &c. ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii iii. Non. Julii, Pontificatus noſtri anno x.

XCVIII.

Dat Fratribus Judices conſervatores in regno Caſtellæ. In ſupplem. Ord. Min. tract. 1. Roderic. bulla 18.

* *Palentinenſi, & Calaguritano Epiſcopis*. * *Al* Valentinen.

§. I. INundans malitia perverſorum perſonis ſanctæ religioni deditis adeo frequenter exhibet ſe infeſtam, quod ipſi divino cultui ut deberent, vacare non poſſunt, dum illorum malitiis agitantur.

§. II. Cum ergo, ſicut dilecti filii Miniſter Fratrum Minorum regni Caſtellæ, & Fratres ſibi ſubjecti nobis ſignificare curarunt, nonnulli, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, ipſos graviter moleſtare præſumunt. Nos & præſumptorum hujuſmodi refragari conatibus, & dictorum Miniſtri & Fratrum gravaminibus volentes congruis remediis ſubvenire, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſos in perſonis, vel rebus non permittatis contra tenorem privilegiorum, & indulgentiarum Sedis Apoſtolicæ ab aliquibus indebite moleſtari: moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam &c.

Datum Peruſii vi. Kalend. Octobris, Pontificatus noſtri anno x.

XCIX.

Ut inter ſe initiandos abſolvere poſſint a cenſuris. Supplem. Min. tract. 2. Roderic. bull. 23.

Generali, ac Provincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus Ordinis Minorum.

CŒleſtis amor patriæ mentes veſtras ſic allexiſſe perſpicitur, ut quaſi hoc ſolum delectationem vobis tribuat, quod divinæ voluntati ſit placitum, & ſalutem proferat animarum. Procedit ex hoc, quod nos veſtris piis petitionibus favorem largiri benevolum delectantes, maxime cum ex Apoſtolici cura teneamur officii, circa religionis augmentum attenti, & vigiles inveniri: vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut volentibus veſtro congregari Collegio, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationum ſententiis ſunt ligati, abſolutionis beneficium, juxta formam Eccleſiæ impartiri, & ipſos in fratres recipere, ac eos, qui poſt aſſumptum habitum recoluerint, ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſententiis innodatos, ſecundum formam ipſam abſolvere valeatis: ita tamen, quod ſi aliqui ex eiſdem hujuſmodi ſententiis propter debitum ſint aſtricti, ſatisfaciant, ut tenentur.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c. Datum Peruſii v. Kalendas Decembris, Pontificatus noſtri anno x.

Digitized by Google

C.

Eximit eas a quibuſcumque contributionibus. Reg. Vatic. epiſt. 449.

Abbatiſſæ, ac Monialibus Monaſterii pauperum incluſarum ſancti Pauli Interamnenſ. Ordinis ſancti Damiani.

§. I. VObis, quas in paupertatis & caſtimoniæ voto clauſura ſemper clauſtralis anguſtat, dignum eſt Apoſtolicæ conſolationis provenire auxilia, ut piis vitæ præſidiis, Deo tranquillis animis ſerviatis.

§. II. Veſtris igitur ſupplicationibus inclinati, ut in procurationibus, ſeu collectis, aut datiis quibuslibet a quibuſcumque perſonis quacumque dignitate, vel poteſtate præditis, vel officio, Legatis Apoſtolicæ Sedis exceptis, vobis & Monaſterio veſtro impoſitis, ſolvere quidquam, ſeu contribuere nullatenus teneamini; neque ad id per eaſdem perſonas poſſitis aliquatenus coarctari, vobis auctoritate præſentium indulgemus.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Peruſii XVI. Kalend. Martii, anno X.

CI.

Ut confirmet electionem Abbatis ſancti Petri de Biſulduno Gerunden. Diœceſis. Reg. Vatic. epiſt. 698.

Guardiano Fratrum Minorum Gerunden.

Monachorum Benedict. petitio.

§. I. DIlecti filii Prior & Conventus Monaſterii ſancti Petri de Biſulduno Ordinis ſancti Benedicti, Gerunden. diœc. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, ſua nobis petitione monſtrarunt, quod Monaſterio ipſo Abbatis regimine deſtituto, ipſi ad tractandum de futuri ſubſtitutione Abbatis, vocatis omnibus qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode intereſſe, convenientes in unum, prout moris eſt, Spiritus ſancti gratia invocata, Guillelmum Priorem Monaſterii de Colle ejuſdem Ordinis Vicen. diœc. virum utique providum, & honeſtum, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectum, in Abbatem ſuum concorditer & canonice elegerunt, & eligendo etiam poſtularunt, qui ab Abbate Amerien. ejuſdem diœc. cui ſuberat, obtenta licentia, poſtulationi de ſe factæ conſentit.

§. II. Quare iidem Prior & Conventus nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum rectis diſpoſitionibus nil debeat moræ, vel difficultatis afferri, poſtulationem hujuſmodi confirmari, & ipſum poſtulatum benedici in iſtis partibus mandaremus.

§. III. Quocirca mandamus, quatenus inquiſita de modo poſtulationis, poſtulantium ſtudiis, & poſtulati meritis, diligentius veritate; ſi poſtulationem ipſam inveneris de perſona idonea canonice celebratam, illam auctoritate noſtra confirmans, facias eidem a ſuis ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi, ac munus benedictionis impendi, recepturus ab eo poſtmodum pro nobis, & Romana Eccleſia fidelitatis ſolitæ juramentum, juxta formam, quam tibi ſub bulla noſtra mittimus intercluſam.

§. IV. Formam autem juramenti &c. uſque *deſtinare procures*. Alioquin

Digitized by Google

quin eadem poſtulatione rite pulſata, facias ipſi Monaſterio de perſona idonea, per electionem, vel poſtulationem Canonicam provideri. Contradictores & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

§. V. Non obſtante ſi tibi, vel Ordini tuo, quod cognitiones cauſarum, vel executiones mandatorum per litteras noſtras non tenearis ſuſcipere, a Sede Apoſtolica ſit indultum.

Datum Aſſiſii XIV. Kalend. Junii anno X.

CII.

Ut a quoquam conveniri non poſſint per litteras Apoſtolicas. Reg. Vat. ep. 11.

Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Eliſabethæ Remenſ. Ordinis ſancti Damiani.

Cœleſtia quærentibus, terrenis contemptui derelictis, libenter illud ſpeciale præſidium favoris impendimus, quod eis pacis & quietis providere gratiam ſentiamus; eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut a quoquam conveniri per litteras Apoſtolicas non poſſitis, niſi de hac indulgentia, & Ordine veſtro expreſſam fecerint mentionem.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Aſſiſii IV. Non. Julii anno XI.

CIII.

Concedit auctoritatem diſpenſandi cum filio Regis Bohemiæ. Reg. Vat. ep. 2.

Fratri Walaſco Ordinis Fratrum Minorum Pœnitentiario noſtro.

Devotione, quam cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Bohemiæ Illuſtris ad Apoſtolicam Sedem habere dignoſcitur, pro meritis ipſius, & ejus obtentu dilectum filium nobilem virum P. natum ejus Ducem Auſtriæ, qui tamquam Catholicus, & devotus Princeps paterna imitatur veſtigia, prærogativa favoris proſequimur, eorumque votis nos favorabiles exhibemus. Cum igitur, ſicut ex parte ipſorum fuit propoſitum coram nobis, idem Dux nobilem Margaritam Duciſſam Auſtriæ duxerit in uxorem, nos dictorum Regis, & Ducis precibus benignum impertientes aſſenſum, diſpenſandi cum prædictis conjugibus, ut quarta conſanguinitatis, & tertia affinitatis linea, qua ſibi invicem attinent, nequaquam obſtante, in hujuſmodi matrimonio remanere valeant, præſentium tibi concedimus auctoritate plenariam facultatem.

Datum Aſſiſii III. Non. Julii anno XI.

CIV.

EIDEM.

Cum dilectus filius nobilis vir P. natus cariſsimi in Chriſto filii noſtri Regis Bohemiæ Illuſtris Dux Auſtriæ, nobilem mulierem Margaritam Duciſſam Auſtriæ, duxerit in uxorem, noſque ad eorumdem Regis & Ducis inſtantiam diſpenſandi cum prædictis conjugibus, ut quarta conſanguinitatis, & tertia affinitatis linea, qua ſibi ad invicem attinent, nequaquam obſtante, in hujuſmodi matrimonio licite re-

manere valeant, plenam tibi concedimus per alias noſtras litteras facultatem, cum quibus ad diſpenſationem hanc non procedas, niſi prius dicti Rex, & Dux litteras ſuas patentes tibi dederint & firmaverint ſub juramento, quod iidem, Eccleſiæ, & cariſs. in Chriſto filio noſtro VV. Regi Romanorum Illuſtri aſſiſtent fideliter, & ad ejus requiſitionem præfatus Rex Bohemiæ per ſe, ſi poterit, alioquin per Nuncios ſolemnes, & dictus Dux perſonaliter, quando commode poterit, ipſius Regis Bohemiæ adhibens præſentiam, accepturi ab eo regalia, eique homagium ligium præſtituri.

Datum Aſſiſii II. Non. Julii anno XI.

CV.

Ut non ſolvant canonicam portionem. Supplem. Min. tract. 1. Roderic. bull. 17.

Dilectis Filiis Generali, & Provinciali Miniſtris, & aliis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum.

PAcem veſtram, cum pacis ſitis humiles & aſſidui profeſſores, volentes in quantum cum Deo poſſumus, amotis exterioris perturbationis inquietationibus, Apoſtolici favoris patrocinio communire, de his quæ in ornamentis, vel pro eis, ſeu fabricis, luminaribus quoque, anniverſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ſive aliis ad perpetuum cultum divinum vobis, vel locis veſtris in ultima voluntate legantur, canonica portio ab aliquibus deducatur, dummodo in fraudem hujuſmodi legata non fiant, ut Epiſcopi, ſeu Parochiales Eccleſiæ debita portione fraudentur, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus.

Nulli ergo omnino hominum &c. noſtræ inhibitionis &c. Datum Aſſiſii XII. Kalend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno XI.

CVI.

Additio Patris Lucæ Waddingi.

Confirmat donationem Eccleſiæ factam Minoribus in Urbe Laudenſi. Ex ipſo autographo.

Dilecto filio Guardiano, & Fratribus Minoribus Lauden.

„ §. I. PEtitio veſtra nobis exhibita continebat, quod cum olim ſuper proviſione vobis facienda de aliquo loco idoneo, & apto veſtræ Religioni, Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Lauden. preces direximus & mandata; idem Epiſcopus propter hoc vobis de Eccleſia ſancti Nicolai Lauden. cum horto & domibus ſuis provida deliberatione providit, ac vos in eorum poſſeſſionem induxit, redditibus, & poſſeſſionibus aliis ejuſdem Eccleſiæ ipſis Clericis nihilominus reſervatis, prout in publico inſtrumento confecto exinde plenius continetur.

Donatio Epiſcopi.

„ §. II. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod in hac parte ab eodem Epiſcopo factum eſt, ratum, & firmum habentes id, non obſtante appellatione a Rectore, & Clericis, ac patronis ipſius Eccleſiæ interpoſita, cum eam infra tempus legitimum ab eodem Epiſcopo eis præfixum, non fuerint proſequuti, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, defectum, ſi quis eſt habitus ſuper iis circa juris ſolemnitatem, ſupplentes de noſtræ

Cõfirmatio Pontificia.

Digitized by Google

,, ſtræ plenitudine poteſtatis. Tenorem autem litterarum ipſarum de
,, verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt.
,, §. III. *Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti* MCCLII. *ſe-* Inſtrumentum.
,, *ptimo exeunte Novembr. Indictione* VI. *in Palatio Domini Epiſcopi in*
,, *præſentia Domini Martini della Turre Poteſtatis Lauden. & Domini*
,, *Guidotti de Oxio Judicis, & Domini Guillelmi de Melate militis ipſius*
,, *Poteſtatis, & Henrici Caderotlæ de Crema, teſtium & aliorum plurium.*
,, *Cum Dominus Papa ſuis dederit litteris in mandatis nobis Magiſtro Bono*
,, *Joanni miſeratione divina Lauden. Epiſcopo, quatenus providere debe-*
,, *remus Fratribus Minoribus de aliquo loco, ubi morari deberent; ideo*
,, *Nos Epiſcopus mandatum Domini Papæ exequi cupientes, providemus ipſis*
,, *Fratribus de Eccleſia ſancti Nicolai, cum horto & domibus ipſius Eccleſiæ,*
,, *in quibus Clerici ſoliti ſunt habitare, reſervatis poſſeſſionibus aliis, &*
,, *redditibus ipſius Eccleſiæ ipſis Clericis. Tenor quarum litterarum talis*
,, *eſt. Innocentius &c. Venerab. fratri Epiſcopo Lauden. ſalutem &c. Ad*
,, *ea quæ tibi, tuoque gregi provenire credimus ad ſalutem, eo te libentius*
,, *excitamus, quo promptiorem ſperamus in eis exequendis tuam prudentiam*
,, *inveniri. Sane quamvis dudum in Civitate Lauden. dilecti filii Fratres*
,, *Minores habuerint manſionem; eadem tamen civitas exiſtens ſub tyran-*
,, *nica poteſtate, quia unus ipſorum Fratrum fuit ibidem pro fide Eccleſiæ*
,, *Romanæ ſervanda, ſicut etiam remotis innotuit, per miniſtros impieta-*
,, *tis exuſtus, eorumdem Fratrum conſortio uſque ad hoc tempus reddidit ſe*
,, *indignam. Cum igitur nunc ipſi Fratres ad civitatem eamdem, utpote*
,, *devotam Eccleſiæ, cupiant pro animarum ſalute redire, fraternitati tuæ*
,, *per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eis ibidem ob reverentiam*
,, *Sedis Apoſtolicæ, & noſtram, necnon & multorum ſpiritualium pro-*
,, *fectum de aliquo loco idoneo & apto Religioni eorum ſtudeas promo-*
,, *vere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam &c. Datum Peruſii*
,, II. *Nonas Septembris Pontificatus noſtri anno* X. *Et committimus Prope-*
,, *tracio Capellano noſtro, ut vadat mittere in poſſeſſionem fratrem Grifre-*
,, *dum de Ordine Fratrum Minorum de prædicta Eccleſia & horto, & do-*
,, *mibus prædictis. Et præcipimus prædicto D. Martino de la Turre Poteſtati,*
,, *auctoritate prædictarum litterarum, quatenus mittat Nuncios ſuos cum*
,, *prædicto Capellano noſtro, ad inducendum prædictum fratrem Griſredum,*
,, *nomine totius Ordinis in poſſeſſione prædicta. Poſtea ſtatim eodem die in*
,, *præſentia Domini Guidotti de Oxio, & Domini Guillelmi de Melate*
,, *Nunciorum ipſius R. Poteſtatis, Henrici Caderotlæ, & Joannis Pagani*
,, *teſtium rogatorum, & aliorum multorum, prædictus Propetracius Capel-*
,, *lanus Domini Epiſcopi, & ejus nuncius in hac parte, nomine ipſius Do-*
,, *mini Epiſcopi induxit in corporalem poſſeſſionem prædictum fratrem Gri-*
,, *fredum, nomine totius Ordinis Fratrum Minorum de prædicta Eccleſia,*
,, *& de domibus & horto ipſius Eccleſiæ, per oſtia ipſarum Eccleſiæ, & do-*
,, *morum mandato ipſius Domini Epiſcopi. Ego Presbyter de Gradi Nota-*
,, *rius Curiæ Domini Epiſcopi iis omnibus interfui, & rogatus hanc char-*
,, *tam juſſu Domini Epiſcopi ſcripſi.*
,, Nulli ergo &c. Si quis autem &c. noverit incurſurum. Datum
,, Aſſiſii XII. Kalend. Septembris anno XI.

CVII.

Confirmat fratrem Deodatum Minoritam electum Anglonen. Regeſt. Vatic. epiſt. 108.

Capitulo Anglonen.

CUm dilectus filius frater Henricus Baren. electus, dilectum filium fratrem Deodatum de Squillatio Ordinis Fratrum Minorum Anglonen. electum, Anglonen. Eccleſiæ tum vacanti, litterarum noſtrarum auctoritate ſibi ſuper proviſione ipſius Eccleſiæ directarum in Epiſcopum præfecerit, & paſtorem, prout in ipſius Baren. electi litteris confectis exinde plenius dicitur contineri; noſque quod a præfato Baren. electo litterarum noſtrarum auctoritate factum eſt, in hac parte ratum habentes, & gratum, id per noſtras duximus litteras confirmandum. Mandamus quatenus memoratum Anglonen. electum, tamquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum devote ſuſcipientes, ſibi obedientiam, & reverentiam debitam impendatis, ejus monitis & mandatis ſalubribus intendendo. Alioquin ſententiam, quam ipſe rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Datum Laterani v. Idus Januarii anno xi.

CVIII.

Ut non poſſint conveniri per litteras Apoſtolicas. Regeſt. Vatican. epiſt. 475.

Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Franciſci Argentin. Ordinis ſancti Damiani.

Fol. 409. CŒleſtia quærentibus &c. *ut ſupra in bull.* 18. Datum Laterani xii. Kalendas Martii, anno xi.

In eumdem modum Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Franciſci Ripætranſonis Ordinis ſancti Damiani Firman. dioec.

In eumdem modum Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Ceciliæ Philigien. Ordinis ſancti Damiani Conſtantien. dioec.

CIX.

Ut non poſſint conveniri per litteras Apoſtolicas. Regeſt. Vatican. epiſt. 565.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Mariæ de Paradiſo in Indeburch Ordinis ſancti Damiani Salzburgen. Dioec.

VAcantibus amori celeſtium, & contemptui terrenorum, in iis benigni libenter occurrimus, per quæ ab hominum liberati calumniis, & quieta contemplatione proficiant, & perennis vitæ bravium curſu libero comprehendant. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, ut innocens veſtræ paupertatis humilitas per noſtræ proviſionis auxilium, tranquillæ devotionis conſequatur augmentum, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut a quocumque conveniri per litteras Apoſtolicas

eas non poſſitis; nec aliquis contra vos earum valeat auctoritate procedere, niſi de Ordine veſtro, & hac indulgentia expreſſam fecerint mentionem.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Laterani IV. Kalend. Aprilis anno XI.

CX.

Ut rata ſint & firma, quæ Syndici Apoſtolici paciſcuntur. Regeſt. Vatic. epiſt. 572. & Archiv. Aracœlit. num. 124.

Miniſtro, & Fratribus de Ordine Fratrum Minorum Spoletan.

CUm a nobis petitur &c. uſque *effectum*. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, quidquid procuratores a Venerabile fratre noſtro Epiſcopo Oſtien. & Velletren. cui cura veſtri Ordinis a Sede Apoſtolica eſt commiſſa, inſtituti pro vobis ſuper veſtris negotiis, de conſenſu veſtro hactenus providefecerunt, vel facient in futurum, ratum & firmum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. *Vide fol. 421.*

Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. ſi quis &c. Datum Lateran. III. Non. April. anno XI.

In eodem modo pro Fratribus Provinciæ Romanæ.

CXI.

Ut uti poſſint paramentis ſericis. Reg. Vatic. epiſt. 626.

Miniſtro, & Fratribus de Ordine Minorum Uratiſlavien.

§. I. EX parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris M. relictæ, ac filiorum clar. mem. P. Ducis Zleziæ fuit propoſitum coram nobis, quod cum corpus ipſius Ducis in Eccleſia veſtra fuiſſet traditum Eccleſiaſticæ ſepulturæ, dilectus filius frater C. tunc Miniſter Generalis Ordinis, volens propter hoc eamdem Eccleſiam aliquibus inſigniis decorare, utendi perpetuo pallis, & ſacris veſtibus ſericis in divinis myſteriis, & horis Canonicis, vobis conceſſit liberam facultatem.

§. II. Nos itaque obtentu prædictorum relictæ, ac filiorum veſtris ſupplicationibus annuentes, ut hujuſmodi pallis & veſtibus, juxta conceſſionem eamdem, non obſtante contraria conſtitutione ipſius Ordinis facta vel facienda, uti poſſitis vobis auctoritate præſentium indulgemus.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Aſſiſii, Idibus Maii anno XI.

Digitized by Google

CXII.

Ut Monaſterii familiares poſsint audire divina tempore interdicti. Reg. Vatic. epiſt. 697.

Abbatiſſæ, & Sororibus Monaſterii Pauperum incluſarum ſanctæ Cæciliæ in Phullingen. Conſtantien. Diœc. Ordinis ſancti Damiani.

DEvotionis augmentum vobis Deo propitio provenire confidimus, ſi ſuper iis, quæ pie cupitis nos benignos ad gratiam habeatis. Hinc eſt, quod nos humilitatis veſtræ precibus annuentes, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut Converſi & familiares veſtri Monaſterii, qui ſub habitu religionis vobis neceſſaria vitæ procurant, divina in Monaſterio ipſo tempore generalis interdicti poſſint audire, ac ibidem Eccleſiaſtica recipere Sacramenta, dummodo clauſis januis, non pulſatis campanis, interdictis & excommunicatis excluſis, divina eadem celebrentur, & iidem Converſi, & alii cauſam non dederint interdicto, nec id eis contingat ſpecialiter interdici.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſsionis &c. Datum Aſsiſii VI. Kalend. Junii anno XI.

CXIII.

Confirmat donationem, & conceſſionem Sanctimonialibus factam. Regeſt. Vatic. epiſt. 774.

Omeliæ Abbatiſſæ, Marinæ, & Philippæ, Sororibus Monaſterii Caſtri Florentin. Vulteran. Diœc.

Fol. 421. §. I. CUm a nobis petitur &c. uſque *effectum*. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod cum quondam Baro Simeonis de Vulterris pro ſalute animæ ſuæ quamdam domum, poſſeſsiones & res alias Fratri Philippo quondam Viſitatori Monaſteriorum Ordinis ſancti Damiani pro Eccleſiæ Romanæ devotione, pia liberalitate donavit, ut de domo, poſſeſsionibus, & rebus ipſis Monaſterium fieret Ordinis ſupradicti; ſed quidam nobiles conſanguinei ejuſdem Baronis bona hujuſmodi temere occuparunt, & ea vobis reſtituere contradicunt.

§. II. Venerabilis autem Frater noſter Oſtien. & Velletren. Epiſcopus tranquillitati veſtræ cupiens providere, vobis per ſuas conceſsit litteras, ut poſsitis per vos, vel alias perſonas, quibus id commiſeritis, cum eiſdem nobilibus, aut eorum procuratoribus ſuper præmiſsis bonis tranſigere, vel paciſci, ac facere & recipere cautionem ſuper his, prout vobis videbitur expedire. Donavit etiam, & conceſsit vobis idem Epiſcopus omne jus, omnemque actionem, quod, vel quæ competerent Eccleſiæ Romanæ in bonis præfatis pro Vulteran. Monaſterio meliorando, & etiam conſtruendo, ſicut in inſtrumento publico confecto exinde plenius dicitur contineri.

§. III. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ab eodem Epiſcopo factum eſt in hac parte ratum habentes & gratum, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. Datum Anagniæ V. Kalen. Junii anno XI.

CXIV. *Mit-*

Digitized by Google

CXIV.

Mittitur fr. Walaſcus ad tractandum res graviores cum Regibus Luſitaniæ, Aragoniæ, & Caſtellæ. Reg. Vatic. in litteris ſecretis fol. 134. ep. 35.

Regi Portugalliæ.

GErentes de dilecto filio fratre Walaſco de Ordine Fratrum Minorum Pœnitentiario noſtro, utpote viro jam in multis experto, & nobis, ac Fratribus noſtris merito ſuæ probitatis accepto, fiduciam in Domino pleniorem, in ejus ore poſuimus quædam ad te perferenda ſecreto per ipſum, & tecum etiam pertractanda. Quocirca ſerenitatem tuam rogandam duximus attente, & monendam, quatenus ipſum benigne recipiens iis, quæ tibi ex parte noſtra exponenda duxerit, adhibeas plenam fidem.

Datum Aſſiſii IV. Kal. Junii anno XI.

CXV.

Concedit eidem facultatem abſolvendi a cenſuris in Hiſpania. Reg. Vatic. in litteris ſecretis fol. 209. epiſt. 2.

Fratri Walaſco de Ordine Fratrum Minorum Pœnitentiario noſtro.

CUm de ſinceritate fidei, ac diſcretionis tuæ induſtria confidentes, quædam tibi Apoſtolicæ Sedis negotia in Hiſpaniæ partibus commiſerimus exequenda, quia nonnulli Eccleſiarum Prælati, & Clerici tam Religioſi, quam alii partium earumdem ſuſpenſionis ex eo dicuntur ſententiam incurriſſe, quod ipſi contra conſtitutionem nuper a nobis editam tulerunt ſententias non in ſcriptis. Nos animarum ſaluti providere volentes hujuſmodi relaxandi ſententiam vice noſtra, necnon diſpenſandi cum illis ſuper irregularitate, ſi quam forte occaſione hujuſmodi contraxerunt, prout eorum ſaluti videris expedire, auctoritate tibi præſentium concedimus facultatem.

Datum Anagniæ Kal. Julii anno XII.

CXVI.

Declarat quem debeant habitum portare. Reg. Vatic. epiſt. 82.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Mariæ Toloſan. Ordinis ſancti Damiani.

CUm a nobis petitur &c. uſque *effectum*. Cum itaque, ſicut veſtra nobis exhibita petitio continebat, conſueveritis ſecundum obſervantiam veſtri Ordinis tunicam, mantellum, & chordam, & velum deferre, & ſanctæ memoriæ Clara Abbatiſſa Monaſterii ſancti Damiani de Aſſiſio mater ipſius Ordinis, ejuſque Sorores a tempore, quo beatus Franciſcus illum inſtituit, uſque nunc uſæ fuerint chorda pro cingulo, velo quoque, tunica, & mantello, quamquam in formula vitæ ipſarum, quam fel. rec. Gregorius Papa prædeceſſor noſter, tunc in minori conſtitutus officio, eiſdem obſervandam tradiderat, de chorda, vel cingulo minime fecerit mentionem. Nos quieti veſtræ ſuper hoc providere volentes, veſtris devotis precibus inclinati, vobis ut præmiſſis chorda, velo, tunica, & man- *Vide ut ſup. fol. 421.*

mantello uti, ſicut conſuevistis hactenus, libere valeatis auctoritate præſentium indulgemus, diſtrictius inhibentes, ne ſuper horum quatuor, vel alicujus eorum uſu quiſquam vos impedire de cetero, vel moleſtare præſumat.

Nulli ergo noſtræ conceſſionis, & inhibitionis &c. Datum Anagniæ vi. Idus Julii anno xii.

CXVII.

De dirimenda quadam controverſia inter Reges Hungariæ, & Bohemiæ, pro qua componenda ſuam operam poſuerunt etiam Minoritæ. Reg. Vatic. in lltteris ſecretis fol. 209. epiſt. 4.

Electo Neapolitan. Apoſtolicæ Sedis Legato.

Inter Reges Hungar. & Bohem. diſcordiæ.

§. I. VEnerabilis frater noſter Zagabrien. Epiſcopus, & dilectus filius fr. Ecce de Ordin. Minorum, poſtquam diſceſſiſti a nobis, ad Sedem Apoſtolicam accedentes, ex parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Ungariæ Illuſtris nobis exponere curaverunt, quod Rex ipſe occaſione diſcordiæ inter eum, & cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Regem Bohemiæ Illuſtrem exortæ, auctoritate noſtra citatus extiterat, ut in feſto Nativitatis beati Jo: Baptiſtæ proximo præterito, per reſponſalem idoneum in noſtra compareret præſentia, propter quod eoſdem Epiſcopum, & Fratrem ad prætactam ſedem in ipſo termino deſtinarat; quodque Rex idem noſtræ ſuper hoc ordinationi ſtare volebat, & ad firmitatem, & ſecuritatem majorem paratus erat caſtra, munitiones, & alia, quæ tenet in locis, & terris, de quibus inter ipſum & prætactum Regem Bohemiæ, prætacta intervenit diſcordia, ejuſque Sedis Nuntiis aſſignare per ipſos interim retinenda, dummodo dictus Rex Bohemiæ de iis, quæ ipſe tenet, ſimilem propter hoc aſſignationem duceret faciendam. Et hæc eadem frater Walaſcus de Ordine Minorum, quem pro hujuſmodi negotio in Ungariam olim tranſmiſimus, ſimiliter dixit nobis, ſuper quibus iidem Epiſcopus & fr. Ecce patentes ab ipſo Rege habebant litteras per mandatum.

Legatio ſuſpenditur.

§. II. Licet igitur te ad ipſius Ungariæ partes, commiſſo in illis tibi legationis officio, pro eodem negotio duxerimus deſtinandum; quia tamen tunc iſta ignorabamus, & quod ipſe Rex Ungariæ talem in his gereret voluntatem, volumus, & præſentium tibi tenore mandamus, quatenus prætactæ legationis officio ſuperſedere procures, & ſi ejus prætextu circa præmiſſa forſan in aliquo proceſſiſti, proceſſum tuum ſtudeas revocare.

Datum Anagniæ iii. Idus Julii anno xii.

CXVIII.

Approbat erectionem Capellaniarum in illarum Monaſterio. Reg. Vatic. epiſt. 176.

Abbatiſſæ, & Sororibus Pauperum incluſarum Monaſterii ſanctæ Eliſabethæ Remen. Ordinis ſancti Damiani.

§. I. POrrecta nobis ex parte veſtra petitio continebat, quod cum quondam Magiſter Stephanus de Bena clericus duas Capellanias de bonis propriis, pro animæ ſuæ remedio in diverſis locis fundari man-

Digitized by Google

mandaverit in ultima voluntate, demum Joannes dictus de Melolis, & Colardus dictus Belen, clerici excutores teſtamenti ejuſdem Magiſtri Stephani Capellanias ipſas in Monaſterio veſtro erigi curarunt, voſque ad faciendum in qualibet Capellaniarum ipſarum per idoneum Presbyterum perpetuo deſerviri, obligare curaſtis. Decanus quoque, ac Vicedominus Canonicus Remen. Vicarii in ſpiritualibus venerabilis fratris noſtri Remen. Archiepiſcopi, quæ ſuper his facta fuerant, approbarunt, prout in litteris ſuper hoc confectis dicitur plenius contineri.

§. II. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ab executoribus, & nobis, ac Vicariis ſupradictis pie ac provide factum eſt in hac parte, ratum habentes & gratum, illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Datum Anagniæ Idibus Auguſti anno XXI.

Prior ſancti Dionyſii Remen. datus eſt ſuper his conſervator. Non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod abſque ipſius Sedis ſpeciali mandato excommunicari, aut interdici nequeant, vel ſuſpendi, Datum ut ſupra.

CXIX.

Ut quemdam conſtituat Epiſcopum Cotronenſem. Reg. Vatic. epiſt. 165.

Joanni de Averſa Miniſtro in Calabria Ord. Minorum.

CUm ſicut intelleximus Cotronen. Eccleſia tanto tempore jam vacarit, quod ad Sedem Apoſtolicam eſt ejus proviſio devoluta, nos volentes eidem Eccleſiæ, ne damna ex longa vacatione ſubeat, de paſtore idoneo celeriter providere, diſcretioni tuæ de Fratrum noſtrorum conſilio per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, dilectum filium Magiſtrum Nicolaum de Durachio, Cameræ noſtræ clericum in Latina & Græca lingua peritum, virum utique litterarum, providum, & diſcretum, ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, eidem Eccleſiæ auctoritate noſtra in Epiſcopum præficias & paſtorem, amoto exinde Mauro Presbytero, qui pro ipſius electo ſe gerit, & per ſecularem potentiam ſe in illa procuravit intrudi: vel ſi poſt inhibitionem factam a nobis, ne vacantibus Eccleſiis Regni Siciliæ provideretur de paſtoribus ſine noſtro beneplacito & mandato, prætactæ Eccleſiæ per electionem vel poſtulationem, ſeu per quemcumque alium modum fuerit de ipſo proviſum. Contradictores & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Anagniæ IV. Non. Septembris, anno XII.

CXX.

Ut conſtituat Fr. Raynutium Epiſcopum Biſinianen. Reg. Vat. epiſt. 304.

Epiſcopo Aſiſinaten.

CUm ſicut intelleximus Biſinianen. Eccleſia ſit paſtorali ſolatio deſtituta, nos gravibus ipſius Eccleſiæ periculis, quæ ſibi, ſi vacaret diutius, imminerent, occurrere cupientes, mandamus quatenus eidem Eccleſiæ dilectum filium Fratrem Raynutium Ordinis Fratrum Mino-

Digitized by Google

rum, cujus ſtudio & diligentia laudabilibus in ſpiritualibus, & temporalibus poterit, auctore Domino, proficere incrementis, in Epiſcopum præficias, & Paſtorem, faciens ei a Capitulo & ſubditis ejuſdem Eccleſiæ obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Neapoli vi. Idus Novembris, anno xii.

ALEXANDER IV.

Electus eſt xiv. *Kalend. Januarii anno* mccliv.

Anno Christi 1254. Alexandri IV. anno i.

I.

Revocat quæ Innocentius IV. ſtatuit contra religioſos. Specul. Min. tract. 2. Roderic. bulla 2.

Venerabilibus Fratribus Univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac ceteris perſonis Eccleſiaſticis tam ſecularibus, quam regularibus cujuſcumque Ordinis, vel profeſſionis exiſtant &c.

Intempeſtive facta ſerio iterum expendenda.

§. I. Nec inſolitum eſt, nec novum ut ea, quæ per occupationem vel infeſtinantiam fiunt; pro eo quod congruæ deliberationis limam prætereunt, in propenſioris conſiderationis reducant examen; ut rectiora & elimatiora per attentionem plenioris diſcuſſionis emanent.

Innoc. IV. Conſtitutio.

§. II. Sane quædam ab Apoſtolica Sede tempore felicis recordationis Innocentii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri litteræ proceſſerunt, in quibus ipſe univerſis religioſis cujuſcumque profeſſionis, vel Ordinis diſtricte in virtute obedientiæ injungebat, ut parochianos alienos diebus Dominicis & feſtivis non reciperent de cetero in ſuis Eccleſiis, ſeu Oratoriis temere ad divina, nec ipſos ullatenus ad pœnitentiam admitterent ſine ſuorum licentia ſacerdotum; nec eis in ſuis prædicarent Eccleſiis ante Miſſarum ſolemnia, pro quibus audiendis prima diei parte iidem parochiani conſueverunt & debent in ſuis Eccleſiis convenire; nec ſermones etiam ſolemnes facerent illa hora; ſed nec ad prædicandum ſolemniter parochias alienas accederent, niſi eſſent ab eorum ſacerdotibus invitati, vel ſaltem niſi ſe ad id humiliter peterent & obtinerent admitti; nec ea die qua diœceſanus Epiſcopus, vel alius loco ejus prædicaret ſolemniter, maxime in Eccleſia Cathedrali aliquis ipſorum in eadem Civitate, vel loco præſumeret prædicare: ſi vero in caſu licito parochianum alterius eos in ſuis Eccleſiis recipere ad ſepulturam contingeret, omnium, quæ obtentu conſequerentur hujuſmodi ſepulturæ, portionem Canonicam, etiam non requiſiti, infra octo dies a tempore receptionis eorum, Epiſcopo vel ſacerdoti, de cujus parochia mortuus eſſet aſſumptus, exhibere curarent: ſi autem aliquis religioſorum ipſorum hujus præcepti tranſgreſſor contra prædicta, vel aliquid prædictorum venire præſumeret; præter inobedientiæ vitium, & excommunicationis ſententiam, quam eum incurrere voluit ipſo facto, gradus ſui periculo ſubjaceret; & nihilominus a diœceſano ad præmiſſa univerſa & ſingula obſervanda per cen-

Digitized by Google

cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, diſtrictius cogeretur; nullis ei contra hæc indulgentiis vel privilegiis Apoſtolicis valituris.

§. III. Verum quia ſuper præmiſſis litteris cogitare attentius & ſtudioſius deliberare proponimus; pacis commodum & quietis ſolatium Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis potiſſime cupientes, præfatas litteras, & ſi quæ aliæ ſuper prædictis, vel eorum aliquo contra præfatos religioſos, vel aliquos ex ipſis generaliter, vel ſpecialiter, præter formam communem, & ſolitam proceſſere, ac mandata ſeu præcepta facta in eis vel earum auctoritate, duximus penitus revocanda: ideoque univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per hujuſmodi litteras, vel occaſione mandatorum, ſeu præceptorum, aut ſententiæ, quæ continent, nihil prorſus agatis, cum nullam deinceps efficaciam habeant vel vigorem. Conſtitutionis ejuſdem revocatio.

Datum Neapoli II. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri anno I.

II.

Confirmat quamdam permutationem a Fratribus factam. Regeſt. Vatic. epiſt. 15.

Guardiano & Fratribus Minoribus Conv. Tudertin.

Quanto amplius ſacræ Religionis zelatores exiſtimus, & in bonæ opinionis ipſius delectamur odore, tanto libentius religioſorum juſtis petitionibus congruum favorem impendimus, eaſque benignius exaudimus. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod vos locum veſtrum, cum Eccleſia & aliis ejus pertinentiis, cum Abbate & conventu Monaſterii ſancti Fortunati Tudertin. pro eodem Monaſterio, cum Clauſtro, domibus, hortis, plateis & quibuſdam aliis domibus & appendiciis ſuis ſub certis confinibus, licitiſque conditionibus permutaſtis, dilecti filii Abbatis Monaſterii Vallis umbroſæ, ad quem dictum Monaſterium ſancti Fortunati dicitur pertinere, ad id accedente conſenſu, necnon Diœceſanus Epiſcopus, ejuſque Capitulum, plenam inſuper vobis donationem, & conceſſionem fecerunt de omnibus ſupradictis, prout in inſtrumentis ſuper hoc confectis plenius dicitur contineri. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati permutationem, conceſſionem & donationem prætactas provide factas ratas, & gratas habentes, ac ſupplentes defectum ſi quis in ipſis extitit, de plenitudine poteſtatis, eas de Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Datum Neapoli v. Kalend. Januarii, anno I.

Anno Christi 1255. Alexandri IV. anno I.

III.

Confirmat unionem factam quorumdam Monaſteriorum Sanctimonialium. Regeſt. Vatic. epiſt. 44.

Abbatiſſæ & Conventui Pauperum Incluſarum Monaſterii ſanctæ Mariæ de Miſericordia Imolen. Ordinis ſancti Damiani.

Ea quæ auctoritate litterarum Apoſtolicæ Sedis fiunt, rata decet & illibata perſiſtere, & ut debitam firmitatem obtineant, illis nimi-

Digitized by Google

rum libenter adjicimus perpetuum auctoritatis noſtræ munimen. Sane ſicut nobis exponere tranſmiſſa petitione curaſtis, Venerabilis Fr. Epiſcopus Imolenſis, auctoritate litterarum Sedis ejuſdem veſtrum & ſancti Stephani, ac ſanctæ Mariæ in Zagonia extra portam Aloni, in quo tunc Moniales ſancti Benedicti Ordinis morabantur, Monaſteria juxta formam ſibi traditam proinde counivit, ac ſtatuit ut eadem Monaſteria exiſtant de cetero unum corpus, & ſub uno capite, ac regula prædicti Ordinis ſancti Damiani, vivant perſonæ inibi Domino ſervientes. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod per Epiſcopum ipſum in hac parte provide factum eſt, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. Si quis &c. Datum Neapoli II. Idus Jannuarii, anno I.

IV.

Concedit ut vivant ſub inſtitutis Clariſſarum. Regeſt. Vat. epiſt. 65.

Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſancti Franciſci pauperum incluſarum in Argentina Ordinis ſancti Damiani.

Vide pag. 468.

Declaratio, privilegii Cardinal. Hug.

SOlet annuere &c. uſque *impertiri*. Lecta ſiquidem coram nobis veſtra petitio continebat, quod dilectus filius noſter H. tit. ſanctæ Sabinæ Præsbyter Cardinalis, de ſpeciali mandato noſtro vobis conceſſit, ut illam dumtaxat vitæ formam in veſtro Monaſterio perpetuis temporibus obſervetis, quam fel. rec. Innoc. Papa prædeceſſor noſter vobis tradidit obſervandam, ſtatuens ut indulgentiis & privilegiis conceſſis & concedendis Ordini ſancti Damiani, etiamſi locum vos mutare contingat, libere gaudeatis, ac Monaſterium veſtrum Ordini incorporans ſupradicto, prout in ejuſdem Cardinalis patentibus litteris plenius continetur. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod per eumdem Cardinalem in hac parte factum eſt, ratum habentes & gratum, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, prædictarum litterarum tenorem inſeri præſentibus facientes, qui talis eſt. *Frater Hugo miſeratione divina tit. ſanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis; dilectis in Chriſto Abbatiſſæ, & Conventui pauperum incluſarum Monaſterii de ſancto Franciſco civitatis Argentinen. Ordinis ſancti Damiani, ſalutem in Domino ſempiternam. Auctoritate Domini Papæ ſpecialiter in hac parte nobis viva voce commiſſa, vobis concedimus, ut illam dumtaxat formam vitæ in veſtro Monaſterio, quo divino eſtis obſequio mancipatæ, teneamini obſervare, quam fel. rec. Dominus Innocentius Papa IV. vobis tradidit obſervandam; ſtatuentes ut ſancti Damiani Ordinis privilegiis conceſſis & concedendis, quocumque vos etiam transferatis per loci mutationem, plenarie gaudeatis vos & Monaſterium veſtrum, prætacto Ordini uniendo. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtro ſigillo fecimus conſignari. Datum Neapoli anno Domini* MCCLIV. IX. *Kalend. Januarii Pontif. D. Alexandri Papæ IV. anno I.*

Ejus litteræ.

Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. Datum Neapol. XV. Kalend. Febr. anno I.

V. Con-

V.

Confirmat quamdam donationem ab Epiſcopo Faventino factam. Regeſt. Vatic. epiſt. 77.

Abbatiſſæ & Sororibus Monaſterii ſanctæ Mariæ de Virginibus de Faventia Ordinis ſancti Damiani.

§. I. CUm a nobis &c. uſque *effectum*. Cum itaque ſicut nobis exponere curaviſtis ven. Fr. noſter Epiſcopus domum & Eccleſiam ſancti Martini de Podio Favent. diœc. præteriti temporis faciente malitia, deſtructas & penitus deſolatas, cum omnibus poſſeſſionibus & terris earum, & cum omnibus bonis ſuis mobilibus & immobilibus, juribus & actionibus, temporalibus & ſpiritualibus ad dictas domum & Eccleſiam pertinentibus, vobis & per vos Monaſterio veſtro pietatis intuitu duxerit concedendas, eximens dictam Eccleſiam ab Epiſcopali onere, conditionibus & factionibus, & ab omni jure Diœceſani, ſalvo tamen quod vos & Monaſterium veſtrum & Abbatiſſæ atque Sorores, quæ ibidem pro tempore fuerint, teneamini dare & ſolvere pro prædictis domo & Eccleſia ſancti Martini procurationes Legatis Apoſtolicæ Sedis, ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Faventinæ, prout in ipſius Epiſcopi litteris ſuper hoc confectis, ejuſque ſigillo ſignatis plenius continetur. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ab eodem Epiſcopo provide factum eſt in hac parte, ratum habentes & gratum, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes defectum ſiquis in hoc extitit, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. *Habes formulam fol. 421.* *Confirmatio donationis.*

§. II. Tenorem autem litterarum ipſius Epiſcopi præſentibus inſeri fecimus, qui talis eſt. *Frater G. miſeratione divina Epiſcopus Faventin. Dilectis in Chriſto filiabus ſorori Philippæ Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Mariæ de Virginibus de Faventia, & ejuſdem Monaſterii Sororibus univerſis, ſalutem in Domino. Cum ad providentiam pertineat paſtoralem piis locis ac religioſis perſonis miſericorditer providere, reſtaurare deperdita, & deſolata ad debitum ſtatum reducere. Ideo Nos Fr. G. Epiſcopus Faventin. ad honorem omnipotentis Dei, & glorioſæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, & in remiſſionem peccatorum noſtrorum, ac prædeceſſorum noſtrorum, cauſa, & intuitu pietatis, ad ſuſtentationem pauperum Dominarum & Sororum, quæ in loco ſanctæ Mariæ de Virginibus commorantur, & in perpetuum morabuntur, vice & nomine Epiſcopatus Faventiæ, & pro ipſo Epiſcopatu, & pro nobis noſtriſque ſucceſſoribus in dicto Epiſcopatu perpetuo exiſtentibus in futurum damus & concedimus, & perpetua largitione donamus tibi ſorori Philippæ Abbatiſſæ prætacti loci ſanctæ Mariæ de Virginibus de Faventia, & ejuſdem loci Sororibus univerſis recipientibus vice & nomine dicti Monaſterii, & Conventus dicti loci domum & Eccleſiam ſancti Martini in Podio noſtræ Diœc. quæ domus, & Eccleſia nunc occaſione guerrarum inter cives Faventin. habitarum, & occaſione obſidionis factæ a Friderico quondam Imperatore circa civitatem Faventiæ ſunt deſtructæ, & quaſi deſertæ & Eccleſiaſticis uſibus penitus deſolatæ, ac in omnibus poſſeſſionibus & terris ſuis, & cum omnibus bonis ſuis mobilibus & immobilibus, juribus, & actionibus, ſpiritualibus, & temporalibus ad dictam domum & Eccleſiam ſancti Martini pleno jure ab onere Epiſcopali, conditionibus & factionibus, & ab omni jure diœceſano, excepto quod teneamini & vos & Monaſterium veſtrum, & Abbatiſſæ, & Sorores, quæ ibidem pro tem-* *Et tenor litterarum Epiſcopi.*

Digitized by Google

tempore erunt, dare & ſolvere pro dicta domo & Eccleſia ſancti Martini procurationes Legatorum Apoſtolicæ Sedis, ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Faventin. Ita tamen quod cum hoſpitali Cerri & hoſpitali Miſſini ad ſolutionem & præſtationem dictarum procurationum debeatis æqualiter reſpondere. Et vos præfata Abbatiſſa & Sorores pro vobis & eis, quæ vobis ſucceſſerint, nobis, & vice dicti Epiſcopatus Faventin. promittatis dare & ſolvere omni anno in perpetuum apud Epiſcopatum prætactum in Vigilia ſancti Petri de Junio, pro dicta conceſſione & donatione, nomine cenſus & in ſignum reverentiæ unam libram bonæ & pulchræ ceræ, ad libram duodecim unciarum, & conſervare, & manutenere dictam Eccleſiam ſancti Martini, atque ibidem divina Officia celebrentur. Tradimus inſuper vobis manualiter poſſeſſionem dictæ domus, & Eccleſiæ ſancti Martini, & omnium poſſeſſionum & jurium ad dictam Eccleſiam pertinentium, inducendo per nos ipſos in tenutam & corporalem poſſeſſionem dictæ domus & Eccleſiæ ſancti Martini, & omnium poſſeſſionum & jurium ad dictam Eccleſiam pertinentium, Albertinum Canonicum Plebis Sarniæ Syndicum, & procuratorem Monaſterii veſtri & nuntium ſpecialem. Promittimus præterea vobis pro nobis & noſtris ſucceſſoribus prætactam conceſſionem, & donationem firmam & ratam in perpetuum habere, & in ullo penitus contravenire. Datum Faventiæ Idibus Junii, Pontificatus Domini Innocentii Papæ IV. anno XI. anno vero Domini MCCLIV.

Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. ſi quis &c. Datum Neapoli XIII. Kalend. Februar. anno I.

VI.

Concedit, ne poſſint evocari ad lites extra Civitatem Conſtantienſem. Reg. Vatic. epiſt. 123.

Abbatiſſæ & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii de Paradiſo juxta Conſtantiam Ordinis ſancti Damiani.

VEſtræ pacis quærentes commodum & quietis, libenter illa vobis concedimus, per quæ materia ſubmota gravaminis, ſtatus veſtri tranquillitas procuretur. Hinc eſt, quod nos veſtris gravaminibus occurrere cupientes, remedio gratiæ ſpecialis auctoritate vobis præſentium indulgemus, ne de cetero extra Civitatem Conſtantien. ſuper bonis, quæ intra illam habetis, in cauſam trahi per Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum ipſius litteras valeatis, niſi litteræ ipſæ de hac indulgentia plenam vel de verbo ad verbum expreſſam fecerint mentionem.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Neapoli Kalend. Februarii, anno I.

VII.

Ut propter intenſionem frigoris pellibus uti poſſint. Reg. Vat. epiſt. 122.

EISDEM.

§. I. DIvinæ affluentiam bonitatis habendo præ oculis, quæ nobis, licet immeritis, curam commiſit generalis Eccleſiæ, ſaluti omnium libenter intendimus, præcipue eorum qui divinis laudibus frequenter invigilant, & piæ vitæ ſtudio ſine intermiſſione deſudant.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod licet

ſit

Digitized by Google

ſit in deſiderio veſtro continuum per afflictionem carnis aſſiduam mereri præmia beatorum, tamen fragilitas veſtra non ſufficit, ut intenſionem frigoris veſtrarum partium, ſine incurſu diſcriminis ſuſtinere poſſitis, præſertim illæ ex vobis, quæ in diebus ſuis proceſſiſſe noſcuntur.

§. III. Quia vero decens & dignum eſſe dignoſcitur, quod providentia Sedis Apoſtolicæ ſuffragante, a vobis jugum Domini cum ſuavitate feratur, Nos veſtris ſupplicationibus annuentes, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut veſtri Ordinis ſtatuto vel conſuetudine contraria non obſtante, uti pellibus libere valeatis.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſiquis &c. Datum Neapoli II. Novemb. Febr. anno I.

In eumdem modum Abbatiſſæ & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſancti Franciſci Argentin. Ordinis ſancti Damiani.

VIII.

Ne teneantur Fratres curam ſuſcipere Sanctimonialium. Regeſt. Vatic. epiſt. 297.

Miniſtro Fratrum Minorum Alemaniæ, ac diffinitoribus Provincialibus Capituli in Ezzellingen celebrati.

Cum a nobis petitur &c. uſque *effectum*. Significaſti ſiquidem nobis, quod dudum nos tunc Oſtien. & Velletren. Epiſcopus, per noſtras vobis duximus litteras concedendum, quod exceptis Argentin. Conſtantien. Derlma, & de Phillengen clauſtris Ordinis ſancti Damiani aliquorum clauſtrorum ejuſdem Ordinis conſtructorum, aut conſtruendorum in Alemania nullatenus teneamini curam gerere vel habere. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, conceſſionem hujuſmodi ratam habentes, illam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. *Vide fol. 421.*

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſiquis &c. Datum Neapoli VIII. Idus Martii, anno I.

IX.

Mandat univerſis Prælatis Fratres ab eis benigne recipi, ac ſuis obſervantiis regularibus libere uti. Specul. Minorum tract. I. fol. 5.

Archiepiſcopis, Epiſcopis &c. & aliis Eccleſiarum Prælatis.

§. I. Patris æterni benignitas, pro ſui nominis attollenda gloria, & procuranda ſalute inter perſonas plurimas divinis obſequiis deputatas, viros in Eccleſia ſua ſancta conſtituit converſationis & vitæ honeſtæ conſpicuos, & ſcientiæ titulis inſignitos. *Deus Viros ſapientes, & probos in Eccleſiæ ſervitio ſelegit.*

§. II. Hi ſunt dilecti Deo, & hominibus Fratres Ordinis Minorum & Prædicatorum, qui ſuum ſemper affectum ad amorem cœleſtium dirigentes, virtutem divini nominis per orbem terrarum publicant, & Chriſtianæ Religionis ampliando cultum vigili attentione deſudant. Hi ſunt qui vitam & merita beatiſſimi Pauli Apoſtoli contemplantes, gloriantur in ſola Cruce Domini, ſpernendo mundi ſolatia pro deliciis paradiſi. Hi ſunt qui hoſtes animæ per ſcutum fidei, loricam juſtitiæ, gladium ſpiritus, ſalutis galeam, haſtam perſeverantiæ debellantes, obtinere fata- *Prædicatoribus, & Min. factum elogium.*

Digitized by Google

ſatagunt: ut catholicis univerſis fidei, ſpei, & caritatis augmenta proveniant, ac perfidis veritatis via pateat, & hæreticæ pravitatis inſania evaneſcat. De tantorum ſiquidem meritorum provenit claritate, quod nos Fratres eoſdem in Chriſto affectu ſinceriſſimo diligamus, & ip ſos ubique terrarum ſtatu gaudere pacifico affectamus, pro re indigna, & nimis amara ducentes, ſi quis de numero fidelium, & potiſſime Prælatorum, eos aliquibus turbat injuriis vel offenſis.

Perpende Pontificiæ commendationis fervorem.

§.III. Rogamus itaque devotionem veſtram, & per Dei miſericordiam obſecramus, per Apoſtolica ſcripta vobis mandantes, ac remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus illos qui ſunt ex eis in veſtris Civitatibus & diœceſibus conſtituti, ſeu qui ad præſentiam veſtram quandocumque pervenerint, pro divina & noſtra reverentia affabiliter & benigne recipere, ac eos veſtræ caritatis ſtudeatis affluentia confovere, permittendo uti libere regularibus eorum obſervantiis, & ſtatutis per Sedem Apoſtolicam approbatis, & etiam indulgentiis & litteris, quas circumſpecta pietas Sedis ejuſdem olim conceſſiſſe dignoſcitur de ſua gratia ſpeciali.

§. IV. Ceterum prædictos Fratres de favoris veſtri plenitudine plenius honorantes, eis liberaliter concedatis, & quæ ſunt opportuna pro animarum ſalute fieri ab eis auctoritate veſtra libere valeant exerceri, præſertim cum ipſi cordi habeant miniſterium ſuum ita laudabiliter & prudenter exequi, quod exinde apud vos poſſint ſinceram & ſtabilem benevolentiam promereri. Preces autem noſtras, quas vobis ex intimo cordis affectu dirigimus, ſic adimpleat veſtra ſinceritas, quod propter hoc vobis gratioſi favoris præmia opportuno tempore compenſemus.

Datum Neapoli v. Id. Aprilis Pontificatus noſtri anno I.

X.

Ut non teneantur præſtare procurationes, vel ſubſidia Legatis Apoſtolicis, vel aliis quibuſcumque. Reg. Vatic. epiſt 302.

Univerſis Abbatiſſis, & Sororibus Monaſteriorum Ordinis ſancti Damiani Eccleſiæ Romanæ immediate ſubjectis.

Paupertati veſtræ, quam voluntarie propter Dominum ſuſtinetis, ac quieti paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut vos ad præſtationem procurationum Legatorum Sedis Apoſtolicæ, vel Nunciorum ipſius, aut exactionum, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum quorumcumque per litteras dictæ Sedis Legatorum, Rectorum, vel Nunciorum ejuſdem, cujuſcumque tenoris exiſtant, in perpetuum compelli minime valeatis. Nos enim decrevimus irritas & inanes interdicti, ſuſpenſionis & excommunicationis ſententias, quæ propter hoc in vos, vel in veſtrarum aliquas, aut in Monaſterium veſtrum impoſterum contigerit promulgari.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis &c. Datum Neapoli Idibus Aprilis anno I.

Digitized by Google

XI.

Ut exequantur Pontificium mandatum circa reſtituendos ad gremium Univerſitatis Fratrum Bonum-hominem, & Eliam Ord. Præd. & de reſecandis quibuſdam ſtatutis. Reg. Vatic. epiſt. 278.

Aurelianen. & Antiſſioduren. Epiſcopis.

§. I. Controverſiam dudum inter dilectos filios Magiſtros, & Scholares Pariſien. ex parte una, & quoſdam religioſos ex altera, ſuper quibuſdam ſtatutis, inimico homine ſuperſeminante, ſubortam, nos per ordinationem providam, de Fratrum noſtrorum conſilio ſopientes, dilectos filios Bonum-hominem, & Eliam Ordinis Prædicatorum Fratres, Pariſius in theologica facultate Magiſtros, dudum occaſione prædictæ controverſiæ per Magiſtros Theologiæ, & alios nomine Univerſitatis ſcholarium Pariſienſium a Magiſtrorum conſortio, & ipſius univerſitatis Collegio ſeparatos, quos a fel. rec. Innoc. Papa prædeceſſore noſtro poſtmodum reſtitutos, de gratia ſpeciali iidem Magiſtri & alii, licet ſuper hoc mandatum Apoſtolicum receperint, noluerunt admittere ad idem Magiſtrorum conſortium, ipſoſque auditores eorum ad Univerſitatis Collegium reſtituimus, omnia de noſtræ plenitudine poteſtatis, omnes ſententias privationis, ſeu ſeparationis a conſortio Societatis, vel Collegio Univerſitatis, aut ſimilibus, ſive pœnas quaslibet, vel prohibitiones in eoſdem Fratres, vel auditores eorum præmiſſa occaſione prolatas penitus revocando.

Pontifex controverſias exortas ſedat.

Magiſtri Pariſ. nolunt Pontificio obtéperare præcepto.

§. II. Dictorum quoque ſtatutorum quædam reſecanda penitus, quædam vero, ut ſalubrius proficiant, moderanda, & alia etiam ordinanda, quæ pro ſtudii Pariſien. conſervatione providimus, prout ex litteris noſtris ſuper hoc confectis, quæ *Quaſi ſignum vitæ*, incipiunt, vobis liquere poterit evidenter.

§. III. Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ordinationem ipſam faciatis inviolabiliter, juxta earumdem litterarum continentiam obſervari. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita præmiſſis, ſeu quod prædictus prædeceſſor executionem reſtitutionis prædictorum Fratrum dicitur dudum aliis commiſiſſe, aut ſi aliquibus ſit indultum, quod abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali mandato excommunicari, interdici, vel ſuſpendi, ſeu extra ſuam diœceſim, vel ultra, ſive extra certum locum ad judicium evocari nequeant, ſive qualibet Apoſtolica indulgentia, de qua expreſſam, ſeu de verbo ad verbum fieri mentionem oporteat, vel per quam hujuſmodi executio impediri valeat, vel differri, aut conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio generali, non obſtantibus, compeſcendo. Quod ſi non ambo &c.

Datum Neapoli XVIII. Kal. Maii anno 1.

XII.

Ut recipiant fratres Bonum-hominem, & Eliam Ord. Præd. ad Univerſitatem. Reg. Vatic. epiſt. 279.

Magiſtris Theologiæ Pariſien.

§. I. Controverſia dudum inter vos, & Univerſitatem ſcholarium Pariſien. ex una parte, & quoſdam Religioſos ex altera, ſuper quibuſdam ſtatutis, inimico homine ſuperſeminante, ſubortam, per ordi-

Digitized by Google

ordinationem providam, de Fratrum noſtrorum conſilio ſopientes, dilectos filios Bonum-hominem, & Eliam Ord. Prædicatorum fratres Pariſius in Theologica facultate Magiſtros, occaſione prædictæ controverſiæ per vos, & alios Magiſtros Pariſien. nomine Univerſitatis a veſtro conſortio, & Univerſitatis Collegio ſeparatos, quos vos Magiſtri a fel. rec. Innoc. Papa prædeceſſore noſtro reſtitutos de gratia ſpeciali, licet ſuper hoc mandatum Apoſtolicum receperitis, noluiſtis admittere ad idem conſortium, ipſoſque ac Auditores eorum ad Univerſitatis Collegium reſtituimus omnino, de noſtræ plenitudine poteſtatis, omnes ſententias privationis, ſeu ſeparationis a conſortio ſocietatis veſtræ, vel Collegio Univerſitatis aut ſimilibus, ſive pœnas quaslibet, vel prohibitiones in eoſdem Fratres, vel auditores eorum præmiſſa occaſione prolatas penitus revocando.

Revocatæ omnes Paris ſententiæ.

§. II. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus Fratres, & auditores prædictos infra quindecim dies poſt receptionem præſentium, juxta reſtitutionis, & revocationis noſtræ tenorem, ſine difficultate qualibet, ob noſtram & Apoſtolicæ Sedis reverentiam, in dulcedinis ubere admittatis, & tractaveritis de cetero ſocialiter & benigne. Alioquin volumus uſque ad ſatisfactionem condignam eos, qui ex vobis contradictores extiterint, ſuſpenſionis ab officiis & beneficiis ſententiæ ſubjacere.

Datum ut ſupra.

XIII.

Ut non poſſint conveniri per litteras Apoſtolicas, Reg. Vatic. epiſt. 310.

Abbatiſſæ, & Monialibus incluſis Monaſterii ſancti Thomæ de Monte Sancto Firman. diœc. Ordinis ſancti Damiani.

CŒleſtia quærentibus &c. ut ſupra in bulla 102. Innocentii IV. anno XI.

Datum Neapoli XII. Kal. Maii anno I.

XIV.

Ut non teneantur recipere officia ſecularia quæcumque. Reg. Vat. epiſt. 355.

Univerſis Fratribus dictis de Pœnitentia per Eſculan. Civitatem, & diœc. conſtitutis.

PIa deſideria devotorum eo debemus benigno favore proſequi, quo in ipſis Dei gloria, & animarum ſalus noſcitur contineri. Cum itaque vos, ſicut accepimus, hujus mundi vanitatibus derelictis, adhuc exiſtentes corporaliter in terrenis, jam mente in cœleſtibus habitare, ac ſecularia deſideria propter Deum abnegare ſollicite ſtudeatis: Nos devotionis veſtræ fervorem in tam pio propoſito fovere ſollicitudine paterna volentes, ut non teneamini recipere publica, vel privata officia ſecularia, quocumque nomine cenſeantur, contra conſtitutiones veſtras per Sedem Apoſtolicam approbatas, vel contra indulgentias, ac privilegia ſeu litteras vobis ab eadem Sede conceſſas, vobis auctoritate præſentium indulgemus.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Neapoli V. Kalend. Maii anno I.

XV. *Con-*

Digitized by Google

XV.

Concedit eis amplum privilegium, & confirmat exemptionem datam ab Archiepiſcopo Januenſi. Reg. Vatic. epiſt. 316.

Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Catarinæ Januen., ejuſque Sororibus, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

§. I. Religioſam vitam eligentibus &c. uſque *enervet*. Eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſanctæ Catarinæ Januen. in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & beati Benedicti Regulam, atque Inſtitutionem Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſſiſinaten. & formulam vitæ veſtræ a fel. rec. Gregorio Papa prædeceſſore noſtro Ordini veſtro traditam, cum adhuc eſſet in minori officio conſtitutus, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur.

Vide fol. 436.

Sub ſuam protectionem Papa Monaſt. ſuſcipit.

§. II. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione fidelium &c. uſque *illibata permaneant*. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo prætactum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas a ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere.

§. III. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero nullus audeat retinere. Pro conſecrationibus vero altarium, vel Eccleſiæ veſtræ, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiæ ſacramento nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus diœceſanus impendat: alioquin liceat vobis hæc veſtra auctoritate recipere a quocumque malueritis Catholico Antiſtite, gratiam & communionem Romanæ Eccleſiæ obtinente. Quod ſi ſedes diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis Epiſcopis recipere libere, & abſque contradictione aliqua poſſitis, ſic tamen ut ex hoc impoſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur.

§. IV. Quia vero interdum diœceſani Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus &c. uſque *valeatis*. Cum autem generale interdictum terræ fuerit &c. uſque *interdicto*. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbatiſſa &c. uſque *eligendam*. Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas regulares inibi Domino famulantes ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam, decernimus non tenere.

§. V. Paci quoque & tranquillitati veſtræ &c. uſque *exercere*. Præterea omnes libertates & immunitates, quas Monaſterio veſtro bon. mem. G. Januen. Archiepiſcopus, de Capituli ſui aſſenſu indulſiſſe di-

Digitized by Google

gnoſcitur, ſicut in ejus litteris plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus.

§. VI. Tenorem vero litterarum ipſarum ipſius Archiepiſcopi ad cautelam duximus præſenti privilegio inſerendum, qui talis eſt. *Anno Dominicæ Nativitatis* MCCXXXI. *Indictione* III. *die Sabbati* XIII. *menſis Septembris in Palatio Domini Archiepiſcopi Januen. coram Opizone Turritan. electo, Simone Albinganen. Epiſcopo, Raynaldo Abbate ſancti Stephani, & aliis teſtibus rogatis. Nos Otto Dei gratia Januen. Archiepiſcopus, de voluntate, & beneplacito D. Papæ Monaſterium Monialium, quod fundavimus ad mandatum Domini Gulfridi tit. ſancti Marci Presbyteri Cardinalis, tunc in Lombardia Apoſtolicæ Sedis Legati in Janua exiſtentis, & ad petitionem Monialium in dicto Monaſterio commorantium, ad vocabulum ſanctæ Catarinæ infra civitatem Januæ prope fontanam Marolam de voluntate, & conſenſu Capituli Januen. videlicet Magiſtrorum Joannis Archidiaconi, Ugonis Magiſcolæ, Presbyteri Rolandi, Presbyteri Guillelmi, Bartholomæi Sighebaldi, atque Guillelmi de Lavania Canonicorum Januen. quantum in nobis eſt, prorſus eximimus ab omni Epiſcopali juriſdictione, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, nihil nobis in eo reſervantes, & hanc donationem, & conceſſionem pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris firmam habere promittimus, & nullo tempore contravenire, dantes Petro de Muſſo Notario noſtro liberam poteſtatem conficiendi exinde inſtrumentum. Ut autem factum noſtrum robur obtineat perpetuæ firmitatis, præſentes litteras in perpetuum teſtimonium ſigillo noſtro duximus roborandas. Ego Petrus de Muſſo Notarius huic conceſſioni interfui, & de mandato D. Archiepiſcopi, & Canonicorum hæc ita ſcripſi. Ego Januen. Præpoſitus huic conceſſioni ſubſcripſi. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum &c. uſque* profutura. *Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Ad indicium autem hujuſmodi perceptæ Apoſtolicæ libertatis, unam libram ceræ perſolvetis nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annuatim. Si qua igitur in futurum &c. uſque* ultioni. *Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervari &c. uſque* inveniant. *Amen. Amen.*

Datum Neapoli per manum Magiſtri Guillelmi Magiſtri Scholarum Permen. S. R. E. Vicecancellari II. *Kalend. Maii Indictione* XIV. *Incarnationis Dominicæ anno* MCCLV. *Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ IV. anno* I.

XVI.

Confirmat privilegia Ordinis. Specul. Minor. tract. 2. fol. 28.

Generali Miniſtro, & univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum.

QUia Ordinem veſtrum ſpeciali affectione fovemus, & favoris prærogativa proſequimur, eo majorem circa vos curam gerimus, quo ſinceriori vos in Domino complectimur caritate; tantoque magis menti noſtræ de vobis ſollicitudo ſuggeritur, quanto præcipua dilectio, quam ad Ordinem ipſum habemus, pro vobis fortius interpellat. Cum igitur, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, felicis recordationis Gregorius Romanus Pontifex prædeceſſor noſter nonnulla privilegia, & quaſdam litteras, & indulgentias vobis, & Ordini veſtro conceſſerit gratioſe, nos veſtris ſupplicationibus inclinati, privilegia, indulgentias, & litteras hujuſmodi vobis, & eidem Ordini auctoritate Apo-

Digitized by Google

Apoſtolica confirmantes, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut illis uti libere valeatis.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſsionis &c. ſi quis &c. Datum Neapoli pridie Kalend. Maii, Pontificatus noſtri anno I.

XVII.

Inhibet Prælatis obedientiam a Fratribus exigere poſſe. Specul. Minor. tract. 2. fol. 118.

Dilectis filiis Generali Miniſtro, & univerſis Fratribus Ordinis Minorum.

INducimur piæ converſationis veſtræ meritis, ut in iis, quæ ſecundum Deum poſſumus, vos favore benevolo proſequamur. Hinc eſt quod cum quidam ex Prælatis Eccleſiarum, qui ſicut accepimus, vos ſibi devotos inveniunt, & in exhibitione condignæ reverentiæ ſtudioſos, in eo ſe humilitati veſtræ moleſtos exhibeant, quod novam conſuetudinem inducere molientes, a vobis obedientiam exigunt manualem: nos id reputantes incongruum, & reputantes indignum, ut nullus ex Prælatis eiſdem a vobis dictam obedientiam manualem præſumat exigere, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus.

Nulli ergo &c. noſtræ inhibitionis &c. ſi quis &c. Datum Neapoli, XII. Kalend. Junii, Pontificatus noſtri anno I.

XVIII.

Ut ſervientes & familiares Fratrum poſſint intereſſe divinis tempore interdicti. Firm. trium Ordin. tract. 2. Roderic. bulla 8. fol. 26.

Dilectis filiis Generali Miniſtro, & univerſis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. UT in veſtris domibus ſervientes in miniſteriis opportunis ob veſtri gratiam, quam apud Sedem Apoſtolicam ſedulæ devotionis veſtræ obſequia promerentur, noſtræ gratiæ non reddantur immunes: nos veſtræ devotionis precibus inclinati, quod ſi quando in perſonas, vel terras, in quibus reſidetis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam contigerit promulgari, pueri veſtris ſervitiis deputati, negotiorum quorumcumque veſtrorum procuratores & operarii, qui in veſtris locis, eorum operibus perſonaliter conſtituti inſtiterint, hujuſmodi ſententiis obnoxii nullatenus habeantur, ibique poſsint audire divina juxta formam, quæ in locis ipſis in eo caſu a Sede Apoſtolica eſt conceſſa; niſi eiſdem cauſam dederint, vel excommunicari ſpecialiter, ſeu interdici contingat eoſdem, auctoritate vobis præſentium indulgemus.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſsionis & gratiæ &c. ſi quis &c. Datum Anagniæ v. Kalend. Julii, Pontificatus noſtri anno I.

XIX. *Ut*

Digitized by Google

XIX.

Ut ex bonis ſuæ Eccleſiæ poſſit largiri eleemoſynas non obſtante &c. Reg. Vatican. epiſt. 498.

Raynerio de Ordine Fratrum Minorum Epiſcopo Mainen.

LIcet ea, quæ in conſideratione Eccleſiæ Mainen. ſed obtentu perſonæ tuæ tibi obveniſſe noſcuntur, ſint Ordini Fratrum Minorum, a quo aſſumptus fueras, acquiſita, tuæ tamen devotionis gratificare volentes, ut ex eis aliqua pauperibus elargiri valeas, auctoritate præſentium concedimus facultatem.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſsionis &c. Datum Anagniæ Idibus Julii, anno I.

XX.

Ut in Pontificalibus celebrare valeat in domibus Fratrum Minorum, ac Sororum ſancti Damiani, & Fratres clericos ordinare. Reg. Vatican. epiſt. 499.

EIDEM.

DEvotionis tuæ precibus inclinati, ut in Fratrum Minorum, ac Sororum Ordinis ſancti Damiani domibus ad quaſcumque te conveniri contigerit, Pontificali more divina Officia celebrare, necnon & Fratres Clericos earumdem domorum, dummodo locorum Diœceſanos exinde minime ſcandalizari contingat, ſtatutis temporibus ad Ordines promovere valeas, auctoritate tibi præſentium concedimus facultatem.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum ut ſupra.

XXI.

Ut non teneatur reſidere in Eccleſia ſua. Reg. Vatic. epiſt. 500.

EIDEM.

CUm ſicut in noſtra propoſuiſti præſentia conſtitutus, in Eccleſia tua propter diſcrimina guerrarum, necnon & pro eo, quod proventus & redditus Epiſcopales ejuſdem Eccleſiæ hoſtes & infideles ipſius Eccleſiæ quaſi totaliter occupant, nequeas commorari; nos tuis devotis precibus inclinati, ut apud Sedem Apoſtolicam, vel alibi per Italiam, quouſque impedimenta hujuſmodi ceſſabunt, prout tibi melius & facilius expedire videris, morari valeas auctoritate præſentium tibi concedimus facultatem.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum ut ſupra.

XXII. *Con-*

Digitized by Google

XXII.

Concedit Prælatos poſſe Apoſtatas capere & incarcerare. Specul. Minor. tract. 2. fol. 118.

Dilectis filiis Generali Miniſtro, & aliis Fratribus Ordinis Minorum.

DEvotionis veſtræ precibus benignum impartientes aſſenſum, capiendi, incarcerandi, & alias ſubdendi diſciplinæ rigori Apoſtatas veſtri Ordinis, per vos, & etiam alios, ſi neceſſe fuerit, in quocumque habitu eos contigerit inveniri, plenam vobis concedimus auctoritate præſentium facultatem, invocato ad hoc ſi neceſſe fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c. Datum Anagniæ Idibus Julii, Pontificatus noſtri anno I.

XXIII.

Ut poſſit contrahere mutuum ad certam ſummam. Reg. Vatic. in litteris ſecretis fol. 121.

Fr. Ruffino de Ordine Fratrum Minorum Capellano, & Pœnitentiario noſtro.

DIſcretioni tuæ contrahendi mutuum noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine uſque ad ſummam, quam mandaverit tibi dilectus filius noſter Octavianus ſanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis, & obligandi, propter hoc demania & ſcadentias, & alia jura Curiæ, quæ præfata Eccleſia in Sicilia obtinet, ita quod iis, qui eamdem tibi pecuniam mutuaverint, illam in utilitatem ipſius Eccleſiæ fuiſſe converſam probandi neceſſitas non incumbat, plenam & liberam tibi concedimus auctoritate præſentium poteſtatem.

Datum Anagniæ XIII. Kalend. Auguſti anno I.

XXIV.

Concedit tempore interdicti, juris ſolemnitate ſervata, Fratres poſſe divina celebrare. Specul. Minor. tract. 2. fol. 119. & in Regeſt. Vatican. epiſt. 119.

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac ceteris Fratribus de Ordine Fratrum Minorum.

EIs qui ſanandis animarum morbis verbo medentes, & opere ſolerter invigilant, libenter illa de ſpeciali gratia indulgemus, per quæ divinis ſuffulti præſidiis tutius & utilius valeant hominum procurandæ ſaluti vacare. Hinc eſt quod veſtris devotis ſupplicationibus inclinati, præſentium vobis auctoritate concedimus, ut cum ad loca interdicto ſuppoſita vos venire contigerit, poſſitis in eis excommunicatis, & interdictis excluſis, ſuppreſſa voce, & non pulſatis campanis, divina Officia celebrare, niſi id vobis fuerit ſpecialiter interdictum.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c. Datum Anagniæ XI. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno I.

XXV. *Prohi-*

Digitized by Google

XXV.

Prohibet, ut nullus Prælatus poſſit quemquam Fratrum ſibi in ſocium, vel pro ſuis negotiis aſſumere abſque Apoſtolicæ Sedis ſcientia. Specul. Min. tract. 2. fol. 118.

Dilectis filiis Generali, & univerſis Provincialibus Ordinis Minorum.

§. I. Vobis per Apoſtolicæ Sedis provenire debet auxilium, quod pia veſtra Religio ſemper famæ laudabilis conſequitur augmentum; & illum ſtatum habeat, ex quo vobis aliqua clari nominis denigratio non incumbat. Sane quidam ex Prælatis Eccleſiarum, ſicut accepimus, irrequiſitis vobis, filii Miniſtri, ad ſecum morandum, vel pro ipſorum promovendis negotiis quoſdam ex veſtris aſſumunt Fratribus, juxta ſuæ libitum voluntatis.

§. II. Verum cum propter hoc Ordo veſter, & ſuæ pacis diſpendium & gravis detractationis aliquando perferat detrimentum: nos veſtræ precibus humilitatis inducti, ne aliquis Legatorum Sedis Apoſtolicæ, præter illos qui de noſtro latere deſtinantur, vel etiam quicumque Prælatus ad ſecum manendum, pro ſuis negotiis promovendis aliquem ex Fratribus veſtris, ſine ſui Miniſtri licentia poſſit aſſumere, abſque ſpeciali mandato Sedis ejuſdem faciente plenam de præſentibus mentionem, vobis auctoritate præſentium indulgemus.

§. III. Et ne Fratres ipſi aliter cum prædictis morari, vel eorum negotia aſſumere audeant, diſtrictius inhibemus, firmiter injungentes, ut Fratres, qui de dicto ſpeciali mandato noſtro, vel veſtra licentia ad prædicta aſſumpti fuerint, diſciplinæ & correctioni veſtræ nihilominus, ſicut & Fratres ceteri debeant ſubjacere.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c. Datum Anagniæ VII. Kalend. Auguſti Pontificatus noſtri anno I.

XXVI.

Concedit omnibus devote viſitantibus Eccleſiam eorum in feſtivitatibus ſancti Franciſci & Antonii quadraginta dies indulgentiæ. Specul. Minor. tract. 2. fol. 119.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorum Salman.

§. I. Cum ad promerenda ſempiterna gaudia Sanctorum ſuffragia ſint nobis plurimum opportuna, loca Sanctorum omnium pia ſunt devotione fidelium veneranda; ut dum Dei honoramus amicos, ipſi nos amabiles Deo reddant, & illorum nobis quodammodo vendicantes patrocinium apud ipſum, quod merita noſtra non obtinent, eorum mereamur interceſſionibus obtinere.

§. II. Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra in feſtivitatibus beatorum Franciſci & Antonii Confeſſorum, quæ in ipſa Eccleſia ſunt præcipuæ & ſolemnes, congruis honoribus frequentetur: omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in eiſdem feſtivitatibus, & uſque ad octo dies ſequentes devote ac venerabiliter viſitaverint, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus au-

Digitized by Google

auctoritate confiſi, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Datum Anagniæ v. Kalend. Auguſti Pontificatus noſtri anno 1.

XXVII.

Ut poſſit cenſuris Eccleſiaſticis coërcere quoſcumque impedientes prædicationem crucis contra Paganos. Reg. Vatic. epiſt. 309.

Fratri Bartholomæo de Bohemia Ordinis Fratrum Minorum.

CUm in Polonia, Bohemia, Moravia, & Auſtria prædicationem Crucis contra Paganos tibi ſub certa forma duxerimus committendam, ne hujuſmodi Crucis negotium per aliquorum inſolentiam valeat impediri, compeſcendi Clericos & laicos per cenſuram Eccleſiaſticam, cujuſcumque ſint dignitatis, vel Ordinis, qui eiſdem Paganis auxilium aliquod præſtiterint, vel favorem in derogationem fidei Chriſtianæ, aut ipſum negotium per ſe, vel per alios temere præſumpſerint impedire, liberam tibi auctoritate præſentium tribuimus facultatem.

Datum Anagniæ vii. Idus Auguſti anno 1.

XXVIII.

Quod Fratres non poſſint compelli ad recipiendum curam Monaſteriorum ſanctæ Claræ. Specul. Minor. tract. 1. fol. 6.

Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac aliis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum.

PEtitio veſtra nobis exhibita &c. *Hoc ipſum privilegium habetur ſub Innocentio IV. in ipſo textu Annalium anno* MCCLIII. *num.* 37. *pauciſſimis mutatis.*

Datum Anagniæ xv. Kalend. Septembris Pontificatus noſtri anno 1.

XXIX.

Ut Roglerium Finectam in poſſeſſionem quorumdam caſtrorum inducat & tueatur. Reg. Vatic. epiſt. 574.

Fratri Ruffino Capellano, & Pœnitentiario noſtro, Vicario in Sicilia, & Calabria dilecti filii noſtri Ordinis ſanctæ Mariæ in via lata Diacon. Cardinal. Apoſtolicæ Sedis Legati.

§. I. EXimia dilecti filii nobilis viri Roglerii Finectæ de Lentin. fidelis noſtri merita ſic præeminent & præfulgent, quod dum præcellentiam & claritatem ipſorum attendimus, tot illa digna gratiis, & beneficiis arbitramur, quod vix aliquis nobis modus retributionis occurrit, per quem eorum altitudinem condigno poſſimus præmio compenſare; propter quod accincti ſedulo ſumus & vigiles, & circa hoc frequenter cogitatio noſtra verſatur, ut pro talibus, tantiſque meritis perſonam ſuam, & opportunis fulciamus munificentiis, & congruis honoribus exaltemus. Roglerii merita exaggerat.

§. II. Cum igitur intendamus ad præſens eidem nobili in regno Siciliæ de aliquibus bonis ad demanium, ſeu excadentias Curiæ pertinentibus, ex quibus ſibi redditus valentes circa ducentas uncias auri annua-

Digitized by Google

Loca quæ concedit.

tim proveniant, providere ipſius ſupplicationibus inclinati Bizini, Modicæ, Sicli, & Palatioli caſtra Siracuſan. Diœc. cum ſicut aſſerit ipſorum redditus, ſeu proventus circa hujuſmodi unciarum ſummam annuatim attingant, cum hominibus infeudatis, & non infeudatis, terris cultis, & incultis, ſilvis, paſcuis, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, & cum omnibus honoribus, juſtitiis, juriſdictionibus, & pertinentiis ad prædicta caſtra ſpectantibus, ſibi ejuſque ſucceſſoribus in devotione Romanæ Eccleſiæ perſiſtentibus, de Fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, in feudum conceſſimus de gratia ſpeciali.

Idem Nobilis in bonorum poſſeſ. inducen.

§. III. Quocirca mandamus, quatenus eumdem nobilem in corporalem poſſeſſionem dictorum caſtrorum per te, vel per alium inducas & tuearis inductum, faciens ſibi ab hominibus eorumdem caſtrorum fidelitatis juramenta præſtari, fidelitate prædictæ Romanæ Eccleſiæ ſemper ſalva, & de redditibus, ac proventibus, quæ Curia inibi conſuevit habere, integre reſponderi. Contradictores & rebelles diſtrictione, qua convenit, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Anagniæ xii. Kalend. Septembris, anno 1.

XXX.

Fit Epiſcopus Taruiſinus. Reg. Vatic. epiſt. 558.

Alberto de Minorum Ordine Epiſcopo Taruiſin.

Præfatio.

§. I. AD culmen ſummi Apoſtolatus aſſumpti, generalis Eccleſiæ regimini præſumus, illius, licet immeriti, vices gerentes in terris, qui ſine fine regnat in cœlis, unigenitus Dei filius Jeſus Chriſtus. Verum magni nobis ex hoc timoris materia imminet, & dum incumbentis ſollicitudinis attendimus ſarcinam, mens nimirum noſtra ſtupeſcit: nam cum ſuſcepta cura debitum paſtoralis officii continua inſtantia exigat, & nos ex noſtra ſimus inſufficientia non ſolvendo, poſſumus non immerito formidare, ne minus plene commiſſam nobis poteſtatis plenitudinem exequamur, quamquam circa crediti nobis Dominici gregis cuſtodiam, quantum ex infirmitate valemus humana, negligentiæ ſomno ab oculis cordis excuſſo, diligentia ſedula vigilemus, firmam tamen ſpem fiduciamque tenentes, quod ille, qui nos voluit ſuum fieri Vicarium, nobis ad portandum utiliter impoſitum humeris noſtris onus, virtutis gratiam aſsidue largiatur. Eccleſiis omnibus ſolertia indefeſſa proſpicimus earum providere utilitatibus, & indemnitatibus præcavere, ſtudentes in eo potiſsime, ut talibus gubernatio committatur ipſarum, quorum ſtudio laudabilibus in ſpiritualibus & temporalibus proficiant incrementis.

Capitulum poſtulat Minoritam in Epiſcopum.

§. II. Sane Taruiſin. Eccleſia Paſtore vacante, Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, vocatis omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode intereſſe, die ad eligendum præfixa convenientes in unum, ex tunc Lectorem Fratrum Ordinis Minorum in Epiſcopum ipſius Eccleſiæ concorditer poſtularunt, quibuſdam ipſius Eccleſiæ Canonicis, qui intereſſe, vel ſuas vices aliis committere noluerunt, Bartholomæum Quirinum Clericum de Venetiis poſtulantibus in paſtorem Eccleſiæ ſupradictæ. Procuratoribus itaque partium in noſtra, & Fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis, petebat inſtanter ejuſdem Capituli Procurator, poſtulationem de te factam, utpote canonice & concorditer celebratam, admittere de benignitate Apoſtolica curaremus.

§. III. Pro-

Digitized by Google

§. III. Procurator vero partis alterius quaſdam exceptiones, quæ poſtulationem de te factam allegans, illam repelli tamquam minus concordem, & Canonicam poſtulabat. Procuratoris adverſæ partis prætenſio.

§. IV. Cumque diutius fuiſſet ſuper his coram nobis noſtriſque Fratribus diſceptatum, demum nos utriuſque partis rationibus plenius intellectis, licet tu coram nobis & eiſdem Fratribus poſtulationi de te celebratæ, omnique juri, ſi quod exinde tibi acquiſitum fuerat, ſpontanea ceſſeris voluntate, humiliter ſupplicans, ut paupertatis & humilitatis ſanctum propoſitum, quod longo jam fueras amplexus tempore, ſineremus te finaliter exequi, ac prædictæ Eccleſiæ de perſona ſtuderemus idonea providere; attendentes tamen donum ſcientiæ, religionis eminentiam, honeſtatem morum, circumſpectionem laudabilem, & providentiam circumſpectam, quæ te in noſtris, & Fratrum prædictorum oculis dignum reddunt quamplurimum & acceptum. Humilitas Electi renunciantis. Et aliæ etiam virtutes.

§. V. Conſiderantes etiam quod præfatus Bartholomæus nullo juris in his muniebatur ſuffragio, ac volentes prædictæ Eccleſiæ, ne ex vacatione diutina gravia incurreret in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta, de idoneo providere paſtore, te de prædictorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum præfecimus & paſtorem, ſperando, quod tua circumſpectione ac induſtria Eccleſia ipſa tam circa ſpiritualia, quam temporalia ſuſcipiet, favente Domino, incrementa: ideoque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus devote ſuſcipiens impoſitum a Domino tibi onus, & ſubmittens fortitudinis tuæ collum ad hujuſmodi ſollicitudinis ſarcinam mente ſtabili deferendam, ad prædictam Eccleſiam te perſonaliter conferre procures, gerens ſollicite curam ejus, gregem in illa tibi commiſſum doctrina verbi & operis informando, ita quod eadem Eccleſia cum diligentiæ ſtudio in ſpiritualibus & temporalibus, auctore Domino, laudabiliter augmentetur. Ob quas illum Epiſcopum confirmat.

Datum Anagniæ VI. Kalen. Septembris, anno I.

XXXI.

Ut inducat Nicolaum de Sanducia in poſſeſſionem Caſalis. Regeſt. Vatic. epiſt. 121.

Fratri Ruffino & Pœnitentiario noſtro Vicario in Sicilia & Calabria &c.

§. I. MAjus Eccleſiæ &c. uſque *non repellat*. Attendentes igitur, quod dilectus filius, nobilis vir Nicolaus de Sanducia, ſororius nobilis viri Roglerii Finectæ de Lentin. fidelis noſtri, ad devotionem & fidelitatem ipſius Eccleſiæ de ſua ſalute ſollicitus rediit, dulci & ſuavi ejus dominio humiliter ſe ſubmittens, ac volentes ipſum in hujuſmodi devotione congruis firmare favoribus, & condignis gratiis confovere, Caſale Scordiæ Suitan. ſitum in territorio Lentin. cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, cujus proventus quindecim unciarum auri ſummam annis ſingulis valere dicuntur, ipſi ejuſque hæredibus in fidelitate ipſius Eccleſiæ perſiſtentibus, in feudum ſub debitis & conſuetis ſervitiis conceſſimus de gratia ſpeciali. Nicolaus redit ad obed. Ap. Sed. Loca quæ ei concluduntur.

§. II. Ideoque mandamus quatenus ipſum, vel procuratorem ſuum in corporalem poſſeſſionem ipſius Caſalis per te, vel per alium inducas, & tuearis inductum, faciens ſibi ab hominibus ejuſdem Caſalis fidelitatis jura-

Digitized by Google

juramenta præſtari, fidelitate Romanæ Eccleſiæ ſemper ſalva, & de juribus ac proventibus, quæ Curia inibi conſuevit habere, integre reſponderi. Contradictores & rebelles diſtrictione, qua convenit, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum ut ſupra.

XXXII.

Ut Miniſtri Generales ſtatim ac eliguntur poſſint exequi ſuum officium, & poſſint deponi in Capitulo generali juxta regulam. Regeſt. Vatic. epiſt. 707.

Generali ac Provincialibus Miniſtris & aliis Fratribus Ordinis Minorum.

Pontifex erga Ord. propenſus.

§. I. INter alia, quibus ex injuncto nobis officio Apoſtolatus intendimus, religionis ſacræ ſpecialiter deſiderantes augmentum, & Ordinem veſtrum prærogativa favoris & gratiæ non immerito proſequentes, cum a ſuæ inſtitutionis exordio laudabilibus continue profecerit incrementis, ipſius Ordinis cultum affectione plena diligimus, & cupimus votivis ſemper in Domino ſucceſſibus ampliari, eidem Ordini ſollicite curantes in iis, quæ ſalubria & opportuna ſibi cognoſcunt, providere.

Poſſunt Prov. Generalem ammovere in pleno Capitulo.

§. II. Cum itaque, ſicut nobis exponere curaviſtis, tu fili Generalis Miniſter, & prædeceſſores tui, juxta ejuſdem Ordinis conſuetudinem obſervatam hactenus, & a Sede Apoſtolica toleratam, ſtatim, poſtquam electi ſecundum prædicti regulam & conſtitutiones Ordinis extitiſtis, Fratrum ipſius curam geſſeritis, miniſterii officium plene ac libere in omnibus exercentes, iidem Fratres vobis devote & humiliter obedierint ac intenderint reverenter, & in eadem regula ſit expreſſum, ut Generalis Miniſter, qui pro tempore fuerit, a miniſterii officio amoveri valeat a prioribus Provincialibus Miniſtris & Cuſtodibus in generali Capitulo congregatis. Nos volentes ambiguitatis ſcrupulum in hac parte de veſtris cordibus amputare, ac Ordinem ipſum a ſancta Sede approbatum eadem, honeſtate floridum, præclarum ſcientia, & virtute fœcundum privilegio Apoſtolicæ gratiæ attollere ſingulari, veſtris ſupplicationibus inclinati, ut ſucceſſores Generales tui Miniſtri, qui erunt pro tempore, ſtatim poſtquam electi ſecundum regulam & conſtitutiones fuerint ſupradictas, eo ipſo veri ejuſdem Ordinis effecti Generales Miniſtri, curam animarum Fratrum ipſius Ordinis plene habeant & libere gerant; ipſos quoque Fratres auctoritate propria ligare ac ſolvere valeant, necnon in eodem agere Ordine, quæ ipſi Miniſtri & Diffinitores ad hoc electi juxta memoratas conſtitutiones, eiſdem Ordini & Fratribus ſecundum Deum viderint expedire, aliaſque miniſterii officium licite in omnibus exercere iidem Fratres tibi Generali Miniſtro & ſucceſſoribus tuis humiliter & devoti obediant, intendant, & præfati ſucceſſores, & tu Generalis Miniſter a Provincialibus Miniſtris & Cuſtodibus ſecundum regulam & conſtitutiones ejuſdem Ordinis, abſolvi & amoveri poſſitis auctoritate præſentium indulgemus, habentes ratum & firmum, quidquid ſuper præmiſſis per te Generalis Miniſter, dictoſque prædeceſſores Fratres, & Diffinitores factum & obſervatum eſt hactenus, conceſſa tibi exequendi miniſterii officium quoad præmiſſa omnia & alia, libera facultate.

Min. Generalis in Trat. plenaria poteſtas.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c. Datum Anagniæ IV. Nonas Octobris, anno I.

XXXIII. *Con-*

Digitized by Google

XXXIII.

Concedit Prælatos poſſe abſolvere Fratres ſibi ſubditos a quacumque irregularitate, & excommunicatione. Specul. Min. tract. 2. fol. 118.

Generali & Univerſis Miniſtris Provincialibus Ord. Min.

§. I. Licet ad hoc Fratrum veſtri Ordinis pia deſudet intentio, ut ab iis in iis, quæ faciunt, prudenter & provide procedatur: per hoc & ſuæ religioni proficere, & Dei cupientes Eccleſiam honorare, tamen aliquando ex conditionis humanæ fragilitate contingit, ut quidam ex ipſis excedant in caſibus, in quibus excommunicationis ſententiam, & notam irregularitatis incurrunt. Caſu FF. in Cenſuras incurrunt.

§. II. Quare nobis ſupplicatione humili poſtulaſtis, ut cum viri contemplationi dediti, ſint in religionis favorem a diſcurſibus cohibendi, ac interdum propter difficiles viarum labores, eiſdem Fratribus ad noſtram præſentiam impediatur acceſſus: ſuper hoc providere de benignitate ſorlita curaremus.

§. III. Nos itaque volentes, quod veſtra devotio in iis, quæ digne poſſumus, Sedem Apoſtolicam reperiſſe ſe gaudeat gratioſam, ut ſinguli veſtrum in Provinciis & Cuſtodiis ſibi commiſſis prædictis Fratribus conſtitutis, ibidem abſolutione ac diſpenſatione indigentibus, ſive priuſquam Ordinem intraverint, ſive poſtea in caſibus exceſſerint memoratis, impartiri valeant abſolutionis beneficium, & diſpenſare cum eis juxta formam Archiepiſcopis & Epiſcopis ſuper hoc ab Apoſtolica Sede traditam, vobis auctoritate præſentium duximus concedendum, niſi adeo gravis & enormis fuerit exceſſus, quod ſint ad eamdem Sedem merito deſtinandi. Ab iiſdem cenſ. Prælati poſſunt abſolvere.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c. Datum Anagniæ VII. Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno I.

XXXIV.

Concedit Prælatis in ejectos ab Ordine, vel egreſſos prædicantes & confeſſiones audientes, poſſe excommunicationis ſententiam promulgare. Specul. Min. tract. 2. fol. 119. Rodericus bulla 9.

Dilectis filiis Generali & univerſis Provincialibus Miniſtris & Cuſtodibus Ord. Fratrum Min.

§. I. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum. Cum igitur ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, aliqui a veſtris ſacris collegiis, ipſorum culpis exigentibus, repellantur, quidam onus obedientiæ temeritate propria deponentes, quaſi pulli onagri vitam velint ducere abſque jugo, ac iidem extra clauſtra veſtri Ordinis peragrantes, prædicationum & confeſſionum, & docendi officia exercere præſumant in ſuarum animarum diſpendium, & ſcandalum plurimorum.

§. II. Nos veſtris precibus inclinati, ne prædicti, quos ab Ordine pro ſuis culpis per vos expelli contigerit, vel egreſſi fuerint ſuo proprio motu, prædicare & confeſſiones audire, ſeu docere præſumant, niſi de noſtra vel veſtra licentia ſpecialiter ad alium tranſierint Ordinem, diſtrictius inhibemus.

§. III. Quod

Digitized by Google

§. III. Quod ſi forte contra noſtram inhibitionem aliquid temere fuerit attentatum, liceat vobis in ipſos Fratres excommunicationis ſententiam promulgare.

Nulli ergo &c. noſtræ inhibitionis & conceſſionis &c. ſi quis &c. Datum Anagniæ IV. Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno I.

XXXV.

Concedit Fratres ad exequendum ſententias vel litteras contra aliquos a quocumque compelli non poſſe. Specul. Min. tract. 2. fol. 119. Roderic. bulla 10.

Dilectis filiis Generali & univerſis Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. Convenit, ut ſacer & lucidus Ordo, ſicut religionis altitudine pollet, ſic per Sedis Apoſtolicæ gratiam privilegio fulgeat ſpeciali.

§. II. Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, ut nullus Archiepiſcopus vel Epiſcopus, aut quivis alius Prælatus Eccleſiaſticus, ſeu eorum Vicarii vel officiales, vos aut aliquem de veſtris Fratribus ad portandum ſeu deferendum litteras, vel exequendum aut denunciandum ſententias contra Principes ſeculares, communitates, populos, ſeu quoſcumque benefactores veſtros cogere valeant ſine prædictæ Sedis mandato, vel licentia ſpeciali expreſſam faciente de hac indulgentia mentionem: neque vos vel quiſquam Fratrum veſtri Ordinis parere, vel intendere teneamini ſuper his monitionibus, mandatis aut juſſionibus eorumdem, auctoritate præſentium indulgemus: decernentes irritum & inane quidquid circa hoc contra hujuſmodi indulti tenorem a quocumque fuerit attentatum.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis & conſtitutionis &c. ſi quis &c. Datum Anagniæ XVII. Kalend. Novembris, Pontif. noſtri anno I.

XXXVI.

Concedit Prælatos poſſe quibuſcumque Pontificibus ordinandos Fratres præſentare. Specul. Min. tract. 2. fol. 119. Roderic. bulla XI.

Dilectis filiis Generali & univerſis Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. Convenit ut ſacer & lucidus veſter Ordo, ſicut religionis altitudine pollet, ſic per Sedis Apoſtolicæ gratiam privilegio fulgeat ſpeciali.

§. II. Attendentes igitur, quod ejuſdem Ordinis Fratres de locis ad loca ipſius Ordinis ſæpius tranſmittuntur: propter quod ſtabilem & perpetuam in certis & determinatis ejuſdem Ordinis domibus non faciant manſionem, conſiderantes etiam, quod bonos & idoneos ac approbatos a vobis Fratres facitis ad Ordines promoveri, veſtris ſupplicationibus inclinati, ut liceat vobis ordinandos Fratres ejuſdem Ordinis quibuſcumque malueritis Catholicis Pontificibus communionem & gratiam prædictæ Sedis habentibus præſentare, ipſiſque Pontificibus præſentatos a vobis Fratres ſine qualibet examinatione per eoſdem Pontifices facienda, & abſque omni promiſſione vel obligatione ipſorum ordinandorum Fratrum

Digitized by Google

trum ad Ordines promovere, vobis & Ordini veſtro auctoritate præſentium indulgemus.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c. Datum Anagniæ XVII. Kalend. Novembris, Pontif. noſtri anno I.

XXXVII.

Quod Fratres transferentes ſe de uno loco ad alium poſſint ſecum ferre materiam ædificiorum locorum, quæ dimittunt, & libros, calices, & paramenta, &c. hujuſmodi, exceptis Eccleſiis. Specul. Min. tract. 2. fol. 28. Roderic. bulla 8.

Generali Miniſtro, & Provincialibus Cuſtodibus, Guardianis, necnon univerſis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum.

§. I. EX parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alii Eccleſiarum Prælati cum Fratres veſtri Ordinis de locis ſuis ad alia loca eis, & ipſi Ordini pia Sedis Apoſtolicæ, vel aliorum Chriſti fidelium liberalitate conceſſa transferri contigerit, priora loca violenter occupent, & tam ea, quam libros, calices, & paramenta ſibi vendicare præſumant in animarum diſpendium, dicti Ordinis præjudicium, & ſcandalum plurimorum.

§. II. Nos igitur ſuper his paterna ſollicitudine providere volentes, ut liceat eiſdem Fratribus, cum de de prioribus locis ad alia loca ſe transferunt, tam ædificia, ſeu omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt, exceptis dumtaxat Eccleſiis, quam libros, calices, & paramenta prædicta ad alia loca transferre, ac ædificia ipſa cum ſolo, & aliis ad eadem loca pertinentibus, præter Eccleſiam, per procuratores a vobis filiis Miniſtris ad hoc deputatos vendere, ipſorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti Fratres ſe transferunt, ædificationem, ſeu alias in eorum utilitatem convertere: cum ipſa priora loca, & alia loca Fratrum ad nos, & Apoſtolicam Sedem ſpecialiter pertinere noſcantur, præſentium auctoritate indulgemus, diſtrictius inhibentes, ne aliquis prædictorum Prælatorum, ſeu quævis alia perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis prædicta bona, ſeu loca occupare, accipere, ſeu uſurpare, aut quocumque modo ſibi vendicare præſumant abſque licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, decernendo irritum & inane quidquid contra hujuſmodi conceſſionem, & inhibitionem noſtram per quoſcumque fuerit attentatum.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, & inhibitionis &c. Si quis &c. Datum Anagniæ XII. Kal. Novembris Pontif. noſtri anno I.

XXXVIII.

Ut ultra quadragenarium numerum non poſſit ullam Monialem recipere. Reg. Vatic. epiſt. 734.

Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterii ſanctæ Eliſabethæ Remen. Ordinis ſancti Damiani.

§. I. ETſi multitudo in Eccleſiis, quarum vix paucis ſufficiunt facultates, potius ſit oneri, quam honori, in illis tamen multitudo fortius eſt vitanda, ubi nullæ nulli ſufficiunt, cum perſonæ degentes ibidem ſe ipſas, & ſua ſalubriter abnegantes, ſupremam elegerunt pauper-

Digitized by Google

pertatem, mundum ſibi crucifigendo ſecundum Apoſtolum, & ſe mundo.

§. II. Ne igitur Monaſterium veſtrum nimia Sororum multitudine oneretur, ſed potius perſonæ inibi Domino famulantes per noſtram providentiam optatæ quietis dulcedine perfruantur, veſtris ſupplicationibus inclinati, ut ultra quadragenarium Sororum numerum, aliquam in Monacham, vel Sororem recipere valeatis abſque ſpeciali Apoſtolicæ Sedis mandato faciente plenam & expreſſam de inhibitione hujuſmodi mentionem, auctoritate vobis præſentium firmiter inhibemus.

Nulli ergo &c. noſtræ inhibitionis &c. ſi quis &c. Datum Lateran. v. Kal. Decembris anno I.

XXXIX.

Ut non poſſint cogi ad vendenda bona ſibi relicta. Regeſt. Vatic. epiſt. 735.

EISDEM.

§. I. EXhibita nobis veſtra petitio continebat, quod cum ſæpe contingat, ut nonnullæ hujus ſeculi vanitatibus abdicatis, ſe & ſua in Monaſterio veſtro Chriſto dicantes, eidem bona propria conferant in veſtras, & ipſius Monaſterii utilitates perpetuo convertenda, nonnulli Eccleſiaſtici Domini, & etiam ſeculares ad diſtrahendum, vendendum, alienandum, & extra manus veſtras ponendum bona hujuſmodi a tempore poſſeſſionis per vos habitæ prædictorum vos infra annum compellunt, prætextu cujuſdam pravæ conſuetudinis, quæ dicenda potius eſt corruptela, quæ, prout aſſerit, in illis partibus inolevit.

§. II. Unde quia frequenter propter hujuſmodi diſtractionem, venditionem, ſeu alienationem dictorum bonorum, quam facere cogimini, damna gravia, & maxima incurritis detrimenta, res prædictas, propter hujuſmodi temporis brevitatem, pro multo minori, quam valeant, aliis concedendo; nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere vobis ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus.

§. III. Volentes itaque veſtris, & dicti Monaſterii indemnitatibus præcavere, quod bona vobis, & dicto Monaſterio ſic collata, & in poſterum conferenda, de quibus ii, qui ea conferunt, liberam diſponendi habeant, vel habuerint facultatem, diſtrahere, vendere, ſeu extra manum ponere compelli ab aliquo minime valeatis, prædicta conſuetudine non obſtante, auctoritate vobis præſentium indulgemus.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c. Datum ut ſupra.

XL.

Concedit Fratres ad dignitatem aſſumptos bona ſua Ordini reſignare debere. Specul. Minor. tract. I. fol. 6.

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. EX parte veſtra nobis fuit intimatum, quod cum contingat interdum ad Epiſcopalem, & alias ſuperiores, ſeu inferiores dignitates aliquos de Fratribus veſtri Ordinis promoveri, ipſi libros, & alia, quæ tempore ſuæ promotionis habebant, licet non ad eos, cum proprium eis habere non liceat, ſed ad Ordinem pertineant memoratum, pro-

propriis uſibus applicare præſumunt in ſuarum præjudicium animarum: quare ſuppliciter poſtulaſtis a nobis, ut providere ſuper hoc ſalubriter curaremus.

§. II. Nos igitur eorumdem Fratrum ſaluti & indemnitati veſtri Ordinis paterna volentes ſollicitudine providere, ut libros & alia, quæ ipſos promotionis ſuæ tempore habuiſſe ſeu habere conſtiterit, tibi, fili Generalis Miniſter, vel ſuis Provincialibus Miniſtris, ſubmota qualibet dilatione, reſignent ipſi Fratres jam promoti in virtute obedientiæ; illis autem quos promoveri contigerit, ne reſignare differant, auctoritate præſentium duximus injungendum, niſi forſan vos ipſorum uſus eis ad tempus conceſſeritis de gratia ſpeciali.

Datum Lateran. Non. Decembr. Pontif. noſtri anno I.

XLI.

Ut non debeant ſolvere tertiam vel quartam partem eorum, quæ ſibi relinquuntur, ſuo Epiſcopo. Reg. Vatic. epiſt. 741.

Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctorum Philippi, & Jacobi Fanen. Ordinis ſancti Damiani.

§. I. JUſtis petentium &c. uſque *complere*. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod Venerabilis frater noſter Epiſcopus Fanen. in ſolatium, & conſolationem aliquam paupertatis veſtræ, quam propter Deum voluntarie ſubiiſtis, de univerſis, quæ vobis in ultima voluntate Chriſtifideles duxerint de cetero relinquenda, debitam ſibi de jure, vel loci conſuetudine portionem vobis in perpetuum pia & provida liberalitate donavit, prout in litteris inde confectis ſigillo ſuo munitis plenius vidimus contineri. *Vide fol. 411.* Epiſcopi Fanen. in Minores pietas.

§. II. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod per ipſum Epiſcopum in hac parte factum eſt, ratum habentes & gratum, non obſtante, quod in hoc conſenſus non fuit Fanen. Capituli requiſitus, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Pontifex Epiſcopi donationē confirmat.

§. III. Tenorem litterarum ipſarum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. *Adjutus miſeratione divina Fanen. Epiſcopus. Dilectis in Chriſto Sororibus Scholaſticæ Abbatiſſæ, ac ceteris in Monaſterio ſanctorum Philippi & Jacobi commorantibus ſalutem in Domino. Deus qui inter cetera miracula ſuæ potentiæ conſtantiam ſexui fœmineo dignoſcitur contuliſſe, qui ſua novit etiam providentia, quos elegit, vos adeo ſibi conjunxit in ſponſas, ut nullum præter eum velitis admittere amatorem, & ob hoc dignum eſt, & omni congruum honeſtati, ut ſervi Chriſti diligant ſponſas ejus, & illum in illis honorent, quem velut agrum coronis vernantibus, & liliis albeſcentibus quocumque ierit in patria cæleſti ſequuntur. Hinc eſt quod, dilectæ in Chriſto Sorores, veſtræ paupertati, & conſolationi compatimur, & futuro veſtro ſtatui providemus, nolentes, quod abſit, ſucceſſores noſtros materiam aſſumere querelarum, & cauſam aſſumere contra veſtrum collegium litigandi. Cum enim pro nobis, & eis, noſtriſque anteceſſoribus ſingulis horis vos orare non pigeat, nec nos volumus commutationis ſpiritualis beneficium denegare. Eapropter quidquid ex fidelium teſtamento, vel codicillo, vel qualicumque ultima voluntate vobis, vel loco veſtro derelictum fuerit, ſive datum, in eo quartam vel tertiam, quæ nobis, & noſtris ſucceſſoribus ſecundum Religionis conſuetudinem, vel canonis juſtitiam pertinere vobis, & veſtris ſuc-* Litterarum tenor.

ſucceſſoribus condonamus, ut nulli defalcationi, vel injunctioni ſubjaceant, quod pia vobis pietas derelinquet. Nulli ergo hominum liceat hanc conventionis noſtræ gratiam infringere, vel ei auſu temerario contraire, alioquin indignationem omnipotentis Dei, beatæ Matris ipſius, ac beatorum Confeſſorum Paterniani, Fortunati, & Euſebii ſe noverit incurſurum.

Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c. ſi quis &c. Datum Later. III. Idus Decembris anno I.

XLII.

Concedit iis Eccleſiam ſancti Claudii. Reg. Vatic. epiſt. 765.

Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Mariæ de Civitate Fulginaten. Ordinis ſancti Damiani.

Vide fol. 411. CUm a nobis petitur &c. Devotionis igitur veſtræ ſupplicationibus benignum impartientes aſſenſum, Eccleſiam ſancti Claudii Fulginaten. quam, ſicut aſſeritis, fel. rec. Gregorius Papa prædeceſſor noſter ſuis emptam ſumptibus Monaſterio veſtro pia liberalitate contulit, ſicut illam juſte & pacifice poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmantes, Eccleſiam ipſam de novo vobis nihilominus concedimus de gratia ſpeciali.

Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis & conceſſionis &c. ſi quis &c. Datum Lateran. III. Idus Decembris anno I.

XLIII.

Quod non teneantur aliquid exhibere curiæ ſecularium in cauſis quas movent, vel quæ contra eas moventur. Reg. Vatic. epiſt. 766.

Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctorum Philippi, & Jacobi Fanen. Ordinis ſancti Damiani.

VIam, quæ ſub multæ paupertatis inopia ad Creatorem veſtrum per obſequia continuæ devotionis accedere elegiſtis, volentes vobis reddi ab omnibus exactionibus liberam, & a quibuſdam præpeditionibus expeditam, devotionis veſtræ ſupplicationibus inclinati, quod in cauſis, quas contra vos, vel Monaſterium veſtrum moveri, ſeu vos contra quoſvis movere contigerit, in foro Eccleſiaſtico, vel etiam ſeculari aliquod non teneamini Curiæ ſecularium exhibere, nec ad id compelli poſſitis auctoritate vobis præſentium indulgemus.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Lateran. III. Idus Decembris anno I.

IN-

Digitized by Google

INDEX
RERUM NOTABILIUM

Notæ Arabicæ paginam, Romanæ marginalem paragraphum denotant.

A

ABbatis Villæ Conventus. 30. XIX.
Abbatiſſa. V. *Clariſſæ*.
Abrahamus Bzovius corrigitur, & circa quid. 10. XI.
SS. Abundius, & Abundantius, ubi tumulati. 258. XLV.
Adam Eboracenſis floret in Anglia. 217. X.
Adamus illuſtris Concionator. 42. XXIII.
Adolfus Comes Franciſcanæ Religioni dat nomen. 26. XIV. cum eo diſpenſatur ut Ordines ſuſcipiat. 105. XVI. ejus humilitas. 106. XIX. Beatæ Virginis meruit habere viſionem. 314. XXXIII. moritur. 313. XXXIII. tumulatur in Conventu Kilonis. 314. XXXIII.
Ægidii Aſſiſias leniter duos Minoritas objurgat. 1. I. Bernardum a Quintavalle hyrundini comparat. 54. IV. & Joannem Parmenſem Miniſtrum Generalem ſalutat. 171. IV.
Agnes S. Claræ ſoror germana moritur. 308. XXIII. ejus virtutes. ibid. miracula. 309. XXIV.
Agnes Bohemica omnibus renunciat caducis. 9. X. ad eam ſcribit Gregorius IX. 10. XII. qui renuit novam confirmare Regulam. ibid. ſcribit etiam Innocentius IV. 95. XXVIII. & in protectionem Apoſtolicæ Sedis recipitur. 9. XI.
Albertus Bremenſis Ep. Minorita ad Eccleſiam Armacanam translatus. 62. XXVIII. interfuit Lugdunenſi Concilio. ibidem.
Albertus Montis Acuti Comes tertii Ordinis. 31. II.
Albertus Piſanus Miniſter Generalis Ordinis. 22. VII. ejus dotes. ibid. moritur poſt paucos ab electione menſes. 23. VII.
Albertus Sartianenſis hoſpes Aracœlitani Conventus. 273. LXV.
Albertus Stadenſis Abbas Franciſcanum habitum induit. 33. I. Ordinis Chronicon ſcribit. 34. IV.
Albertus Tarviſinus Epiſcopus Minorita. 388. XVII.
Aldenardi Conventus. 114. VII.
Aldobrandinus Minorita B. Lucheſii a Confeſſionibus. 76. XV.
Alexander Alenſis Minoriticam cum aliis declaravit Regulam. 68. II. SS. Bonaventura, & Thomas Aquinas ejus fuere diſcipuli. 133. XXIV. de eodem Bonaventura illius percelebre teſtimonium. 84. VI. Dotes ejus, atque virtutes. 133. XXIV. ſeqq. propter quas ab Innocentio IV. diligitur. 344. XIX. obiit Pariſiis. 136. XXIX. ejus Epitaphium. 136. XXIX. laudeſque rithmicæ. ibid.
Alexander ab Alexandro ſepultus in Aracœlitana Baſilica. 272. LXII.
Alexander Papa IV. Innocentio ſuccedit. 345. XX. ſuam electionem Minoritis enunciat. ibid. quibus valde beneficus. 366. I. multaque privilegia contulit. V. *Minores*. *Epiſtola*. Conſecrat primum lapidem Eccleſiæ Minorum Trecenſis. 202. XXI.
Alexander quidam tertii Ordinis Theologiæ Magiſter. 80. XXIX.
Alphonſus Rex Caſtellæ Imperium ambit Germanicum. 249. XXXIV. ejus in divinum Numen punita temeritas. 293. XXIX.
Alphonſus de Caſtro Franciſcanus floret Salmanticæ. 361. XLVI.
Alphonſus Rodericus de Almela errat circa profeſſionem Petri Galleci. 173. VI.
Alvernæ Mons commendatur. 378. X. ſeqq. jubet Pontifex ne deſeratur a Fratribus. 379. X.
Amata Monialis S. Claræ neptis. 304. IX. Ejus obitus. 356. XXXIX.
Ambroſii de Maſſa ſanctitas juſſu Pontificio diſcutitur. 232. III.
Andreas de Andria moritur. 57. XIII. extrema ei revelata dies. 57. XIII.
Andreæ Caccioli corpus ubi conditum. 321. L.
Andreas quidam Minorita Nuncius ad Orientales. 178. XIII.
Andreas de Tuderto tertii Ordinis Florentiæ ſepultus. 80. XXIX.
Andreas a Vega floret Salmanticæ. 361. XLVI.
Angelus ſcribere in corde Fratrum viſus. 211. VII.

Angelus Minorita ſanctitate clarus, itemque alius ejuſdem nominis. 58. xv.
Angelus ſocius S. Franciſci S. Claræ in ultimo vitæ diſcrimine aſſiſtit. 304. viii.
Augliacenſis Conventus. 188. xxxii.
Anonimus vir Dei tertii Ordinis. 80. xxix.
Anſelmus, ſive Aſchelinus miſſus in Orientem. 118. v.
Anſelmus Brausbergenſis Epiſcopus. 93. xxv.
Antiſiodorenſis Conventus. 292. xxvii.
Antonini error correctus. 102. viii.
Antonius Gonſalvus miraculo vocatur ad Ordinem. 196. ix. moratur in Guaſconia. 196. x. ei donum lacrymarum conceſſum. ibid. ejuſque memorabile dictum. ibid. aquam in vinum convertit. 197. x. obiit in Conventu Aquenſi. ibid. ubi Corpus ejus incorruptum ſervatur. ibid.
Antonius a Guevara Ep. tumulatus in Conventu Pinciarum. 206. xxvi.
S. Antonius Patavinus reddit annulum pretioſum in mare lapſum. 39. xv. mutis loquelam. 38. xii. auditum ſurdis. ibid. vitam defunctis. 37. xi. 39. xvi. ſeqq. brachium curat vulneratum. 38. xiii. duos mundat leproſos. ibid. inſidias Sacerdoti paratas avertit. 39. xv. hæreticus illudens privatur oculis. 38. xiv. & contrito lumen reſtituitur. ibid. Alia ejus miracula. 39. xv. ſeqq.
Aquenſis Conventus. 108. xxiii.
Aquipendii Conventus. 219. xvii.
Aracœlitanus Conventus. V. *Conventus Aracœlitanus*.
Armandus Ruffus blaſphemus ſevere percuſſus. 70. iii.
Armenorum error. 180. xv.
Arnaldus Abbas moritur. 388. xx. ejus ſanctitatis & gloriæ indicia. 389. xx.
Arquatæ Conventus. 275. lxvi.
S. Artemius M. ubi ſepultus. 257. xliv.
Aſculanus Conventus ad alium ſitum tranſlatus. 139. xxxvi. ibi Conventualium celebrata generalia Comitia. ibid. & viri multi illuſtres floruere. ibidem.
Aſculanum Monaſterium datum Minorum regimini. 139. xxxvi.
Athloenſis Conventus. 62. xxviii. ejus fundator. 63. xxviii.
Athluain oppidi deſcriptio. 63. xxviii.
Auctores legendæ trium ſociorum. 102. xi.
Auguſtiniani Eremitæ jubentur ſuſcipere præſcriptum habitum. 36. ix. inter ſeſe diſcordes a Minorita compoſiti. 314. xxxv.
Auſculanus Conventus. V. *Aſculanus*.

B

B. Albina S. Claræ neptis moritur. 355. xxxix.
Bangitarum, & Eumenorum ſtrages. 121. viii.
Beatrix S. Claræ ſoror ſanctitate illuſtris. 309. xxv.
Beiſlou Conventus. 190. iii.
Bela Rex Hungariæ erga Minores pientiſſimus. 2. ii. pro eo contra Aſſanum Minores deſtinati. ibid.
Benedictæ officii origo. 173. v.
Benedictus Minorita Erfordiæ mortuus. 212. xi.
Benedictus alius Franciſcanus legatus apud Tartaros. 207. iii. ubi martyr occubuit. ibid.
Benedictus XIII. Pontifex Aram maximam Aracœlitanæ Eccleſiæ privilegio ditat. 264. lv. eamque ſacris oleis inungit. ibid. una cum S. Margaritæ Cortonenſis ſacello. ibidem. In feſto S. Franciſci cum Aracœlitanis prandium ſumit. 273. lxiv.
Beneventani per Franciſcanos abſolvuntur a cenſuris. 183. xix.
Benevenutus Laicus moritur Mantuæ. 213. xi.
Bentivenga de Bentivenghis Cardinalis ubi claruit. 364. xlviii.
Berengelius Bardeoxius Epiſcopus ubi floruit. 361. xlvi.
S. Bernardinus Senenſis in Conventu Aracœli commoratus. 274. lxv.
Bernardinus Sabellus in Aracœlitana Baſilica tumulatus. 266. lix.
Bernardus de Beſſa compilator legendæ S. Franciſci. 103. xiii.
Bernardus de Maſſa. 59. xvii. ejus miracula. ibid.
Bernardus de Quintavalle ſancto Patriarchæ familiaris. 53. i. ejus contemplatio, & abſtinentia. 53. iii. caritas. 55. vii. humilitas. 54. vi. a beato Ægidio comparatus hyrundini. 54. iv. moleſtiſſimis vexatus tentationibus. 55. vii. tamdem ſubtracta ei reſtituitur conſolatio. ibid. infirmatur, & moritur. 55. viii. omnes ad ejus obitum Fratres conveniunt. 56. ix. demortui corpus formoſius. ibid.
Bernardus Dominicanus a Rupeforti. 69. iii.
Bilbilenſe Monaſterium. 48. xxxi. a Rege Aragoniæ Senatui commendatum. 49. xxxi.
Blancha mater S. Ludovici extremum claudit diem. 277. i. cenſetur fuiſſe tertii Ordinis. ibid. ejus progenies. 278. i.
pru-

Digitized by Google

prudentia. 278. II. ægre S. Ludovicus tulit ejus mortem. 279. III. multum contulit ad Cônventus Meldenſis extructionem. 203. XXII.
Blaſphemus cœlitùs plectitur. 70. III. 74. VII.
Bleſarum Conventus. 297. V. & Civitas deſcripta. ibidem.
Bonafides Minorita Beneventanos abſolvit. 183. XIX.
Bonamicus de Volaterris tertii Ordinis. 80. XXIX.
S. Bonaventura dat nomen Minoritis. 83. II. in Romana Provincia. ibid. ejus ſtatura, & corporis conſtitutio. 83. III. infirmus adhuc infans liberatur ſancti Franciſci precibus. 84. IV. mire in Ordine proficit. 84. V. 87. XIV. ejus humilitas. 84. VI. 85. VII. benignitas. 85. VIII. contemplationis ſtudium. 86. IX. prudentia. 87. X. & doctrina admirabilis. 87. XII. 311. XXVIII. De illo teſtimonium Alenſis. 84. VI. & Antonini. 87. XI. Methodum innuit contemplandi, & orandi. 86. X. componit Officium de Chriſti paſſione, & de Cruce. 86. XI. librum, qui *Mariale* dicitur. ibidem. aliud opuſculum quod nuncupatur *Pharetra*. 87. XIII. Marianum Pſalterium. 86. XI. Antiphonam *Salve Regina* explicat. ibid. bina ſacrorum Bibliorum exemplaria ſua manu ſcribit. 87. XIII. quæ ad apicem memoriter callet. ibid. Ob id anthonomaſiam ſortitus Doctoris Seraphici. 87. XI. & in eruditione comparatus Thucydidi. 87. XIII. Lutetiam venit cauſa ſtudiorum. 88. XV. ubi præceptorem habet Alenſem. ibid. ſocium Thomam Aquinatem. ibid. & Joanni de Rupella in Magiſterio ſuccedit. 310. XXVI. In Conventu Aracœli commoratus. 274. LXV. Ejus feſtiva dies Jaccenſibus ſolemnis. 161. XXXVIII.
Bonaventura du Biez Conventus Altiſiodorenſis benemeritus. 292. XXVII.
Bonaventura Poerius hoſpitium Advenarum Aracœli excitat. 274. LXV.
Bonaventura Vellitrenſis vir Dei Aracœli ſepultus. 265. LVII.
Bonitius Bononienſis obit. 142. III. a ſancto Franciſco receptus ad Ordinem fuit. ibid. & ab eo ſummopere dilectus. ibid. qui ei poſt mortem apparuit. 143. III. ejus Corpus inventum. ibid.
Bononienſis Eccleſiæ teſtudines reparatæ. 364. XLIX.
Bononienſium erga Minores benevolentia. 276. III.
Bullæ Pontificiæ. V. *Epiſtola*. *Clariſſæ*. *Minores*. *Tertiarii*.
Burdegalæ Conventus ſancti Eduardi. 187. XXX.
Burgdroff Conventus. 275. LXVI.
Bzovii error corrigitur. 10. XI.

C

CAdurcenſis Conventus. 390. XXIV.
C. Cantipratanus quid ſentiat circa Eccleſiaſtica beneficia. 7. VIII.
Capitolium Romanum unde dictum. 252. XXXVIII.
Capitulum generale Avenionis. 170. I. Bononienſe. 68. I. Genuenſe. 101. VI. Metenſe. 208. I. Montis Peſſulani. 32. I. Romanum. 22. VII.
Cardaillacenſe Monaſterium. 391. XXV.
Carolus quidam tertii Ordinis vir Dei. 80. XXIX.
Caſtignani Conventus. 364. XLVIII.
Caſtridunenſis Conventus. 294. XXX.
Catanzarii Conventus. 294. XXXI.
Cathalauni Conventus. 217. XII.
Catholicon Græcus ſcribit ad Pontificem. 177. XIII. cujus confitetur primatum. ibid. pro Imperatore intercedit. 178. XIII. damna per Groſſetos illata enarrat. ibidem.
Cæſarius Spirenſis ſanctitate, & eruditione percelebris. 19. II. regularis diſciplinæ zelator. ibid. in vinculis ab Elia obtruditur. 20. IV. & a Carcerum Cuſtode necatur. 21. V. ejus animam videt Pontifex evolare in Cœlum. 22. VI.
Cæſenæ Conventus. 219. XIX.
Celeſtinus IV. ad Pontificatum evectus. 66. XXXV. ſeqq.
Cenomanenſis Conventus. 190. II.
Cervariæ Conventus. 138. XXXIV.
Chaillet Minorita Epiſcopus. 390. XXII.
Chilenſis Conventus. 106. XX.
Chriſti Imago Tironem quemdam redarguit. 320. 48.
Chriſtiani in Paleſtina cum S. Ludovico contra Saracenos dimicant. 224. V. ſeqq.
Ciembſii Conventus. 275. LXVI.
Ciſtercienſis Monachus lumen oculorum amittit, & quam ob cauſam. 68. I.
Civitatenſe Monaſterium. 48. XXX.
Sancta Clara Aſſiſias. 235. VI. ejus præces perſæpe Gregorius IX. efflagitat. 239. XVI. eique mittit epiſtolam. 239. XVII. diutinos languores patitur. 244. XXIX. ægrotantem Cardinalis protector inviſit. 287. XIX. Sacra Euchariſtia reficit. ibid. primamque regulam Sororum confirmat. ibid. eamdem viſitat Summus Pontifex Innocentius. 298. I. & ad manus oſculum admittit. 298. II. defectuum ſi qui ſunt abſolutionem

lar-

largitur. 299. II. ſuaque præſentia per plures horas ſpirituale confert oblectamentum. ibid. morituram pii viri circumſtant. 303. VIII. & mærentes filiæ. 304. VIII. ſanctiſſimè moritur. 304. IX. ſacro Corpori multi adhibentur Cuſtodes. 304. X. ad funus Pontifex cum Cardinalibus accedit. 305. X. quorum unus ad populum funebrem orationem habet. ibid. tamdem apud S.Georgium ſepelitur. 305. XI. Spoletano Epiſcopo actorum examen pro canonizatione committitur. 314. XXXIV. Qualis ipſius fuerit originarius habitus. 365. XLIX. in ejus honorem Innocentii Pont. diploma. 321. L. Bulla canonizationis. 373. VI. in qua encomia Virginis, & vitæ compendium. ibid. Sanctis aſcribitur. 372. V. 376. VI. ejus feſtum annuatim celebrandum. ibid. Indulgentia viſitantibus ſepulcrum conceditur. ibid. qui auctores ejus vitam ſcripſere. 376. VII. quomodo pingatur. ibid.

Sanctæ Claræ virtutes.

Paupertatem impenſe colit. 235. VI. ejus obtinet a Pontifice privilegium. ibid. plenamque facultatem pro exacta primæ regulæ obſervatione. 298. I. Terrenas poſſeſſiones ablegat. 31. V. Pientiſſima erga Sorores. 243. XXVII. corpuſculum diris pęnitentiis affligit. 236. X. ſimplici tunicula tegit, aſperiſque torquet ciliciis. ibid. arcta ejus jejunia. 236. XI. continuo ſeptemdecim dierum ſpatio quidquam vel minimum guſtare recuſat. 299. IV. lacrymans ferventer orat. 237. XII. ex oratione cœleſtem ardorem contrahit. 237. XIII. dæmonis conatus eludit. 237. XII. cupit eſſe cum Chriſto. 298. II. pro eo virgineum cruorem fundere cupit. 237. XIII. ſacratiſſimam Euchariſtiam veneratur. 240. XVIII. Crucis officium recitat. 241. XXI. paſſionem plangit. ibid. & vehementer meditatur. 241. XXII. Vicarium Summi Pontificis reveretur. 298. II. divinumque verbum vult inceſſanter audire. 243. XXVI.

Sanctæ Claræ virtutum monita.

Sorores trepidantes in Saracenorum irruptione confortat. 238. XIV. concitat ad orandum pro Aſſiſiatibus. 239. XV. & ad omnes amplectendas virtutes. 243. XXV. Ante obitum condit teſtamentum. 299. V. in quo Filiabus commendat paupertatem. 301. V. juxta quam hortorum terræ menſuram præſcribit. ibidem. commendat etiam mutuum amorem. 302. V. & Abbatiſſæ munera innuit. ibid. arctam viam cœleſtem enunciat. ibidem. verba ſalutis moribunda profert. 303. VII. & regularem edocet profeſſionem. ibidem.

Sanctæ Claræ miracula, & gratiarum dona.

Oratione multiplicat panem. 235. VIII. & oleum. 236. IX. clarior ſolito facies ejus poſt orationem apparet. 237. XIII. igneus globus ſuper ipſius caput videtur. ibid. & 240. XVIII. & binæ alæ. 240. XVIII. nec non infans divinus in ejus gremio cubans. ibid. qua forma etiam Dominus ei apparet in hoſtia. ibid. eique aſſiſtit dum ſacras audit conciones. 243. XXVI. irrumpentes Saracenos abigit. 238. XIV. Aſſiſium liberat. 238. XV. & dæmones arcet. 239. XVI. Crucis ſigno ſanat Minoritam furioſum. 242. XXIII. virum a lepra. 242. XXIV. ſororem a ſtrumis. 243. XXIV. ſuam neptem a febri. ibid. a qua etiam liberat puerum. 242. XXIV. Monialem Cæciliam a tuſſi. 243. XXIV. & ſemetipſam ſub ingenti pondere. ibid. eodem Crucis ſigno lapillum evellit e pueri naribus. 242. XXIII. alterius infantuli maculoſum oculum mundat. ibidem. hydropicam liberat. ibid. vocem Ancillæ reſtituit. ibid. ipſam Crucem ſua benedictione imprimit in eduliis. 299. II. longinquum mirabiliter audit concentum. 240. XIX. Spiritu prophetico prædicit novitiam non permanſuram in Ordine. 244. XXVIII. futuram maritalem concordiam, & prolem. ibidem. Pontificis, atque Cardinalium adventum. 244. XXIX. & Sororum advenarum. 303. VII. ſimulque Agnetis mortem. 299. III. Morienti Chriſtus, ejuſque Genitrix cum turba Virginum aſſiſtunt. 304. IX. & in eorum manibus animam ſanctam expirat. ibid. Claret ſtatim poſt obitum miraculis. 305. XII. XIII. & 306. XIII. liberat furioſum. 306. XIV. laborantem caduco morbo. ibid. & puellam ſtrumoſam. 307. XX. conſolidat quaſſatam manum. 306. XV. duoſque claudos. 307. XVII. XVIII. totidemque recurvas. 307. XVI. XIX. e luporum faucibus duos eruit infantes. 308. XXI. XXII.

Clariſſæ a Minoribus inſtruuntur. 165. XLIII. earum immutata Regula. 187. XXIX. erga eas Jacobi Aragonenſis beneficia. 49. XXXI. 52. VI. & Pontificius affectus. 64. XXX. ad eas ſpectat eligere Abbatiſſam. 166. XLIII. nequeunt per litteras Apoſtolicas conveniri. 94. XXVII. 110. XXX. 165. XLIII. 392. XXVII. 394. II. nec aliæ mulieres earum indui habitu. 50. III. 64. XXX. poſſunt ſecundam obſervare Regulam. 94. XXVII. Eis conceſſus uſus vini, & pulmenti. 94.

Digitized by Google

ti. 94. xxvii. & confirmatæ donationes, & exemptiones Monaſteriorum Barchinonenſis. 94. xxvii. ſancti Silveſtri de Perreto. ibidem. ſancti Spiritus Civitaten. 110. xxviii. Tiraſſonenſis. 110. xxix. ſancti Garaffæ. 110. xxx. ſancti Franciſci Mantuani. ibid. & 16. xx. Lunenſis ibidem. Pampilonenſis. 141. xxxix. Cæſarauguſtani. 167. xlv. Montis-Peſſulani. 275. lxviii. Offidani. 189. xxxiv. quod habuit etiam litteras in ſubſidium. 276. l. aliaſque venditionem quamdam confirmantes. 295. xxxiii. exemptionem in temporalibus, ac ſpiritualibus. 141. xxxix. & commigrandi in Caſtrum licentiam. 167. xlv. 189. xxxiv. *Alia hujus generis privilegia pro quamplurimis aliis Monaſteriis. V. in fine quorumlibet annorum poſt privilegia Minoribus collata in Regeſto per totum. Verbo epiſtola &c.* earum Regula per extenſum. V. *Regeſt. fol.* 482. *ſeqq.*

Clariſſarum Monaſteria. V. *Monaſterium.* Quibus illa ingredi licitum? 65. xxxi. 131. xxxviii. Ab earum cura Minores abſoluti. 222. iii.

Clemens Tuſcus moritur. 56. x.

Colinus Minorita Miniſter Argentinæ miraculis clarus. 133. xxiii.

Comitia V. *Capitulum*.

Concilium Lugdunenſe quando, & quam ob cauſam celebratum. 115. l.

Concionatorum jactantia deteſtabilis. 91. xx.

Conradus quidam Vir Dei obiit in Civitate nova. 212. xi.

Conradus dictus de Cœli porta. 25. xii.

Conradus M. 212. xi.

B. Conradus Offidanus ubi tumulatus. 364. xlviii.

Conradus de Stogelem. 212. xi.

Conſtantinopolim mittitur a Pontifice ſubſidium. 92. xxv.

Conventualitatis a quo deſumpta nomenclatura. 223. iii. 290. xxv.

Conventus Abbatis Villæ. 30. xix. Aldenardi. 114. vii. a quo fundatus. ibid. Angliacenſis. 188. xxxii. Antiſiodorenſis. 292. xxvii. Aquenſis. 108. xxiii. Aquipendii. 219. xvii. Aracœlitanus Minoritis conceditur. 250. xxxvi. Diplomata conceſſionis. 251. xxxvi. ſeqq. ubi ſitus. 252. xxxviii. unde *Aracœli* nomenclatura deſumpta. 253. xxxix. In eo loco viſionem Auguſtus accepiſſe creditur. 253. xl. quid de re hujuſmodi ſentiendum. 254. xl. quis iſtam conſecraverit Aram. 255. xli. & qui exornaverint. 256. xlii. ejus antiqui limites. 256. xli. hujus ædis Reliquiæ. 256. xliii. & 266. lvii. inter quas Corpora ſanctæ Helenæ. 257. xliii. & ſanctorum Artemii, Abundii, & Abundantii. 257. xliv. de quibus tamen eſt controverſia non modica. ibid. In principe Altari Imago Virginis a ſancto Luca depicta. 258. xlvi. cujus miranda referuntur prodigia. 259. xlvii. ſeqq. hoc ipſum Altare noviſſime reſtauratum. 264. lv. a ſummo Pontifice inunctum. ibid. privilegiiſque pro defunctis ditatum. ibidem. Imago etiam percelebris Pueri Jeſu deſcribitur. 266. lviii. una cum Templi totius prærogativis. 263. lv. de ingenti ſcala, Choro, & laquearibus. ibid. ubi variæ inſcriptiones. 264. lv. Hic viri plures tumulati illuſtres ſanctitate. 265. lvii. ſanguine. 266. lix. Cœnobii partes interiores. 272. lxiv. Valetudinarium. 273. lxiv. Cœnaculum. ibid. Pontificium Palatium adjunctum. 273. lxv. Lanæ officina. 374. lxv. Gymnaſia. ibid. Advenarum hoſpitium. ibid. Quinam Cœnobii Protectores. ibid. Arquatæ. 275. lxvi. Aſculanus transfertur ad alium locum. 139. xxxvi. ibi. Patrum Conventualium celebrata generalia Comitia. ibid. Viri illuſtres, qui ex eodem prodiere. ibid. Athloenſis. 62. xxviii. ejus fundator. 63. xxviii. Barbezilii. 297. iv. Beiſſew. 190. iii. Bleſarum. 297. v. Burdigalæ ſancti Eduardi. 187. xxx. Burgdroff. 275. lxvi. Cadurcenſis. 390. xxiv. Cæſenæ. 219. xix. in quo Bibliotheca percelebris. 220. xix. Caſtignani. 364. xlviii. Caſtridunenſis. 294. xxx. Catanzarii. 294. xxxi. Cathalauni. 217. xii. Cenomanenſis. 190. ii. Cervariæ. 138. xxxiv. Chilenſis. 106. xx. Ciembſii. 275. lxvi. Clavarenſis. 188. xxxi. Collaris. 110. xxvi. Compendienſis. 137. xxx. Confergus. 81. xxxi. Cordubenſis. 139. xxxv. Coſſignani V. *Caſtignani* Daurenſis. 15. xviii. Dinanienſis. 220. xxi. Exeæ. 231. viii. Firmanus. 42. xiii. Genuenſis. 220. xx. Glatzenſis, ſive Glacienſis in Bohemia. 190. iii. Gothenſis. 162. xxxix. Hiſpellenſis. 321. xlix. ubi Corpus beati Andreæ Caccioli. ibid. Huvienſis transfertur. 110. xxvii. Jaccenſis. 161. xxxviii. Ingolſtadienſis. 137. xxxi. Inſulenſis. 218. xv. Legionenſis. 47. xxix. Leodienſis transfertur. 110. xxvii. Lindovienſis. 63. xxix. 67. ii. Lugdunenſis. 293. xxviii. Majoricenſis. 14. xvii. Meldenſis. 203. xxii. extruitur a Regina Blancha. ibid. Montis Florentini. 206. xxvii. Montis

tis florum. 162. XXXIX. in quo Gentilis Pariſinus Doctor floruit. ibid. Moſæ Trajectenſis. 43. XXV. illius commendatio. ibid. Mutinenſis. 108. XXIV. Nivellæ. 204. XXIV. Paletinæ. 161. XXXIX. Pampilonenſis 138. XXIV. Pariſienſis ampliatus. 43. XXIV. Peronæ. 160. XXXVI. illius Fundatores. ibid. Peruſini Campi horti. 364. XLVII. Pinciarum. 205. XXVI. quando reformatus. ibid. in eo viri illuſtres. ibid. Pinerolii. 395. IV. Piſanus. 107. XXI. Piſtorii. 219. XVIII. Primislaviæ. 275. LXVI. Recineti ſancti Franciſci. 219. XXVI. Ripæ Tranſonis. 218. XVI. Romanenſis Provinciæ ſancti Bonaventuræ. 194. XXX. Rothomagenſis. 160. XXXVII. Royenſis. 217. XIII. Salamantinus. 361. XLV. ejus Academia, & aliæ dotes. ibid. ſeqq. Salernitanus. 15. XVIII. ſancti Germani. 275. XLVI. ſancti Fortunati. 263. XLVII. Sandomirienſis transfertur. 82. II. Sebuſæ. 275. XLVI. Segovienſis. 293. XXIX. Silvanectenſis primordia. 92. XXII. Sparrenſis. 43. XXIV. Stampenſis. 29. XIX. Strauberġenſis. 275. LXVI. Tarraconenſis. 205. XXV. Tarviſinus. 108. XXII. Terræ novæ in Sicilia. 255. XXIII. Tiburtinus. V. *Tyburtinus*. Thorunii. 32. IV. Trajectenſis. V. *Moſæ Treceuſis*. 201. XXI. primus hujus lapis ab Alexandro IV. conſecratus. 203. XXI. Reliquiæ, & Sancti tutelares. 202. XXI. Tyburtinus. 63. XXIX. cujus Eccleſiam Pontifex Minoritis concedit. 64. XXIX. Valentinus. 27. XVI. Verduni. 255. XXI Vernonis. 203. XXXIII. Villacenſis. 275. LXVI. Waterfordienſis. 45. XXVI. ubi Joannes a Waterfordia jacet. 46. XXVII.

Creſcentius ab Æſio Generalis Miniſter eligitur. 101. VIII. a Miniſterio deponitur. 171. III. circa ejuſdem regimen refutatur error. 170. I. Concilio Lugdunenſi intereſſe recuſavit. 171. III. Epiſcopus Aſſiſias eligitur. 173. VII.

Cumanorum Patria, eorumque ſtrages. 120. VII. ſeqq.

D

DAmianitæ. V. *Clariſſæ*.

Daniel Minorita Antiſtes Clonerenſis. 184. XXII.

Daurenſis Conventus. 15. XVIII.

Dæmones a Joanne Parmenſi eluduntur. 172. V. & ab aliis. 317. XL. ſeqq.

Deodatus Minorita Anglonenſis Antiſtes. 356. XLI.

Deſiderius Pœnitentiarius Clerum Braccarenſem componit. 191. I.

Diagus hiſtoricus celebris. 5. V.

S. Didacus Complutenſis hoſpes fuit in Aracœlitano Cœnobio. 274. LXV.

Dilonorum familia. 63. XXVIII.

Dinani Conventus. 220. XXI.

Dominicani Crucem cum Minoribus prædicant. 42. XXI. 246. XXXII. mutua horum Ordinum caritas. 380. XII. ad quam fovendam Alumnos ambo Generales hortantur. 380. XII. Cardinalis quidam ipſis infeſtus punitur. 326. V. Non debent ad eorum Sodalitium Minores recipere. 379. XI.

Dominicus Minorita Provinciæ Marchiæ 60. XXXII. ejus miracula. ibidem.

Donum injuſtum nolunt Minores recipere. 291. XXVI.

E

ECcleſia Romana Breviarium, & Miſſale per Haymonem correctum aſſumpſit. 99. II. Unum ejus Caput. 126. XVI. ejuſque in hæreticos ſollicitudo. 328. VII.

Eccleſiæ Minorum *Conventuales* unde dictæ. 223. III. 290. XXV.

Eduardus Rex terram Minoribus pro Cœnobio conſtruendo emit. 30. XIX.

Egidius. V. *Ægidius*.

Electus Minorita cum altero ejuſdem nominis. 211. IX.

Electus alter in Aracœli ſepultus. 265. LVII.

Elias regularis diſciplinæ zelatores perſequitur. 20. IV. denuo a Miniſterio deturbatur. 22. VII. iterumque repellitur. 102. IX. quam ob cauſam ad Fridericum tranſit. 24. X. fit Apoſtata. 102. X. & excommunicatur. ibidem. aliquos adhuc ſectatores habebat. 25. XI. 101. VII. de ejus fine viſio ſancti Franciſci. 312. XXXI. in agone Pœnitentiarium obtinet. 313. XXXII. tamdem contritus moritur. 312. XXX. Cortonæ, non autem in Gallia. 313. XXXII.

Eliſabetha Virgo ex tertio Ordine ubi deceſſit. 32. III.

Emanuel Rodericus floret Salmanticæ. 361. XLVI.

Gregorii IX.

Epiſtola Regi Hungariæ. 2. III. Provincialibus Prædic. Navarræ, & Minorum Strigonien. 4. IV. Miniſtro Minorum in Navarra, & Petro de Leodegaria Prædic. 5. VI. Willielmo Arnaldi Prædic. & Seraphino de ſancto Tiberio Min. 6. VII. Archiepiſcopo Bremenſi, Deca-

Digitized by Google

cano, & Joanni de Beverſak. 33. II. Abbatiſſæ, & Conventui Pragenſi. 9. x. Agneti Bohemiæ. 10. XII. eidem. 12. XIII. Archiepiſcopis, & Epiſcopis omnibus. 50. IV.

Innocentii IV.

Regi Aragoniæ. 153. XXI. Regi Hungariæ. 174. VII. eidem. 174. VIII. Regi Scotiæ. 193. V. Regi, & Populo Tartarorum. 116. III. eiſdem. 118. IV. & 359. XLV. Epiſcopis Spoletan. & Eugubin. ac Abbati de Ferentillo. 35. VI. eiſdem. 36. VII. eiſdem. 286. XVIII. Archiepiſcopis, & Epiſcopis omnibus. 97. II. eiſdem etiam Græcis. 175. IX. Epiſcopis Valentinen. & Calaguritan. 296. II. univerſis Patriarchis Archiepiſcopis, & aliis Eccleſiæ Prælatis. 330. VIII. eiſdem. 331. IX. Epiſcopo Sambienſi. 358. XLIV. F. Samueli Min. electo Epiſcopo Neucaſtren. 289. XXIII Epiſcopo Cæſarauguſtano. 162. XL. Archiepiſcopo Caſſalen. & Epiſcopis Laonen. ac Liſmorenſi. 184. XXII. Epiſcopo Marrochitano. 188. XXXIII. Epiſcopis Urbevetan. & Suan. ac Priori ſancti Joannis Urbevetan. 231. IV. Miniſtro Generali, & univerſis Fratribus. 112. I. eiſdem, & Provincialibus 129. XVIII. eiſdem. 140. XXXVII. eiſdem. 142. I. eiſdem. 144. II. eiſdem 145. V. eiſdem. 222. I. eiſdem, & univerſis Fratribus. 291. XXV. eiſdem. 296. I. eiſdem. 316. XXXVIII. Fratribus ſancti Franciſci de Aſſiſio. 317. XXXIX. Generali, & univerſis Fratribus. 322. II. eiſdem. 346. XXII. eiſdem. 223. II. Generali, Provincialibus, & Cuſtodibus. 224. III. Fratribus proficiſcentibus in terras Infidelium. XXXI. Miniſtro Generali. 290. XXIV. eidem. 144. IV. eidem. 170. I. Provincialibus, & Capitulo generali. 171. II. Provinciali de Burgundia. 185. XXIII. Provinciali Marchiæ Anconitanæ. 195. VII. Guardiano Cathalaun. 131. XIX. Roberto de Collevil. 92. XXV. Colomanno in Bulgaria. 126. XVI. Simoni de Alvernia. 147. X. eidem. 148. XII. fratri Laurentio Pœnitentiario. 175. IX. eidem. 176. XI. eidem. 177. XII. fratri Blanco Nuncio. 183. XX. fratri Deſiderio Pœnitentiario. 191. I. eidem. 192. II. fratri Franco. 193. IV. fratri Joanni de Diſt. 246. XXXI. eidem. 246. XXXI. Fratribus Henrico de Arbrusbergo, Hermanno de Rotenbrunen. & Vicedomino Ratiſponen. 194. VI. Univerſis Chriſtifidelibus. 150. XIV. eiſdem. 153. XIX. eiſdem in Africa. 155. XXIV. Poteſtatibus, Conſiliis, & Communitatibus. 333. XI. eiſdem. 338. XII. Magiſtro, & Fratribus militiæ ſancti Jacobi. 154. XXIII. Abbatibus, & Conventibus Ord. Ciſterc. 167. I. Miniſtris Romæ, Tuſciæ, & ſancti Franciſci. 343. XVI. Fratribus Minor. Inquiſitoribus. 343. XVII. eiſdem. 344. XVIII. Abbati ſancti Albani. 186. XXVI. Clero, & Populo Beneventano. 183. XIX. Prædicat. & Minor. Alemanniæ. 246. XXXII. Priori Prædic. & Archipresbytero ſancti Sixti Viterbienſis. 284. XV. Claræ Abbatiſſæ, & Conventui ſancti Damiani Aſſiſ. 239. XVII. Agneti. Bohemiæ. 95. XXVIII. Abbatiſſæ, & Conventui Eſculanenſi. 165. XLIII. Abbatiſſæ, & Monialibus ſancti Damiani univerſim. 182. XXIX. Sartach Regi Tartarorum. 359. XLV.

Alexandri IV.

Magiſtris, & univerſis Scholaribus Pariſien. 366. II. univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis in Francia. 373. VI. Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis. 377. IX. Miniſtris, Cuſtodibus, Guardianis, & univerſis Fratribus. 379. X. Magiſtro, & Fratribus Prædicat. 379. XI. Epiſcopis Spoletan. & Aſſiſ. 383. XIII. Provinciali Prædic. in Francia, & Guardiano Min. Pariſien. 385. XIV. fratri Ruffino Min. Pœnitentiario. 387. XV. fratri Bartholomæo Bohemo. 387. XVI. Generali, & Provincialibus Min. 393. I.

Generalium Prædic. & Minor.

Suis Fratribus. 380. XII.

Sancti Ludovici Regis.

Prælatis, Baronibus, Militibus, Civibus, & aliis in Regno Franciæ conſtitutis. 224. V.

Plurium Prælatorum.

Catholicon. Pontifici. 177. XIII.

Patriarchæ Jacobitarum eidem. 179. XIV.

Neſtorianorum eidem. 181. XVII.

Ignatii Patriarchæ eidem. 182. XVIII.

Soldani eidem. 146. VII.

Anacleti II. Pſeudo-Pontificis.

Joanni Abbati ſanctæ Mariæ in Capitolio. 255. XLI.

Joannis Parmenſis Miniſtri Generalis.

Miniſtro, Cuſtodibus, & Guardianis in Provincia Tuſciæ. 208. II.

Trium Sociorum ſancti Franciſci.

Fratri Creſcentio Generali. 103. XII.

F. F. Reinardi, & Gerardi.

Omnibus, & ſingulis. 105. XVII.

Samuelis Miniſtri Provincialis.

Omnibus Fratribus in Caſtella. 138. XXXII.

Quatuor Magiſtrorum.
Miniſtro Generali. 69. II.
Raiualdi Epiſcopi Oſtien. & Velletren. Claræ Abbatiſſæ, & Sororibus Monaſterii ſancti Damiani Aſſiſii. 287. XIX.
Erthfridi Minoritæ mirabilis viſio. 212. XI.
SS. Euchariſtiæ ingentia miracula. 250. XXXV. 190. II.
Exeæ Conventus. 231. VIII.
Exempla divinæ ultionis in reprobos. 88. XVII. ſeqq. vocationis ad Ordinem. 196. IX. ſeqq. ex quibus patefacti dæmonis aſtus. 317. XL. ſeqq.
Exempti Ordinariis ratione delicti ſubjiciuntur. 296. I.

F

Ferdinandus Caſtellæ Rex vita functus. 280. IV.
Ferdinandus Imperator ſub ſua protectione ſuſcipit Aracœlitanum Cœnobium. 274. LXV.
Ferdinandus de Ochampo. 362. XLVI.
Fidentius Minorita. 212. XI.
Firmanus Conventus. 42. XXIII.
Florentius Conrius Doctor Salamantinus. 362. XLVI.
S. Fortunati Conventus. 363. XLVIII.
Franciſcani. V. *Minoritæ*.
S. P. Franciſcus commendatur. 12. XIII. ad tertium Ordinem beatam Veridianam recipit. 80. XXX. geſta & ejus miracula colliguntur. 102. XI. 41. XIX.
Franciſcus Fabrianenſis ante ortum ſanctitatis indicia præbet. 245. XXX. ejus Genitores. ibid. ridet dum naſcitur. ibid. ante decimum annum humaniores addiſcit litteras. ibid. Angelus Tancredus eum ſuum futurum conſodalem prædicit. ibid. quinam ipſius vitæ Scriptores. ibid.
Franciſcus Herrera floret Salmanticæ. 361. XLVI.
Franciſcus Lotharingus Sidonien. Epiſc. 161. XXXVII.
Franciſcus Orantius Epiſc. tumulatus in Conventu Pinciarum. 206. XXVI.
Franciſcus a Soſa Min. Generalis Salamantinus Alumnus. 361. XLVI.
Franciſcus a Vera ſanctitate clarus in Conventu Pinciarum ſepultus. 206. XXVI.
Franco Minoritæ abſolvendi a cenſuris demandatur poteſtas. 193. IV.
Fridebaldus Minorita. 212. XI.
Fridericus Imperator in Pontificem ſævus. I. I. ad eum tranſit apoſtata Elias. 24. X. excommunicatur. 102. X. cum eodem tractatus pacis inutilis. 101. VI. contra hæreticos ſeveras condit leges. 340. XIII. 341. XIV. & ſeqq. apud Ferenſulam male moritur. 231. I. ejus corpus ad Montem realem tranſlatum. 231. VII.

G

Galliæ Reges multa Trecenſi Conventui Minorum concedunt. 201. XXI. ibi contra hæreticos inquiſitio inſtituitur. 384. XIV.
Galterius tertii Ordinis Epiſcopus Tarviſii. 81. I.
Garzia de Aura Ordinis Prædicatorum. 69. III.
Gaufridus Cuſtos Pariſienſis ad Miniſtrum Generalem ſcribit. 69. II.
Generalis Miniſter. V. *Miniſter*.
Gentilis Doctor Pariſienſis ubi floruit. 162. XXXIX.
Genuenſis Conventus. 220. XX.
Gerardus Moguntinus Epiſcopus. 248. XXXIV. in vincula a Duce Brunſvicenſi conjectus a Richardo Comite redimitur. ibid. diſſidia in Civitate Erfordienſi componit. 249. XXXIV. moritur. ibidem.
Gerardus Rangonus Mutinæ contentiones ſedat. 109. XXV. ei revelata ſancti Ludovici captivitas. 213. I. ejuſque precibus ventus Nautis adverſus. 214. I. non fuit ſancti Franciſci Socius. 109. XXV. ſed Mediolani Prætor. ibid. Vir fuit ſpectabilis pietate & facundia. 276. III. ejus concionem audiens Rodulphus Venetus ad Ordinem convertitur. 109. XXV. & 276. IV. multa patrat miracula. 277. V.
Gerardus alius Minorita Apoſtolicus Pœnitentiarius. 105. XVII.
Gerardus Martyr. 109. III.
S. Germani Conventus. 275. XLVI.
Germaniæ Provincia dividitur. 25. XII.
Geroslaus Dux veneno interemptus. 123. X.
Gilbertus Minorita. 212. XI.
Gillanus Epiſcopus Conſtantienſis. 42. XXII.
Giſmundus in Provincia Apuliæ miraculis clarus. 59. XIX.
Glatzenſis, ſive Glacienſis Conventus. 190. III.
Gothenſis Conventus. 162. XXXIX.
Gratianus Provinciæ Marchiæ Vir Dei, 59. XXI. ſeqq. ejus miracula. ibid.
Græcorum circa fidem deteguntur errores. 179. XIV. eorum protectio F. Laurentio Minoritæ commiſſa. 175. IX. qua-

Digitized by Google

qualiter horum interrupta unio. 214. II.
S. Gregorius Magnus Aracœlitanam Deiparæ imaginem per Urbem detulit. 261. L. num tum fuerit Levitas. 262. LII.
Gregorius IX. vitam abſolvit. 65. XXXII. ejus præconia, & geſta. 65. XXXIII. ſeq. in eum dira Friderici ſævitia. L. L. ei Cæleſtinus in Pontificatu ſuccedit. 66. XXXV. Regulam Clariſſarum immutat. 187. XXIX. anxie pro rebus Orientis laborat. 14. XVI. 18. II. Fratribus, & Monialibus multa concedit privilegia. V. *Epiſtola*, *Clariſſæ*, *Minores*.
Gregorius Bourniſſet Minorita ab hæreticis necatus. 292. XXVII.
Gualterus Æſinus Epiſcopus Minorita. 155. XXV.
Gualterus Tarviſinus Epiſcopus tertii Ordinis. 80. XXIX.
Guiardi Epiſ. Cameracen. teſtimonium circa beneficiorum pluralitatem. 8. IX.
Guibertus Tornacenſis Operis de Officio Epiſcopi, & de Cæremoniis auctor. 42. XXII.
B. Guido Cortonenſis a ſancto Franciſco Pœnitentium Ordini aſcribitur. 214. IV. Ejus humilitas, aliæque virtutes. ibid. Aquam in vinum tranſmutat. 214. V. eique iterum benedictæ gratiam curationum impertit. 215. V. manum aridam curat ibidem. pugillum farinæ multiplicat. ibid. aquis ſubmerſam puellam ad vitam revocat. ibid. aliud ſimile miraculum. 215. VI. cæco reddit lumen. 216. VIII. & temerariam ſententiam ulciſcitur. 216. IX. Ei revelata dies obitus. 215. VI. Defuncti Corpus ſolemni tumulatur funere. 215. VII. Capitis miraculoſa inventio. 216. VIII.
Guillelmus Arnaldus Dominicanus M. 69. III.
Guillelmus de Cordela prædicatione inſignis, & ſanctitate. 58. XVI. ejus miracula. ibid. ſeqq.
Guillelmus a Cortemilio ſancti Franciſci Socius. 143. III.
Guillelmus alter. 364. XLVIII. mortuos revocavit ad vitam. ibid.
Guillelmus de Roy. 184. XXIII.
Guillelmus de S. Amore Mendicantibus infeſtus. 247. XXXIII.
Gunterius de Barbaria ad Ordinem vocatus. 195. VIII.

H

Hadabona ſanctitate glorioſa. 48. XXX.
Hæretici a Minoritis profligati. 328. VII. in eos Eccleſiæ ſollicitudo. 328. VII. procedendum etiam contra eorum fautores. 329. VII. omnibus privandi honoribus. ibid. ad eos evellendos verbum Crucis prædicatur. 330. VIII. & nova inquiſitio diſponitur. 331. IX. aliæque leges conduntur a Pontifice. 333. XI. & ab Imperatore. 340. XIII.
Hæretici Patareni unde ſic nuncupati. 340. XIII. eorum improbitas. ibid. quantum per Orbem diffuſi. ibid.
Haymo cooptatus in Generalem Miniſtrum. 23. VIII. Comitia generalia Bononiæ celebrat. 68. L. Breviarium, atque Miſſale corrigit. 99. II. ejus obitus. 98. L. & epitaphium. ibid.
S. Helenæ Corpus ubi quieſcat. 148. XLV.
Helena Paduana Clariſſa. 71. IV. ejus familia. 71. V. ægrotat. ibid. tribus menſibus vivit ſine cibo. 72. V. loquela deſtituta, nutibus viſiones cœleſtes Sororibus innuit. 72. V. alias quoque revelationes habet. 73. VI. in Domino obdormit. 72. V. Corpus ejus incorruptum. ibid. in quo capilli & ungues naſcuntur. ibid. quodque imminentes clades præſignat. ibid.
Helias. V. *Elias*.
Henricus infans in Conventu Pinciarum tumulatus. 206. XXVI.
Henricus Lanthgravius electus Imperator. 143. I.
Henricus Minorita poteſtatem habet in impios inquirendi. 194. VI.
Henricus Villalupenſis floret Salmanticæ. 361. XLVI.
Hieronymus Olivarius in Conventu Pinciarum recumbit. 206. XXVI.
Hiſpellenſis Conventus. 321. L. ibi Corpus beati Andreæ Caccioli tumulatum. ibid.
Honorii IV. Corpus Aracœli requieſcit. 266. LIX.
Hortulana ſanctæ Claræ Genitrix. 309. XXV. de mortis ejus tempore non conſtat. 310. XXV. ejus Corpus in Eccleſia ſancti Georgii Aſſiſiatis reconditum. 310. XXV.
Hoſpitale ſancti Franciſci Pragenſis in protectionem ſuam ab Apoſtolica Sede receptum. 9. XI.
Hugo Porcellus Conventus Waterfordienſis fundator. 46. XXVI.
B. Humiliana omnium virtutum exemplar. 155. XXVI. ejus Progenitor. ibid. qui

Digitized by Google

qui Matrimonio collocavit invitam. ibid. In via Domini Glorem ſociam habuit. 156. xxvi. de ſalute Mariti ſollicita. ibid., poſt cujus obitum cœlibatum ſervat. ibid. Habitum ſumit in Ordine Pœnitentium. ibid. ad continua exercitia pietatis incumbit. ibid. ſeqq. ſe totam contemplationi addicit. 156. xxvii. Paſſionem Dominicam meditatur. 157. xxviii. in extaſim rapitur. 157. xxvii. ſolitudinem, atque ſilentium quærit. 157. xxviii. mire fuit abſtinentiæ. 157. xxviii. multumque vexata a dæmone. 157. xxvii. imo ab ipſis parentibus. 158. xxix. ultor tamen Deus perſecutorum extitit. ibid. infirmatur. 158. xxx. certior de ſalute cœlitus redditur. 158. xxx. futura prædicit. ibid. ei Myſterium Trinitatis in figura oſtenditur. 159. xxxii. alia etiam dona conceduntur. ibidem. in Domino quieſcit. 158. xxxi. multis claret miraculis. 159. xxxv. quæ frater Hippolytus Florentinus collegit. 159. xxxiv. & frater Vitus de Cortona vitam exaravit. 159. xxxv.

Hungariæ excidio. 116. ii.

Huvienſis Conventus transfertur. 110. xxvii.

Hyſterius Arnaldus Barbezili Conventus fundator. 297. iv.

I

JAccenſibus feſtivitates ſancti Bonaventuræ, & ſacrorum Stigmatum ſolemnes. 161. xxxviii.

Jaccenſis Conventus. 161. xxxviii.

Jacoba Romana de Septemſoliis in pace quieſcit. 26. xiv.

Jacobitarum Patriarchæ Epiſtola. 179. xiv.

Jacobus Aragonenſis Damianitas Senatui Bilbilenſi commendat. 48. xxxi. & Callaguritanas protegit. 52. vi. Martyrum Toloſæ mirabili viſione fruitur. 69. iii. Regnumque Valentiæ adipiſcitur. 4. v.

Jacobus Benedictoli Servus Dei ubi floruit. 364. xlviii.

Jacobus de Laude Sacerdos tertii Ordinis. 80. xxxix.

Jacobus Manfredus obit. 276. ii.

Jacobus de Monte Rubiano in exilium a Creſcentio miſſus. 105. xv.

Jacobus de Montier Guardianus Pariſienſis. 160. xxxvi.

Jesu Nominis aucta devotio. 292. xxvii.

Imago Aracœlitanæ Deiparæ a ſancto Luca depicta. 258. xlvi. ſeqq. a ſancto Gregorio tempore peſtis in publica ſupplicatione delata. 260. xlix. ad ejus conſpectum mitigata lues. 261. l.

Imago alia celebris ejuſdem Virginis Moſæ Trajectenſis. 42. xxv.

Indulta Apoſtolica. V. *Epiſtola. Clariſſæ. Minores. Tertiarii.*

Ingolſtadienſis Conventus. 137. xxxi.

Innocentius IV. Petri ſolium aſcendit. 82. l. 97. l. Conſtantinopolim mittit ſubſidium. 92. xxv. fruſtra cum Friderico inire pacem laborat. 101. vi. ipſum propterea deponit. 115. l. poſt hujus obitum in Italiam regreditur. 232. ii. & filio Conrado reſiſtit. 246. xxxi. oblationes tumulo ſancti Franciſci deferri poſſe concedit. 317. xxxix. Minoritas impenſe diligit. 328. vii. 342. xvi. & in hæreticos inquiſitores inſtituit. ibid. ſeqq. V. *Hæretici*. ſex uſque numero aſſiduos in aula comites habet. 344. xix. præclare ſentit de Alexandro Alenſi, & Nicolao Anglico. ibid., quem Nicolaum Epiſcopum Aſſiſii creat. ibid. Ad eoſdem Minores multas ſcribit epiſtolas. V. *Epiſtola*, privilegia eis largitur. V. *Minores* quemadmodum Clariſſis. V. *Clariſſæ*. Conceſſa Ordini privilegia revocat. 324. ii. non ſine cœleſti ultione. 325. iv. dat Cardinalibus purpureum galerum. 365. ii. moritur. ibid. & 323. l. tumuli locus & epitaphium. ibid.

Inſulenſis Conventus. 218. xv.

Joanna Caſtellæ Regina erga Minores pientiſſima. 30. xix.

Joanna de Felicibus in Aracœli tumulata. 265. lvii.

Joanna Flandriæ Comitiſſa obit. 114. vii.

Joannes de Alvernia, ſive Lavernicola. 42. xxiii.

Joannes Anglicus qualis. 186. xxv. Præpoſitus in ſubſidium colligendum conſtituitur. 193. v. quando floruit. 231. ix. ejus opera. ibid.

Joannes Antiſſiodorenſis Minorita ubi tumulatus. 202. xxi.

Joannes Aſſanus Bulgarus ad obedientiam reducitur Apoſtolicæ Sedis. 173. vii.

Joannes Boſſinenſis ep. Minorita. 316. xxxvii.

Joannes Brenus Imperator dat Franciſcanis nomen. 34. v.

Joannes Cantianus Angliæ Apoſtolicus Nuncius. 157. xlii. ſeqq.

Joannes Cetina M. 138. xxxiii.

Joannes a S. Cruce ſepultus in Conventu Pinciarum. 205. xxvi.

Digitized by Google

Joannes Dyſt Minorita Crucem prædicat contra Conradum. 315. xxxvi. Epiſcopus alium optat Epiſcopatum, & moritur. 315. xxxvii.

Joannes Forma Antiſiodori moratus. 292. xxvii.

Joannes Lavernicola. V. *Joannes de Alverna*.

Joannes Luker mortuus in Conventu Waterfordienſi. 46. xxvii.

Joannes Mabilla floret in Conventu Abbatis Villæ. 30. xix.

Joannes Marpurgenſis. 212. xi.

Joannes Martyr cum aliis. 212. xi.

Joannes Martini eleemoſynarum collector. 191. i.

Joannes Parmenſis renuntiatus Generalis Miniſter. 171. iv. illius origo illuſtris. ibid. eum beatus Ægidius ſalutat. ibid. revocat ab exilio zelatores. ibid. ejus humilitas, ſanctitas, & induſtria. 172. iv. & erga ipſum divina Providentia. 172. v. exceptus hoſpitio a dæmonibus. 172. v. ab eo Pſalmodia originem ſumpſit, quæ *Benedicta* dicitur. 173. v. convocat Metis generalia Comitia. 208. i. & provincialia Pragæ. 122. iii. in Græciam ad Pontificem Legatus mittitur. 210. iv. ipſum quanti faciant Orientales. 210. v.

Joannes de Plano Carpinis cum Sociis Legatus ad Tartaros. 118. iv. martyr occumbit. 207. iii.

Joannes Portocarrero. 361. xlvi.

Joannes Pulcher Ep. Tegitan. 202. xxi.

Joannes Rada Salamantinus Alumnus. 362. xlvi.

Joannes de Ravenna tertii Ordinis. 80. xxix.

Joannes de Ripis vir egregius. 219. xvi.

Joannes de Rupella unus de quatuor Magiſtris, qui Regulam explanarunt. 68. ii. cedit Pariſienſi Cathedræ. 310. xxvi.

Joannes Spirenſis pietate celebris. 132. xxii.

Joannes a Waterfordia. 46. xxvii.

Jordanus de Vano floret Marpurgi. 212. xi.

Joſeph Fonſeca Procurator Generalis Ordinis in Aracœli curat ædificari ſanctæ Margaritæ Cortonen. Sacellum. 264. lv. novam excitat ſancti Franciſci Aram. 267. lx. ſcribit in marmoreis tabulis Comitiorum memoriam. 265. lvi. lanæ novam ædificat officinam. 274. lxv. & pro ſtudiis Gymnaſia. ibid.

Joannes a Zuazo Martyr. 206. xxvi.

Iſabella ſancti Ludovici Germana Clariſſa. 352. xxxiii.

Iſabella Hiſpaniarum Regina erga Moniales pientiſſima. 52. viii.

Juniperus ſancti Franciſci ſocius ſanctæ Claræ in extremis aſſiſtit. 303. viii. ejus Corpus in Aracœli tumulatum. 264. lvi.

Julius Sabellus in eodem loco ſepultus. 268. lx.

Jutta Virgo Dei quieſcit in Domino. 280. v.

K

Kangitarum plaga. 121. viii.

Kionia Ruſſiæ Metropolis. ibid.

Kitaorum terra. ibid.

L

S. Lambertus in Eccleſia Verduni quieſcit. 390. xxxii.

Landenus de Monte Feltrio. 80. xxix.

Lavaniæ Monaſterium. 364. xlix.

Laurentius Luſitanus miſſus ad Tartaros. 116. ii. commendatur a Pontifice. 117. iii. fit Antiborenſis Archiepiſcopus. 125. xiv.

Laurentius alter Legatus Apoſtolicus per totum Orientem. 174. ix. demandatur ei cura protegendi Græcos. 175. ix. Pontificiæ ad eum directæ Epiſtolæ. 175. ix. 176. xi. 177. xii. agit pro Græcorum reductione. 176. xii.

Laurentius Upſallenſis Archiepiſcopus. 107. xxi.

Legendæ trium Sociorum quinam Auctores 102. xi.

Legionenſis Conventus. 47. xxix.

Leo miraculoſe cicuratus Minores defendit. 152. xvii.

Leo ſancti Franciſci ſocius ſanctæ Claræ in agone aſſiſtit. 304. viii. ejus, Angeli, & Rufini epiſtola. 103. xii.

Leo Minorita Archiepiſcopus Mediolanenſis. 26. xv. Placentiæ Cives componit diſcordes. 27. xv.

Leonardus de Fulgineo claudum erigit. 59. xviii. & cœcum illuminat. ibid.

Leonora Infanta in Conventu Pinciarum tumulata. 206. xxvi.

Lindonienſis Conventus. 63. xxix. 67. ii.

Lucas Patavinus ſancti Antonii ſocius. 212. xi.

B. Lucheſius tertii Ordinis ſancti Franciſci. 31. ii. 73. vii. ejus caritas in pauperes, & infirmos. ibid. patientia. 74. viii. crebræ orationes. 75. x. abſtinentia. 76. xiii. frequenter in extaſim rapitur. 75. x. in eum blaſphemus corripitur

Digitized by Google

pitur. 74. vii. & conjurati convertuntur. 74. viii. adhuc vivens invocatus vincula ſolvit. 75. ix. & trepidantem in oratione confirmat. 75. xi. Uxor ejus obit in Domino. 76. xiv. & ipſe decedit. 76. xv. ejus exequiæ. 76. xvi. in quibus ingruens pluvia nemini nocet. 77. xvi. revocat ad vitam infantem ſuffocatum in lecto. 77. xvi. alium liberat aquis abſorptum. 77. xvii. morti proximum ſanat. ibid. alium inter flammas ſervat illæſum. 77. xvi. quem poſtea ab alia infirmitate curat. ibid. Ipſo invocato, ex duobus Fratribus unus defunctus vivit, alius a dira præſervatur morte. 78. xviii. reddit cœcis lumen. 78. xix., Vetulæ ſexagenariæ mammas lacte replet. 79. xxvii. liberat multos a naufragiis. 79. xxiv. ſeqq. a vinculis. 78. xxi. Mulieres a partus periculo. 79. xxvii. alioſque a variis languoribus. ibid. plectitur ejus feſtivitatis prophanator. ibid. caput ejus in ſolemni ſupplicatione defertur. ibid.

Lucia in Paduano Monaſterio Monialis. 73. vi.

Lucidus antiquior in exilium a Creſcentio mittitur. 105. xv.

S. Ludovicus Galliarum Rex apud Saracenos captivus. 213. l. hoc infortunium abſenti Gerardo Minoritæ revelatur. ibid. Fideliumque animos concutit. 214. iii. ex Oriente regreditur. 348. xxiii. ubi præclare ſe geſſit. ibid. ſuis precibus a Naufragio comites liberantur. ibid. Ejus pietas erga pauperes. 348. xxiv. infirmos. 348. xxv. & Minores præcipue. 349. xxv. quibus utitur in maximis negotiis. 187. xxviii. quoſque cum Prædicatoribus ſummopere diligit. 352. xxxi. Devotiſſimus erga ſacras reliquias. 349. xxvi. & ſignum crucis, 349. xxvi. Æquus in ſententiis ferendis. 350. xxvii. pauperum cauſas per ſemetipſum cognoſcit. ibid. vetuit Duella, & uſuras. 350. xxvii. primum Franciſcanum Ordinem ingredi cupiit. 352. xxxi. tertium Inſtitutum profeſſus eſt. 350. xxviii. vili tunica induebatur. 350. xxix. ſic indutum irridens cælitus plectitur. 351. xxix. Epiſtola, quam ad ſuos in captivitate direxit. 224. v.

Ludovicus Miranda floret Salmanticæ. 361. xlvi.

Lugdunenſe Concilium quando celebratum. 115. l.

Lugdunenſis Conventus. 293. xxviii.

Lupus Minorita Marrochiorum Epiſcopus. 148. xiii. commendatur. 150. xiv. ei confertur poteſtas abſolvendi a cenſuris. 188. xxxiii. & ſuper natalium defectus. ibid.

M

MAgiſtrorum Regulæ Epiſtola ad Generalem Miniſtrum. 69. ii.

Majoricenſis Conventus. 14. xvii.

Manfredus a Creſentio in exilium ejicitur. 105. xv.

Manſueto Minorita ſequeſtro Piſani reconciliantur Eccleſiæ. 106. xxi.

Mantuanum Monaſterium. 16. xx.

Mantuanum aliud Milliarinum nuncupatum. 16. xx.

Marcoaldus Minorita. 212. xi.

Margarita Flandriæ. 114. viii.

Maria *Mater Dei* aſſeritur ab Orientalibus. 179. xiv. ejus Aracœlitanam Imaginem S. Lucas depinxit. 258. xlvi. eamque in ſupplicatione S. Gregorius detulit. 260. xlix. ad cujus conſpectum lues evaneſcit. 261. l. Alia Imago Trajectenſis. 43. xxv. Novitium in fide confirmat. 320. xlvii.

Marquildus Minorita a Tartaris interemptus. 190. iii.

Marrochii Regis in Chriſtianos beneficia. 151. xvi.

Marſicanum Monaſterium. 16. xxi.

Martinus Fulginas ſanat fatuam. 61. xxv. aliaque patrat miracula. ibid.

Martinus Martini Miraculis, & ſanctitate clarus. 211. viii.

Martyres Turolenſes ubi paſſi. 28. xvi.

Mathildis Comitiſſa Conventum Antiſiodori extruit. 292. xxvii.

Matthæus Aquaſpartanus. 364. xlviii.

Matthæus Matthæi Minorita ab hæreticis occiſus. 292. xxvii.

Matthæus de Monte Rubiano a Creſcentio exilium paſſus 105. xv.

Matthæus de Narnio. 62. xxvii.

Matthæus Ovetenſis Archiepiſcopus. 362. xlvi.

Mauricius Ordinis Prædicatorum. 213. xii.

Meldenſis Conventus. 203. xxii.

Mendicantes. V. *Minores inf.*

Michael de Florentia. 57. xii.

Michael Urſinus ubi ſepultus. 202. xxi.

Miniſter Generalis Minorum Pontificis Legatus in Græcia. 210 iv.

Miniſtri Generales Albertus Piſanus. 22. vii. Creſcentius ab Æſio. 101. viii. Elias Cortonenſis. 19. l. Haymo Anglicus. 22. viii. Joannes Parmenſis. 171. iv.

Mi-

Miniſtri Generalis, & Provincialis poteſtas. V. *Minores infra*.

Minores vexantur, & a quibus. 25. XIII. 247. XXXIII. 324. II. 327. VI. variis in partibus Inquiſitores inſtituuntur 5. VI. cum Dominicanis Crucem prædicant. 42. XXI. 246. XXXII. Mutua horum Ordinum caritas. 381. XII. ad quam fovendam ambo Generales hortantur Alumnos. 380. XII. Cardinalis quidam ipſis infeſtus miraculoſe punitur. 326. V.

Tenentur ad quædam, non omnia evangelica obſervanda conſilia. 129. XVIII. divinum celebrare officium. ibidem. Curam infirmorum habere. 130. XVIII. ad proprios Miniſtros recurrere. ibid.

Nequeunt contrectare pecunias. 129. XVIII. aliarumque rerum habere dominium. 130. XVII. Monaſteria Monialium ingredi. 65. XXXI. 131. XVIII. nec Dignitates abſque Prælatorum licentia acceptare. 290. XXIV. juridice conveniri. 93. XXVI. 295. XXXIII. 101. II. Dominicanos recipere ad Ordinem. 111. XXX. neque Novitios ante annum probationis ad profeſſionem. 111. XXX. Apoſtatis dignitates conferre. ibid. moleſtari, vel gravari a quoquam. 17. XXIII. 141. XXXVIII. 295. XXXIII. recipi a Ciſtercienſibus. 189. XXXIV. promoti extra ordinem bona ſecum ferre. 393. I. in locis non exemptis Capellas erigere. 394. XI. V. *Regula*.

Nolunt regium injuſtum donum recipere. 291. XXVI. neque Tartarorum ad Pontificem legationem. 124. XI.

Strenue cum Prædicatoribus in negotio Crucis laborant. 42. XXI. 246. XXXII.

Mittuntur in Africam. 148. XIII. ad Tartaros. 116. II. 118. IV. ſeqq. ad Bulgaros. 125. XV. ad alias infidelium plagas Legati. 128. XVI. 174. IX. 176. XI. 111. XXXI. Regi Tuneti commendantur. 152. XVIII. perveniunt in Poloniam. 67. II. in Regno Navarræ deſtinantur. Inquiſitores. 5. VI.

Poſſunt in Eccleſiis Organis uti. 241. XX. in interdictis locis remanere. 64. XXX. 93. XXVI. pergere contra Infideles. 31. I. eos baptizare, & clericali inſigniri caractere. 31. XX. reconciliare Apoſtatas. ibid. ſatisfacere cum aliis divino officio etiam non ordinato juxta ritum Romanæ Eccleſiæ. 65. XXX. 111. XXX. 112. I. in aliquibus caſibus Monaſteria Monialium ingredi. 50. II. 65. XXXI. celebrare tempore interdicti. ibid. 93. XXVI. 97. III. 165. XLIII. 291. XXVI. 392. XXVI. habere Oratoria, & Altari Viatico uti. 97. I. 141. XXXVIII. 189. XXXIV. inter excommunicatos de neceſſariis provideri. 98. III. ab excommunicatione Fideles inter Infideles abſolvere. 111. XXXI. 112. II. baptizare etiam, & prædicare. 112. II. neceſſaria emere. 142. II. vinculis alligare Apoſtatas. 165. XLIII. liberam habere ſepulturam. 222. I. in publicis ſupplicationibus caput beati Lucheſii deferre. 32. II.

Eorum Miniſtri Generalis, & Provinciales poſſunt ſubditos a cenſuris abſolvere. 50. XXXIII. & ab irregularitate, ac reſervatis. 65. XXX. 93. XXVI. etiam ad Ordinem venientes. 93. XXVI. 97. III. 392. XXVI. exteros habitu Religionis exuere. 50. XXXIII. 394. II. prædicatores idoneos eligere. 112. II. coſque criminoſos etiam cenſuris afficere. 144. II. Syndicos, ſeu procuratores inſtituere. 141. XXXVIII. 165. XLIII. punire Apoſtatas. 142. I. amovere Fratres in obſequium Prælatorum extra clauſtra commorantes. 144. III. ſtatim poſt electionem, gubernii ſuſcipere inſignia. 391. XXVI. 394. XI. ordinandos præſentare Epiſcopis. 392. XXVI.

Non tenentur ad executiones cauſarum. 64. XXX. 93. XXVI. 112. II. curam Monialium aſſumere. 391. XXVI. denunciare ſententias contra Principes. 292. XXVI.

Eis conceditur Aracœlitanum Cœnobium. 250. XXXVI. in cujus ſubſidium epiſtolæ mittuntur. 276. I. nec non pro Conventu Offidano. 276. I. conceditur etiam Eccleſia Tyburtina. 64. XXIX. & Conventus Pampilonenſis. 164. XLIII. V. *Epiſtola*.

Conventuales quare ſic nuncupati. 223. III. 290. XXV.

Miſſio Franciſcanorum. V. ſupra *Minores*.

Monaſteria Monialium ingredi quibus vetitum. 65. XXXI. 131. XXXVIII.

Monaſterium Monialium Clariſſarum Almaſani. 221. XLIX. Aſculanum datum Minorum regimini. 139. XXXVI. Bilbilenſe. 48. XXXI. quod Rex Aragoniæ Senatui commendat. 39. XXXI. Calaguritanum. 51. V. Cardaillacenſe. 391. XXV. Civitatenſe. 48. XXX. Conſtantienſe. 221. XXXIII. S. Coſmæ in Urbe quaſdam poſſeſſiones commutat. 17. XXII. S. Damiani Aſſiſiatis vetuſtum habet S. Claræ inſtrumentum. 13. XIV. Lavaniæ. 364. XLIII. Mantuanum. 16. XX. Aliud Mantuanum milliarinum nuncupatum. 16. XX. Mar-

fica-

Digitized by Google

ſicanum. 16. xxi. Montiſpeſſulani ſub protectione Romani Pontificis. 275. lxviii. Pfullingenſe. 218. xiv. Pintiarum, ſive Valliſoleti omnium Sanctorum. 275. lxvii. Placentinum quando extructum. 206. xxvii. Salamantinum. 15. xix. Taurinenſe, 390. xxv. Toloſanum. 222. xxiv. Valentinum. 221. xxii. Valliſoletanum, ſive Pintiarum omnium Sanctorum. 275. lxvii.

N

Naimanorum Patria. 122. viii.
Neſtorianorum Fidei confeſſio. 181. xvii.
Nicolaus quidam ſanctitate illuſtris. 364. xlvii.
Alius ejuſdem nominis. 211. x.
Nicolaus Brito Epiſcopus Aſſiſias. 173. vi. 344. xx.
Nicolaus de Leon Hoſpitium Aracœli extruit pro Americanis. 274. lxv.
Nicolaus Leſſori floret Antiſſiodori. 292. xxvii.
Nicolaus ſocius ſancti Franciſci. 143. iii.
Nicolaus de Nyſe. 161. xxxvii.
Nivellæ Conventus. 204. xxiv.
Novati error. 18. xv.
Novitiatus quare in Ordine Minorum faciendus. 168. iii.

O

Odo Rigauld Epiſcopus Rothomagenſis. 161. xxxvii.
Opinio media inter extremas ſequenda. 100. iv.
Ordo Minorum. V. *Minores*.
Ordo tertius ſancti Franciſci. V. *Tertiarii*.
Orientalium Chriſtianorum confeſſio Fidei. 179. xiv. ſeq. quid ſentiant de proceſſione Spiritus ſancti. 182. xviii. & de Maternitate Divina beatæ Virginis. 179. xiv.
Otto Minorita in Provincia Sclavoniæ claret miraculis. 62. xxvi.

P

Palentiæ Conventus. 161. xxxix.
Pampilonenſis Conventus. 138. xxiv.
Paris malignus, vel corruptus. 147. ix. mordicus collectores Cruciatæ objurgat. 185. xxiv.
Pariſienſes Mendicantibus noxii. 147. xxxiii.. 327. vi. in eoſdem commovent Innocentium Pontificem. 324. ii. iterato inſurgunt tempore Alexandri. 366. i. ſeq. Controverſiæ recenſetur origo. 367. ii. in qua pleraque ſtatuta conduntur. 367. ii. poſtmodum moderata a Pontifice. 369. ii. a quo etiam de hac re alia dantur diplomata. 371. iv. Quinam hujuſce tragediæ actores. 372. iv. & auctores. 247. xxxiii.
Pariſienſis Conventus ampliatus. 43. xxiv. & ſtudium. 366. ii.
Pariſiis de pluralitate beneficiorum ventilatur quæſtio. 6. viii.
Paſſiones noſtræ exiles. 319. xlviii.
Patareni unde ſic vocati. 340. xiii. eorum improbitas. ibid. quantum per Orbem diffuſi. ibid. in eos leges ſtatutæ. 341. xiii. vivi comburendi. ibid. expellendi ab omnibus locis. 342. xv. propterea contra eos inſtituti Inquiſitores. 343. xvi. ſunt infames, 141. xiv.
Patriarcha Jacobitarum ſuam ad Pontificem mittit Fidei confeſſionem. 179. xiv. 182. xviii. Ejuſdem Pontificis ſatetur primatum. ibid.
Paulus de Marchia miraculis glorioſus. 61. xxiv.
Paulus de Prato pœnitentiæ addictus. 57. xii.
Paupertas Evangelica majeſtatem Gentilium in Capitolio ſuperavit. 252. xxxviii. ejus tranſgreſſores plectuntur. 89. xvii.
Peregrini de Bononia refutatur error. 170. i.
Peronæ Conventus. 160. xxxvi.
Peruſinus Camp. horti Conventus. 36. xlvii.
Petrus Apoſtolus Chriſti Vicarius, 126. xvi. Ejus a *Petra* nomenclatura. 127. xvi. ceteris Apoſtolis præferendus. ibid. ad ejus ſedem omnis quæſtio devolvitur. ibid. ejuſque primatum Jacobitarum Patriarcha fatetur. 179. xiv. 182. xviii.
Petrus de Aſſiſio Minorita. 212. xi.
Petrus de Collemodio Gallus Card. punitus. 327. vi.
Petrus Corradinus Card. in Aracœli Sacellum ædificari curat.
Petrus de Duennas M. Granatæ interemptus. 138. xxxiv. 264. lv.
Petrus Flory Antiſſiodori floret. 292. xxvi.
Petrus Gallecus Carthaginenſis Epiſcopus. 173. vi.
Petrus de Galliendo. 364. xlvii.
Petrus Gudinez. 362. xlv.
Petrus Hortanus Epiſcopus Minorita. 388. xviii.

Pe-

Digitized by Google

Petrus de Monte Ulmi prodigiis celebris. 60. XXII.
Petrus Pithæus in Conventu Trecenſi tumulatus. 202. XXI.
Petrus Sanctojo in Conventu Pinciarum requieſcit. 205. XXVI.
Petrus Tertiarius. 80. XXVIII. a papilionibus ejus ſepulcrum oſtenditur. ibid.
Petrus de Thrano. 59. XX.
Pfullingenſe Monaſterium. 218. XIV.
Philippus Claramontenſis. 356. XL.
Philippus Diez floret Salmanticæ. 361. XLV.
Philippus Gualenſis claret in Anglia. 217. X.
Philippus Peruſinus. 364. XLVII.
Pietas ſuſpecta fugienda. 90. XIX.
Pinciarum Conventus. 205. XXVI. quando reformatus. ibid. in eo viri illuſtres. ibid.
Pinciarum Monaſterium, ſive Valliſoleti Omnium Sanctorum. 275. LXVII.
Pinerolii Conventus. 395. IV.
Piſani a Pontifice proſcripti. 65. XXXIII. & reconciliati. 106. XXI.
Piſanus Conventus. 107. XXI.
Piſtorii Conventus. 219. XVIII.
Placentinum Monaſterium. 206. XXVII.
Platinæ, & Blondi error. 101. VI.
Pompo Martyr. 52. IX.
Pontifex Romanus. V. *Alexander*, *Gregorius*, *Innocentius*, *Petrus*.
Pontifaræ Conventus. 390. XII.
Pontius Epiſcopus Urgelitanus male olet. 288. XXI.
Prandota beata Virgo Clariſſa. 112. III.
Prædicatores. V. *Dominicani*.
Prædicatorum curioſitas damnata. 91. XX.
Prædicatorum miſſio. V. *Minores*.
Præpoſitus quidam Minoribus infeſtus. 199. XVI.
Primiſlaviæ Conventus. 275. LXVI.
Privilegia Minoribus conceſſa. V. *Minores*. *Epiſtola*.
Provincia Germaniæ dividitur. 25. XII.
Provinciali Aragoniæ,& Cataloniæ commiſſio data. 288. XXI.
Provincialibus Epiſtolæ directæ. V. *Epiſtola*.
Provincialis. V. *Miniſter*.

Q

QUæſtio omnis ad Petri Sedem referenda, 127. XVI.

R

RAngonorum Familiæ origo. 109. XXV. inter alias Mutinenſes celebris. 277. V.
Ravenna mulier beatæ Humilianæ ſocia. 156. XXVI.
Raymundus Minorita beatam Salomeam ad Ordinem recipit. 112. III.
Raymundus Carbonerius miraculis conſpicuus. 69. III. ſeq.
Raymundus Toloſanus Canonicus. 69. III.
Raynaldus de Reate cœcum ſigno Crucis illuminat. 57. XIV. poſt triennium ab obitu inventus incorruptus. 58. XIV. Corporis miraculoſus ſitus, odor, & ſudor. 57. XIV.
Raynaldus, & Giraldus Minoritæ Pœnitentiarii Apoſtolici. 105. XVII.
Raynerius Epiſcopus Maynæ. 388. XVII.
Raynutius Epiſcopus Biſiniani. 356. XLI.
Recineti Conventus ſancti Franciſci. 219. XXVI.
Regula Clariſſarum a Cardinale Protectore confirmata. 287. XIX. & a Pontifice. 302. VI. qui obſervari ſtrictiorem indulget. 298. I.
Regula Minorum declaratur ab Innocentio IV. 129. XVIII. In ea præſcribitur Evangelii Conſiliorum obſervantia. 129. XVIII. facultas recipiendi Novitios ad Ordinem. ibid. modus celebrandi divinum Officium. ibid. cura infirmorum. 130. XVIII. recurſus Fratrum ad Miniſtros, ibid. Cuſtodis Cuſtodum inſtitutio. 130. XVIII. & Prædicatorum 131. XVIII. In eadem prohibetur pecuniarum contrectatio. 129. XVIII. ingreſſus Monaſteriorum Monialium. 131. XVIII. V. *Minores*.
Regulares. V. *Minores*, *Dominicani*, *Mendicantes*.
Richardus Cornubienſis Fr. Gerardum Archiepiſcopum Moguntinum a captivitate liberat. 248. XXXIV.
Richardus Epiſcopus Fori Sempronii. 80. XXIX.
Richardus, ſeu Rigaudus cum aliis Regulam Franciſcanam interpretatur. 68. II.
Ripæ Tranſonis Conventus. 218. XVI.
Robertus de Baſtia cum aliis Franciſcanæ Regulæ interpres. 68. II.
Rodulphi error corrigitur. 102. VIII. 106. XIX. 291. XXV.
Rodulphus Venetus dat nomen Franciſcanis. 109. XXV.
Rogerius, & Theodoſius de Saxonia. 211. XI.
Rogerius Servus Dei. 364. XLVII.
Rolandinus de Florentia contemplationi addictus. 57. XI.

Digitized by Google

Romana Eccleſia lampas unde accenduntur aliæ. 179. XIV.
Romanenſis Conventus Provinciæ ſancti Bonaventuræ. 294. XXX.
Romanorum defenſio a Friderico impedita. 65. XXXIII.
S. Roſa Viterbienſis quo tempore floruit. 280. VI. ejus Parentes, & Pueritia. 281. VII. Panem in Roſas convertit. ibid. Aves familiares habet. ibid. iterato a Deipara inviſitur. 281. VIII. 282. IX. & viſione recreatur angelica. 282. IX. inter Clariſſas connumerari exoptat. 282. X. ſed repellitur. ibid. habitum tamen induit tertii Ordinis. 282. VIII. Hereticos, ſchiſmaticoſque increpat. 282. IX. propterea mittitur in exilium. 282. IX. Ob fidem tuendam magnum ingreditur rogum. ibid. Decedit infantula miraculis glorioſa. 282. X. integrum ejus corpuſculum transfertur. 283. X. e cujus manu ungue evulſo alius protinus naſcitur. 283. XII. quodque ab igne devaſtante non læditur. 286. XVII. Prælato afflicto ſuccurrit. 283. XI. binos ad vitam revocat defunctos. 284. XIII. alia etiam patrat miracula. 286. XVII. quæ a Pontifice jubentur examinari. 284. XV. De ea feſtiva agitur memoria. 285. XVII. & plures hiſtoriam ſcripſere. 285. XVII.
Rothomagenſis Conventus. 217. XIII.
Ruffini, Angeli, & Leonis Epiſtola. 103. XII.
Ruffinus Pœnitentiarius Vicarius Generalis Siciliæ. 387. XV.
Ruthenorum Legati. 124. XII.

S

SAbbatini Servi Dei Corpus in Aracœli tumulatum. 264. LVI. &
Sabellorum familiæ hæroes. 266. LIX.
Sacerdos in ſacro Calice araneam deglutit. 190. II.
Salamantinum Monaſterium. 15. XIX.
Salamantinus Conventus. 371. XLV.
Salernitanus Conventus. 15. XVIII.
Salomea Polona. 353. XXXV. una cum Sponſo perpetuam cuſtodit caſtitatem. 354. XXXV. in oratione aſſidua. 354. XXXVI. & aliarum virtutum exemplar. 354. XXXVI. pauperibus facultates largitur. 355. XXXVII. Viro mortuo Clariſſarum inſtitutum amplectitur. 355. XXXVII. ad eam Pontifex mittit Epiſtolam. 355. XXXVIII. apparet fratri Raymundo Miniſtro Galitiæ. 112. III.
Samuel Minorita Neocaſtri Epiſcopus. 289. XXIII.
Sancius Rex erga Minores pientiſſimus. 169. VI. e ſolio expellitur. 191. II.
Sandomirienſis Conventus. 82. II.
Saraceni cum ſancto Ludovico pugnant. 224. V. ſeqq. chriſtianos a fide apoſtatare compellunt. 228. V. a ſancta Clara profligati. 238. XIV.
Sartach Rex Tartarorum convertitur. 359. XLV.
Scardeonius corrigitur. 71. IV.
Schaumburgenſium Comes Ordinem ingreditur. 106. XX.
Scholæ in Ordine apertæ. 207. II.
Scholæ Aracœlitanæ a quo extructæ. 274. LV.
Sebaſtianus Brixianus Epiſcopus. 361. XLV.
Sebuſæ Conventus. 275. LXVI.
Seniorum corrigenda negligentia. 88. XVII.
Sepultura in Minorum Eccleſiis libera. V. *Minores*.
Silvanectenſis Conventus. 92. XXII.
Simeon de Aſſiſio a Creſcentio miſſus in exilium. 105. XV.
Simon de Alvernia. 147. X.
Simon Anglicus. 212. XI.
Simon Boneti in Silvanectenſi Cathedra. 92. XXII.
Simon de Collazono in Domino obdormit. 35. VI. examinantur miracula. 36. VIII.
Simon Laicus ſanctitate celebris. 394. III.
Simon Mediolanenſis Auguſtinenſes Eremitas componit. 314. XXXV.
Simon a Monte Sarchio a Friderico Imperatore necatus. 115. I.
Sociorum ſancti Franciſci Epiſtola. 103. XII.
Soldanerius ſanctitate, atque doctrina celebris. 58. XV.
Soldanus Babiloniæ ad Innocentium IV. mittit Epiſtolam. 146. VII. a ſuis interemptus. 227. V.
Stadenſis Abbas Ordinem Minorum ingreditur. 33. I.
Stadenſis hæretici fraus deprehenditur. 147. VIII.
S. Stanislaus Cracovienſis Sanctorum Albo aſcribitur. 322. III.
Stanislaus Preſmilienſis Guardianus a Tartaris necatus. 67. III.
Stephani Martyris Minoritæ elogia. 69. III.
Stephanus Maugis ab hæreticis occiſus. 297. XXVII.
Stephanus de Narbona miraculis clarus. 69. III.
Stigmata Seraphici Patris commendata a Pontifice. 377. IX.

Su-

Suſanna Monialis Calaguritani Monaſterii fundatrix . 57. VII.

T

Tarraconenſis Conventus. 205. XXV.
Tartari per Aſiam excurrunt. 116. ad eos Franciſcani miſſi. 116. II. qui ſtrenue laborant. 121. VIII. & ſine Legatis dimittuntur. 124. XII. Eorum Imperator ad ſolium evectus. 9. IX. qui aliquando Collegium aluit chriſtianorum Sacerdotum. 123. X. & ad fidem converſus eſt. 359. XLV.
Tarviſii Urbis deſcriptio. 108. XXII.
Tarviſinus Conventus. 108. XXII.
Taurinenſe Monaſterium. 390. XXV.
Tauromirus Miniſter Capitulum Bohemiæ celebrat. 32. IV.
Terdericus Germaniæ Miniſter vir probus. 25. XII.
Terræ novæ in Sicilia Conventus. 255. XXIII.
Tertiarii neque publica, neque privata officia ſecularia exercere tenentur. 393. XXVII.
Theodoricus Saxo. 211. XI.
Thomas de Celano Legendas trium Sociorum conſummat. 103. XIII. ſeqq.
Thomas Comes Mauritaniæ. 113. VI. ſeqq.
Thomas Corſicus laicus in Aracœli ſepultus. 265. LVII.
Tiburtinus Conventus. 63. XXIX. cujus Eccleſia Minoritis conceditur. 64. XXIX.
Tobias Præpoſitus Domum Beiſſou extruit. 190. III.
Toletanum Monaſterium. 222. XXIV.
Torunii Conventus. 32. IV.
Trajectenſis Conventus. 43. XXV.
Trecenſis Conventus. 201. XI.

V

Valentinum Monaſterium. 221. XXIV.
Valentinus Conventus. 27. XVI.
Valliſoletanum Monaſterium, ſive Pinciarum Omnium Sanctorum. 270. LXVII.
Ventura Minorita vir Dei ubi tumulatus. 364. XLVII.
Verduni Conventus. 225. XXI.
B. Veridiana tertii Ordinis. 82. XXX. ejus in egenos pietas. ibid. a S. Franciſco tertio Ordini aſcribitur. ibid. claret miraculis. 81. XXX. in ejus obitu Campanæ ſuo ductu ſonitum faciunt. 81. XXX.
Villacenſis Conventus. 275. LXVI.
Vincentius Beluacenſis collector, non inventor ſpeculi naturalis. 134. XXVI.
Vivianus Ruthenenſis. 173. VI.
Voti, atque vocationis punita tranſgreſſio. 199. XVII. 200. XX.
Waterfordienſis Conventus. 45. XXVI.
Willielmus Arnaldi Ord. Præd. inquiſitor. 6. VI.
Willielmus Brina Minorita. 184. XXI.
Willielmus alius Gregorii IX. Pœnitentiarius. 14. XVI.
Willielmus Imperator ad ſolium aſſumptus. 307. I. moritur. 389. XXI.

Y

Ymilla Monialis prima Monaſterii Marſicani Abbatiſſa. 17. XXI.

Z

Zacharias Romanus. 210. VII.
Zeitus Abuzeitus Rex Maurus dat Chriſtianis nomen. 5. V.
Znoima oppidum. 190. III.

Digitized by Google

INDEX BULLARUM

Quæ in hujus ſecundi Tomi Regeſto continentur.

Numerus Arabicus indicat paginam, Romanus per ordinem poſitas Bullas.

AD audientiam noſtram. *Gregorii IX.* 416. XXXI.
Ad culmen. *Alexandri IV.* 538. XXX.
Ad noſtram noveris. *Innocentii IV.* 502. LXXXVIII.
Antequam Aſſiſinatenſem. *Ejuſdem.* 476. LXXV.
Apoſtolicæ Sedis benignitas. *Ejuſdem.* 493. LXIX.
Arbitrantes indignum. *Gregorii IX.* 403. X.
Cæleſtia quærentibus. *Ejuſdem.* 409. XVIII.
Cæleſtia quærentibus. *Ejuſdem.* 409. XIX.
Cæleſtia quærentibus. *Innocentii IV.* 513. CII.
Cæleſtia quærentibus. *Ejuſdem.* 516. CVIII.
Cæleſtia quærentibus. *Alexandri IV.* 530. XIII.
Cæleſtis Amor Patriæ. *Innocentii IV.* 511. XCIX.
Cariſſima in Chriſto. *Gregorii IX.* 402. VII.
Conſultationi veſtræ. *Ejuſdem.* 403. VIII.
Controverſiam dudum. *Alexandri IV.* 529. XI.
Controverſiam dudum. *Ejuſdem.* 529. XII.
Convenit ut ſacer. *Ejuſdem.* 542. XXXV.
Convenit ut ſacer. *Ejuſdem.* 543. XXXVI.
Corde vigili meditantes. *Innocentii IV.* 481. LXII.
Cum ad præſens. *Ejuſdem.* 498. LXXX.
Cum ad promerenda. *Alexandri IV.* 525. V.
Cum a nobis petitur. *Innocentii IV.* 421. I.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem.* 426. VIII.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem.* 428. X.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem.* 429. XI.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem.* 474. LIV.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem.* 497. LXXVIII.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem.* 517. CX.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem.* 518. CXIII.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem.* 519. CXVI.
Cum a nobis petitur. *Alexandri IV.* 525. V.
Cum a nobis petitur. *Ejuſdem.* 546. XLII.
Cum de ſinceritate. *Innocentii IV.* 519. CXV.
Cum dilectus filius. *Gregorii IX.* 399. I.
Cum dilectus filius. *Ejuſdem.* 412. XXIV.
Cum dilectus filius. *Innocentii IV.* 513. CIV.
Cum dilectus filius. *Ejuſdem.* 516. CVII.
Cum Eccleſiam. *Ejuſdem.* 498. LXXIX.
Cum in Polonia. *Alexandri IV.* 537. XXVII.
Cum mortuæ mundo. *Innocentii IV.* 448. XXVI.
Cum nobilis vir. *Gregorii IX.* 407. XIII.
Cum nobilis vir. *Ejuſdem.* 416. XXXII.
Cum nos dilecta. *Innocentii IV.* 495. LXXII.
Cum olim duxerimus. *Ejuſdem.* 501. LXXXVI.
Cum omnis vera Religio. *Ejuſdem.* 482. LXIII.

Cum

Cum propter multitudinem. *Gregorii IX.* 411. XXII.
Cum ſecundum conſilium. *Ejuſdem*. 400. IV.
Cum ſicut accepimus. *Ejuſdem*. 407. XIV.
Cum ſicut ex parte. *Ejuſdem*. 399. II.
Cum ſicut ex parte. *Innocentii IV.* 459. XXXV.
Cum ſicut in noſtra. *Alexandri IV.* 534. XXI.
Cum ſicut intelleximus. *Innocentii IV.* 500. LXXXIV.
Cum ſicut intelleximus. *Ejuſdem*. 521. CXIX.
Cum ſicut intelleximus. *Ejuſdem*. 521. CXX.
Cum ſicut te accepimus. *Ejuſdem*. 462. XXXIX.
Cum venerabilis. *Gregorii IX.* 407. XII.
Cum venerabilis. *Innocentii IV.* 496. LXXIV.
Cupiens ut finis. *Ejuſdem*. 499. LXXXI.
Devoluto dudum. *Innocentii IV.* 477. LVI.
Devotione, quam cariſſimus. *Ejuſdem*. 513. CIII.
Devotionis augmentum. *Ejuſdem*. 518. CXII.
Devotionis tuæ. *Alexandri IV.* 534. XX.
Devotionis veſtræ. *Innocentii IV.* 460. XXXVI.
Devotionis veſtræ. *Alexandri IV.* 535. XXII.
Dilecti filii. *Innocentii IV.* 512. CI.
Dilectus filius. *Ejuſdem*. 422. III.
Dilectus filius. *Gregorii IX.* 410. XX.
Diſcretioni tuæ. *Alexandri IV.* 535. XXIII.
Divinæ affluentiam bonitatis. *Innocentii IV.* 526. VII.
Divinæ affluentiam pietatis. *Ejuſdem*. 423. IV.
Ea quæ auctoritate. *Alexandri IV.* 523. III.
Eis qui ſanandis. *Innocentii IV.* 458. XXXIII.
Exhibita nobis. *Ejuſdem*. 506. XCIV.
Exhibita nobis. *Alexandri IV.* 544. XXXIX.
Eximia dilecti filii. *Ejuſdem*. 537. XXIX.
Ex parte cariſſimæ. *Gregorii IX.* 408. XVI.
Ex parte dilectarum. *Innocentii IV.* 497. LXXVII.
Ex parte dilectæ. *Ejuſdem*. 517. LXI.
Ex parte veſtra. *Ejuſdem*. 466. LXIII.
Ex parte veſtra. *Alexandri IV.* 543. XXXVII.
Ex parte veſtra. *Ejuſdem*. 544. XL.
Fidei tuæ puritas. *Innocentii IV.* 468. XLVII.
Gerentes de dilecto. *Innocentii IV.* 519. CXIV.
Ii a Sede Apoſtolica. *Gregorii IX.* 410. XXI.
Ii a Sede Apoſtolica. *Innocentii IV.* 457. XXXII.
Iis, quæ auctoritate. *Ejuſdem*. 509. XCVII.
Inducimur. *Gregorii IX.* 415. XXX.
Inducimur piæ converſationis. *Alexandri IV.* 533. XVII.
In jure canonico. *Gregorii IX.* 400. III.
In ordinatione Aſſiſinaten. *Innocentii IV.* 478. LVII.
In plenam volentes. *Ejuſdem*. 480. LX.
Intellecto dudum. *Gregorii IX.* 400. III.
Inter alia. *Ejuſdem*. 415. XXIX.
Inter alia. *Alexandri IV.* 540. XXXII.
Inundans malitia. *Innocentii IV.* 511. XCVIII.
Juſtis petentium. *Gregorii IX.* 412. XXIV.
Juſtis petentium. *Innocentii IV.* 422. II.
Juſtis petentium. *Ejuſdem*. 462. XL.
Juſtis petentium. *Ejuſdem*. 468. XLVIII.

Digitized by Google

Juſtis petentium. *Ejuſdem*. 493. LXX.
Juſtis petentium. *Ejuſdem*. 502. LXXXIX.
Juſtis petentium. *Alexandri IV.* 541. XXXIV.
Juſtis petentium. *Ejuſdem*. 545. XLI.
Licet ad hoc. *Gregorii IX.* 419. XXXVII.
Licet ad hoc. *Alexandri IV.* 534. XIX.
Licet ea. *Ejuſdem*. 534. XIX.
Licet olim. *Innocentii IV.* 461. XXXVIII.
Licet olim. *Ejuſdem*. 506. XCV.
Majus Eccleſiæ. *Alexandri IV.* 539. XXXI.
Meminimus vobis. *Innocentii IV.* 433. XV.
Meminimus vobis. *Ejuſdem*. 434. XVI.
Ne aliorum culpas. *Innocentii IV.* 505. XCII.
Nec inſolitum. *Alexandri IV.* 522. L.
Nimis iniqua. *Innocentii IV.* 439. XXI.
Nimis iniqua. *Ejuſdem*. 443. XXIV.
Pacem veſtram. *Innocentii IV.* 514. CV.
Paci, & tranquillitati. *Ejuſdem*. 439. XX.
Paci, & tranquillitati. *Ejuſdem*. 443. XXIII.
Patriæ cœleſtis. *Ejuſdem*. 456. XXXI.
Patris æterni benignitas. *Alexandri IV.* 527. IX.
Paupertati veſtræ. *Ejuſdem*.
Perſonas illas. *Innocentii IV.* 424. V.
Perſonis, quæ mundo relicto. *Gregorii IX.* 417. XXXIV.
Perſonis, quæ mundo relicto. *Innocentii IV.* 458. XXXIV.
Perſonis, quæ mundo relicto. *Ejuſdem*. 463. XLI.
Petitio veſtra. *Ejuſdem*. 514. CVI.
Petitio veſtra. *Alexandri IV.* 537. XXVIII.
Petitionibus veſtris. *Innocentii IV.* 489. LXIV.
Pia deſideria. *Alexandri IV.* 530. XIV.
Pia meditatione. *Gregorii IX.* 401. V.
Piis votis. *Innocentii IV.* 425. VI.
Pio veſtro Collegio. *Gregorii IX.* 419. XXXVIII.
Plantatus olim. *Innocentii IV.* 490. LXVII.
Porrecta nobis. *Ejuſdem*. 520. CXVIII.
Præſentium vobis. *Innocentii IV.* 499. LXXXIII.
Prohibente Regula veſtra. *Gregorii IX.* 414. XXVII.
Prompta qua debet. *Ejuſdem*. 417. XXXIII.
Pro zelo fidei. *Innocentii IV.* 496. LXXV.
Quanto amplius. *Alexandri IV.* 523. II.
Quanto ſtudioſius. *Innocentii IV.* 489. LXV.
Quia confuſio habitus. *Gregorii IX.* 414. XXVIII.
Quia jam non tam militia. *Innocentii IV.* 467. XLV.
Quia Ordinem veſtrum. *Alexandri IV.* 532. XVI.
Quibuſdam ex Fratribus. *Innocentii IV.* 493. LXVIII.
Qui Deum tota mente. *Ejuſdem*. 495. LXXIII.
Qui poſtpoſita vanitate. *Gregorii IX.* 411. XXIII.
Quoniam abundavit iniquitas. *Innocentii IV.* 449. XXVII.
Quoniam ut ait Apoſtolus. *Ejuſdem*. 428. IX.
Quoniam ut ait Apoſtolus. *Ejuſdem*. 501. LXXXVII.
Quoniam ut ait Apoſtolus. *Ejuſdem*. 506. XCIII.
Quoties a nobis. *Gregorii IX.* 404. XI.
Quoties a nobis. *Ejuſdem*. 408. XV.
Quoties a nobis. *Innocentii IV.* 433. XIV.

Quo

Digitized by Google

Quo vos in Chriſto. *Ejuſdem*. 435. XVII.
Regis, & Reginæ Cœlorum. *Innocentii IV.* 481. LXI.
Religionis veſtræ. *Ejuſdem*. 430. XII.
Religionis veſtræ. *Ejuſdem*. 431. XIII.
Religionis veſtræ. *Ejuſdem*. 436. XVIII.
Religionis veſtræ. *Ejuſdem*. 472. LIII.
Religioſam vitam. *Ejuſdem*. 436. XIX.
Religioſam vitam. *Ejuſdem*. 441. XXII.
Religioſam vitam. *Ejuſdem*. 446. XXV.
Religioſam vitam. *Ejuſdem*. 450. XXVIII.
Religioſam vitam. *Ejuſdem*. 451. XXIX.
Religioſam vitam. *Ejuſdem*. 453. XXX.
Religioſam vitam. *Ejuſdem*. 464. XLII.
Religioſam vitam. *Ejuſdem*. 503. XCI.
Religioſam vitam. *Ejuſdem*. 507. XCVI.
Religioſam vitam. *Alexandri IV.* 531. XV.
Sacroſancta Romana. *Innocentii IV.* 499. LXXXII.
Solet annuere. *Ejuſdem*. 468. XLVI.
Solet annuere. *Ejuſdem*. 469. XLIX.
Solet annuere. *Ejuſdem*. 490. LXI.
Solet annuere. *Ejuſdem*. 503. XC.
Solet annuere. *Alexandri IV.* 524. IV.
Spiritu exultante. *Innocentii IV.* 479. LIX.
Statum Monaſterii. *Gregorii IX.* 409. XVII.
Sua nobis. *Innocentii IV.* 471. L.
Sub Religionis habitu. *Gregorii IX.* 403. IX.
Tui qualitate. *Innocentii IV.* 495. LXXI.
Vacantibus amori cœleſtium. *Ejuſdem*. 426. VII.
Vacantibus amori cœleſtium. *Ejuſdem*. 516. CIX.
Venerabilis Frater. *Ejuſdem*. 520. CXVII.
Veſtra ſemper. *Ejuſdem*. 466. XLIV.
Veſtræ devotionis. *Ejuſdem*. 472. LII.
Veſtræ pacis. *Alexandri IV.* 526. VI.
Veſtris piis ſupplicationibus. *Innocentii IV.* 418. XXXVI.
Viam, quæ ſub multæ. *Ejuſdem*. 546. XLIII.
Virtutis divinæ. *Ejuſdem*. 479. LVIII.
Vobis extremam. *Gregorii IX.* 420. XXIX.
Vobis per Apoſtolicæ Sedis. *Alexandri IV.* 536. XXV.
Vobis quas. *Innocentii IV.* 512. C.
Volumus, & diſcretioni. *Ejuſdem*. 500. LXXXV.
Vota devotorum. *Gregorii IX.* 402. VI.
Vota devotorum. *Innocentii IV.* 461. XXXVII.
Ut in veſtris domibus. *Alexandri IV.* 533. XVIII.

FINIS TOMI TERTII.

Men-

Digitized by Google

56 8

2 2. I. 131 vol. III

Menda, quæ in hujus tertii Tomi editionem irrepſerunt, Benevole Lector ita corriges.

Pag. 2.	num. II.	aſſerendi	aſſerendi
4.	num. V.	dedendaque	dedandaque
5.	num. V.	Pepulit	Depulit
7.	num. VIII.	adeo	a Deo
25.	in margine	dividitur	dividuntur
33.	num. XVII.	adeo	a Deo
52.	num. VI.	divicerunt	devicerunt
58.	num. XVI.	in Deo	in Dei
59.	num. XX.	per eos	per os
65.	num. XXX.	patientem	patientibus
ibid.	num. XXIII.	adſuit	abſuit
73.	num. VII.	cum illud	cum aliud
78.	num. XXV.	devotos	devote
86.	num. XI.	Librum cum quod	Librum cum qui
106.	num. XVII.	Epiſcopos conſtituat	Epiſcopus conſtituat
129.	num. XV.	ad Ordinum	ad Ordinis
132.	num. XIX.	receperis fidelem	receperis per fidelem
141.	num. XXXIX.	Clauſurum	Clauſuram
193.	num. V.	Sedis ejuſdem favere	Sedis ejuſdem favore
224.	num. V.	exceptam	excerptam
292.	num. IX.	Illuſtriſſimi	Illuſtriſſimæ
368.	num. II.	Eerum	Eorum
373.	num. VI.	ſplendidor	ſplendidior
375.	num. VI.	fruſtra	fruſta
382.	num. XII.	exinguat	extinguat
391.	num. XXVI.	Patri æterni	Patris æterni

Digitized by Google

FIRENZE - BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
SEGNATURA - 2.1.131.III (167)
RESTAURO - 1998
LABORATORIO - RAIMONDO MILIO
RESTAURATORE PROGETTISTA- CLAUDIO MONTELATICI

SINTESI DELLE OPERAZIONI EFFETTUATE:

Controllo della numerazione, pulizia a secco con pennello morbido, risarcimento con montaggio a scarnire con carta giapponese di adeguato spessore e colore, VANGEROW, velatura con velo giapponese 502 e Tylose MH300P, rifilatura del restauro eccedente, carte di guardia Ingres struttura F, cucitura su n. 6 nervi di spago, indorsatura con carta giapponese e pelle di capra neutra scarnita, incartonatura dei quadranti, nuova legatura in piena pelle di capra al vegetale (fornitore Scaricaciottoli), dorso attaccato, adesivi Tylose MH300P e Vianvil 59 in percentuale (15%).

COLLAUDATORE
DATA DEL COLLAUDO

LAB. RESTAURO LIBRI R. Milio

5645318

Digitized by Google